8
3 D
10

Berteldus Ep. olim ſluien.

THEOLOGIA

GERMANICA IN QVA CON-
TINENTVR ARTICVLI DE
FIDE, EVANGELIO, VIRTV-
TIBVS ET SACRAMEN-
TIS: QVORVM MATE-
RIA IAM NOSTRA
TEMPESTATE
CONTROVER
TI SOLET.

M. D. XXXI.

ELEGIA NVPER
EXARATA IN OPVS: CVI TITVLVS Germanica Theologia: quod pro rei≈ pub. Chriſtianæ utilitate æditum eſt.

QVi uelit exactæ fidei monumenta uidere,
Hocce ſuum fauſtet limine prorſus iter,
Hic ubi Bertoldus præſul ſacra mella reponit,
Conuehit, inſtar apis, nectareosq; thymos.
Huc ueniant auido deuoti pectore myſtæ,
Ex quorum uerbum quærimus ore dei,
Pharmaca comperient præſentia pectoris ægri.
Alter adeſt ualida ſponte Machaon ope.
Fortia tela deo, quis frangere dæmonis aſtus,
Hic ſunt, & pœnas ſumere dite queas.
Hic latet æternæ gladius caßisq; ſalutis
Baſis item priſcæ relligonis ineſt.
Dogmata quæ nuper reuocat Martinus ab orco,
Simplicium quibus hic frigida corda necat
Qui facit obſtreperos mortales legibus, atq;
Ordine poſtpoſito iura nefanda docet,
Prætextu multis falſæ pietatis inurit
Cauterium. occultat pellis ouilla lupum.
Fallit enim uitium ſpecie uirtutis. & umbra
Imponit multis, deinde ſeuera togæ.
Mille doli illi, tum lamiæ, tum mille nocendi
Fraudes, ut credas ditis ab ore ſatum
Scilicet impoſtor præſenti percitus œſtro,
Qui ſua cocyti proluit ora lacu.
Sponte renaſcentes Herebo euocat impius hydras,
Mucida mota loco eſt nunc camerina ſuo:
Verum Bertoldus hunc Matſian auſpice Chriſto
Conficit, & proprio Marte uerendus adit
Eſdras, macte animi non decipiare, retexit
Fraudes, præſtigias, philtra, uenena, dolos.
Iſte Dauid proprio conſumit enſe gigantem,
Qui domini probris caſtra laceßit iners,
Et ueluti Sampſon concußis æde columnis
Impete uulgari Buſta ſuperba iacit,
Sic quoq; per iſtum rapſodia craſſa Lutheri;
Herum mobilibus molibus acta cadit.
Vſq; adeo hic Salomon norantia templa lituris
Excolit. hunc magnis ſumptibus urget Hiram
Scilicet egregio Salſburgi præſule dante
Incrementa, tropos, pulpita, calcar, opes
Non ſolum, didicit mirari is candida uenæ
Fila, quidem proprio munere ſponte beat.
Ergo ueni lector, noli remorarier, affer
Totum animum, totis uiribus iſſe iuuat.
Spernito quiſquilias nunc ſana mente Lutheri,
Et ſacra muſta dei candide lector ames,
Hic lucem inuenies cæca caligne pulſa,
Scripturæ nodos explicitosq; tropos
Inuenies ſophiæ, tum ſymbola, tumq; canonas
Legum, ſcita patrum, uatidicamq; chelym.
Eſt ibi dicendi torrens facundia, rerum
Copia ſanctarum, deniq; Taſſus opum.
Eccleſiæ hic ſacramenta nouis ſuffulta columnis
Abs aquilone manent tuta profecto putri.
Hic tranſenna patet. Vultus hic noſce ſacerdos
Ipſe tuos. Lex hic ſancta Solonis adeſt.
Vnctus es ad quidnam cognoſces. Quis datus ordo
Qualiter expendi, quem uelit eſſe deus.
Helleboro quibus eſt opus aut naſturcia debent
Edere, te liber hic ordine cuncta docet,
Quis modus eſt ſophiæ, quid fas optare, quis aſper
Callis erit, quo te aut nunc leue ducit onus,
Ergo ueni fies aſſecla nouicius, in te
Chriſti de cœlis caſta columba uolet.

τέλος.

MATHAEVS miſeratione diuina Cardinalis, Archiepiſcopus Salzeburgenſis,
Apoſtolicæ Sedis Legatus &c, Venerabili Fratri amico noſtro chariſſimo do-
mino Bertoldo Epiſcopo quõdam Chiemenſi. Peruenit ad manus noſtras li-
ber noſtro Idiomate uulgari conſcriptus & a fraternitate ueſtra anno proxime elapſo in
lucem æditus,& nomini noſtro nuncupatim dedicatus:Cui titulus erat Theologia Ger
manica,Quem cum perlegeremus,comperimus pluribus ſalubribus doctrinis & præce-
ptis refertum,& præcipue aduerſus dogmata Lutheranorum & nõnullorum aliorum:
Qui hoc calamitoſo Sęculo,populos paſſim a uia ſalutis ſeducunt,Cum itaq; hic liber ui-
deatur plurimum conducturus ad confirmandam ſanctam fidem catholicam, pręcipue
in cordibus eorum qui titubantes & ambigentes in quam partem declinent, nondum
aperte a fide deſciuerunt. Exiſtimamus utile, admodum fore, ut liber hic ꝙ latiſſime
etiam apud aliarꝝ linguarꝝ Chriſtifideles diuulgetur,Quapropter fraternitatẽ ueſtram,
quam pro ſola gloria nominis Chriſti hos labores ſubijſſe non ambigimus, in Domino
hortamur atq; rogamus,ut eũdem librum in linguam Latinam, quo ꝙ ampliſſime euul-
gari queat,traducat, & in ea ędat atq; publicet. Pro quo ſperamus eam accepturam am-
pliſſimã mercedem a remuneratore bonorꝝ omniũ Deo. Nobis uero fraternitas uřa rem
faciet admodum gratam,mutua beneuolentia compenſandam. Datum in Ciuitate no-
ſtra Saltzburgeñ,xvij.Menſis Decembris,Anno domini. M. D. XXVIII.

REVERENDISSIMO in Chriſto Principi & domino domino Mathæo Car-
dinali & Archiepiſcopo Saliſburgeñ, Apoſtolicę ſedis Legato:dño ſuo gratio-
ſiſſimo: Bertoldus Epiſcopus olim Chiemeñ. Obedientiã debitam & reue-
rentiam cõdignam. Menſe Decembri proxime lapſo præſentata eſt mihi Epiſtola:qua
ueſtra Reuerendiſſima dominatio me hortatur ut Germanicam Theologiam aduerſus
dogmata Lutheranorum & nonnullorum aliorum pſeudo doctorum, uulgari noſtro
Idiomate nuper in lucem per me æditam, in Latinum quoq; uertam: quo tenor eiuſdem
Theologię latius diuulgetur ac exteris nationibus Chriſtum colentibus & forſitan a uia
ueritatis fraudulenter ſeductis,pariter innoteſcat.Etſi non tam decrepita ſenectus ꝙ ſigna
uia mea ſit impedimento quo minus uoluntati ueſtræ Reuerendiſſimę paternitatis de
me benemeritæ, pro condigno morem gerere ualeam: pro uirili tamen ſenilium artuum
meorum iuſſa adimplere geſtio: ne ingratitudinis reus uidear neue laborem fugiſſe ar-
guar.Porro aſſuetum eſt Latina uolumina in uulgaria idiomata traduci:hic cõuerſo mo
re conandum erit agreſte idioma in Latinum tranſmutari. Eo grauior opprimit me diffi
cultas: quo minor eſt mihi Latini ſermonis peritia.Qua ratione pro mea puſillanimitate
in ſiluestrem ſolitudinem commigraui:ubi non muſas,quę me doceant: ſed polluta labia Esaie 6
& ſtrumoſa colla reperio:nempe in illo habitans rure nuncupato Pinzgeu: quod inter-
pretatur altum rus. Situs loci reuera altus eſt: ritus quoq; Incolarum runcinus.Nihilomi
nus mandato ueſtræ reuerendiſſimę dominationis pariturus, inculto ſtilo ſequentẽ La-
tinam ex uulgari traductionem aggredior,in quantum pro mea lucubratione Latini ſer
monis memoria mihi ſuppeditat, non ut mea incompta ſcripta in publicum prodire ue-
lim: ſed per aliquem peritum Rethorem meus aggreſtis ſtilus in terſum Latinum re-
formetur: quo auidius ueritas huius Theologiæ legatur:alioquin mea inſulſa æditio Le-
ctores prorſus faſtidio afficiet. Hodie.n. ſordet quicquid Rotherodama non pollet ele-
gantia quantauis ueritatis conſtet firmitate: humilis quidem ſtili doctrinam non ſuſti-
nemus,ſed coaceruamus nobis magiſtros prurientes auribus,conuerſi ad fabulas & a ue- 2.Thi.4.
ritate auerſi. Confido tamen pij Lectores me calumnioſe non irridebunt,animaduerten-
tes ꝙ ſim Eccleſiæ debitor & mancipatus miniſter: quo minus mihi barbariſmus uel ſo-
leociſmus eſt imputandus: ꝙ ſi pręſenti interpretationi me ultro ingeſſiſſem. Precipue cũ
mihi quodammodo incumbat attendere catholico gregi: quem Chriſtus ſuo acquiſiuit Actuũ.20.
ſanguine.Propterea exanclandus eſt labor: ne illius ſanguis de manu noſtra requiratur. Ezechi.3.

Atqui tolerabilius meum iners latinū eſt ab intelligentibus admittendum nec reſpuendū nec ſiniſtre iudicandum: donec erroneum deprehenſum fuerit. Vbi minus perite aut parum caute ſcripſerim: ibi emendari deſidero. Nihil quidem eſt tam ſolidum quod non in dubium uertatur: nihil tam claris probationibus deductum quod cauillari nequeat.
Diſtin. 37. relatum. Multa deniq; ſacrę ſcripturę uerba trahi poſſunt ad eum ſenſum, quem ſibi quiſq; ſponte pręſumit. Quocirca ſiquis meam æditionem ad aliorum ſugillationem ſophiſtice impugnare molietur & me impie ſenſiſſe criminabitur: nolo ſecum ſcripto aut uerbo inutiliter contendere: ſed offero me & mea ſcripta iudicio Sedis apoſtolicę aut cuiuſlibet catholici epiſcopi uel doctoris non ſuſpecti uel legittimę uniuerſitatis: quorum omnium & ſingulorum cognitioni ſtare paratus ſum. Verum ſiquid in meo tractatu utile comprehenditur: id beati Auguſtini aut aliorum diuorum patrum eſt: non meum: cuius ſolius eſt omne incompoſitum in eodem tractatu compręhenſum. Euge hic libellus ob ineptitudinem non eſt omnino aſpernendus: ſed potiſſime ob ueritatis indagationem legendus: tametſi non ſcaturiat elegantia uel lenocinio uerborum.
1. Corin. 2. Non enim uenio in ſublimitate ſermonis mihi penitus ignoti: neq; in mundana ſapientia, qua prorſus careo: neq;
1. Theſ. 2. ut hominibus placeam ſed deo optimo maximo: Quippe Gregorius, ad epiſcopū Alexandrinum ſcribens, indignum arbitrabatur uerba cœleſtis oraculi reſtringi ſub Donati regulis. Dabit itaq; ueniam ueſtra reuerendiſſima paternitas incomptę & propę neglectę æditioni meæ: quę forte ſi minus auribus, bonis tamen mentibus plus erit ſalutaris. Ideo pręſentem tractatum inſtitui, non ad aures mulcendas uel ad eloquentiam oſtētandam: ſed ad Chriſtianę reipublicæ utilitatem & ad errantium informationem eorū ſcilicet qui magis imprudentia ꝙ temeritate errant & circum ueritatem uacillant ex ſimplicitate titubantes & ambigentes in utram credendi partem declinent, non totaliter ab orthodoxa fide deficientes: quibus meam lucubrationem conducere ſpero. Aliorum autem me miſeret: quibus, occurrentis cœcitatis errore ſubuerſis, mei labores minime proſunt: cum nouitatum auidi & contra ſanctam eccleſiam turgidi lutulentas falſitatis lacunas magis ſitiunt ꝙ ſalientem ueritatis fontem uel ſalutarem ſapientię aquam quærant.
Iohan. 4. Congeſſi itaq; libellum in centum capitula: quibus iuxta paradigma euangelicum
Math. 18. Luce 15. centum ouibus paſcua uberrima præſtaretur.

Primum capitulum eſt de fide catholica.
Secundum. Quomodo eſt credendum?
Tertium. Vtrum ad Salutem ſola fides ſufficiat?
4. Capitulum de Iuſtificatione.
5. Quid ſit credendum.
6. De articulis fidei.
7. De interna dei ueritate.
8. De uerbo incarnato.
9. De Chriſti deitate.
10. De humanitate Chriſti.
11. De exteriori uerbi dei ueritate.
12. De Biblia.
13. De euangelio.
14. De legittima expoſitione ſcripturæ.
15. De calūnioſa interpretatione ſcripturę.
16. De hæreticis.
17. De ueritate uerbali.
18. De ueritate creata.
19. De toto uniuerſo.
20. De nihilo.
21. An eſſentia creaturę in nihilum reuertatur?
22. De macrocoſmo.
23. De mere ſpirituali plaſmate.
24. De ſpiritibus peruerſis.
25. De plaſmate corporeo ſuperiori.
26. De corporali plaſmate inferiori.
27. De creatura ſimul corporali & ſpirituali.
28. De ſpiritu humano.
29. De imagine humana.
30. De ſtatibus humani generis.
31. De ſtatu paradiſi.
32. De hominis caſu a primo ſtatu paradiſi.
33. De malo hominis.
34. De peccato originali.
35. De fomite.
36. De peccatis in communi.

37. De captiuitate humana,
38. De libero arbitrio,
39. An mortales habeant liberum arbitrium?
40. An omnia fiant ex neceſſitate diuinę præſcientiæ?
41. De regimine liberi arbitrij,
42. De diuina directione liberi arbitrij,
43. De diuina gratia in genere,
44. De ſingularibus gratijs Spiritus ſancti,
45. De charitate in genere,
46. De charitate Dei,
47. De charitate proximi,
48. De amore proprio,
49. De naturali debito,
50. De naturalis debiti ſolutione,
51. De legittimis debitis,
52. De debitis accidentalibus,
53. De Satiſfactione humani debiti,
54. De Satiſfactore debiti humani,
55. De paſſione Chriſti,
56. De contemplatione dñicę paſſionis,
57. De reſurrectione Chriſti & aliorum,
58. De Sacramentis in genere,
59. De Caractere ſacramentali,
60. De baptiſmo,
61. De ſacramento Confirmationis,
62. De inſtitutione miſſæ,
63. De neceſſaria forma miſſæ,
64. De præparatione ſacrificij altaris,
65. De Sacrificio miſſæ,
66. De quatuor quęſtionibus circa miſſam,
67. De Sacramento Euchariſtiæ,
68. De ſumptione euchariſtiæ,
69. De Calice extra miſſam non ſumendo,
70. De Sacramento pœnitentiæ,
71. De tribus partibus ſacramentalis pœnitentiæ,
72. De contritione,
73. De Confeſſione & abſolutione,
74. De pœnitentia iniuncta,
75. De plaga,
76. De pœnitentia Euangelica,
77. De bonis operibus,
78. De obligatione bonorum operum,
79. De bonorum operum merito,
80. De pœnitentia infernali,
81. Vtrum ſit purgatorium?
82. De ſcripturis purgatorij,
83. Vtrum aliena ſuffragia extendantur ad purgatorium?
84. De Sanctorum imploratione,
85. De imaginibus Sanctorum,
86. De Imaginum abuſu,
87. De elemoſyna,
88. De Cęremonijs,
89. De Indulgentijs,
90. De excōmunicatione,
91. De eccleſia,
92. De poteſtate papę,
93. De extrema unctione,
94. De Sacramento ordinis,
95. De Sacerdotio & ſuperioritate Chriſtiana,
96. An quilibet baptiſatus ſit ſacerdos,
97. De Religioſis,
98. De Voto,
99. De matrimonio,
100. De extremo Iudicio,

CAPITVLVM PRIMVM.
De fide Catholica.

QVONIAM hâc tempe-
ſtate grauiſſimas admo-
dum iacturas Chriſtia-
na patitur fides: in qua
uarię ac periculoſæ inci-
dunt ſectę cum inſolen
tiſſimis fulcimentis & tenacibus irretiacu-
lis: quibus cõfunditur tota fides, ſcilicet ui-
ua cũ mortua, nuda cũ ueſtita, formata cũ
informi. Vnde communis uulgus a uerita
te ſeducitur uſq; adeo ut prope nemo ſci-
at quo animum ſuum uertat. Seductores
enim fidem aliquando tam facilem prętên
duntut cuilibet obuiam eſſe putetur; ali-
quando tam difficilem & remotiſſime po-
f. 3. §. 4. ſitam reddunt: ut nullus ſit certus, fidem ue
ram habeat nec ne. Attamen tutius eſt atq;
ſalubrius credere iuxta normam & doctri
f. 6. §. 5. in f. nam ecclesię catholicæ, ab antiquis docto-
ribus & ſanctis patribus traditam & uſu fi-
delium hactenus obſeruatam, q̃ peregri-
nis dogmatibus adhęrere: eo quidem ma-
gis quo antiqui doctores uitam egerũt ſan
ctitate inſignem: econtra noui ſeductores
uitam agunt ſpurciſſimam. Decreui igitur
nonnulla, quę ex diui Auguſtini libris ac
aliorum peritorum traditionibus de mate-
ria fidei ſparſim ſcripta reperi, ad erudi-
tionem imperitorũ in hoc opus redigere.
2. ¶ Imprimis annotanda eſt diffinitio fidei:
Diffinitio fidei. quam beatus Apoſtolus deſcribit eſſe ſpe
randarum ſubſtantiam rerum argumentũ
Hebre. 11. in prin. nonapparentium. Fides etenim ſubſtantia
nuncupatur: quia ex natura ſua eſt funda-
mentum ſubſtans ac principium directi-
uum ad alias uirtutes: quibus homo fulciri
debet atq; conſequi ęternam ſalutem: Quę
Math. 16. ſupra Chriſtum ædificanda eſt ceu ſupra
petram firmiſſimam ſolidumq; fundamen
91. §. 4. post prin. tum: cui fides tanq̃ primus lapis ſuperpo-
nitur. Poſtea ſubſtituitur ſpes: qua homo
confidit ab omnipotente conſequi hic gra
tiam: in patria gloriam. Quas hic credi &
ſperari oportet, tametſi uiſibiliter non appa
reant. Quamobrem fides argumentum di-
citur, quaſi probabile obiectum rerum nõ
apparentium: quo hominis animus manu-
ducitur ad credendum res ſperandas non-
dum apparentes: a quibus tamen noſtra de
pẽdet ſalus. Nã fide & ſpe ſecure expecta
tur futura beatitudo: quam deus iuſtis lar-
gietur, non principaliter ob fidem uľ ſpem:
nec ob meritum uel aliam cauſam, ſed ex
mera miſericordia.
¶ Hominis ſalus initianda eſt cum obſer- 3.
uantia legis naturæ: utpote declina a malo Psal. 36.
& fac bonum: ac dirigenda in quatuor uir
tutibus cardinalibus: tandem conſtruenda
in tribus uirtutibus theologicis: quibus no
ſtra ſalus conſeruatur, iuxta dictum: Nũc 1. Corin. 13
manent fides, ſpes & charitas, tria hæc: ma- in f.
ior autem horum eſt charitas. Fides uere-
tur pœnam pręcipue iudicij extremi: unde
homo culpam fugere ſtudet timore ſcilicet
ſeruili: deinde ſpes æternorum retrahit ho
minem ab inordinato affectu terrenorum:
ex eo oritur principalius, nempe charitas,
incendens hominis cor ad deteſtanda uni
uerſa deo contraria & ad diligendum eun-
dem ſup omnia, nec ulterius ſeruiliter ſed
filialiter, non reſpectu retributionis ſed pro
pter ſe, timetur deus tanq̃ ſummum bonũ.
Ea ratione fides eſt initiale fundamentum
noſtrę ſalutis, oſtendens diuinum iudiciũ:
quo mens hominis timore afficitur. Fides
deniq; indicat dei miſericordiã: qua fidelis
ad ſpem deducitur: ſpe homo gratiam &
dona dei expectat: hinc oritur dilectio: quę f. 10. §. 5.
hominis ſalutem concludit. ante f.
¶ Fides catholica eſt credenti perſuaſibi- 4.
lis pro naturæ dictamine: ſiquidem omnia,
quę ipſa fides comprehendit, tendunt ad
morum honeſtatem & uitę regulam: ad
conſeruationem humanæ naturę & aug-
mentum uirtutis: ad promotionem ſalutis
& ſui exaltationem ac ad perpetuitatem ſta
tus humani. Quippe ipſius fidei articuli
deſeruiunt ad quietem & pacem: ad con-
cordiam & hominũ profectum: ideo ſunt
credendi, colendi & acceptãdi. Diuina qui
dem benignitas in fide nos enutrit in tantũ
ut pręter rationem fidei, ex naturę ueſti-
gijs, interdum aſſequamur ueritatem eorũ
quę catholica religio dictat eſſe credenda:
quo promptiores reddamur ad credulitatẽ
myſte-

myſteriorum ſenſu incomprehenſibilium.
Propterea falſum eſt Lutheri dogma, quo
aſſerit, coram deo iuſtum eſſe (licet nobis
uideatur iniuſtum) affligi hominem pro
quibuſuis actibus: quos abſq; libero arbi-
trio ex neceſſitate committit: Ac ſi deus ad
imaginem ſuæ diuinę iuſtitię non condide
rit humanam iuſtitiam, ut eam homo acce-
ptet ac uſu conformet iuſtitię dei: Qui etiã
pręcipit ne iniuſte offendamus quenq̃m.
Quomodo igitur ſtabit exemplar diuinæ
iuſtitię, ſi quod apud nos iniuſtum eſt, apd'
deum cenſeatur iuſtum: & q deus cer-
tam iuſtitiam nobis impoſuerit dẽ non of-
fendendo inculpabilem: ſua autem diuina
iuſtitia affligeret hominem abſq; ſui arbi-
Eſaie 1. poſt me. trij demerito, contra legis dictamen: quod
eſt ut ſubueniamus oppreſſo, iudicemus
pupillo defendamuſq; uiduam: neque ip-
ſum deũ arguamus de iniuſticia aut iudi-
cio. Quaſi dicat, calamitoſos a deo liberari,
non opprimi: & itidem a nobis agendum
Ezech. 18. in me. & inf. eſſe, Alibi inquit dominus: qui iudicia mea
fecerit, uita uiuet: item nunquid uię meæ
non ſunt ęquæ?
5. ¶ Rurſus ex fide peruerſa (ueluti apud in-
fideles) emergit inquietudo, diſcordia, de-
decus, guerra & abhominatio, quemad-
modum nuper in Germania compert-
tum eſt: Vbi contra orthodoxam fidem
nonnulli maligni errores ſunt inſeminati,
parturientes infœlicem ſegetem popula-
ris ſeditionis, tamdiu forte adhuc immi-
nentis, donec hæreſis in Germania fuerit
extincta, Dum priſci theutones fideles ex-
titerant Chriſtiani: conceſſa pace & tempo
rali proſperitate lętabantur, Poſtq̃ nos ig-
naui nouis erroribus inuoluti ſumus, ab ec-
cleſię unitate lapſi, ſtatim proſperitate ſub-
lata, omnium bonorum penuria nos oppri
mit: quottidie expectaturos bellorum in-
curſum ac turcorum inſaniam, Vnde into
lerabiles exactiones & importabilia onera
ferre cogimur, tandem prorſus perituri,
Iudith 5. poſt me. Scriptum enim eſt, Quoties filij Iſrahel (in
quibus Chriſtiani præfigurabantur) præ-
ter deum ſuum, alterum coluerunt, dati
ſunt in prędam & in gladium & in obpro-
brium, Pari modo dum Germania cultui
dei incubuit & eccleſię obediuit: proſpe-
ro ſucceſſu uigebat: nunc autem peſtiferis
auſcultans doctrinis & diuino cultu deſer-
to, eccleſiam ueram contemnens ac pſeu-
domagiſtros in ſuis traditionibus ſequens,
repletur multis incõmodis, pręſertim ſub-
ditorum ſeditionibus: teſte euangelio: Cõ- Mat. 13.
ſurgent filij in parentes & morte afficient
eos. Prohpudor eccleſiarum ſupellex &
decor: quo ſuperiores noſtri deum & eccle
ſiam triumphantem hic in militãte olim de-
uote exornabant: turpiter eſt ablatus, igne
conflatus: in mamonam iniquitatis nummiſ-
matus & male conſumptus: ac ſi deo ſacriſi
cium & decus ſui altaris diſpliceat: Et ſic
omne, quod deo ſuęq; eccleſiæ dedicatum
erat, diabolo & ſuis complicibus ceſſit. Id- Ezech. 5. poſt me.
circo uiuo ego (dicit dominus deus) niſi p Ezech. 6. poſt pr.
eo q ſanctum meum uiolaſti in omnibus
offenſionibus tuis, & in cunctis abhomi-
nationibus tuis, ego quoque confringam,
& non parcet oculus meus & non miſere-
bor: complebo furorem meum, Item ur-
bes deſertæ erunt & excelſa demolientur
& diſſipabuntur, & interibunt arę ueſtræ
& confringentur, ceſſabunt idola ueſtra
& conterentur delubra ueſtra. Filij Iſrahel
nunq̃ acerbius deum irritauerunt, pręter
q̃ ſi, a ſynagoga recedentes, relinquerent
fidem ſuorum patrum, peregrinum aſſu-
mendo cultum. Siquidem ad Iudęos apo Deute. 32. ante me.
ſtatantes dominus ait: Abſcondam faciem
meam ab eis: generatio enim peruerſa eſt
& infideles filij: ipſi me prouocauerunt in
eo qui non erat deus & irritauerunt in
uanitatibus ſuis: ideo ignis ſuccenſus eſt in
furore meo & ardebit uſque ad inferni no-
uiſſima.
¶ Seuiora inſuper comminatur dominus 6.
ſuam deſerentibus fidem, dicens: Gens Deute. 32. in me.
abſq; conſilio eſt & ſine prudentia: quę no-
uiſſima non conſiderat. Sic nos theutones
hoc tempore infœlici, abſq; ratione a uera
fide excidimus, adherentes apoſtatis mo-
nachis ſacerdotibuſq; ſciſmaticis ac alijs im-
pijs: qui coram deo & hominibus ſorde-
ſcunt & ſceleſte uiuunt. Eoſdem perfidos
(quos anteriores noſtri execraſſent) lauda
mus & extollimus pro noſtris præſidenti-

bus tanq̄ diſertos & ueraces doctores: qui
tamen ſunt nebulones & periuri erga deū
& eccleſiam ac erga ſuos ſuperiores. Quo-
modo igitur quiete ſeu fœlicitate gaudebi
mus, auſcultantes talibus uanis ſeductori-
bus & contrauenientes ueris doctoribus.
Quoties aliqua fidelium prouincia ab ec-
cleſia catholica receſſit, nouis inuentionibus
inculcata: toties inibi ſubſecutæ ſunt in-
gentes plagæ: poſt quas, ſi populus non
reſipuerit, in errore ſuo derelictus eſt. Ro-
go igitur, reſilite a peſtiferis nouitatibus &
ſanctæ eccleſiæ in priſca uera fide adhęre-
te, quemadmodum patres ueſtri fecerunt.
Eadem nanque fides eſt ſpes noſtræ ſalu-
Pſal. 60. tis & turris fortitudinis a facie inimici uide
licet diaboli & ſuorum ſodalium hæretico-
rum. Et quamuis iidem inimici nitantur
euertere ueram fidem: quia a ueritate au-
2.Tim. 4 in prin. ditum auertunt & ad fabulas conuertun-
Math.16. tur: aduerſus eam tamen non præualebunt.
Ad ueſtram utiq; conuerſionem diuina
1.Pet. 1 in me. gratia ad uos reuertetur: qui redēpti eſtis
precioſo ſanguine filij dei.
7. ¶ Lege naturæ quilibet tenetur magis cre
dere articulos fidei ratione fundatos, q̄ eo-
rum contrarium: quia plus conducunt ad
uirtutes q̄ ſectę infidelium. Homo quip-
pe naturali affectu auidius inueſtigare de-
bet ſuam ſpiritualem perfectionem iuxta
ritum Chriſtianę legis, q̄ perſiſtere in car-
nali defectu: in quo eum infidelium error
relinquit. Etiamſi in dubiū uerteretur Chri
ſtianæ religionis ueritas (quæ tamen cer-
tiſſima eſt) tu uero eidem credens, es iuſte
excuſandus coram deo & omnibus crea-
turis: cum credas quod deo honorificum,
tibi ſalubre, proximo proficuum & omni-
Mat.16. in fi. bus creaturis conueniens eſt. Nam nulla
fides eſt unanimiter publicata & per to-
tum orbem ubique prędicata, pręter Chri
ſtianam: in qua credentibus æterna prę-
mia promiſſa: incredulis ſupplicia ſunt com
minata. Deſuper plęrique martyres enor-
mia paſſi, potius innocenter mori uolue-
runt q̄ fidem orthodoxam negare: Et ſic
Hebre 11. in fi. teſtimonio fidei probati inuenti ſunt in
Chriſto IHESU: Quorum exemplo fide-
les in fide roborari & increduli timore af-

fici non immerito debent. Porro nullus
Chriſtianus nec Paganus inficiari poteſt,
quin religio catholica ſit bona: ideo pro-
ceſſa ab optimo deo: a quo omne proue-
nit bonum. Rationalis igitur homo nullo
priuilegio exemptus eſt ab uniuerſali fi- §.5.§.4.
de catholica, omnibus hominibus a deo in fi.e §.14.§.15.
data & per Apoſtolos reliquoſque Chri- poſt prin.
ſti diſcipulos ubique prędicata & nobis in
ſcriptis redacta: Sine iniuria & offenſione
dei nequeunt Pagani uel cęteri infideles
prętendere, deum eſſe infœcundum uel
non eſſe ultra omnia diligendum, colen-
dum, adorandum: uel aſſerere cæteros fi-
dei articulos eſſe iniquos aut incredibiles.
Qui eiſdem contradixerit iuſte condem
nandus ceu dei aduerſarius.
¶ Sicut unus deus, una ueritas, ſic eſt a deo 8.
ſolū una uera inconcuſſa fides ab exordio Ephe. 4
mundi uſq; ad eius conſummationem: quæ in prin.
in nullo apice uel minimo puncto fallit: niſi
ꝙ in lege noua enucleatius eſt reſerata q̄ in Math. 5 poſt prin.
ueteri: & fortaſſis de cętero adhuc clarius
eluceſcet: prout ſcriptum eſt: Iuſtitia dei
reuelabitur de fide in fidem. Etenim uete- Roma.1. in me.
ris teſtamenti lex eſt umbra futurorum &
effectu conſummata in Chriſto, nempe in Collo.2. ante fi
nouo teſtamento: Quod enim ueteres futu Hebre.10
rum credebant, hoc nos credimus tam præ in prin.
teritum ueluti Chriſti incarnationem & paſ
ſionē, q̄ futurum, ſcilicet carnis reſurrectio
nem & extremum iudicium. Ad hoc Pe-
trus admonet: In uirtute dei cuſtodimini 1.Pet.1.
per fidem in ſalutem paratam in tempore poſt prin.
nouiſſimo. A mundi conſtitutione fuere
primi patres: deinde Iudęi in uera fide,
ſperantes redemptoris aduentum eis pro-
miſſum. Saluatore apparente, fides pro-
miſſi aduentus in pręteritum eſt mutata:
Siquidem Iudęorum fides unacum eo- Gene. 49.
rum potentia & ſceptro euanuit. Rur- §.9.§.3.
ſus poteſtas Chriſti ſuęque eccleſię exere-
uit intantum ꝙ tempore Iuſtiniani Cęſaris
eccleſia Chriſti ſpiritualem auctoritatem
prope in omnibus terrę finibus obtinuerit.
Poſtea paulatim defecit ac indies plus de
ficiet uſque ad magni Antichriſti interi
tū: hoc eſt uſq; ad ſecundum ueri CHRI
STI tanquam reformatoris aduentum.
Quemad

Quemadmodum olim in ſynagoga uarij idolorum cultus increbuerunt uſque ad primum Chriſti aduentum: ita in eccleſia frequentes pullularũt hæreſes, dietimq́ȝ increſcunt inter Chriſtianos ſciſmata: Ex quibus naſcuntur Pagani, turci, ſarraceni, marrani, huſſitæ, lutherani & plura ſectarum genera. Hij omnes nullo fulciti fundamento inter ſe diſcordant: carent rationis euidentia & ſcripturarum ueritate: niſi in quantum ſacras literas in quibuſdam locis ad ſuam hæreſim detorquent & ad falſum ſenſum ſiniſtre interpretantur.

Sunt itaq; circa fidem duo principalia con
I.c.1. ſideranda: Vnum quomodo credendum:
I.c.5. alterum quid credendum ſit?

CAPITVLVM SECVNDVM. Quomodo eſt credendum?

VEra fides ſeptem exigit conditiones. Vna eſt generalis: qua humana ratio ponderat, an id quod prędicatur aut ſcribitur aut quouiſmodo traditur, uериſimiliter a deo ſit, nec ne? Idipſum quidem, iuxta nudæ ſenſualitatis captũ, eſt cõmuniter incomprehenſibile: ſed adhibita diſcretionis ratione, pie credibile,
hijs pręcipue, qui ſecundum Apoſtolum
Hebre. 5. in fi. pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni ac mali. Et ſci-
1. Joha. 5. in fi. mus (inquit Iohannes) quoniam filius dei uenit & dedit nobis ſenſum, ut cognoſcamus deum uerum: nempe ut ueritati adhereamus falſitatemq́ȝ fugiamus, dictante ſcri
Prouer. 2. in prin. ptura: ut inclines cor tuum ad cognoſcendam prudentiam. Cum autem rationis metas excedit diuinarum rerum cognitio arduaq́ȝ eſt occultorum credulitas: ideo deus
Psal. 89. in fi. neceſſario eſt implorandus ut ſit ſplendor domini ſuper nos: utpote donum ſancti
Luce 24. in fi. ſpiritus, tam a patre q̃ a filio nobis ſępius promiſſi: Qui omnem illuminat hominem qui
Joban. 1. post prin. credit in nomine eius. Quodquidem no-
Apoca. 19. ante fi. men eſt uerbũ dei eiuſq́ȝ uerus filius ac ſplẽ-
Hebre. 1. in prin. dor: Nam dominus Ihesus illuminat interioris hominis mentem per fidem uſq́ȝ adeo ut diuinę aſſertioni, quamuis homini nondum ſatis elucidatæ, tamen ſperandæ, ceu infallibili ueritati ſponte aſſentiat.

¶ Hinc ſecunda ſubſequitur conditio: ut 2.
ſiquis occulta ductus manuductione Chriſtianam fidem bonam ac fidedignam intelligit, eã acceptet fiduciaq; augeat oportet: ac deum deprecetur ut is ſuam adiuuet incredulitatem, quo fides fulciatur atq; perfi- Mat. 9. in me.
ciatur. Qua de re Petrum Saluator increpabat inquiẽs, Modice fidei quare dubitaſti? Math. 14. in fi.
commendanſq; Samaritanam, cui dixit: O Mat. 15.
mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicuti post me.
uis, nempe ſicut confidis. Cauendum tamẽ eſt, ne nimium confidamus, quaſi abſq; fide & charitate boniſq; operibus, maxime abſq; ſacramentis, ſaluari poſſimus: alioquin immatura fides & nimia fiducia noſtra magis ad perniciem q̃ȝ ad ſalutem nobis cederet. Qui uero fideliter credit, deum & proximum ordinate diligit: uitia deteſtatur bonaq; pro ſua uirili deo adiutore diligentius agit: is alacriter ſperare poteſt de conceſſa ſibi gratia, ipſum deo gratum faciente & tandem ad conſummatam gloriam perducente: iuxta id quod ſcriptum eſt: Sperate 1. Pet. 1.
in eam quæ offertur uobis gratiam. Spes tamen admixta ſit cum timore, reſpectu incertitudinis & fragilitatis noſtræ. Siquidem unuſquiſque timere habet: ne fidei charitatiſque opera ſibi iniuncta, iuxta uires ſufficientes ſint debite facta aut bene ordinata: quo minor ei ſpes ſalutis relinquatur. Demum poſt hanc uitam, ceſſantibus ſpe & fide, erunt electi de beatitudine ſecuri: reprobi autem de ſuo lapſu certi, amore ac odio perpetim duraturis.

¶ Tertia conditio, ut fides per dilectio- 3.
nem ſit formata: Magdalena etenim dile- Luce 7.
xit multum, ideo dimiſſa ſunt ei multa. in fi.
Quamuis ſeductores aſſerant huic ob ſolã fidẽ peccata condonata eſſe, Chriſto dicen
te, Fides tua te ſaluam fecit: tamen antea Mat. 9. in me.
commemorauit multitudinem dilectionis: Mar. 5. ante fi.
ob quam dimiſſa peccata præſummuntur. Cuius quidem primordium erat fides: qua dominus illius ſalutem concluſit: eadem enim fides redimita fuit contritione, ſpe, dilectione boniſque operibus, ibidem in Euangelio commendatis.

Extra charitatem fidem inanem eſſe, refert
1.Corin.13 in prin. Paulus: Et ſi habuero omnem fidem (ponens omnem, nullam quantamcunq̧ excipit) ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. Quippe ſine charitate deficit fides tanquam coacta
Jaco.2. ante fi. & uana: quemadmodum fides dæmonum (qui credunt & contremiſcunt) aut malicioſi ſerui: qui pariter credit ſe a tormento redemptum per dominum ſuum: qui alioquin plura beneficia contulit ſeruo eidem: ob cuius ingratitudinem ſua credulitas non eſt accepta domino conſideranti ſe pro condigno non diligi a ſeruo: qui ea quæ facit inuitus agit. Pari modo noſtra opera, quę abſq̧ liberali fiunt mente, deo grata eſſe nequeunt.

4. ¶ Quarta conditio. Fides etiam lucida ſit bonīſque operibus referta: Opera requi-
Actuũ 10. poſt me. runt fidem, ac fides opera. Hinc Cornelij orationes & elemoſynę exauditionem meruerunt.
Luce 7. Chriſtus quoque Phariſæum: qui in fide opera exercere omiſerat, increpauit: Magdalenam econtra de bonis operibus commendans, ad phariſæum dixit: aquam pedibus meis non dediſti: hęc autem ex quo intraui, nō ceſſauit lachrymis rigare pedes meos & crinibus ſuis terſit,
Mat.8. ante fi. cęteraq̧ ibidem inculcata. Ita mulier fimbriam domini tetigit: Leproſus genu fle
Luce 17. in me. xo gratias egit: Cœcus dominum inuoca-
Luce 18. in fi. uit. Eorum fides prorupit in opera: ſine
Jaco.2. in me. quibus fides mortua eſt: Iacobo ſcribente aduerſus hæreticos de nuda fide iactantes, talem ſententiam: Quid proderit, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem nō habeat: nunquid poterit fides ſaluare eum? ſi autem frater & ſoror nudi ſint & indigeant uictu: dicat aliquis illis: ite in pace, calefacimini & ſaturamini: ſed non dederitis eis quę neceſſaria ſunt corpori: quid proderit? Sic & fides, ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa. Subſequenter Ia-
Jaco.2. ante fi. cobus ait: Abraham pater noſter, nonne ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare? uides quoniam fides cooperabatur operibus illius & ex operibus fides conſumata eſt: Non enim ſolum credidit Abraham, ſed etiam fidem operibus impleuit. Vnde infert Iacobus: Et ſup
pleta eſt ſcriptura dicens, Credidit Abraham deo & reputatum eſt illi ad iuſticiam. Gen 15.
De quo paulus inquit: In repromiſſione etiam dei non heſitauit diffidentia ſed confortatus eſt fide, dans gloriam deo, pleniſſime ſciens quia quæcunq̧ promiſit deus, potens eſt & facere: ideo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Ro. 4. in fi.

¶ Quinta conditio. Quod a domino pręceptum eſt homini, ab eo exigitur, non tantum ut credat ſed etiam effectu compleat, 5.
Paulo referente: quod Abel fide hoſtiam obtulit: fide Enoch translatus eſt: fide Noe Archam aptauit: fide Abraham obediuit in locum promiſſum exire: ubi tanq̄ alienigena demoratus eſt: fide ſterilis Sara uirtutem in ſeminis conceptione accepit. Hebre. 11. in prin.
Et ſi credas peccata extingui elemoſynis ſicut ignem aqua: non ideo hac credulitate conſequeris peccatorum remiſſionem, niſi actu elemoſynam elargiaris: tunc demum fide & opere peccata abolentur. Sic nec qualibet fide peccata remittuntur, niſi pręceptum confitendi adimpleueris: tunc credere potes peccatorum remiſſionem ob tuam fidem, contritionem, confeſſionē & ſacerdotalem abſolutionem: quę in ſe ſacramentum pœnitentię concludunt. Qui- Eccle. 3. in fi. ſ. 71. ſ. 15. in prin.
bus omiſſis (habitā ſaltem facultate aut uoto confitendi) nec remiſſionem peccatorum nec meritum Chriſti ſola fide quantacunque magna nanciſceris: obſeruatio quippe mandatorum dei eſt aliquid. Ad hoc uerba Chriſti quadrant dicentis: Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata: item quidam tempore extremo de fide ſua magnifica gloriabuntur dicturi: Domine in nomine tuo prophetauimus, dęmonia eiecimus & uirtutes multas fecimus: quibus dominus reſpondebit: nunquam noui uos: diſcedite a me qui operamini iniquitatem. Vbi deo perſona diſplicet, ibi fides minus grata eſt. 1.Corin. 7. in me. Math. 19. in me. Math. 7. ante fi.
Si uis uerus Chriſticola eſſe, non ſolummodo credas nos per Chriſtum redēptos, pręcepta & ordinationes nr̄æ ſalutis traditas: ſed etiam pręcepta operibus compleas: Iacobus ait: ſicut loquimini, ſic & facite. Chriſtus deniq̧ in extremo iudicio non im- Jaco.2. in me.

propera

propcrabit nobis ꝙ non crediderimus p̃.
ceptis ſuis: ſed ꝙ ea operibus exequuti nõ
fuerimus, ſententiam prolaturus: ite ma-
Math. 25 in fi. ledicti in ignem æternum: eſuriui. n. & nõ
dediſtis mihi manducare: aliiſue operibus
annexis inibi inculcatis.

6. ¶ Sexta conditio: Fides debet probata eſ-
ſe conſtanti perſeuerantia: prout in fide
conſtanter perſtabant ſancti dei marty-
Heb. 11 a me. ii. res: Qui per fidem uicerunt regna, ope-
rati ſunt iuſtitiam: adepti ſunt repromiſſi-
ones: conualuerunt de infirmitate: fortes
1. Cor. 16 in me. facti ſunt in bello. Hinc & Paulus horta
tur: Vigilate: ſtate in fide: uiriliter agite
1. Pe. 1 & confortamini: omnia autem ueſtra in
charitate fiant. Item Petrus: ut probatio
fidei ueſtrę multo precioſior ſit auro q̃d
per ignem probatur. Qui igitur inſtabi-
lis fide & ſingularis opinione ab uno uel
pluribus fidei articulis excidit: is pro hę-
retico habendus uenit.

7. ¶ Septima conditio: Vt fides ſit ueritati
conformis: Nam & ſiquid intellectu ap-
pareat facile atq; credibile: ſed eſt erroneũ
id fruſtra creditur. Quare magis inhęren
dum eſt teſtimoniis certis, q̃ opinionibus
Exo. 2 in prin. ueriſimilibus. Ita Moyſes noluit credere ſe
Heb. 11 poſt me. filium eſſe filię Pharaonis, pro quo puta-
batur: potius credidit ſe natum ex tribu
Leui: de quo edoctus fuit teſtimonio ſuffi
cienti. Quippe aliquid eſſe uerum, præſu-
mitur efficialibus teſtimoniis, utpote ex ſa
Ps. 77. poſt prin. cra ſcriptura: ex traditione ſeu aſſertione
antiquorum patrum: item ex peritis in ar-
te ſeu teſtibus fidedignis: Quibus magis
ſtandũ eſt q̃ argumentis ſenſibilibus: Exẽ
pli gratia: Eccleſiæ, aſſerenti in ſacramen
to altaris poſt conſecrationem adeſſe ſub-
ſtantiam carnis Chriſti abſq; ſubſtantia pa
nis, magis creditur, quam omnibus piſto
ribus pro ſenſuum capacitate panem iu-
dicantibus contra negantes tranſubſtãti-
ationem ſacramenti: de quibus inferius.
f. 65. §. 1 Plures neceſſarias fidei conditiones con-
ſcribit beatus Petrus, inquiens: Vos cu-
2. Pet. 1 poſt prin. ram omnem ſubinferentes, miniſtrate in
fide ueſtra uirtutem: in uirtute autem ſci-
entiam: in ſcientia autem abſtinentiam: in
abſtinentia aũt patientiã: in patientia autẽ
pietatem: in pietate autẽ amorem fraterni
tatis: in amore autẽ fraternitatis charitatẽ:
Cui. n. hæc non prǫſto ſunt, cæcus eſt &
manu tentans, obliuionem accipiens pur-
gationis ueterum delictorum. Ecce ſola
fides hominem non mundat (prout iam
quidam fingunt) ſed ultra fidem neceſſa-
ria ſunt opera per Petrum enunciata.

TERTIVM CAPITVLVM.
Vtrum ad ſalutem ſola fides ſufficiat.

FIdes eſt inchoatio neceſſaria ad
cõſequendũ a deo gratiã, iuſtifi-
cationẽ & ſalutẽ. Hinc apoſtolo- 24. q. 3 quidam Iſidoro
rum tpibus hæretici Eunomiani & Eti-
ani aſſeruerũt, nullũ peccatũ imputari fi- 8. Ethi. 5
dẽ habentibus. Idem hodie uſurpant qui-
dam moderni, docentes fidẽ ſufficere ſine
operibus & pctã remitti p ſolam fidẽ: non
per ſacramenta: in quibus exprimunt uer-
ba tantũ pmiſſionis: ueluti in ſacramento
baptiſmi: q crediderit & baptiſatus fuerit,
ſaluꝰ erit. Vnde nullũ opus ſed fidẽ regri:
Paulo teſte: ſine fide impoſſibile eſt deo Heb. 11
placere. Tales errores diabolus excitat ad
ſupprimẽdũ opa bona & ad cõmouendũ
hoies uiuere abſq; cura: ac ſi nuda fide ſint
ſalutẽ cõſecuturi ſine aliq̃ cooperatiõe ſua.
Ex hoc ſacramẽta cõtemnuntur: cõtritio
extinguit: pnia & ſatisfactio eneruat: Eu-
chariſtia indigne ſumit: quaſi quiſq; ſola fi-
de cõſequi & participare ualeat oia ad ſa-
lutẽ neceſſaria: nec abſolutiõe uel gr̃a: nec
auctoritate eccleſiæ uel ſacerdotis opꝰ ſit.
Huiuſmodi error nudę fidei reſultauit ex Roma. 4 in prin.
epiſtola Pauli: ubi recitat Abrahã iuſti-
tiam cõſecutũ ex fide & nõ ex operibus.
Quę uerba hoſtes bonorũ operũ ad ſen-
ſum peruerſum retorquent: quo cõmu-
nem uulgum ſeducãt: quos Petrus taxat, 2. Pet. 3
hac nota: Scripturas ſacras deprauant.

2. ¶ Aduerſum dictos ſeductores beatus Ia
cobus ſcribit, fidem nudam non ſufficere Iacobi 2 in fi.
ad iuſtificandum. Nec tamen Paulus &
Iacobus diſſentiunt: nempe Paulus loqui Gala. 5
tur de fide formata & de legis ueteris ope f. 4. §. 6. in prin.
ribus, ante uel extra baptiſmũ patratis: ſine

quibus hō iuſtificari poteſt. Proinde non excluſit bona opera in fide poſt baptiſmū facta. Iacobus aūt ponit fidē eſſe inanē & mortuā ſine operibus: quę ex dilectione fidem neceſſario ſequunť. Itidem & Paulus pleriſq; in locis affirmat, fidē quæ per dilectionē non operatur, inualidam eſſe.

Roma. 3 1.Cor.13 1. Cor 15 Gala.5 1.Theſſ.3

Nihilominus aduerſarij pręſumūt ſine q̄buſuis operibus ſufficere ſolam fidem: per quā etiam pctā dimittanť abſq; ſacramentis: adijcientes pctā relaxari per fidem: nō per pœnitentiā neq; per alia ſacramenta. Quinymo etiā ponūt, cōmunē fidē, q̄ iuſtificat hoīem, nil aliud eſſe q̄ uerbis & promiſſis dei credere: ac ſi unicuiq; fiat ſicut credit: utpote pręuaricator credens ſe per Chriſti paſſionē actu redemptū, mox ſaluus fiat, peccatis ſuis non obſtantibus.

Math. 8 poſt prin.

Hoc audiri eſt miſeratione dignum: Tūc enī eodem prætextu quilibet peccator ſaluaretur, nude credendo dei promiſſionibus: licet ignoret quid promittatur aliud q̄ quod eccleſia teſtatur. Cui tamen credere aduerſarij renuunt: ideo eis eccleſiæ teſtimonium iure patrocinari nō debet.

3. ¶ Vlterius aduerſarij aſtruunt ſola fide a deo obtineri gratiam: quæ infundatur cū magna animi concuſſione. Hanc concuſſionem nuncupant contritionem: qua homini peccata condonentur: ac ſi fides abſq; contritione eſſe nequeat etc. Ex hoc contra eos liquet, ſolam fidem non ſufficere ad conſequendum gratiam & remiſſionem peccatorum: ſed etiam requiri cōtritionē: neq; cuipiam conſtare utrum ſibi in fide contritio fuerit infuſa: per conſequēs incertus eſt de peccatorum remiſſione. Multoties. n. cōtritio & mœſtitia eſt in aliquius mente ſine gratia: ueluti Iudę contigit. Vnde fides hominis redditur incerta & plurimū confuſa: ut ex ea nemo ſe reſoluere queat. Quanto plus aduerſarij de ſua fide concionantur: tanto remotius a uera fide exorbitant populumq; ſeducūt a uia ueritatis in errores intricatiores. Nullo medio poteſt diabolus Chriſtianam religionem accommodatius extirpare q̄ falſo dogmate nudę fidei. Verum quidem per fidem uera contritione informa-

Math. 17 in prin.

tam homo a deo conſequitur relaxationem culpę & æternę pęnę (quoniā Chriſtus miſſus eſt ſanare contritos corde) ut tamen debitam pœnam temporalem & maculā culpę relictā expurgare ſtudeat ſacramētali cōfeſſiōe & digno fructu pœnitentiæ. Demū uirtute ſacramenti pœnitentię homo ſperare poteſt remiſſionem peccatorum & gratiæ conſecutionē: De qua minime ſecurus eſt q abſq; pœnitentia de ſua fide & contritione præſumit. Luce 4 poſt prin.

4. ¶ Ab exordio eccleſiæ hactenus diabolus per ſuos ſatellites ſemper conatus eſt inculcare, quaſi ſola fides iuſtificet hominē atq; ſaluet. Quo opera debita negligātur & diuina pręcepta contemnantur: quo etiam iuſti terreantur & in ſua conſcientia confundantur: ac impij ad maliciam prócliuiores & audaciores reddantur. Porro pręuaricatores fidem habere poſſunt una cum dei indignatione quamdiu in peccatis ſunt. Ad quod Lutherani reſpondent: peccatores non habere ueram fidē iuſtificantem. Sed ipſi non docent quāta & qualis debeat eſſe fides, habens uim iuſtificandi. Hoc conceſſo, nemo habebit ueram fidem: neq; quiſquam de ea certus eſſe poteſt: quoniam ſine peccato eſt nemo: Et ſic omnibus aditus ad dei gratiam pręcluderetur. Sunt alias multi in uulgo ad bona opera ſegnes: qui ſegniores redduntur, pręſumentes ſibi ſolam fidem ſufficere nec opera requiri. Tali ſpe dānabiliter aſſecurati, pœnitentiā dignā negligunt: cultum diuinū contemnunt: ſuper ſua manca fide proteruientes libere peccant, ac ſi culpę temeritas fide ſola expietur. Hoc pacto ad beatitudinē apti eſſent fornicarij, adulteri, homicidę, fures, raptores, blaſphemi & cæteri carnis operarij, contra ſententiam Pauli ſcribentis: qui talia agunt, regnum dei non conſequentur. Chriſtus uenit per fidem mala phibere, nō cōcedere: Paulo ulterius ſcribente: Apparuit gr̄a dei & ſaluatoris nr̄i oībus hoībus, erudiens nos ut abnegantes impietatē & ſęcularia deſideria, ſobrie pie & iuſte uiuamus in hoc ſęculo. Conſtat igiť ex pmiſſo nudę fidei dogmate, auditores a uia

1. Ioh. 1 1. Iohan. 1 Gala. 5 in fi. Tit. 2

auditores a uia iuſtitiæ protrahi ad iniquā
peccandi leuitatem.

5. ¶ Stante opinione, ex ſola fide bonos &
malos ęqua lance ſaluari, ac ſi uirtutes & ui
tia eiuſdem ſint ponderis & culpæ: conſe-
quens erit Chriſtianam religionem nepha
riorem eſſe omni ſuperſtitione Iudæorum,
paganorum & turcarum: apud quos uir-
tus colitur, uitium abhorretur. Qua igitur
fronte prætendunt aduerſarij ſolam fidem
ad ſalutem ſufficere? Hoc dogma ſtude-
ant tradere Infidelibus, ſua opera extra ec-
cleſiam abſq; uera fide exercentibus, non
Chriſtifidelibus in gremio eccleſiæ renatis
& educatis ac in uera doctrina inſtitutis.
Enim uero Euangelium non fruſtra alle-
gat tres magos, nouo ſidere motos, in Chri
ſtum credidiſſe & ſuam fidem opere com
pleſſe in figura offerentes Chriſto aurum,
thus & myrrham, ceu æterno regi & ſum-
mo ſacerdoti pro noſtris delictis ſepelien-
do. Nec domi ſolummodo ſecrete credi-
derunt in Chriſtum: quinetiam ipſum re-
mota peregrinatione & copioſis impēſis
manifeſte quęſierunt. Non ſufficiebat eis
ſe interius per ſtellam illuminatos eſſe in fi
de uera: ſed uoluerunt etiam exterius cor-
porali intuitu inquirere quod uiſu mentis
Eſaie 60. in prin. inſpexerant. De quib. ſcriptum eſt: Ambu
labunt gentes in lumine tuo & reges in
ſplendore ortus tui.

6. ¶ Si fides ſine adiecto ad tollenda peccata
ſufficit: cur Chriſtus paſſus eſt & pœniten
tiam cæteraq; ſacramenta nihilominus inſti
tuit ac tam multa præcepta in utroq; teſta-
mento ordinauit? poſtq; omnia iſta unica
fide potuiſſent abſolui. Propterea Chriſtus
ſuperflue martyrizatus eſt: ſui diſcipuli im
merito fatigati: ſacramenta una cum diui-
nis præceptis & conſilijs fruſtra inſtituta
De appel. ceſſante. ſunt: Ceſſante enim cauſa ceſſat effectus:
ſublatis igitur peccatis per ſolam fidem, eo
fruſtratur effectus paſſionis & ſacramen-
Nume. 25. torum Chriſti. Quando Phinees adulteriū
uindicauerat, ſtatim plaga ſublata eſt. Ex
præmiſſis liquet, peccata ſola fide non au-
ferri ſed etiam requiri contritionis humili-
tatem: confeſſionis obedientiam ac pœni-
Pſal. 24. in fi. tentiæ operam: ſicuti Dauid orabat: Vide
humilitatem meam & laborem meum &
dimitte omnia peccata mea. Item dicebat,
ſpiritum contribulatum eſſe ſacrificiū deo:
qui cor contritum & humiliatum non de- Pſal. 50. in fi.
ſpicit. Pariter malū eſt ſublatum ab Achab
poſtq; ſe erga deum humiliauit. Eſt tamen 3. Reg. 21. in fi.
animaduertendum: Quemadmodum peri
culoſum eſt præſumere ſuper ſola ſine o-
peribus fide: ſic pernicioſum eſt iactitare
de operibus ſine humili fide: Iſti quidem
in opera confidentes ædificant abſq; funda
mento: illi autem iacto fidei fundamento,
nihil deſuper ædificant. Etenim a ueritate
utriq; exorbitant. Eccleſia interea mediam
tradit uiam, nempe ſic gloriari de fide, ne
quicq; bonis decedat operibus: rurſus ope-
ribus tantum inniti, quantum fide & chari
tate fulciantur. Concluditur ergo, peccato-
rem poſſe credere, ſperare & confidere in
deum: ſed ad aſſequendam gratiam gratū
facientem & peccatorum remiſſionem, re-
quiri fidem formatam cum charitate, hu-
militate, timore boniſq; operibus, ac iuxta
oportunitatem cum ſacramentorum ſuſce
ptione. Fides ſic habituata operatur ho-
minis ſalutem, uirtute paſſionis & meriti
Chriſti.

¶ Ad obiectionem aduerſariorum, præſu 7.
mentium non exigi opera in ſacramentis:
in quibus fiat duntaxat promiſſio: Cui ſi-
quis crediderit, ſaluus erit &c. Reſponde-
tur. Propter opera frequenter fiunt pro-
miſſiones: in quibus tamen nullum eſt ſacra
mentum: uelut Chriſtus promittit: omnis
qui petit, accipit: qui quærit inuenit & pul Luce 11.
ſanti aperietur: date elemoſynam & ecce poſt princ. ante fi.
omnia munda ſunt uobis: dimittite & di-
mittemini cum ſimilibus. Quantumuis cre Luce 6.
das pmiſſis fraudaberis niſi petas, quæras poſt me.
pulſes, elemoſynam des, dimittas cæteraq;
opera oportuna facias. Prout non ſaluabe
ris per ſolam fidem abſq; effectuali baptiſ-
mate. Ad ſalutem conſequendam non ſuf-
ficit credere euangelio & uerbo promiſſio
nis, niſi opus in promiſſione expreſſum per
feceris: alioquin exilis eſt fructus fidei, nam
bona fides nequit eſſe ſine opere. Imo ipſa
fides per ſe opus eſt iuxta euangelium: hoc Iohan. 6.
eſt opus dei ut credatis in eum quem mi- ante me.

ſit. Huius fidei opera ſunt, ſollicita conſci-
entiæ diſcuſſio, peccatorum confeſſio, de-
uota precatio, cordis in deum directio &
diuini cultus executio. Hæc & ſimilia ope-
ra ſpiritualia ſicut ſine fide nullius ſunt mo-
menti, ita fides ſine his inanis eſt.

8. ¶ Q: ſola fides ad ſaluandum & iuſtifican-
dum non ſufficiat, ſed una cum fide opera
requirantur: ex infranotatis & pluribus a-
lijs ſcripturæ locis conſtat. Primitus enim
Math. 7. ante fi. inquit ſaluator: omnis qui audit uerba mea
& facit ea, comparabitur uiro ſapienti. Itē
Johan. 15. ante me. uos amici mei eſtis ſi feceritis quæ præci-
pio uobis. Ecce factum exprimitur, non fi-
des: tametſi ea ibi tacite includatur. Vlte-
Math. 7. in fi. rius dominus: Qui audit uerba mea & non
facit ea, ſimilis erit uiro ſtulto qui ædifica-
uit domum ſuam ſuper arenam. Hic ſatis
innuit, non ſufficere auditum uel fidem, ni
ſi firmetur facto: alioquin tendit in ruinam
Math. 6. ante me. quod audiſti & credidiſti. Itidem in Euan
gelio: Si non dimiſeritis hominibus, nec pa
ter ueſter dimittet uobis peccata ueſtra.
Hic fides, abſq; dimiſſione iniuriæ proxi-
mi relaxationem peccatorum non obtinet.
Math. 5. poſt prin. Iterum: Niſi abundauerit iuſtitia uſa plus
q̄ ſcribarum & phariſæorum, non intrabi-
tis in regnum cœlorum. Sciēdū eſt ibi Chri
ſtum loqui de iuſtitia bonorum operum:
quæ deinceps pluribus exemplis commō
ſtrat ut Chriſtifidelium iuſtitia in nouo te
ſtamento excedat iuſtitiam quæ fuerat in
teſtamento ueteri. Inter quæ exempla po-
Math. 5. in fi. tiſſimū eſt illud: Diligite inimicos ueſtros:
Math. 6. in prin. benefacite hijs qui oderunt uos & orate p
perſequentibus uos ut ſitis filij patris ue-
ſtri &cę. alioquin mercedem non habebi-
tis apud patrem ueſtrum, nempe merce-
dem habent qui credunt pariter & faciunt
Luc. 12. ante fi. Præterea ait dominus: Seruus qui cogno
uit uoluntatem domini ſui & ſe non prępa
rauit & non fecit ſecundum uoluntatem
eius, uapulabit multis: qui autem non co-
gnouit & fecit digna plagis, uapulabit pau
cis. Qui ergo dei uoluntatem non facit, etiā
ſi credat, iniuſtus eſt: alioquin ſi ſua nuda fi-
des ſufficeret, non eſſet obnoxius pœnę ob
neglectam domini uoluntatem.

9. ¶ Sequuntur nonnulla teſtimonia Pauli
probantis fidem eſſe caſſam ſine operib. Roma. 2. poſt prin.
atq; dicentis: dominus reddet unicuiq; ſe-
cundum opera eius: nec ait ſecundum fi-
dem. Et eſt ſenſus: Illis qui patienter in bo
nis operibus perſeuerant & incorruptibi-
lem eſſentiam quærūt, reddet deus uitam
æternam: quam nō conſequitur iniuſtus:
ſed eius bona opera reddunt ipſum idone
um ad impetrandum a deo iuſtificationis
gratiam: quam nuda fides non affert. Vl-
terius in Paulo: Gloria, honor & pax om- Roma. 2.
ni operanti bonum: non enim auditores
legis iuſti ſunt apud deum, ſed factores
iuſtificabuntur. Ecce beatus Paulus hic
negat auditores, i. credulos legis iuſtos
eſſe, donec legem opere perfecerint. Ad
hoc Iacobus hortatur nos ut ſimus facto- Jaco. 1. in fi.
res uerbi, non auditores tantum, fallentes
noſmetipſos: non enim auditor obliuioſus
ſed factor operis beatus in facto ſuo erit.
Paulus deniq; uitam promittit ſpiritu fa- Roma. 8. poſt prin.
cta carnis mortificantibus, i. caſtigantibus
ſuam carnem cum uitæ auſteritate & ope
rum difficultate. Quippe caro & ſpiritus Gala. 5. in me.
ſibi inuicem aduerſantur: ſpiritus autem
carnem comodius uincit cum arduis ex-
ercitijs, q̄ ſola fide: quæ dumtaxat ualet ſi Gala. 5. poſt prin.
per dilectionem operaē. Orat quoq; Pau-
lus pro Colloſenſibꝰ ut in omni opere bo Colo. 1. poſt prin.
no fructificent.

¶ Præterea Paulus quaſi ubiq; in ſuis epi- 10.
ſtolis bona opera commendat, præcipue
ad Thimotheū: quem frequenter ad ope- 1. Thim. 4. in fi.
ra hortatur & inſtituit non ſolum concio- 1. Thim. 6. in fi.
natorem fidei, ſed etiam ut ſit fidelibus bo
norum operum exemplum atq; præcipiat
eos fieri diuites in bonis operibus et ut ipe
laboret ceu bonus Chriſti miles ac ſollici- 2. Thim. 2.
te curet ſeipſum probabilē exhibere deo
operarium inconfuſibilem. item ad He- Hebre. 6.
bræos ſcribit, deum non eſſe iniuſtum ut
obliuiſcatur operis noſtri & dilectionis:
Nulla fidei mentione facta. Rurſus ait
Paulus: Patientia uobis neceſſaria eſt: ut Hebre. 10. in fi.
uoluntatem dei facientes reportetis pro-
miſſionem. Cuius participes fiunt ſoli exe
cutores operum diuinæ uoluntatis: Ideo
ſequitur: Iuſtus autem meus ex fide ui-
uet. Quæ quidem fides eſt inchoatio bo-

norum

Hebre. 12. in me. norum operum, Deinde annectit: Eſau
propter unam eſcam uendidit primitiua
ſua, poſtea cupiens hęreditare benedictio
nem, reprobatus eſt: non, n, inuenit pœni
J. 4. §. 1. in ſi. tentiæ locum, quanq̃ cum lachrymis, i. in
fide, inquiſiſſet eam, Si fides triſtis ſuffeciſ-
ſet, Eſau lachrymatus & credulus a patrē
benedictionē hæreditaſſet. Ergo nec nos
ſola fide patris cœleſtis benedictionem a-
dipiſcimur.
11. ¶ Demum admonemur per ſcripturam,
2. Joh. 1. ut uideamus noſmetipſos, ne perdamus q̃
operati ſumus ſed ut mercedem plenam
accipiamus, Nulla ibi fit mentio de fide:
Quæ nuda coronam cœleſtem non mere-
Gala. 5. 2. Thim. 4. tur, ut claret in Paulo: Cui repoſita fuit de
J. 4. §. 9. reliquo corona iuſticiæ: quia bonum cer-
tamen certauit, curſum cōſummauit, fidē
ſeruauit. Non igitur fidei ſoli ſed ſtrenuis
bonorum operum certaminib, corona aſcribit.
12. ¶ Premiſſis locis liquet nudam fidem ad
ſalutem non ſufficere quantalibet ſit: Ne-
1. Corin. 13. Math. 7. mo poteſt maiorem habere fidem, q̃ qua
circa fi. montes transferūtur aut prophetatur aut
dęmonia eijciuntur, aut etiamſi maioribus
uiribus prędita ſit: ſine charitate tamen &
uirtutis operatione nihil eſt. Proinde abſ-
que fidei reſpectu in ueteri & nouo teſta-
Actu. 5. in prin. mento mala opera punita ſunt; uelut Ana
nias & Saphyra propter mendacium: pa-
1. Corin. 5. 1. Thim. 1. in fi. riter Hymenęus & Alexander maledici:
item quidam Corinthus propter ſtuprū:
quos fides nec iuuit nec iuſtificauit quomi
nus pœnam luerent. Plura ex ſcriptura
exempla adduci poſſent de fidem habenti
bus ob mala facta punitis: ſed ea omitto,
J. §. 13. ne lectori ſim prolixior. Viceuerſa multi
iuſtificantur abſq; actuali fide, ut infantes
aliique uſu rationis carentes: qui per baptiſ-
mum mundantur ab originali labe: in quā
ceciderunt ex aliena culpa: ideo ab ea ab-
ſoluuntur per alienum meritum, ſ. paſſio-
nis Chriſti, excuſantur quidem potentia
peccandi exortes, nihilominus redduntur
Math. 9. in prin. participes gratiæ & meriti ſaluatoris in fi-
Mar. 2. in prin. de eccleſiæ: prout paralytico remiſſa ſunt
peccata in fide offerentium. Qui autē pro
pria uoluntatis libertate peccat: ab illo pro
pria exigitur fides, Sine qua nec per ſacra-
menta nec per opera iuſtificabitur.
¶ De baptiſmo Infantium ait dominus om 13.
nipotens: Hoc eſt pactum quod obſerua- Gene. 17. J. 60. §. 10
bitis inter me & uos &c. Infans octo dierum
circumcidetur in uobis: Maſculus cuius p̄
putij caro circumciſa non fuerit, delebitur
anima illius de populo ſuo: quia pactū me-
um irritum fecit, Pari modo paruuli Chri
ſtianorum non ſunt excludendi a pacto dei,
ſed baptiſandi: qm̄ baptiſmus per circumci
ſionem figuratus eſt, alioqn Infans nō ba-
priſatus damnaret lege cōmuni, Quocirca
dn̄s dicit: Sinite paruulos uenire ad me & Mar. 10.
ne prohibueritis eos: taliū eſt, n, regnū dei
&c. Et cōplexans eos & imponens manus
ſup illos, bn̄dicebat eos, Ergo infantes ſunt
per baptiſmū ducendi ad Chr̄m, Qui iuſſit
oēs baptiſari gentes, inter quas ſunt paruu
li, Siquidem p̄res n̄ri oēs ſub nube fuerunt
& oēs baptiſati ſunt in mari & nube, Certū
aūt eſt etiam paruulos fuiſſe ſub nube &
ita figuraliter baptiſatos, Nam & ſi paruu-
li careant affectu fidei: tamē propter baptiſ
mū (qui eſt fidei & cōuerſionis ſac̄mentū)
adipiſcunt̄ fidei effectū & ad deū conuerti
cenſent̄: eorum, n, defectū ſupplet ſac̄mentū:
Quia cōſepulti ſunt in Chriſto per baptiſ- Collo. 2. poſt prin.
mū. Porro q baptiſmū ſuſceperit, ei fides
diuinitus infundit̄, ſiquidē baptiſmus Chri
ſtifidelem facit, Sic infans baptiſatus habet
fidem habitu: licet non actu. Paruulis itaq;
in baptiſmo infunditur donum fidei.

QVARTVM CAPITVLVM.

De Iuſtificatione.

HOc periculoſo tp̄e priſtinæ hęreſes,
quondā in inferno ſepultæ, de nouo
excitant̄: quib, docet̄ homines ſola fide cō
ſequi gratiam & iuſtificationem, abſq; ſa-
cramentis boniſq; operibus, item uerba ſa
cramentalia nec gr̄am nec ſanctificationē
contineant ſed meram promiſſionē: utpo-
te qui crediderit & baptiſatus fuerit, ſal- Mar. 16.
uus erit. Item quodcumq; ſolueris ſup ter- in fi.
ram, ſolutum erit in cœlis: Et conſimilia.
Credens huiuſmodi p̄miſſioni quaſi me-
reatur gr̄am: quia ſola fides nec aliud quicq̄
iuſtificet &c. cum pluribus cōſimilib, ab-
ſurditatib, Aſſertores huius peſtiferę do-

ctrinæ fundamentũ uſurpant ex uerbis a-
Roma.4. poſtoli dicẽtis: Abraham ex opibus legis
ſ.§.6. non iuſtificat̃,ſed ex fide. Quorũ illatio ma
niſeſte inepta & erronea apparet. Iſta.n.p̃
miſſionis uerba, qui crediderit & baptiſa-
tus fuerit,ſaluus erit, ad formam baptiſmi
Math.28. nõ ſpectant:ſed hęc, ego baptiſo te in no-
mine pr̃is & filij & ſpũſſancti. item ad for-
mam pœnitentiæ:ego te abſoluo in nomi-
ne &c. huiuſmodi uerba nõ continent pro
miſſionẽ:cum aũt p̃lata fuerint ſuper cathe
cuminũ aut cõfitentẽ,adhibita materia de
bita,tunc cõplent ſacmẽtũ: per quod ba-
ptiſatus uel cõfeſſus grãm conſequit̃, prio-
ri macula abolita. Qobrem nõ is,qui ſolũ
credit ſed qui bona fide ſacramento ſe ſub
mittit,iuſtificatur & promiſſionis gratiam
Mar.16. obtinet iuxta uerbũ Chriſti:qui crediderit
& baptiſatus fuerit,ſaluus erit. Et ſi fides tã
ta eſſe poteſt ut credẽtem abſq; ſacramen-
to ſaluet,pręcipue facultate adipiſcendi ſa
Luce 23. cramentũ adempta: uelut latro Chriſtum
ſ.§.10. in cruce implorando & publicanus in tem
Luce 18. plo contemplando,ſua fide gratiam conſe
cutus eſt: Tamen nemo ſuam magnam fi-
dem pręſumat:incertus.n.de fide ſufficien
te & cõtritione condigna,incertior erit de
gratia diuina:nam ſera pœnitẽtia raro bo-
Heb.12. ante fi. na:ſiquidem Eſau nõ inuenit pœnitẽtię lo
§.3.§.10. cum. Securius itaq; eſt tempeſtiue feſtina
in fi. Exodi 12. re ad ſacramẽta iuxta ſcripturam: agnum
poſt prin. comedetis feſtinanter.

2. ¶ Paulus ad baptiſatos inquit: abluti eſtis,
ſ.76.§.8. ſanctificati eſtis, iuſtificati eſtis in nomine
1.Corin. 6. in me. Iheſu & in ſpiritu dei. Hinc elicitur, q̃ ſa-
cramenta diuinam continent gratiam iu-
ſtificantem; etiamſi hominis fides nõ tam
ſufficiens ſit q̃ decet,aliqualis tamẽ eſt: qđ
deficit fidei & cõtritioni aut deuotioni ho-
minis, hoc reſtaurant ſacramenta uirtute
paſſionis Chriſti:quę omnem ſpũalem de-
fectum ſupplet & ſufficiens eſt ad abolen
da uniuerſa debita noſtra. Vt tamen huius
paſſionis homo particeps fiat per ſacmẽ
ta aut alia uia congrua: pręcipue crucem
ſuam pro uiribus poſt Chriſtum baiulet.
Qui autem illius meriti expers manet:ina-
bilitati propriæ imputet,non Chriſto: qui
ſuæ paſſionis meritum omnibus ęqualiter
abſq; perſonarũ acceptione uult impartiri.
Propterea Paulus hortatur nos ſic currere 1.Corin. 9.
ut appręhendamus brauium,i.theſaurum
eccleſiæ,utpote meritum Chriſti & ſuorũ
electorũ. Rogat deniq; ne nos deficiamus Ephe.3. circa fi.
in curſu,nempe in ſuis tribulationibus nr̃i
gratia toleratis:ſed fundati ſimus ut poſſi-
mus compręhendere cum omnibus ſan-
ctis. Et impleamur in omnem plenitudinẽ
gratiæ. Ecce Paulus nullibi ſuper nuda fi-
de iuſtificationem fundat:ſed magis ſuper
ſacramentis:ubi dicit,abluti eſtis & ſancti- 1.Corin. 6.
ficati atq; iuſtificati.

¶ Sacramenta ergo in fide ſuſcipientibus 3.
præſtant iuſtificationem:quę alioquin ſo-
la fide non acquiritur:uiam tamen ad iuſti-
ficandum fides dirigit. Itaq; ſacmẽta fidem
informant efficacemq; reddunt:& ſic ex in
iuſto facit deus iuſtum. quod opus ęſtima
bilius eſt, q̃ hominis ex nihilo creatio: Imo
plus q̃ totius mundi plaſmatio:in qua deo
nihil reſtitit, quemadmodum in iuſtificã-
do impium iuſtitia obſiſtit. Attamen miſe
ricordia & iuſtitia mutuo obuiant. Eo cõ- Pſal.84.
ſtat principaliter, uirtute diuinæ miſericor
diæ, hominem iuſtificari per ſacramenta,
ei a ſacerdotibus tanq; dei miniſtris porre
cta. Porro ſpiritualis medela quadrat cor-
porali: nam hominis ſanitas originaliter eſt
a deo: uirtualiter a medicina: ordinarie a
bona dieta:fomentaliter a pixide ſeu apo-
theca: miniſtraliter a medico miniſtrante.
Pari modo ſanitas iuſtificationis prouenit
originaliter & affectiuę ex merito Chri-
ſti: initialiter per fidem: ordinarie a con-
templatione uitæ & bonis operibus: fomẽ
taliter a ſacramentis:miniſtraliter a ſacerdo
te ſacramenta loco dei miniſtrante ex apo
theca eccleſiæ.

¶ Ad hominis autem iuſtificationem ſex 4.
concurrunt: quorum duo fiunt per homi-
nem: duo concedit deus: per duo eccleſia
homini ſubuenit. In primis homo affici de
bet erga ſeipſum odio & erga deum amo
re: hæc eſt inferior & ſuperior mola,diabo
lo non impignoranda ſed libera conſer- Deute.24. poſt prin.
uanda. De qua in Euangelio: Duæ mo- Math.24. ante fi.
lentes in mola, i. in libero arbitrio hominis
uel in uolubilitate mundi: una utpote cha

ritas erga deum aſſumetur: altera nempe ſui ipſius deteſtatio relinquet ſcilicet poſt huius uitæ terminum. Ad diuinam itaqȝ inſpirationem, quæ bonorum & maloꝝ arbitrium mouet, homo ſe in bonum flectere debet. Si .n. peccator conuerti & iuſtificari uelit: neceſſe eſt, ut primæ influentiæ diuinæ fide ac uoluntate conſentiat, & peccata ſua mœrore puniat. Deinde deus cō-
Prouer.1. ante fi. cedit duo: Primo extendit manum ſuę miſericordiæ: quam ſi peccator aſpicit: remittitur ei iniquitas pœnaqȝ æterna: quo par-
Actu.10. ante fi. tim iuſtificatur, iuxta hoc dictum: Qui timet deum & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi. Virtute eiuſdem gratificantis gratiæ remittit deus peccata: qua remiſſione homo, qui antea fuit iniuſtus, nunc iuſtificatur. Illa tamen gratia porrigitur homini non pro ſuo merito (prout Pelagius dogmatizauit) cum lapſus homo nil promereri ualeat: ſed ob accepta hominis opera deus inclinatur ad miſerendum ei qui ſe in conſcientia pro ſua uirili præparat fide formata & charitate ordinata deum colere: proximum ædificare & ſui ipſius ſalutem quęrere. Huic deus gratiam iuſtificationis impendit dumtaxat ex merito iuſti, innocentis & benedicti Chriſti: quo ſolo mediante, omnes iniuſti, noxij & maledicti a
Johan.1. post prin. deo ueniam expectare habent: quia de eius plenitudine nos omnes accepimus. Secundo concedit deus iuſtitiam: qua æternam pœnam commutat in temporalem ſatiſfactoriam. Huiuſmodi duplex dei con-
Luce 10. in prin. ceſſio figurata eſt, quando Chriſtus binos diſcipulos miſit ante faciem ſuam in omnem ciuitatem & locum quo ipſe erat uenturus corporaliter: Aeque deus præmittit
Psal.56. in prin. miſericordiam et ueritatem iuſtitię ad pœnitentes: quos ſpiritualiter uiſitare digna-
Mar.14. Luce 22. in prin. tur. Hij ſunt duo diſcipuli quos ſaluator miſit præparare ſibi paſcha.

5. ¶ Demum homini iuſtificando eccleſia ſubuenit in duobus: unum eſt meritum Chriſti, theſaurus ſcilicet inexhauſtibilis a domino eccleſiæ traditus. Secundum eſt meritum ſingulorum dei electorum: quo ceu filiorum peculio, eorum mater eccle-
Ephe.5. ſia fruitur. Et licet Sancti nil ultra condignum egerint: tamen tantum diuinæ charitatis penes ſe habuerunt & lampades fidei bonis operib. adeo abundanter accen- Math.25. in prin. derunt ac lucernam ſuper candelabrum poſuerunt; ut luceret omnibus qui in eccleſia ſunt. Sicut & Chriſtus eis præcepit: Sic luceat lux ueſtra coram hominibus ut Math.5. post prin. uideant opera ueſtra bona & glorificent patrem ueſtrum. Contingit quidem plærumqȝ ut uno lumine, ad alicuius neceſſitatem accenſo, plures alij ad ſuum uſum fruantur. Pariter & nos ſanctorum meritis & operibus: quæ ipſi ad ſuam neceſſitatem in hac uita egerunt & ſibi præparauerunt: frui poſſumus. Tali itaqȝ confidentia conſueuit eccleſia ceu mater, ſuæ electæ prolis opera & merita nobis ſuis egenis filijs benigne impartiri in ſolutum noſtroꝝ debitoꝝ. Alterum, quo eccleſia nobis ſubuenit, eſt indultum iubilæi & ſpecialiū indulgentiaꝝ: quibus tempore acto quidam doloſi cōcionatores plurimū abuſi ſunt: ut penitus contemptui haberenť. ſunt tamen legittimę indulgentiæ amplectendæ: non contemnendæ, in quantum ordinate & debita auctoritate conceduntur: præſertim inſpecta rationabili cauſa & Chriſtiana republica. Poteſt enim cōtritus & confeſſus (uelut in bullis indulti exprimi ſolet) cum ſua obedientia & fide formata cōſequi relaxationem pœnarum: quas alioquin hic aut in purgatorio luere deberet in ſatiſfactionem ſuorum debitorum: de quibus infra ca. lxxxix. Hactenus de iuſtificatione ſacramentali.

¶ Secundus principalis articulus eſt bonorum operum: quæ antichriſtiani prorſus 6.
contemnunt, allegantes & torquentes ſupradicta apoſtoli uerba: quaſi Abraham Roma.4. &.§.1.
ex fide ſola, non ex operibus, iuſtificatus ſit: De quo autem Petrus ſcribit: In Pauli 2.Pet.3. in fi.
epiſtolis ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & ceteras ſcripturas ad ſuam ipſoꝝ perditionē. Quare Auguſtinus declarat Paulum in dictis uerbis ſenſiſſe, non de uniuerſis operibus: ſed dumtaxat de ueteris legis operibus: quę de cætero ad iuſtificandum non proficiunt: quemadmodum Paulus De fide & operibus. c.3.§.2.7 &.38.§.1. &.82.§.1. in prin.

Gala.6. in fi. alibi innuit: neq; circumciſio aliquid ualet
ſed noua creatura & fides quæ per dilecti
Gala.5. onem operatur. Hęc opera nouæ legis in
fide & charitate perpetrata conducunt ad
iuſtificationem. Q; autem iidem antichri-
ſti præſumunt omnia opera eſſe mala ex
Eſaie 64. poſt prin. hac ſententia: facti ſumus ut immundi om-
nes nos & quaſi pannus menſtruatæ uni-
uerſę iuſtitiæ noſtræ: Hoc non fundatur:
Nam Eſaias locutus eſt de ſynagoga Iu-
dęorum: qui illo tempore omnes peccatis
maculati & captiui tranſlati erant quo-
minus templum uiſitare uel ſacrificare uel
iuxta ritum legis purificari potuerunt.
Hoc patet ex ſequentibus: ubi Eſaias ſub-
infert de deſolatione Iheruſalem: de diru-
ptione ſyon & exuſtione domus ſanctifi-
cationis. Quę uerba minime protrahi poſ
ſunt ad eccleſiam: quæ pura & incorru-
pta hactenus permanſit, ſicut aurum mun
Apoca. 21. ante fi. dum & uitrum perlucidum: tametſi illius
membra multotiens ſint inquinata.

7. ¶ Nequaq; ſtare poteſt opinio dogmati-
ſantium hominem in omnibus ſuis operi-
bus ſemper peccare, acſi ad peccandum
cogatur, nec bona eſt concluſio iſta: homo
1. Job. 1. non poteſt eſſe ſine peccato ſaltim ueniali:
ergo peccet in omnibus operibus ſiue bo
nis ſiue malis: pleraq; enim opera iuſta &
bona peccandi occaſionem nō habent: ue
luti eleemoſyna cęteraq; pietatis opera: item
orationes & cæremoniæ: alioquin ad orā-
Math. 7. in prin. dum & eleemoſynam præſtandā nos Chri-
ſtus non prouocaſſet, ſi opera iniqua eſ-
ſent. Quid ni ineptius auditur, nummum
eleemoſynę boni ualoris eſſe mendicoque
prodeſſe, & nihilominus eleemoſynam in
Pſal. 142. culpam dantis recidere. Q; autem Dauid
ad deum clamat: Non iuſtificabitur in cō
ſpectu tuo omnis uiuens, hoc reſpicit rigo
rem diuinę iuſtitiæ: coram qua cuncti ap-
parent obnoxij: non tamen ideo omnia eo
rum opera mala: ibi enim ponitur omnis
uiuens, non omnium uiuentium opera:
Nam poteſt quis aliqua bona opera face-
re: in reliquis peccare. Neque poſſibile ui
detur homini, tot negocijs & caſibus expo
ſito: non aliquando peccatum committe-
re ſaltim ueniale: cuius occaſione ſecun-
dum diſtrictam iuſtitiam homo cum om
nibus ſuis operibus a facie dei proijci poſ-
ſet, ſed rigor ille lenitur per dei miſeri-
cordiam: quæ ſolet uenialem peccatorem
pie corrigere & mortalem legittime pœ-
nitentem paterne ſuſcipere. Inſuper Ia-
cobus ſcribit: In multis offendimus om- Jaco. 3. in prin.
nes: acſi nemo ſit quin deum in aliquo of-
fendat. Si de omnibus operibus præter-
diſſet, non poſuiſſet in multis. Quare con
cludendum: licet in noſtris iuſtitijs, quas
ipſi nobis aſcribimus, iniuſti peccatores
reperiamur, non tamen eo conſequitur
omnia opera noſtra mala eſſe: at nos in-
iuſti & opera noſtra iuſta eſſe poſſunt,
ſi debite ea exequimur: Sicut Dæmon
iniquus aliquando mandato dei exequi-
tur opera iuſta.

¶ Ad lucidiorem iuſtificationis declara- 8.
tionem, conſideratur in ſcriptura triplex
iuſtitia: una in fide ante boni operationem
prçuia præparatio: altera eſt ipſa operatio
affectu dilectionis facta. tertiam & ſuffi-
cientem iuſtitiam conſequitur homo poſt
bona opera per gratiam ſacramenti. De
prima iuſtitia inquit Paulus: Nos enim in Gala. 5.
ſpiritu ex fide ſpem iuſtitiæ expectamus: in prin.
nam in Chriſto Iheſu nec circumciſio ua-
let neq; præputium ſed fides quæ per cha
ritatem operatur, acſi dicat: Sicut iuſtiti-
am (quam fide inchoamus) ſperamus cō-
tinuo per bona augeri opera: ſic ex fide co
mitanter expectanda ſunt opera iuſtitiæ
& beatitudinis. Quoties Paulus de fide
ſcribit, ſemper intelligit feracem, forma-
tam & operoſam: qua homo propenſus
eſt quantum poteſt, bene agere. Etſi facul
tas operandi deeſt, nihilominus fides iuſti
ficat, ob animi affectum ad bona opera.
Hoc reſpectu fides ad iuſtitiam reputa-
tur: iuxta illud: Ei uero qui non operatur
(quia forte non poteſt) credenti autem in Roma. 4. in prin.
eum qui iuſtificat impium, reputatur fi-
des eius ad iuſtitiam, ſecundum propoſi-
tum gratiæ dei. Sic fides eſt initiū ſed nō
complementum iuſtificationis.

¶ Sequitur ergo ſecunda iuſtitia. Qui 9.
prçuia fide fundatus, per dilectionem ap-
prçhendit bona opera: per ea iuſtificatur,
teſte

1.Joh.3. post prin. teſte ſcriptura: Nemo uos ſeducat; qui fa/
cit iuſtitiam iuſtus eſt; qui facit peccatum,
ex diabolo eſt. Hic animamur de inſtanti
errore aſſerentium fidem ſolam iuſtifica/
re; tamen nihilominus fatentur peccatum
una cum fide in homine manere: acſi iu/
ſtus & iniuſtus; deus & diabolus ſimul co/
hæreant, contra iam dictam ſcripturam &
2.Thim.4 &.3.§.11. contra præconium Pauli: qui coronam iu
ſtitiæ, i. ſui iuſtificationem, ex bonis ope/
ribus ſuis, non ex ſola fide, expectauit. Vn
de liquet ad iuſtificandum non ſufficere
ſolam fidem ſine operibus: Iacobo abunde
Jaco.2. inſinuante; quoniam ex operibus iuſtifica
Math.25. in fi. tur homo, non ex fide tantum. Chriſtus
quoq; bonis operibus præditos tanq; iuſtos
ad regni accerſit introitum. Nemo igitur
a bonis operib. deſiſtat, nec uno uel duo/
Apoca.22. bus contentus: quia ſcriptum eſt: qui iu/
ſtus eſt iuſtificabitur adhuc. Induſtrius
Chriſticola ſemper ſatagit in melius profi
Pſalm.83. cere; de uirtute in uirtutem incedere: qua/
ſi in hac uia imperfectus ac incertus de
ſui iuſtificatione: quæ indiget operu miſe/
ricordiæ ſine quib. homo iniuſtus manet,
Jaco.2. teſte Iacobo: Iudicium ſine miſericordia
illi qui non facit miſericordiam. Chriſtus
elargitoribus elemoſynę, non nude creden
Luce 11. ante fi. tibus, iuſtitiam promiſit dicens: date ele/
moſynam & ecce omnia munda ſunt uo/
bis. Si ad iuſtitiam anhelas, non ſufficit e/
genis commiſereri: ſed duobus inſudare
oportet, nempe ut credas elemoſynam ti/
bi eſſe iniunctam ac pro facultate elemoſy
nam expendas.

10. ¶ Tertia & ſufficiens iuſtitia poſt bona o/
pera prouenit; ex diuina gratia per ſacra/
menta ordinate ſumpta: Demptis infanti/
bus & alijs uſu rationis innocenter orbatis
ac baptiſatis: qui abſq; actuali fide & ope/
re, uirtute ſacramenti iuſtificantur: tamet/
ſi nemo alius extra fidem ceu initium iu/
Hebre.11. in prin. ſtitiæ, iuſtificationem conſequatur: eſt. n.
impoſſibile ſine fide deo placere: quoni/
Roma.10. am corde ad iuſtitiam creditur: ſufficit ta/
men imperitis habitus fidei in baptiſmo in
De peni. diſ.7. c.multos. &.§.1. fuſus. Atqui in adultis tanta poſſet eſſe fi/
des & ardor ut ſine baptiſmo actuali iuſti
ficarentur, hoc patet in latrone; qui tunc

baptiſatus, i. iuſtificatus eſt quando Chri/
ſtum in cruce confeſſus eſt. Ex præmiſſo
triplici modo apparet, iuſtificationem ſi/
de ceu ſemine inchoari & concipi: chari/
tate uiuificari & foueri; poſtea ex charita/
te tanquam ex matre naſci & in lucem
produci per bona opera: tandem perfici
& conſummari in ſacramento: mediante
quo deus gratiam iuſtificantē tribuit ho/
mini: quemadmodum pater dotare ſolet
filium. Ad hoc beatus Iacobus ait: deus Jaco.1.
uoluntarie genuit nos uerbo ueritatis ut
ſimus initium aliquod creaturæ eius. hoc
initium Paulus nouam uocat creaturam,
dicens: In Chriſto Iheſu neq; circumciſio Gala.6.
aliquid ualet neq; præputium ſed noua in fi.
creatura. Ex quo elici poteſt, fidem & bo/
na opera nihil aliud eſſe q; præparamen/
ta iuſtificationis; diuina uero gratia (par/
turiens in baptiſmate hominem tanq; no/
uum filium Chriſti & eccleſiæ) iuſtificat
eundem atq; cœleſtis hęreditatis capacē
reddit iuxta euangelium: Niſi quis rena/ Johan.3.
tus fuerit ex aqua & ſpū ſancto, non po/ in prin.
teſt introire in regnum dei. Audiens itaq;
dei uerbum & credens eidem, mox in te
concipitur iuſtitia, nondum tamē uiuida,
donec afficeris libera uoluntate perficere
audita: non. n. auditores legis ſed factores Roma.2.
iuſtificabuntur. Siquidem ea, quæ audis
et credis, ordinatim complere decreueris;
tunc iuſtificatus es atq; deo gratus.

¶ Diuina inſuper iuſtitia (ueluti reliquæ 11.
dei perfectiones) tripliciter eſt animaduer
tenda: una interna, infinita & perfectiſſi/
ma, quę eſt ipſe deus: Altera iuſtitia exter
na eſt ab interiori ueniens in creaturas,
quas rectificat: A qua exit tertia: quę por/
rigitur atq; prębetur creaturę rationali, ea/
dem iuſtitia ex deo, non ex nihilo eſt, ſed
imperfecta quo ad creaturam: ſecundum
cuius capacitatem iuſtitia menſuratē: quā/
tum homo acceptat iuſtitiæ, tm̄ eſt iuſtus:
nil acceptans, manet iniuſtus: quantoplus
quis de ſua pręſumit iuſtitia, tanto iniuſti/
or cenſetur: quandoquidem propria nr̄a
iuſtitia eſt mera iniuſtitia: prout cæteræ
uirtutes: quas ſibi ipſi quis appropriat, ſunt
uanæ & inanes ac inuerſæ: utpote tua

propria ſapientia eſt inſipientia:tua patien
tia cadit in impatientiam:fortitudo in incõ
ſtãtiam: item oẽs reliquę tuę uirtutes ſunt
uitia: potiſſimum propria uoluntas cõtra
diuinam inclinatur uoluntatẽ: unde quot-
Math. 6. tidie oramus:fiat uolũtas tua,ſcilicet ut eã-
dem acceptemus & exequamur ac pro-
priam deponamus.

12. ¶ Qui diuinam facit uoluntatẽ, is oẽs reli-
quas ſibi porrectas acceptat uirtutes: per
quas fit iuſtus ad imaginẽ diuinæ iuſtitiæ:
iuxta domini mandatum: eſtote uos perfe
cti, ſicut & pr̃ ueſter cœleſtis perfectus
Math. 5. in fi. eſt. Hæc perfectio cõtingit non in hac uia
ſed in patria:ubi electi pro ſua capacitate
in plena charitate & obſequio, abſq; omni
impedimento, perfecte deo adhærebunt.
Per hoc iuſtitię perfectionem aſſequũtur
quam hic mortales nõ habere ſed prome-
reri poſſunt,in futurũ illic habendam.Iſto
modo eſt humana iuſtitia adhuc imperfe
cta, defectiua & reſpectu diuinæ iuſtitiæ
iniuſta: Imo prorſus nulla,hominis leuita-
te conſiderata.Quippe minima diuinę iu-
ſtitię ſcintillula obũbrat oẽm hominũ iu
ſtitiam quantãcunq; magnam. Sicut nr̃m
eſſe nihil eſt & nr̃a uita mors eſt,compara
ta diuinæ eſſentię ſeu uitæ,ſic nr̃a iuſtitia,
diuinę iuſtitię comparata, iniuſtiſſima eſt
tanq̃ debilis & inſtabilis: prout Iob fatet̃:
Si habuero quippiam iuſtum, non reſpõ-
Job. 9. in me. debo ſed meũ iudicem deprecabor. & in-
fra:Si iuſtificare me uoluero,os meum cõ
demnabit me: ſi innocentem oſtendero,p̃
uum me cõprobabit. Quilibet iuſtus pri-
Prouer. 18 or eſt accuſator ſui: Vnde cenſet Gregori
vi. s. us,bonarũ mentiũ eſſe,ibi culpã agnoſce-
ad eius. in fi. re ubi non ſit. Pleraq; a culpa ꝓuenientia
ſine peccato fiunt ut cõi eſuriem & ſitim
ex originali accidentẽ,ſine peccato mode
rate comedere & bibere licet.Qui ſe iuxta
uires ſuas,undiq; ęquitati accomodat, be-
ne utit̃ iuſtitia ſibi a deo porrecta & eã q̃n-
tum poteſt nitit̃ conformare interiori iuſti
tię dei. Hoc pacto eſt hoĩs iuſtitia a deo,ac
bona & non mala,licet imperfecta,tamen
imago iuſtitię dei. Qui ab homine requi-
rit ſedulam uoluntatẽ,& nihil ultra poten
tiam hominis. Cuius iuſtitia pro tempore
proportionatas habet metas:quas ſi attige
rit,pro competenter perfecta habebitur iu
ſtitia. Siquidẽ in preſenti uita poſſetenus
obſeruas iuſtitię rectitudinẽ, hoc tibi pro Roma. 4.
iuſtitia computabitur:nihilominus tamen in fi.
tua iuſtitia ad maiorem perfectionem in-
dies erigi debet,donec tota diuinæ iuſtitię Roma. 6. in fi.
conformis fuerit & ad deum peruenerit
tanq̃ ad finem deſtinatum: in quo æterna
liter iuſtus manere ualeas. Nullus morta-
lis eſt tam excellentis iuſtitiæ,quin iuſtior
fieri poſſit per diuinam gratiam: quam fi-
de & charitate in hac uia acquirit: non q̃
interea iniuſtus aut damnandus cenſea-
tur: ſed nondum idoneus ſit cœleſtis glo-
riæ. Apoſtolus propterea rogat pro no- Philip. 1.
bis ut in charitate magis abundemus ac ita poſt prin. 1. Theſſ. 4.
ambulemus & deo placeamus ut indies in prin.
in melius proficiamus.

¶ Si quis autem ſuam quærit ſtatuere iu- 13.
ſtitiam id eſt ſibipſi conceſſam aſcribit Roma. 10. in prin.
iuſtitiam, diuinæ iuſtitiæ ſe non ſubijci-
ens ſed iuſtum decernens ſuum pro libi-
to placitum: Hæc iuſtitia eſt mere huma-
na, ædificata ſuper arenam ac de ſe nulla
& iniuſta: culpabilis & pœnalis.Quapro-
pter ſaluator docet, ne iuſtitiam noſtram Math. 6.
.i.opera iure facienda,agamus coram ho- in prin.
minib. ut uideamur ab eis: alioquin mer-
cedem non habebimus.Item ſcriptura ait: Deute. 16.
Iuſte quod iuſtũ eſt,perſequeris ut uiuas. in fi.
Econtra qui iuſtum iniuſte agit, non erit Philip. 3.
ſine querelã: utpote qui iuſtum dei man- poſt prin.
datum inordinate exequitur,ceu iniuſtus
eſt accuſandus: qui autem iuſta opera in
deum ordinat, ille non humana ſed diui-
na fulget iuſtitia æterno pręmio donanda.
Sic Zacharias & Elizabet ambo erant iu Luce. 1.
ſti ante deum,incedentes in omnibus man in prin.
datis & iuſtificationibus domini ſine que-
rela.Proculdubio uenialium peccatorum
rei fuerunt: tamen nihilominus iuſti ob o-
pera eorum iuſta: nam qui facit iuſtitiam, 1. Johan. 3
iuſtus eſt. Ad hunc ſenſum Iacobus me- in prin. Joſue 2.
retricem Raab commendat: quæ non ſo- Jaco. 2.
lum credidit nuncijs:ſed eos etiam abſcon in fi.
dit & alia uia eiecit. Ex his operibus imp-
fecte tamen iuſtificata eſt Raab: tametſi
alias fuerit peccatrix.

14. De ſpiritu & litera. c.8. ¶ Auguſtinus deſuper docet, homini du-
plicem congruere iuſtitiam: unam in pa-
tria perfectã: alterã hic imperfectam: nr̃æ
tamen fragilitati accomodam; qua iuſtitia
Abac.2. in prin. homo iuſtus in fide ſua uiuit iuxta ſcriptu-
Hebre. 11. ram; homo enim exul & peregrinus ſuper
ante me. terram non aliter q̃ per fidem iuſtus fieri
poteſt. Igitur non imputatur in iniuſtiti-
am homini mortali qui fragilis non poteſt
diuinæ maieſtati congruum præſtare ob-
ſequium: ſed pro ſuis uiribus præſtare ni-
titur. Is itaq; in ſcriptura iuſtus, non iniu-
Gene.5. ſtus cenſetur. Sic Enoch cum deo ambu-
Gene.6. labat; Noe perfectus uocatur & iuſtus.
Gene.17. in prin. Ad Abraham dominus ait, ambula co-
Job.1. ram me & eſto perfectus. Iob quoq; ſim-
in prin. & fi. plex & rectus ac timens deum, in omni-
bus preſſuris non peccauit labijs ſuis nec
ſtultum quid contra deum locutus eſt.
Qui enim cor & labia moderatur, facile
Jaco.3. declinat a malo, ueluti Iob: de quo Iaco-
in prin. bus: Si quis in uerbo non offendit, hic per
Math. 15. poſt prin. fectus eſt uir. Ne tamen nec corde offen-
dat; Iob enim nec uerbo impatiens mur-
3.Reg.14. murauit nec corde deliquit. De Dauid
poſt prin. dominus ipſe teſtatur: Seruus meus Da-
uid cuſtodiuit mandata mea & ſecutus eſt
me in corde ſuo, faciens quod placitum eſ-
3.Reg.15. poſt prin. ſet in conſpectu meo. Pariter & Aſa fe-
cit rectum ante conſpectum domini, ſicut
4.Reg.20. in prin. Dauid pater eius. De rege Ezechia ſcri-
bitur, quomodo ambulauerit coram deo
in ueritate & in corde perfecto & quod
Thob.1. & c.5. deo placitum erat fecerit. Item Thobias
ceu iuſtus abſtinens ab omni peccato, me-
ruit potiri angelica conſolatione & cuſto-
Judith 8. & c.13. dia ac deo acceptus eſſe. Iudith quoq; co-
ram deo iuſta eſt inuenta ob ſuam ſanctã
caſtamq; uitam; cõtinuis orationibus & ie-
iunijs uacans, promeruit populum domi-
Heſter 8. ni liberare de manu Holofernis. Idem de-
niq; populus a ſua calamitate ſaluatus eſt
per humiles preces & poſtulationes iuſtæ
Heſter.

15. ¶ Iuſtitia euenit diuerſimode: Primitus qñ
homo diuinæ motioni credit; quod eſt ini-
tium iuſtificationis: ſiquidem bona opera
ſequuntur, preſertim dei præcepta obſer-
uantur, tunc homo ad ſui perfectionem
diſponitur, iuxta hoc præconium: Si uis ad Math.19.
uitam ingredi, ſerua mandata dei. Demũ in me.
homo iuſtificatur per ſacramenta: quibus
ceu receptaculis diuina gratia cœleſtiſq;
defertur medicina. Nondum tamen perfe-
ctam, ad ſalutem congruam, iuſtitiam aſ-
ſecutus eſt homo, prius eruendus a duab.
iniquitatibus, nempe a culpa & a macula.
Cui culpa remittitur, aptus eſt ad uitam,
ſed non ad honorem; ueluti malefactor,
cui mortis ſententia criminalis ſublata eſt,
reducitur in carcerem, pro culpa condo-
nata ciuilem pœnam luiturus iuxta culpæ
quantitatem. Qua quidem pœna in cor-
pore luita aut ſatiſfactione pecuniaria per-
ſoluta aut ad preces proprias ſeu per ſuf-
fragia aliena remiſſa, tunc a carcere relaxa-
tur & ad ciuiles honores reſtituitur. Pari-
ter in ſpirituali iuſtificatione, peccator, ſa-
cramento pœnitentiæ a culpa & æterna
morte abſolutus, eſt quidem partim iuſtifi-
catus & pro reo criminis ulterius non ha-
bendus; ſed nondum ſatis iuſtificatus, ut-
pote liberatus a peccatorum reatu & debi-
ta pœna; qua occaſione indignus manet
cœleſtis regni; donec diuinæ iuſtitiæ ſatiſ-
factum fuerit, hic corporis caſtigatiõe aut
illic ſpiritus purgatione aut deuotis preci-
bus ſeu pijs operibus. Quemadmodũ pri-
or iuſtificatio condonat uitam, ita ſequens
præbet cœleſtem gloriam; quam nemo cõ-
ſequitur, niſi ſit perfecte iuſtificatus & ab
omni macula purgatus ſicut angeli dei in Math.22.
cœlo. Atqui deus poſſet iuſtificare homi- Mar.12.
nem abſq; eius cooperatione: potentia ſcili- in me.
cet abſoluta, ſed non ordinata; quæ requi-
rit liberi arbitrij præparationem: qua ho-
mo capax fiat diuinæ gratiæ. Acſi ex fer-
mentata & dura paſta dulcem & mollem
panem pinſere uelis; hanc prius oportet e-
molliri & præparari ut capax ſit mellis im-
bibendi, quo aciditas dulcoretur. Pari mo-
do ſi homo amaris peccatis induratus iu-
ſtificari uelit, debet coram deo humiliari Ephe.3.
& genua ſua flectere ad patrem & contri- ante fi.
tione liqueſcere uſq; adeo ut capax
fiat diuinæ gratiæ, culpam
penitus abolentis.

QVINTVM CAPITVLVM.
Quid eſt credendum?

SEcundum principale ſequit̄ quid
credendum. In genere credenda
eſt ſola ueritas diuina: extra quam
nihil uerū eſſe poteſt, Sicut unus deus, ſic
Ephe. 4. una ueritas, tribus tñ in locis: quēadmodū
ſingulæ diuinę perfectiones triſariæ ſunt.
Primo ueritatis origo exiſtit in deo: qui eſt
interna & infinita ueritas: ex qua emanat
ſecunda & exterior dei ueritas in oēm cre
aturam. Eadem ueritas primitus ſpiritib.
angelicis eſt ꝓpoſita: In qua apoſtatæ an-
Johan. 8. geli nō ſteterunt, ſed iuxta euangelij teſti-
ante ſi. moniū ab ea cadentes mēdaces facti ſunt,
J. 24. §. 3. in me. Tertia ꝟitas cōmunicat̄ ueracib. homini-
bus: qua illuminati uerbū dei credūt, ſcri-
bunt atq; exprimūt, Huiuſmodi ꝟitas di-
uini ꝟbi proponit̄ omnibus hominibus: in
qua infideles non ꝑmanent ſed ab ea exci
dūt, fideles aūt in deo manēt & in eius ue
1. Job 4. ritate: quæ eſt principiū ꝟborū dei, Quę q-
ante ſi. Pſal. 118. r dem uerba ſunt nobis funditus obſtruſa:
ſed occulta ſapię ſuę manifeſtauit deus no
Pſal. 50. in me. bis, q̄ntum nrę ſalutis neceſſitas expoſtu-
1. Corin. 11 in me. lat: prout apl'us confitet̄, ſe a dño accepiſſe
quod nobis tradidit, Diuino igitur uerbo
nobis reuelato firmiter eſt credendū tanq̄
certiſſimę ueritati & apoſtolicę doctrinę.
¶ Ad pleniorem dilucidationem illius tri-
2. farię ueritatis, notandū eſt: Ab interiori di-
uina ueritate fluit exterior ad hominē: in
quo deus ad ſuam imaginem ueritatē hu
manā creauit, i. in plaſmate ordinauit. hu-
iuſmodi ueritas creaturę non producit̄ ex
nihilo ſed de exteriori riuo diuinę ꝟitatis:
qui fluit de fonte ueritatis interioris: & eſt
dumtaxat una indiuiſa, non pluralis ueri-
tas. Homo aūt ueritatem ei impenſam cō-
formare debet diuinę ueritati nec ab ea
excidere, ſed perſiſtere imago dei in ueri-
tate. Eo modo humana ueritas cenſetur
eſſe diuina, tanq̄ ſimilitudo exterioris &
imago interioris ueritatis diuinę. Quis er
go diuina ueritas (ut tactum eſt) triſaria
uideatur: nec tamen pluralis ſed unica tan
tum eſt ac ſingularis, Pariter & alię diui-
nę uirtutes ſeu perfectiones triplicantur:
utpote charitas, ſapientia, bonitas, iuſtitia,
largitas & cæ. Originaliter deus intrinſece
eſt ſummum bonum, ineſtimabilis amor,
æterna ſapientia, immenſa potentia, abyſ-
ſalis miſericordia, largus & iuſtus ineffabi
liter. Ab iſtis interioribus perfectionibus
egrediuntur exteriores uirtutes, ſ. diuinus
amor, ſapientia, omnipotentia, miſericor-
dia, iuſtitia &c. uſq; ad hominē: quem deus
ſimiliter bonum, iuſtum, miſericordē red-
dit, ei porrigendo bonum liberū arbitriū,
amorem, iuſtitiam, ſapientiam aliaſq; exte
riores uirtutes & gratias diuinas: ut eas ac-
ceptet & ſe cum illis deo & eius uirtutibus
exterioribus cōformet: quo fiat digna ima
go dei & internarū diuinarum uirtutum.
Quicquid boni eſt intrinſece in homine,
hoc eſt in deo extrinſece: utpote bonitas
hominis interior, eſt dei exterior. vnde ap
paret omnes uirtutes originaliter eſſe in-
trinſecas in deo: deinde a deo extrinſecas:
tandem ad hominē ſubtus ordinatas, Quę
quidem inferiores uirtutes uident̄ eſſe cre
atæ, eo q ad utendū creaturis ſunt collatæ.
¶ Verbum dei quintupliciter intelligendū 3.
eſt: ſemel interius: quater exteriꝰ. Interius
dei uerbum eſt æternum & immenſum,
nempe perſona filij dei: de quo in ſequenti
ſeptimo capitulo tractabitur. Secundū uer
bum a deo emanatum & de uirgine Ma-
ria incarnatum eſt Iheſus Chriſtus: a quo
principaliter Chriſtiana dependet fides ut
ſequitur capitulo octauo. Tertium uerbū
eſt ſcriptum uel prædicatū dei nuncium,
utpote biblia & pronoſticationes: de qui-
bus in xij. capitulo. Quartum eſt occulte
inſpiratum, olim in prophetis: deinde in pa
tribus & doctoribus prudentib. quottidie
in ſacramentis & cōmunione eccl'ię: inter
dum in cordibus deuotorū aut in ſuperio-
ribus eccleſiaſticis, ſingulari ſpū agitatis. J. 6. §. 7.
Quintum dei uerbum eſt creatū & natu- ante ſi. e
raliter demonſtratur in creaturis euidenti J. 11. §. 3. in prin. e
bus. Internum itaq; dei uerbū, alioquin no 13. §. 1. in prin.
bis penitus abſcōſum, manifeſtat̄ exterius
uerbis expreſſis aut ſignis euidentib. per
quatuor media prędicta, a deo immediate
prouenientia: ut ſunt humanitas Chriſti, bi-
blia, inſpiratio & opus creatū. quod pariter
originē

originem habet immediate a deo: qui in
Gene. 1. in prin. principio creauit cœlum & terram. Præ-
miſſo modo deus ſuam internam perfe-
ctionem & externam uoluntatem atq; mē
tem nobis manifeſtauit, & denūciauit per
patriarchas & prophetas: per angelos &
electos uiros: per ſigna & res creatas: tan-
dem per proprium filium & ſanctum ſpi
Hebr. 1. in prin. §. 6. in fi. & §. 7. §. 7. ritum; iuxta Pauli ſcripta: Multifarie mul
tiſq; modis olim deus loquens patribus in
prophetis, nouiſſime in diebus iſtis locu-
Gala. 4. post prin. rus eſt nobis in filio. Et iterum miſit deus
ſpiritum filij ſui in corda ueſtra.

4. ¶ Primum & internum dei uerbum, nem
pe naturalem filium dei, exprimit Euan-
Joban. 1. in prin. geliū: In principio. i. in deo patre erat uer-
bum. i. filius: & uerbum erat apud deum
& deus erat uerbum: hoc erat in principio
apud deum. De quo interno uerbo ſonat
ſequens ſeptimum capitulū. Cum autem
idem æternum uerbum nobis prorſus in-
cognitum fuerit, manifeſtauit ſe in carne
ſuſcepta: & eſt ſecundum & incarnatum
Joban. 1. uerbum: de quo ulterius in euangelio: Et
uerbum caro factum eſt & habitauit in no
bis & uidimus gloriam eius quaſi unige-
niti a patre, plenū gratiæ & ueritatis. Hoc
uerbum partim eſt nobis abſconditum; ni
hilominus tamen credendum: ut octauo
habebitur capitulo. Tertium uerbum ut-
Joban. 5. ante fi. pote ſacram ſcripturam & diuina oraeula
iuſſit nos dominus ſcrutari & diſcere ut ui
tam habeamus; hoc enim uerbum teſtifi-
cat de Chriſto ut ſequitur xij. & xvi. capi-
tulis. Quartum inſpiratum uerbum dep-
Math. 10. in me. henditur hoc prçconio: Cum ſteteritis an
te reges & præſides, nolite cogitare quo-
modo aut quid loquamini: dabitur enim
uobis in illa hora quid loquamini; non. n.
§. 11. §. 2. in fi. uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris
ueſtri qui loquitur in uobis. Idem ſpiritus
Act. 6. locutus eſt ex S. Stephano, quando ſecum
diſputantes non poterant reſiſtere ſapien-
tię & ſpiritui qui loquebatur. Dauid quo-
Psalm. 84 que ait: Audiam quid loquatur in me do-
minus deus; quoniam loquetur pacem in
plębem ſuam. Hoc uerbum inſpiratum
pluribus locis inferius attingetur. Quintū
extrinſecum & creatum uerbum intendit

hac clauſula. Omnia per ipſum facta ſunt. Joban. 1.
In præſcriptis itaq; quinq; uerbis credibi-
lis ueritas nobis propoſita eſt quinq; me-
dijs; utpote occulte in uerbo æterno: dein-
de manifeſte in uerbo incarnato: pariter in
ſcripto: in inſpirato & creato uerbo quaſi
teſtimonio naturali. In quo quidem ulti-
mo & creato uerbo, ceu euidenti ſigno,
unuſquiſq; homo fidelis & paganus ſui co
gnitionem inuenire & diuinam ueritatem
ſcrutari ualet, atq; pręmeditari ex quo, per
quem & quare ſit creatus. Profecto inno-
teſcet ei, ſe & omnem hominem ex nihilo
a deo factum eſſe; proculdubio cauſa co-
lendi deum creatorem ſuum. Ad quam
quidem fidelem culturam quilibet natura §. 1. §. 7. in fi.
liter eſt obligatus; a qua obligatione nec
paganus excuſatur, nedum Chriſtianus.

¶ Notanter tria ſunt credenda, uidelicet
deum eſſe: ſecundo dei uerbis: tertio in 5.
deum credi oportet. Primum articulum
deum eſſe naturali dictamine credere ha-
bent omnes homines Iudæi & pagani cæ-
teriq; Infideles ac Chriſtiani tam mali q̃m
boni. Nam eſſet contra ordinem naturæ
& omnem rationem, non eſſe deum, crea-
torem rerum uiſibilium, nobis euidenter
apparentium; quę ſeipſas nullatenus pro-
ducere potuerunt; ipſe enim Deus fecit Psal. 99.
nos & non ipſi nos. quis poteſt adijcere ad
ſtaturam ſuam cubitum unum? Ergo na Math. 6. ante fi.
tura cogit & ratio docet ut credamus &
confiteamur deum eſſe: quo non exiſten-
te, ubiq; nihil eſſet. Secundo credi oportet
diuinæ ſapientiæ & inæſtimabili ueritati,
nempe ſupraſcripto quincupartito uer-
bo dei ceu ſufficienti teſtimonio, omni ex
ceptione ſepoſita. Sic credimus Chriſto
eiuſq; nuncijs: Sic olim Iudæi & Chriſtia
ni primitiui crediderunt patribus ſuis de
deo quæ annunciauerunt nobis: pręcipue Deute. 32.
credēda ſunt q̃ in ueteri & nouo teſtamē- Psal. 43.
to, hoc eſt in biblia, deus cōſcribi mādauit in prin.
& quondam per ſynagogam; hodie per ec §. 12. §. 1. in me.
cleſiam acceptata ſunt. Interdum credit
ſignis & prodigijs ſeu plagis, quaſi moni- Hiere. 5. post prin.
tis a deo miſſis. Huiuſmodi tamē fides in-
formis & ad ſalutem inſufficiens eſt: eamq;
tam mali q̃ boni habere poſſunt. Tertio ad

credendum in deum omnes ſumus obno-
xij. Eſt enim quædam fiducia & affectio
amoris ſeu honoris erga deum. Cui non
confidis, iſtum nihilipendis quaſi menda-
cem. Siquidem deum, ceu ſummum bo-
num, honore uelis extollere ac ſuper om-
nia diligere, neceſſe eſt, omnem fidem in
2. Para. 10 in me. eum ponas: tunc iuxta ſcripturam ſecu-
rus eris & inchoas tendere ad iuſtitiam.
Hac fide fulciuntur boni: qui in deũ cre-
dunt, confidunt atq; ſperant: deum inſup
timent, orant, colunt, ſuper omnia diligũt
ac toto corde & omnibus uiribus deo ob-
ſequuntur: Affectum deniq; interioris fi-
dei, dilectionis & obſequij exterioribus
operibus & mandatorũ obſeruatione oſtẽ
dunt. Fides taliter formata ad ſalutem ſuf-
ficit. Huius autem fidei expertes ſunt in-
fœlices, nullo rationis capace excluſo.
6. ¶ Quamobrem Pagani ſuæ infidelitatis
P. 54. §. 11. post prin. excuſari nequeunt: cum faciliter ſeipſos co
gnoſcere & irrefragabiliter ſcire poſſunt
unum deum eſſe: quem neceſſitate natu-
ræ & totius æquitatis tenentur inquirere,
timere & colere ei; credere, ſeruire ac
obedire tanq̃ creatori ſuo & omnium re-
rum quas intelligimus, uidemus & ſenti-
mus. Ex illis enim deuenimus in cognitio-
nem æternæ, inuiſibilis & incomprænſi
Roma. 1. in me. bilis eſſentiæ diuinæ, iuxta illud: Deus il-
lis manifeſtauit. Inuiſibilia. n. ipſius a crea-
tura mundi, per ea quæ facta ſunt, intelle-
cta conſpiciuntur, ſempiterna quoq; eius
uirtus & diuinitas, ita ut ſint inexcuſabiles:
quia cum cognouiſſent deum, nõ ſicut de
um glorificauerunt aut gratias egerunt:
ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis. Et
1. Corin. 14 in me. alibi: In lege ſcriptum eſt, quoniam in alijs
linguis & labijs alijs loquar populo huic
ſ. infideli: & nec ſic exaudient me. Itaq; lin-
guæ (ſ. uiſibiles creaturæ) in ſignum ſunt
non fidelibus ſed infidelibus: prophetiæ
autem (.i. uerba ſacræ ſcripturæ) non infi-
delibus ſed fidelibus. Per uiſibilia creata
ſignificantur res corporeæ & ſigna euidẽ
tia: quæ nunnunq̃ infideles ad fidem pro
Math. 2. in prin. Judith 5. mouerunt, ueluti tres magos, Iob, Thobi-
am, Achior plæroſq; alios. Per prophetias
ſignificantur ſacra bibliæ ſcripta & Apo-
ſtolorum aliorumq; ſermocinantium ora-
cula. Deus quippe per ſe ſine medio non
ſcripſit neq; locutus eſt hominibus, diuina
præſentia indignis: ſed ſuam uoluntatem
& beneplacitum in ſcriptis aut contioni-
bus nobis mortalibus propalauit per an-
gelos aut prophetas: tandem per filium ſu Hebr. c. 1.
um & apoſtolos alioſq; patres & doctores: & §. 3. in fi.
quandoq; per miracula & ſigna: ut patuit
per nouam ſtellam apparentem olim in Math. 2.
oriente.
¶ Ex præmiſſis claret, fidem catholicam 7.
ueritate eſſe ſuffultam: & licet pro noſtri
ſenſus groſſiciẹ incompræhenſibilem, ta-
mẽ ex natura & ratione credibilem. Qua
de re homo intellectu dotatus eſt, ut diſcẽ-
do ueritatem cognoſcat & cognitam dili
gat atq; loquatur: necnon mendacium de Ephe. 4.
ponat & fugiat: ut etiam inter duo con-
traria unum, quod credibilius uidetur, ac-
ceptet, alterum refutet. Enimuero fidei ar
ticuli ſunt frequenter pro noſtra ſenſuali-
tate difficiles ac incompræhenſibiles, ſed
pro bona moralitate, adeo credibiles ut in
contrariũ niti homo ratione præditus nec
debeat nec ualeat, præſertim Chriſtianus:
quem ſua mater eccleſia inſtruit quid &
qualiter credere debeat. Cui eccleſiẹ tanq̃ 1. Thim. 3.
columnæ ueritatis adhærere, obedire & in fi.
abſq; cõtradictione obſequi debemus tan
q̃ filij obedientes: inſpecto ꝙ concluſiones
& traditiones eccleſiæ multo meliores &
fidedigniores ſunt q̃ oppoſitum: ut ſi quẹ-
ritur, utrum unus ſit deus, an plures: utrũ 1. Johan. 5.
fœcundus ſit an ſterilis: utrum æternus ſit
uel temporalis: Item an ea, quẹ a deo ue-
niunt, uera ſint an falſa: Natura docet ue-
riſimilius & magis credendum, omnem
ueritatem eſſe deum: quem melius eſt eſſe
unum q̃ nullum aut plures: ẹternũ q̃ tem
poralem: ex quo nihil temporale ſine ẹter
no incipi poteſt. Pariter melius eſt, crede-
re deum intrinſece eſſe fœcundum q̃ ſte-
rilem: cõſiderato ſuo exteriori fructu om
nium creaturarum: quarum nulla ẹterna
liter eſſe potuit: alioquin & ipſa eſſet deus:
quod eſt impoſſibile. Conſimilis fieri põt
diſcuſſio in cæteris fidei catholicæ articulis:
qui oẽs ſunt creditu digni & in primor-
dio ce-

dio eccleſiæ ab apoſtolis bene ordinati & eorum ſymbolo inſerti. De quo nunc ſequitur.

SEXTVM CAPITVLVM.
De articulis fidei.

Virtute diuini uerbi, ceu ſolidiſſimæ ueritatis, ſunt credendi omnes articuli: quos eccleſia per ſuos rectores in communi cœtu ſeu concilio ędit & credi pręcipit. Inprimis per Apoſtolos, eo tpe eccleſię præſidentes, æditi ſunt quatuordecim articuli in Apoſtolorꝝ ſymbolo compręhenſi: quorꝝ ſeptem concernunt diuinitatem, & ſeptem Chriſti humanitatem: deſignati per ſeptem aurea cādelabra: in quorum medio ſtetit filius hominis, habens in manu ſeptem ſtellas. Apoca.1. poſt me. Priorum articulorum, deitatem tangentium, primus eſt: Credo in unum deum: Secundus, patrem omnipotētem creatorem cœli & terræ. Qui ambo exprimunt potentiam dei, uniuerſa ſpiritualia & corporalia creantis. Vtrumq; articulum ædidit Petrus. Tertium Andreas appoſuit hoc tenore: Et in Iheſum Chriſtum filium eius unicum dominum noſtrum: Quo intelligitur filium eſſe uerꝝ deum. Quarto ſpiritum ſanctum pariter eſſe deum, ponit Bartholomeus: Credo in ſpiritum ſanctum. Iamdicti quatuor articuli concludunt potentiam & unitatem diuinę eſſentiæ & trinitatem perſonarum. Conſimiliter quintus innuit potentiam dei, peccata remittentis, hijs qui ſunt in gremio eccleſiæ: additus ꝑ Simonem, ſub iſtis clauſulis: Credo ſanctā eccleſiam catholicam, ſanctorum communionem, remiſſionem peccatorum. f.21.§.9. in prin. In quo triplex ſtatus compręhenditur eccleſiæ: nempe militantis in terra, triumphantis in cœlo & pœnitentis ſeu dormientis in purgatorio, & ibi remiſſionem peccatorꝝ pręſtolantis. Sextum annexuit Iudas Thadęus Reſurrectionem carnis: In eiſdem. n. tribus eccleſiæ ſtatubus electi in carne reſurgent. Reſuſcitatio autē demortuę carnis ſoli deo conuenit: pariter & retributio uitæ ęternę ac condemnatio perpetuę pœnæ: Ideo Mathias ſubiunxit ſeptimum articulum: Et uitam æternam amen. Pręmiſſi ſeptem articuli attingunt ſolam diuinitatem: ſequentes uero, aſſumptam humanitatem.

¶ Primus eorundem ſecundariorꝝ articulorum ponit filij dei conceptionem de ſpiritu ſancto. 2. Secundus eundem natum ex Maria uirgine, ambos articulos compoſuit Iacobus maior. Eius frater Iohannes ędidit tertium articulum: utpote dominum Iheſum paſſum ſub Pontio Pilato, crucifixum, mortuum & ſepultū. Quartum appoſuit Thomas, deſcendit ad inferna. Mathæus quintum, tertia die reſurrexit a mortuis. Sextum Iacobus minor: aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexterā dei patris omnipotentis. Septimo Philippus ſubiunxit extremum Iudicij diem eſſe credēdum: Inde uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos. Hoc articulo taxantur iuſti & impij. Præſcriptos quatuordecim articulos ad eruditionem primitiuorum fidei tironum compoſuerunt apoſtoli, eo tunc timore iudęorꝝ in cœnaculo concluſi: Acta.1. perſeuerantes unanimiter in oratione. Qua de re illud ſymbolum ſolet ſub ſilentio proferri: quoniam illis temporibus eccleſia undiq; perſecutionibus cōquaſſata, graui timore coacta eſt a manifeſta fidei profeſſione ſilere. Poſtq; autem Conſtantinus Cæſar eccleſiam pacificabat & Chriſtianam fidē per totum orbem admittebat: Tum Nicęnum Concilium ad clariorem fidei elucidationem condidit canticum, quod patrem nuncupatur & in officio miſſæ expreſſius dici aſſolet.

¶ Poſt apoſtolos inciderunt uariæ errorꝝ 3. perplexitates & hæreſes: quę indeciſę mā ſerunt uſq; ad tempora Conſtantini præfati: nam poſt apoſtolorum diuiſioem, eccleſię præſides, uidelicet epiſcopi & alij præpoſiti, conuenire & erroneos nodos diſſoluere nequiuerunt. Conſtantino autē permittente capita eccleſiaſtica congregari & concilia celebrari: tunc auctoritate patrum in eiſdem concilijs pedetentim ſunt determinatæ & ſopitę fidei dubietates & erroneæ quęſtiones. Præterea in concilio

Laodicenſi Athanaſius,ad fidei defenſio-
nem, compoſuit Pſalmum Quicumq;, in
officio primarum ſolitum legi alternatim:
quaſi in duello, uerbum uerbo, ſcriptu-
ram ſcripturæ reddendo, more antiquo-
rum & modernorum diſputationibus con-
tra hæreticos hactenus obſeruato & con-
ſueto. Omnes itaque & ſingulos articu-
los, in eodem ſymbolo Laodicenſi conclu
ſos, credere debemus una cum aliorum
conciliorum determinationibus: quas ec-
cleſia tradit, pręcipue ne quis pertinaciter
obſiſtat eiſdem.

4. ¶ Verum multi articuli fidei hodie in ec-
Diſ.15.c.1. e c.ſancta. Diſ.16.ſexta e c.prima. cleſia uerſantur; ſed per hæreticos cauſati
ſunt; Nam quot praua fidei puncta hęreti
ci mouerunt; econtra eccleſia tot neceſſari
os fidei articulos ędere & Chriſtifidelibus
pręcipere coacta fuit. Hoc quoq; tempore
neceſſe erit concilij cõgregatione, ob Lu-
theranam cæteraſq; maledictas hęreſes in
germania exortas; ut ueritas elucescat &
fidei unitas redeat. Vna,n,dumtaxat eſt fi
Ephe.4. in prin. dei ueritas, una columba deifica, una eccle
Canti.6. ſia; á qua multi germani abeunt & per ab
rupta deuia gradiuntur. Qui ſingulares
doctrinas ab eccleſia damnatas ſequit̃ aut
alias, ſe contra eccleſiam extollendo, com-
2.Corin.10 poſt prin. munibus eccleſiæ doctoribus diſſentit: is
hæreticus eſt cẽſendus, tanq̃ abſciſum mẽ
brum eccleſię rebellans. Nam omnes ueri
fideles ceu membra debent ſuo corpori
eccleſiæ unanimiter adhęrere. Nos autem
peruerſi theutones ſatagimus potius adhę
rere dilaceratis mẽdacijs, apoſtatis & pſeu
do doctoribus, quam integritati & unitati
Chriſtianæ ueritatis in concilio reuelatæ
uel reuelandæ: Nam quid in concilio de-
terminatur, creditur determinatum ſpiri-
Matth.18. in me. tu Chriſti; qui promiſit, ubi duo uel tres in
nomine ſuo fuerint congregati, ibi in me-
dio illorum ſe affuturum. Siquidem ad du
os uel tres, in nomine ſuo cõgregatos, ſuã
promiſit præſentiam: ſperandum eſt, mul
topotius illum aduenturum ad uniuerſa-
lem ſynodum in nomine Chriſti congre-
gatam. Chriſto præſente, adeſt etiam ſpi-
ritus ſanctus: quem iſte eccl'ię promiſit pa
Johan.16. poſt prin. raclitum & docentem oẽm ueritatem. Hu
iuſmodi congregatio concilium nuncupa Diſ.15.c.1.
tur eo q̃ eccleſiæ maiores & præſidentes §.ſynodus.
concordi ſpiritu in unam ſententiam con
ueniunt & adæquantur.

¶ Quoties in ſacra ſcriptura unus uel plu- 5.
res paſſus (ſicut frequenter accidit) in du
plicem ſenſum trahuntur aut alij eueniunt
fidei errores ſeu ambiguitates; quæ per a-
perſam ſcripturam non facile dirimi poſ-
ſunt: toties opus eſt conuocatione Conci-
lij; in quo, mediante ſummo pontifice &
ſuis aſſeſſoribus aſtipulantibus, fiat decla-
ratio ac iudicium ueritatis expectandæ.
Sic olim errore circumcidendi incidente,
apoſtoli cæteriq; patres in Iheruſalem con
gregarunt concilium: de quo ſcriptum eſt:
Surrexerunt quidam de hæreſi phariſęo- Actu.15.
rum: qui crediderunt dicentes quia opor
tet circumcidi eos; Conueneruntq; apoſto
li & ſeniores uidere de uerbo hoc. & inf.
tunc placuit apoſtolis & ſenioribus cum
omni eccleſia, eligere uiros & mittere An
thiochiam: & inf. uiſum eſt enim ſpiritui
ſancto & nobis, nihil ultra imponere uobis
oneris q̃ neceſſaria. Deinde celebrata ſunt Diſ.15.
quatuor principalia & præ alijs ueneran- c.ſicut.
da concilia uidelicet Nicęnum, Conſtanti
nopolitanum, Epheſinum & Calcedonen
ſe; in quibus, ueluti in quatuor euangelijs,
ſumma totius religionis Chriſtianæ com-
præhenditur. Poſtea habita ſunt q̃ plura
alia inſignia Concilia, ob hæreſes & erro- Diſ.15.e
res fidei imminẽtes: ut in decreto & in au- 16.e 17.
tenticeis annalibus patet. Quicquid in eiſ- per to.
dem Concilijs concluſum, eſt credendum
& obſeruandum tanq̃ decretum eccleſię,
in huiuſmodi caſibus a Chriſto auctorita-
tem obtinentis: abſq; detrimento tamen ue
ritatis. Hoc pacto ſunt hactenus fidei am-
biguitates ſopitæ & articuli ſtabiliti ut cõ-
ſtantes Chriſtiani non facile in errores pro
labi nec per ſeductores modernos, ueterum
hereſium ſentinam refodientes, a ueritatis
tramite abduci deberent: ſed ſanctę matri
eccleſiæ firmiter adhærere ac dicere (mo-
re noſtrorum atauorum ſimpliciũ Chriſtiano-
rum) q̃cquid eccl'ia credit, hoc & ego cre-
do. Tunc,n, quilibet in fidei credulitate ſe-
curus & erga deũ merito excuſatus eſſet. d.1.§.1.

¶ Etſi ec-

6. ¶ Etſi eccleſia catholica eſt cõmunis cœtus omniũ Chriſtifideliũ totius orbis: inſpecta tamẽ impoſſibilitate totum Chriſtianũ populum congregandi uel prę populi cõfuſione aliquid expediendi: ordinatum eſt ut maiores populi & ſingularium plæbiũ prælati, utpote epiſcopi, in unum locũ conueniant, gratia celebrandi commune concilium. Cui, auctoritatem habenti in uniuerſam eccleſiam, in ſuis præceptis & ordinationib. ac determinationib. credendũ eſt non minus q̃ ſacrę ſcripturæ: tm̃. n. in modernis legittimis cõcilijs ſpũſſanctus operat, quantũ opatus eſt in prophetis uel apoſtolis: nam quantũ poteſtatis eccl'ia uſ concilium apoſtolorũ tpe obtinuit: nil minus & nunc habet eccleſia: quę integra & indiuiſa pmanet omnib. tpibus preteritis, pſentib. & futuris. Pro ea uelut ſpõſa ſua Chriſtus paſſus eſt: eidem miſit ſpũm ſanctum: qui tanq̃ ſpiritus uiuificans, in eccleſia cõtinuo habitat. Ideo concilium in ſuis diffinitionibus ſacram ſcripturam allegare nõ cogitur: nam ſpiritusſanctus concilium gubernans, pro ſuo teſtimonio non indiget quauis ſcriptura: quæ hominibus neceſſaria eſt ut in ea ſpiritusſancti intentum exquirant. Quondam apoſtoli & ſeniores in ſuo concilio abſq; ſcripturæ prolatione, ſolo inſtinctu ſpiritusſancti, conſtituerunt agenda. Sic in apoſtolorum concilio electi ſunt ſeptem diaconi: & Mathias in apoſtolum: circumciſio ſublata & forma baptiſmi ad tempus mutata. Siquidem eccleſia, per Petrum alioſq; ſuos præſidentes, plena poteſtate in ſuis concilijs, abſq; ſcripturę indicio, ſpiritusſancto inſpirata, olim libere potuit ordinare et diffinire neceſſaria Chriſtifidelium: Cur hodie per pontificem alioſq; prælatos non eadem auctoritate debeat eſſe fulcita: quum in eccleſia indies inſoliti caſus emergunt: qui nouis remedijs & decretis indigent: ueritate tamen ſemper illęſa permanente.

Actu. 6. Actu. 1. Actu. 15. Actu. 1. & c. 10.

7. ¶ Quum aliquorum conciliorum decreta apparent contraria: hæc ad temporum qualitatem & hominum diuerſitatem accomodanda ſunt: potiſſime ponderandũ, quod illorum conciliorum antiquius & legalius fuerit: cui rationabiliter penſatis ſingulis magis credendum ſit. Nam ſpiritusſanctus ſuas traditiones per concilia dignatur augere uel diminuere, mutare uel abolere, pro neceſſitate temporum & mobilitate hominum: qui multifarie mutantur uno tempore plus q̃ altero ſunt humiliores aut arrogantiores: deuotiores aut proteruiores: diligentiores aut negligentiores: largiores aut tenaciores. Huiuſcemodi humanas affectiones conciliorũ præſides & ppl'i curatores põderare habent, iuxta eis inditum ſpiritusſancti inſtinctum. Licet formidari poſſit, ne aliquando ſpiritus nequam & quæſtus comodi proprij interueniat & Chriſtianam rempublicam impediat. Vbi autem in eodem concilio, circa aliquam cauſam dirimendam, diuerſa uota eſſent: tunc proculdubio ea pars prę ualet cui ſummus adhæret pontifex, tanq̃ ſpiritui ſancto propinquior. Si enim Caiphas, qui ſolum annuus fuit ſynagogæ pontifex, ex ſpiritusſancto prophetauit: multomagis conijciendum eſt, ſummum eccleſiæ pontificem inamouibilem ſpiritu ſancto eſſe præditum in dubijs fidei cauſis decernendis & difficilibus ſcripturæ paſſibus enodandis. Etiamſi pontifex aut quiuis alius eccleſiæ rector pollutus ſit & peccator: nihilominus reſpectu officij ſui, ſpiritusſanctus cooperatur eidem: quemadmodum per Caipham operatus eſt & quottidie in ſacramẽtis operatur per ſacerdotes ſiue bonos ſiue malos: Sepe enim inter mala conſiſtit bonum.

Di. 50. c. domino. in fi.

Joban. 11. in fi. ff. 1. §. 3. poſt prin. & j. 92. §. 7.

j. 44. §. 5. in fi.

8. ¶ In contrarium obijcit Lutherus hanc Pauli poſitionem: Si ſedẽti reuelatum fuerit, prior taceat: Acſi bonus, non malignus ſpiritus ei nouum inſpirarit dogma: propterea ad ſuam ſeductionem papa tacere debeat. At ipſe in ſuum prauum intentum inique torquet Pauli textum: qui hoc modo intelligendus eſt: quando eccleſia in concilio uel ſimili epiſcoporum conuentione congregatur: tunc non plures ſimul confuſe loquantur: ſed ordine debito uiciſſim ſententiam ſuam pferat unus poſt alium: cæteri (inquit Paulus) dijudicent. Poſtq̃ enim prior in ordine locutus eſt &

1. Corin. 14 ante fi.

aſſidenti reuelatum fuerit ut loquatur, prior interim tacere debet, ne duo ſimul loquantur. Ex pauli itaq; ſcriptura minime probatur, ſuperiorem eſſe obnoxium inferiori ſubijci aut cedere: uel uniuerſale concilium non poſſe contra unum concludere. Præmiſſa forma in legittimis ſeruat̃ concilijs: nempe quod proponitur uel neceſſarium eſt iudicari, duobus uel pluribus perſonis ſelectis committitur, ut deſuper concluſionem ædant, toti concilio proponendam. Deinde audiuntur ſinguli, ſiquis de re propoſita quicq; dicere uelit, ſi tunc alicui ſingulariter quid fuerit reuelatum, intimare poteſt; tandem quod omnium calculis maxime comprobatur, ſiue pontifex ſiue quiuis inferiorum dixerit: id in modum decreti redigitur. Proculdubio ſpiritusſanctus efficacius operat̃ apud totam congregationem q̃ apud ſingulas perſonas.

9. ¶ Quippe in concilio poteſt uotum ſubditi approbari & ſuperioris reprobari, etiã ſi uotum ſit ſummi põtificis: qui priuatim conſulit ut homo, non ut papa loco Chriſti: ſed concluſio uotorꝫ in concilio fit publice per papam, ceu Chriſti uicarium. Itidem contigit in apoſtolorꝫ concilio Iheroſolymis: (Actu. 15.) ubi exploſo Petri conſilio, qđ primus ſingulariter dederat: ſententia Iacobi, uotum ſuum poſt Petrum proferẽtis, per concilium uniuerſaliter accepta fuit: nempe cærimonias ueteris legis poſt Euangelium eſſe abolitas. Petrus deſuper ut papa & rector eccleſiæ, ſuo conſilio prius dato non obſtante, dictam Iacobi ſententiam concluſit & una cũ ſuis coapoſtolis emanari fecit. Conſimiliter quilibet, uocis in concilio compos, libere poteſt ſuam mentem enunciare: nec cogitur ſequi dictamẽ qđ pontifex (ut priuatus) conſuluit. Quę tandem ſententia aſſidentibus in concilio aut potiori eorꝫ parti cõplacuerit, ea per papam, Chriſti locum tenentem, concludit̃ & obſeruari præcipitur. Cui omnis Chriſtianus obtemperare debet ſub cenſura eccleſiaſtica.

10. ¶ Ruſus poſt apoſtolos nonnulli fidei articuli prioribus ſunt additi: uidelicet Chriſtum eſſe naturalem filium dei & uerum deum: pariter ſpiritumſanctũ tertiam perſonam in diuinis. Item Chriſtum dumtaxat unam perſonam, non duas eſſe: (J. 19. §. 9. c. §. 11.) quod inferius declarabitur. Perpetua quoq; uirginitas Mariæ matris Iheſu credẽda præcipitur: contra quam Eluidius enormiter ſcripſerat. Sic & imagines ſanctorum in (J. 35. §. 6.) concilijs approbatæ ſunt. Præmiſſo modo habent papa & concilium, ceu ſuperioritas eccleſię: quæ per eoſdem ſuos præſides repræſentatur: plenam facultatem (adiuuante gratia ſpiritusſancti) cognoſcendi & declarandi, quid uerum aut falſum ſit: ac etiam pręcipiendi obſeruari decreta, in concilijs ædita, tanq; articulos fidei aut iuris. Nec eiuſmodi articuli noui cenſent̃ quaſi perperam inuenti: ſed ueritas deſuper nouiter inuenta eſt: propterea iam credi præcipiuntur. Nam filius & ſpiritusſanctus ab æterno duæ perſonę ſunt in diuina trinitate: Maria ſemper permanſit uirgo intacta. (Eſaie 7.) Sic circa ſacramentum altaris ab exordio huius inſtitutionis ſemper facta eſt tranſubſtantiatio panis in corpus, (J. 66. §. 4. in fi.) & uini in ſanguinem Chriſti: licet hæc hominibus fuerint occultata: donec reuelata ſint & hactenus per eccleſiam declarata. Qui nunc unum uel plures articulos, in eccleſia determinatos, credere pertinaciter recuſat, hæreticus eſt & expers meriti & ſanctificationis Chriſti. ſingulis.n. diebus in officio primarum profert eccleſia: Quicũq; uult ſaluus eſſe, ante omnia opus eſt ut teneat catholicã fidem, alioquin non ſaluabitur.

SEPTIMVM CAPITVLVM.
De interna dei ueritate.

SVpra ſit mentio de interno Dei (6. 1. §. 3.) uerbo: quod eſt ęterna permanẽs ueritas: in qua firmiter ſubſiſtit catholica fides: extra quam nulla fides uera eſt: ſicut unus deus, ſic & una fides unaq; ueritas. Hinc duplex incidit quæſtio: utrũ deus unus ſit uel plures: Item utrum deus fœcundus ſit, an ſterilis: Ad priorem quęſtionem reſpondetur, naturaliter unum dumtaxat

Ephe.4. in prin. dumtaxat deum eſſe;aiēte ſcriptura: unus
deus & pater omnium, qui ſuper omnes
J.3.§.4. poſt prin. & per omnia & in omnib,nobis,Quemad
modum primus numerus, a quo omnes
numeri deſcendunt, unum dumtaxat eſt
& non plura nec pauciora: ita unum ſolū
ens diuinum eſſe poteſt: a quo omnia pro
grediuntur. Præterea ex ordine naturæ
conſtat unum ſolum eſſe deum: Vniuer
ſa enim corporalis natura diuiditur in mul
tifaria genera, & rurſus genera in ſpecies
et ſpecies in indiuidua;ut in leones,equos,
boues & innumera alia animantia: quoꝶ
Pſalm.8. infinita multitudo eſt in terra, aere & a
qua: quæ omnia ordinata ſunt ad ſeruitiū
unius humanæ naturæ; quæ una eſt ſpe
cie ſed pluralis numero, quæ quidem ſpe
cies humana, cum omnibus ſuis numeris
& indiuiduis, ordinata cenſetur ad altio
rem unitatem: quæ in ſolo uno numero eſ
ſe poteſt: qui eſt deus: merito in unitate
extollendus ſupra humanam naturam;
J.§.3. in 8. quæ eſt una ſpecie, Ergo diuinam natu
ram naturali ordine oportet eſſe unā nu
mero: ut non plures ꝙ̄ unus ſit deus nu
mero: ſicut non plures ꝙ̄ una humanitas
eſt ſpecie, Inſuper ſi deitate numero diui
ſa plures dij eſſent; nullus foret omnipo
tens neq̧ immenſus; nam quod unus ha
beret,alteri decederet;regimine eoꝝ diui
ſo, uterq̧ haberet propriam uoluntatem;
potentiam cæteraſq̧ uirtutes,Ex qua diui
ſione ſequeretur diuinarum uirtutum de
bilitas & inæqualitas: exinde diſcordia,diſ
ſolutio,deſolatio oīm reꝝ: nec ipſi dij nec
eoꝝ creaturę diu ſubſiſtere poſſent,Cum
aūt euidenter apparet creaturaꝝ duratio,
Pſal.18. in prin. ꝑſertim ſupioris firmamenti irrefragabilis
ordinatio & ſui continui curſus debita cō
ſeruatio: nemo inficiari poteſt,quin unus
Deute.6. in prin. ſolus deus ſit numero, una eſſentia, una
1.Joban.5 natura & indiuiſa ſubſtantia,hoc docet ra
tio & undiq̧ ſcriptura,

2. ¶ Altera quæſtione.ſ.diuinæ fœcundita
tis uel ſterilitatis, denotatur ſancta trini
tas: cuius indagatio ſeu perſcrutatio eſt
ultra humanum intellectum: potiſſimum
incredibile unum deum eſſe trinum in
perſonis: Idipſum tamen credi oportet
neceſſitate fidei catholicæ; quæ fundatur
ſuper interno dei uerbo; a quo deitatis tri
nitas cauſatur, teſte euangelio: In princi Joban.1.
pio.i,in patre erat uerbum.i. filius dei: &
uerbum erat apud deum.ſ,in amore ſpiri
tuſſancti,Hanc trinitatem ſpirituſſanctus
manifeſtauit apoſtolis: qui ſuo ſymbolo in
ſeruerunt eandem trinitatem; de qua Au
guſtinus quindecim compoſuit libros; e
quibus acetiam ab alijs doctrinis ſequen
tia deduxi, Imprimis apparet deum extra
ſuam naturam totum plaſma produxiſſe;
quottidie nouos ſpiritus humanos ex ni
hilo creare & annuos terræ fructus,medi
ante natura fertili, nobis præſtare, Deus
deniq̧ ordinat ſuas creaturas in ſe fœcun
das & extra ſe fructiferas eſſe, iuxta quali
tatem uniuſcuiuſq̧ naturæ, Contra ratio
nem igitur diuinam & humanam eſſet ꝙ
deus extra ſe uniuerſa producat & intra
ſe ſterilis maneat, Ideo firmiter credendū
eſt ꝙ multomaiores fructus deus intrinſe
ce producat ꝙ̄ extrinſece oſtendit: ſicut
dominus per Eſaiam fatetur: Nunquid Eſaie 66.
ego, qui alios parere facio, ipſe non pari
am,dicit dominus: Si ego qui generatio
nem cæteris tribuo,ſterilis ero: ait domi
nus deus tuus, Eſaias tamen æſtimat dei Eſaie 63.
generationem enarrare poſſe neminem,
Diuinus autem interior fructus eſt bifa
rius ſcilicet naturæ & amoris: fructus na
turæ eſt dei filius; fructus amoris eſt ſpiri
tuſſanctus,

¶ Primo naturalem dei productionem cō 3.
uenit conijcere ex natura hominis; qui
duas habet productiones; unam natura
lem, alteram artificialem, Naturaliter ge
nerat homo ex natura ſua hominem eiuſ
dem naturæ: Artificialiter producit aliqđ
opus non ex natura ſed ex Idea ſua & ma
teria aliena, perinde intelligiť duplex dei
productio: Primo naturaliter deus in ſe
generat imaginem æternam.i, filium de
um de deo, lumen de lumine, ueritatē de
ueritate,Secundo deus extra ſe,ſicut arti
fex ſummus ex nihilo, non ex aliqua ma
teria per diuinam ideam in tempore totū
produxit mundum, Prior aūt productio
intrinſeca & immēſa longe pluris æſtimā

da eſt, ꝙ ſecunda extrinſeca: quemadmo-
dum faber pluris facit ſuam genitā ꝓlem,
ꝙ opus ędificatum. Item quęlibet creatu-
ra ſine intermiſſione producit imaginem
ſui: ut patet in ſpeculo uel ſimili ſubiecto
imaginis receptiuo: quod continue recipit
imaginem & formam rei obiectę ꝙdiu il-
la ſibi opponitur. Siquidē huiuſmodi pro
prietatem obtinet creatura, ex eo conijciſ
eandem proprietatē imaginis generandæ
multonobilius eſſe in creatore: qui in ſe ę-
ternaliter & continuo generat ſuam immē
ſam naturalem imaginē, nempe diuinum
filiū: qui huiuſmodi generationē inceſſan-
ter ſuſcipit. Comparatio aūt eſt diuerſimo
da: Creatura & ſua imago ſunt res diuer-
ſ.19.§.11. in fi.e ſæ: Etiam deus & ſua exterior imago, nē-
29.§.1. in prin.r pe homo, duo ſunt: ſed deus pater & ſua in
54.§.6. terior naturalis imago, nempe filius, unus
in fi.e eſt deus, una ſubſtantia & ens prorſus
6.§.2. unum: deitas, n. naturaliter una eſt nume-
ro, ſicut humanitas ſpecie.
4. ¶ Ideo nulla differentia eſt patris & filij, ni
ſi ꝙ pater generat, filius generatur: unus
dat, alter accipit: unus operaſ deificas uir-
tutes, alter patiſ ſibi commūicari eaſdem.
Hoc modo intelligas: Deus pater in ſeipo
naturaliter & infinite eſt ſummum bonū,
ęternus, ſapiens, omnipotens, fortis, iuſtus,
largus, pius & plenus omni ueritate. Eędē
perfectiones, iuxta diuinam naturā, gene-
rant ex ſe iterꝫ ſummū bonum, ęternitatē,
ſapientiā, oīpotentiā, fortitudinē, iuſtitiam,
largitatem, pietatē cæteraſꝗ perfectiones
ac uirtutes diuinas. Primaria diuina ꝓprie
tas generatiua uocatur pr̄: ſecundaria pro
prietas generata & uirtutū receptiua uo-
catur filius. Et extimaſ generatio eo ꝙ pri-
ma in deo ꝓductio naturalis eſt. Generās
ꝗꝫ nominatur principiū & gn̄atus uerbū:
q̄a hęc generatio ex diuina fit mente. Præ
terea genitus per omnia coęqualis eſt ge
nitori: ideo ambo uocanſ pater & filius.
Vterꝗ inſuper in ſe eſt perfecta ſubſtan-
tia ac ſubſiſtēs natura: propterea ſunt duæ
perſonæ in omnib. infinite cōformes. Sicꝗ
conditio dandi & recipiendi cauſat duas
pſonas in una diuina natura & ſubſtantia.
5. ¶ Reſtat nūc ſcribere de fructu diuini a-
moris: qui naturaľr in deo eſt immenſus
una cum gaudio infinito. Atqui nec gau-
diū nec amor ſolitaria eſſe poſſunt, ſed ſo-
cietatē exigunt. Oportet igiſ in deitate eſ-
ſe ſocietatē inter duas perſonas, quę ſe mu
tuo ineffabiliter amēt atꝗ infinite gratulē-
tur. Naturale itaꝗ eſt & credibile ꝙ pr̄ &
filius in immēſum ſe inuicē amplectantur.
Recipe ſiľitudinē: Qn̄ quis liberaliter do
no dat, quod alter gratanter accipit: inter
ambos reſultat mutuus amor, quaſi tertiū
ꝗ ſe libere diligunt. Hac finita & imperfe
cta dilectiōe deuenimus ad cognitionē in
finiti & perfectiſſimi amoris diuini. Deus
pr̄ ęternaliter dat & gignit filiū: deus filius
ęternaliter accipit & gigniſ a pr̄e: Ex utro
ꝗ ꝓcedit tertium: quod nec pater nec filiꝰ
eſt: utpote uoluntarius, unanimis & immē
ſus amor: qui pariter diuinus, magnus, æ-
ternus, bonus, iuſtus, miſericors eſt ac reli
quis uirtutibus plenus, ſine principio & fi-
ne, ſicut alterutra diuina pſona. Oportet
ergo illud tertiū eſſe perfectū, unicū & in-
finitum deum, ac etiam eundē deum, qui
eſt in dictis ambabus perſonis. Eſt præte-
rea diuinus amor in oībus ſuis perfectioni
bus & cōditionibus perpetuus & immen
ſus ac par deo per oīa: obtinet itaꝗ in deita
te ſingularē ſtatū & hypoſtaſim ſeu perſo-
nam: quę eſt ſpūſſanctus, per ſe eſſentiali-
ter ſubſiſtens: ſicut pr̄is & filij perſona per
ſe ſubſiſtit. Hac differētia tres diuinæ per-
ſonę ſunt unus deus. Ex pr̄e nanꝗ ceu fon
te deitatis immenſo, deriuaſ deitas in filiū
ceu in immēſum receptaculū deitatis. Ex
eiſdem ambabus perſonis ſpirat & ꝓcedit
immēſum donū amoris, ſapientię, potētiæ
ac aliarꝫ diuinarꝫ perfectionū. Iſtud donū ſ.46.§.1. ante fi.
eſt ſpūſſanctus: qui pr̄em & filium ab ęter
no nectit. Vnde credibilius eſt ac diuinæ
naturę accomodatius, ſpūſſancti perſonā
eſſe in diuinis ꝙ non eſſe: propterea magis
aſtringimur ſanctam trinitatē firmiter cre ſ.3.§.6.
dere, ꝙ de ea ſciſcitanter uacillare.
¶ Tempore ueteris legis & in eccleſia pri- 6.
mitiua manifeſte non claruit nec ſtricte p̄
cepta fuit fides diuinæ trinitatis: ſed diu du
bitatum eſt, an tres perſonæ in deitate coę
quales ſint per omnia. Arrius & ſui ſequa
ces præ-

ces præſumpſerunt aſſerere filiū in ſubſtā-
tia prī eſſe inęq̃lem ac minorē: fundātes ſe
ſup falſa expoſitione uerbi dñi, de ſua hu-
Joban.14. ante f. manitate loquētis: Pr maior me eſt. Nam
in diuinitate Chrs eſt prī coęq̃lis, ſeipſo te-
Joban.10. ſ.11.§.4. ſtante: ego & pater unū ſumus. In primo
in f. deſuper cōcilio Niceno ueritas determi
nata eſt atq; cōcluſum & præceptū, credi
Chrm filium dei uiui eſſe patri coæqualē
& cōſubſtantialē. Conſilr coñ Macedoni
um & ſequaces, in Cōſtantinopolitano cō
cilio nouus articulus fidei conſtitutus eſt:
nempe ſpm̄ſanctum non eſſe ſeruū patris
& filij, ſed coęqualē & tertiam in deitate
perſonam, ſubſtantialiter procedentē a pa
Joban.15. in f. tre & filio. Quē dñs aperte denūciat: Cum
uenerit paraclitus, quem ego mittā uobis
a prē ſpiritū ueritatis qui a patre ꝓcedit.
Ecce a ſe & a prē ꝓcedentē ſpm̄ſanctum
promittit mittendum. Ambo iamdicti ar-
ticuli ſunt tanq; catholici credendi: utpote
filium & ſpm̄ſanctū una cum patre tres
perſonas eſſe fatendum & colendum ac ut
deum adorandū. Hanc quippe trinitatis
Joban.4. adorationē Saluator nr̄ mulieri Samarita-
næ apud fontē prędixerat: ueniet hora &
nunc eſt (nempe in nouo teſtamēto) quā-
do ueri adoratores adorabunt prēm in ſpi
ritu & ueritate, per ueritatē deſignatur fi-
lius; per ſpm̄ deus ſpūſſanctus. Vlterius
ibi dicit dñs: ſpiritus eſt deus, & eos qui a
dorant eum, in ſpiritu & ueritate oportet
adorare. Ecce q̃ clare dñs aſſerit deū tri-
Math.28. in f. num eſſe adorandū. Ac deniq; iuſſit bapti
Gene.3. ſari in nomine prīs & filij & ſpiritusſancti.
Diabolus quoq; faſſus eſt perſonarꝫ trini-
tatem, perſuadens Eue: Eritis ſicut dij: per
quos intelligēdę ſunt tres diuinę perſonæ.
7. ¶ Attamē hæ tres perſonę unus deus eſt:
una ueritas: unus amor: una ſapientia &
ſubſtātia unaq; eſſentia indiuiſa. Nec una
perſona aliam excedit in quauis perfectio
ne: ſed omnes tres coæquales ſunt & per
fectę in ſingulis uirtutibus & operationi-
bus diuinis abſq; principio & fine, deus.n.
eſt ſui ipſius principium & finis. Etſi una
perſona ab altera procedit: ſunt tamen
ſimul ſine differentia ab æterno & imper
petuum. Pater filio ſemper dat: filius a
patre ſemper accipit: ſpiritusſanctus ab
utroq; ſemper ſpiratur: qui eos æterno a-
more connectit. In diuinis perſonis ordo
eſt originis, non temporis: quemadmo-
dum a ſubſtantia ignis orit calor & ſplen-
dor: quibus tamen ſubſtantia non eſt pri
or: ſed omnia tria ſimul exiſtunt: uno &
ęquo tempore operantur: tametſi ab inui
cem oriantur & diuerſa ſit coꝝ operatio:
tales tñ conditiones ab igne non ſeparant.
Ita ad maiorē intellectū, iuxta qualitatem
tem poꝝ & neceſſitatē Chrianæ reipubli
cæ, diuina opera ſingulis attribuunt per-
ſonis: ſicut patri q olim multifarie multiſq;
modis locutus ſit prībus in prophetis: no- Hebre.1. in prin.
uiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in fi- ſ.1.§.3. in f.
lio. Cui filio attribuit miſiſſe ſuos apoſto- Math.28. in f.
los ad docendū & prædicandū euangeliū
in uniuerſo mundo. Spiritui ſancto appro
priatur doctrina doctoꝝ: in quibus ope-
ratur, iuxta id: Non uos eſtis qui loquimi Math.10. ante me.
ni ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in
uobis, item q ipſe ſpiritus eccleſiam uiui- Joban.14. poſt prin.
ficet ac foueat ſemperq; in ea habitet. Et
licet præmiſſa & nonnulla alia opera ſe-
paratim attribuantur diuinis perſonis, ta-
men ſunt communia inſeparabiliter ſin-
gulis perſonis pro indiuiſo: ſicut & deus in
ſe indiuiſibilis eſt.
¶ Ad imaginem ſanctę trinitatis & triſa- 8.
riarum diuinarꝫ perfectionum deus ho-
mini triplicem conceſſit potentiam inſi-
gnem: utpote mentem ſeu memoriā: item
rationem ſeu intellectum, ac arbitriū ſeu
uoluntatem. Hę potentię operantur tres
affectiōes, ſ. inclinationē & ordinationē ac
amorem ſeu odiū. Ex mentis memoria ꝓ
fluit inclinatio ad rerum cauſas per ratio-
nem intellectas & bene ordinandas ad li-
beram uoluntatem: quæ eaſdem cauſas
aut amat aut odit. Hæc omnia operatur
idem homo, diuerſis tamē potentijs. Hinc
diuina conſideratur trinitas: Ex patre ceu
mente diuina, producitur dei proles, & ſa
pientia: per quam deus omnes res condit
& ordinat. Ex ambabus perſonis proce-
dit ſpiritusſanctus: qui dignatur omnia
in deum dirigere & diuino amori con-
iungere. Hoc totum unus operatur deus.

Iterum. Naturæ inditum eſt ut creatura
largiflue communicet creaturę: Hinc pro
ximi dilectio pręcipitur: uni opulentia; al-
teri miſeria obtingit: ut unus dare, alter re
cipere ualeat: quo quis ditior eſt, eo abun-
dantius dare debet. Huiuſmodi creata lar
gitas ordinata eſt ad imaginem diuinę lar
gitatis: ubi una perſona alteram immenſe
amat ſicut ſeipſam: ac ei omnia quæ habet
abundantiſſime communicat. Veritatem
huius diuinæ largitatis experimur ex pro
prietate dei: qui extra ſe ſuis creaturis lar-
gitur omnia oportuna neceſſaria: unicui-
q; iuxta ſuam capacitatem. Ergo indubita
tum eſt, quin deus pater intra ſe, ex largi-
fluo amore, omnia quę habet. i. ſeipſum
det diuino ſilio: nihilominus in ſe retinens
idem donum: ſicut ſol ſuum ſplendorem
communicatum aut candela ſuum ignem
Eſa. 61. 5. 7. in ſi. retinet q̃uis ab ea alia candela accenſa ſit.
Viceuerſa filius dei omne donum ſibi cō-
municatum (quod in ſe recipit & reſer-
uat) refundit in patrem, nempe ſeipſum.
Sic originalis dator eſt deus pr̄: Donatari-
us eſt filius: donũ utriuſq; eſt ſpũſſanctus.

9. ¶ Non miꝛ ſi trinitatis myſterium nobis
incompręhenſibile eſt, cum nec noſtra ꝓ-
pria ſatis penetrare ualeamus: niſi quantũ
neceſſitate cogimur ſentire. Q; in te cor-
pus & anima, diuerſę naturę & remotę cō
ditionis componuntur & ſimul conſiſtũt
ac te hominē conſtituunt, experimēto ſen
tis: ſed intelligere nequis qualiter id fiat.
Multo credibilius apparet in diuina eſſen
tia eſſe tres perſonas unius naturæ, q̃ in
una hũana perſona ſubſiſtere duas diuer-
ſas naturas. ſ. corpus & animam. Quo fa-
cilius credas tres perſonas in eadem deita
te conſiſtere, accipe hoc puerile exemplũ
in grammatica uſitatum. Hoc uerbum le
go in ſe continet tres perſonas, uidelicet
ego lego, tu legis, ille legit: eſt tamē unum
dumtaxat uerbum legere. Quod etiam in
ſe continet actiuum, paſſiuum & imperſo
nale: actiue Petrus legit: ex eo generatur
paſſiuum ut liber legitur: tertium. ſ. imper
ſonali ex utroq; procedit ut cum dicimus,
legitur. Omnia tria ſunt unum uerbum,
eiuſdem ſignificationis, naturæ & poten-
tię. Hoc exemplo facile manuducimur ad
credendum tres perſonas cum tribus ſin-
gularibus proprietatibus eſſe in una deita
te & natura, in eadem eſſentia & indiuiſa
ſubſtantia.

¶ Ex præmiſſis finaliter concludit, deum 10.
iuxta ſuas diuinas relationes eſſe triũ per-
ſonarum, & tam intra q̃ extra ſe fœcun-
dum. Intrinſece quidem pater diuinus ge
nerat filium cum omnibus diuinis perfe-
ctionibus: quas filius recipit & fructificat:
ex utroq; procedit ſpiritusſanctus: qui am
bos in amore & omnibus alijs perfecti-
onibus æternaliter coniungit. Extrinſeca
dei fœcunditas eſt q pater omnia creat: ꝑ
filium omnia creanť & ſpecialiter homi-
nes recreantur. Spũſſanctus ſuo igne accē
dit creaturas: ex quibus electos. ſ. angelos
& homines iuſtos ad deum dirigit & per-
petuo cum deo unit ſicut & pater & filius
per ipſum uniunť. Inſtigat deniq; homi-
nes ad mutuam inter ſe unionem, quo ſa-
lubrius tandē cum deo uniti æternaliter
ꝑmaneant: prout ſaluator noſter cœleſtē
patrem pro nobis rogauit, inquiens: Pater Iohan. 17. in me.
ſancte ſerua eos quos dediſti mihi ut ſint
unum ſicut & nos unum ſumus.

OCTAVVM CAPITVLVM
De uerbo incarnato.

DE interna dei ueritate ꝓgrediť ex
terna ueritas: deus. n. non in ſe ſo-
lo intrinſecus manere & dũtaxat
intra ſe uirtutes diuinas oꝑari uoluit: ſed
etiam huiuſmodi manſionē & oꝑationem
extra ſe inſtituit: nempe ut in creaturis rō
nabilib. ad hoc ordinatis, ipſe deus tan q̃ in
ſua electa ecclēia maneat, & ipſę creaturæ
in deo tanq̃ in ſuo principio et fine habitēt.
Cum autē deus in creatura & creatura in
deo, ob naturę diuerſitatē, ꝑpetuo cohabi-
tare neq̃at ideo naťalis deus aſſumpſit na-
turalē creaturã & ex utraq; natura cōpo-
ſuit mediũ: quo inter deum & ſuũ plaſma
perpetua ſubſiſteret unio. Iſtud medium
eſt incarnata ueritas: quæ partim intrinſe-
cum, partim extrinſecum dei uerbum eſt,
nēpe ſaluator nr̄ Iheſus Chriſtus: in quo
potiſſime

potiſſime catholica fides uerſatur, dictan-
te ſcriptura: Quis uincit mũdum? niſi qui
b. Job. 5. credit quoniam Iheſus eſt filius dei, & in-
fra: Qui autem non credit filio, mẽdacem
facit eum; quia nõ credit in teſtimoniũ qđ
teſtatus eſt deus de filio ſuo, dicẽs: hic eſt
Math. 3. in fi. filius meus dilectus in q̃ mihi cõplacui.
¶ Rurſus ipſe Chriſtus iactitauit ſe eſſe
2. deo equalem & dei filium: in quem ſiquis
Joban. 5. ante me. crediderit, eum non moriturũ ꝓmiſit. Pro
Joban. 11. ante me. fecto credens Chr̃o in fide ſecurus eſt atq;
certus, facile redditurus ſe excuſatum co-
ram deo & hominibus: Qui autem non in
Chriſtum ſed aliter credit: huius fides no-
xia eſt atq; periculoſa, dubia & incerta ac
minime excuſabilis pluribus rationib. Fi-
dei, n. fundamentũ & exordium a deo eſt:
iuxta tenorem ſacrę ſcripturæ. Oẽs autẽ
infideles ut olim Idolatrę & modo pagani,
turci, ſarraceni, marrani, huſſitę alijue hæ-
retici & ſciſmatici, habent ſuę ſuperſtitio-
nis initiũ ab hominibus; nempe ab Arrio,
Sergio, Mahumeto, Vuiclefo, Huſſo & a
reliquis pſeudo magiſtris: Sicut & quidã
theutones ſuarũ ſectarũ initiũ ſumũt a Lu-
thero, Karelſtadio, Zuinglio, Ecolampa-
dio & a nonnullis alijs ſeductoribus. Soli
iudæi ſuum principium in deo uero ſtatu
Judith 5. poſt prin. erunt & unum deum cœli coluerunt. Ipſis
tamen olim diuina gñatio fuit abſcondita.
Quę modo ſatis expreſſa eſt per Eſaiam;
Eſaie 66. poſt prin. quem prophetã Iudęi acceperant: ideo ini-
que negant diuinam prolem, ac Chriſtia-
nam fidem immerito abhorrent in ſuaque
perfidia damnabiliter perſiſtunt.
¶ Qui credit deum habere filium natura
3. lem & eundem filium eſſe dominum Ihe
ſum, quo ad deitatem: is iure inculpabilis
cenſetur: de ſua fide coram deo & om-
ni iudicio facile reſponſurus: Perinde acſi
ignotus aduena ſe gereret pro filio noſtri
principis: qui antea nobis ꝓmiſerat ſe miſ-
ſurum ad nos ſuum filium: quem ille ad-
uena ſe eſſe probabilibus argumentis &
indicijs fingit, principe ſciente & tacente.
Etenim qui tacet conſentire uidetur. Ideo
de reg. iur. li. 6. qui tacet qui credit, confidit & adhęret aſſerto prin
cipis filio ſiue falſo ſiue uero, excuſabilis
eſt apud principem. Cui creduli obedien-
tia & reuerentia, putatiuo ſuo filio exhibi-
ta, potius grata eſſe debet q̃ diſplicita. Cõ
ſimiliter homo in fide Chriſti uacillans,
meminiſſe debet: quia Chriſtus, ſæpius
ante a patre promiſſus, in hũc mundum
ueniens ac pro dei filio miſſo ſe gerens:
hoc idem probauit oraculis patriarcharũ
& prophetarum: præcipue teſtimonio ſa
crę ſcripturæ: in qua multis locis deus illi-
us promiſit aduentum. Cuius filij dei præ
ſentiam indicauit Iohannes baptiſta: teſta Joban. 1. in me.
ti ſunt apoſtoli in ſuis ſcriptis & conioni-
bus; euangeliſtæ euangelijs: martyres pro
fide Chriſti ceu ueri filij dei mortem ſub-
ierunt; Idipſum omnes confeſſores prædi
cauerunt & uſq; in finem ratificauerunt.
Sanctæ uirgines perpetuam caſtimoniã
Chr̃o ueluti puriſſimo dei et uirginis filio
dedicauerũt. Quẽ hactenus plęriq; deuoti
colunt tanq̃ deum & ſaluatorem ſuum.
¶ Hęc omnia pater omnipotens patitur
non inſcius: cuius ſapientiam nil latere po 4.
teſt: diuina q̃q; iuſtitia ultra M. D. xxvij. Debitriq.
annos tacite tolerauit & hactenus tolerat,
in omnibus finibus terræ tam aperte q̃
occulte IHESVM CHRISTVM
tanq̃ filium naturalem recipi, cærimonijs
coli, exprimi & inuocari: eiq; credi, obſe-
qui & ſua mandata cuſtodiri. Nemo itaq;
dubitet, quin fides Chriſti ſit certiſſima.
Vbi in ea Chriſtiani deciperentur, decepti
eſſent bono zelo, nomine filij dei & erro-
re facti alieni, eis a deo minime imputan-
di. Vnuſquiſq; Chriſtianus prætẽdere poſ
ſet coram deo, in nomine eius credidiſſe
ac Chriſto adhæſiſſe; quem ipſe pater pro
ſuo filio haberi tanto tp̃e tuliſſet: ideo cre-
dens Chriſto, iure impunis eſt: niſi reſpe-
ctu dubij: quod immerito ponit in Chri-
ſtum deum & ſaluatorem noſtrum.
¶ Redditur & alia Chriſtianæ fidei certi- 5.
tudo & cauſa, ob quam ſecure credi po-
teſt Chr̃o & ſuę legi: Quę eſt inım̃ fide di
gna, ſancta, bona, utilis, diſpoſita, ordinata
& cõgrua deo totiq; creaturę: cõis omnib.
& ſingulis hoibus, cõformis ueteri teſtamẽ
to & bonis hoim morib. ac legib. ut ęqui-
or eſſe neq̃at: quin ni etiã a deo cõdita ſit,
neceſſe eſt. Vñ clare apparet dñm Iheſum

filium dei uer̃ & ſuam legem ueram fidē eſſe. Contra quam nullo fundamento nec conſona ratione hactenus quicq̃ opponi potuit. Quis Arrius: poſt eum Mahometes, Sergius cæteriq̃ ſeductores attentauerint Chriſto nr̃o deitatem auferre acſi fuerit nudus propheta & purus homo. Eorũ tñ obiectiones ſunt debiles, nulla fulcitæ ſcriptura. Porro manifeſte cõſtat Chriſtũ ceu filium & miſſum dei, ex diuina diſpoſitione ſuper multos Imperatores, reges, principes & dominos, acetiam ſuper innumeros populos, loco patris cœleſtis, diutiꝰ regnaſſe: qui adhuc regnat: pręcipue in ſuis locumtenentib. per uniuerſum orbē, ſpiritualem obtinet iuriſdictionem: exceptis hereticis & ſciſmaticis aliiſue a uera fide deuiantibus & ab eccleſia diſcedentibus: de quibus infra c. xvi. Qui uero regia uia incedunt, errare nequeunt nec titubare quin Chriſtus ſit filius dei uerus & biblia ſcriptum dei uerbũ ubiq̃ Chriſti deitatem conteſtans.

6. ¶ Plura deinceps ſunt credibilia indicia,
Iohan. 14. in prin. quib. ſolidius oſtendit̃ Chriſtum Iheſum uer̃ dei filium eſſe, æternam & incarnatā ueritatem: quam ſe eſſe ipſe teſtat̃. Quare unumquemq̃ oportet irrefragabiliter credere totum uer̃ eſſe quicquid Chriſtus prędicauit, mādauit & tradidit. Eſt enim impoſſibile dei ueritatē poſſe mentiri, fal-
Iohan. 3. in fi. lere, errare aut deuiare, iuxta Iohannis teſtimonium, deus uerax eſt: quem. n. miſit
§. 7. §. ſe. deus, uerba dei loquitur. Chriſto ergo cre-
Iohan. 15. in fi. dere debemus maximum fidei articulum utpote in deitate eſſe tres perſonas: quas ipſe fatetur hijs uerbis: Mittam uobis a patre ſpiritum ueritatis, qui a patre procedit, ille teſtimoniũ perhibebit de me, et uos teſtimonium perhibebitis quia ab initio mecum eſtis. Preterea credendum eſt Chriſto ipſum eſſe uer̃ deum & hominē, naturalem filium dei & uirginis Mariæ: qui ad ſaluandum nos, mortem crucis uolūtarie
Mar. 8. ante fi. ſubijt: prout ipſe ratus eſt, ſe filium hominis multa pati oportere: alioquin incredibile eſt, omipotentis filium fruſtra paſſum eſſe & ignominioſam crucis mortē ſuſtinuiſſe, ſi alia uia cõuenienter, ſeruata iuſtitia, redimi potuiſſemus. Multo facilius eſt Chriſto credendũ in cæteris ſuis uerbis & doctrinis, exemplis & opibus, tanq̃ ueris, certiſſimis et indubitatis teſtimonijs, a Chriſto ceu ab ęterna ueritate proditis. Huiuſcemodi fides eſt Chriſto adhibenda non ſolum interiori mente ſeu uoluntate & cogitatu: ſedetiam exteriori ore & opere, potiſſime omnia ſua præcepta acceptando, cuſtodiendo & exequendo.

¶ Item credenda ſunt omnia Chriſti dona 7.
tam pñtia q̃ futura nobis promiſſa. Per cõſequens inconcuſſe credi oportet animarũ curatores collatam habere auctoritatē peccata dimittēdi, uirtute ꝟbor̃ Chr̃i ad eos exprimentis: quor̃ remiſeritis peccata, re- Iohan. 20.
mittunt̃ eis. Q̃ etiam habeant preceptis et indulgētijs ligare & ſoluere ſuos ſubditos: Ipſis. n. narrauit dñs: quodcũq̃ ligaueritis Math. 18.
ſuper terram erit ligatũ & in cœlo, & qđ'cunq̃ ſolueritis ſuper terram, erit ſolutum & in cœlo. Q̃q̃ Chriſtus Petro, tanq̃ ſuo 16.
in eccleſia militante uicario, claues regni cœlor̃ tradiderit ac cum cunctis eccleſiaſticis ſuperiorem dederit ad illos regēdos & confirmandos, tamen tanq̃ miniſtrum non ut dominum: iuxta illud: Reges gen- Luce 22. ante me.
tium dominantur eor̃ & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici uocantur: uos autem non ſic: ſed quicunq̃ uoluerit inter uos maior eſſe, erit ueſter miniſter, & qui præceſſor, erit omnium ſeruus. Item domi- Luce 22.
nus ad Petrum: & tu aliquando cõuerſus, confirma fratres tuos. Quicquid igit̃ Romana eccleſia (quę Petri auctoritate fulcitur) confirmat, ſtatuit, iubet aut inhibet, hoc fundatum et ratum eſt ex uerbis Chri- §. 19. §. 9. in prin.
ſti ad Petrum (ut præmittitur) prolatis.

¶ Si credi ſolet ueraci homini, quare non 8.
ueraci dei filio, patris ſui uolūtatem nobis denuncianti ac uerbis & exemplis intimāti: Imprimis prę omnibus credendum eſt euangelio & nouo teſtamento ceu ſcripto ꝟbo: quod deus & homo partim per ſeipſum, partim p̃ ſuos diſcipulos erga nos expreſſit. Nihil etiam minus credendum eſt Iohan. 5. in fi.
Moyſi & ueteri teſtamẽto, Chr̃o teſtimo- Math. 5. poſt prin.
niũ phibenti: quod dñs cõpleuit, confirmauit, ratificauit & cuſtodiri p̃cepit: ut ea, q̃

ex uete-

Math.23. in prin. ex ueteris teſtamenti pagina ſcribę & pha
riſæi nos docent,ſeruemus & faciamus.
Quocirca tenori totius bibliæ, quantum
eccleſia acceptat,eſt adhibēda fides: a qua
nemo excuſatur: quoniam eandem fidem
filius dei & redemptor noſter per totum
mundum denunciari & Euangelium ue-
ritatis ubiq; diuulgari fecit: tametſi id ali-
quarum terrarum incolæ non acceptaue-
rint uel a ſe acceptum euāgelium iterum
reiecerint uel alias in ſciſmata deciderint:
quemadmodum nūc in alemania erronea
inualeſcunt dogmata: quibus leues homi
nes (qui ſe euangelicos putari uolunt) a
ſuorum patrum uera fide retrocedunt &
ut apoſtatæ ſuam matrem eccleſiam tur-
piter deſerunt.
9. ¶ Concluditur ergo ex pręmiſſis,homi-
nem non ſolum iure obligatum,ſed etiam
dictamine naturę coactum eſſe ad credē
dum Chriſto, ceu incarnato dei uerbo &
F.12.§.3. irrefragabili ueritati,abſq; omni expecta-
v.12.§.6. post prin. tione & teſtimonio:alioquin incredulus in
iuriatur Chriſto & dehoneſtat deum: cui
aufert pręconium ueritatis: acſi Chriſtus
ſua noua lege decreuerit homines in erro
rem ſeducere: qui tamen conteſtat̄ ſe eſſe
Johan.14. in prin. uiam,ueritatem & uitam, Qui itaq; nō ſim
pliciter credere, ſed curioſe uult ſciſcitari
F.68.§.5. cauſas inſtitutorum ſacramentorum ſeu p̄
ceptorum: quare Chriſtus in ſuo receſſu
tradiderit eccleſię ius ligandi & ſoluendi:
uel qui iudicat ſtatuta Chriſti & eius ec-
cleſiæ,quaſi non ſint bene ordinata: is de-
trahit Chriſto, ſacrę ſcripturę & eccleſiæ,
æſtimans ſuum etroclitum caput cunctis
præualere. Subditum condecet ſui ſupe-
rioris præcepto parere, non inueſtigare
cauſam pręcepti. Pariter homo uerbo dei
credere debet ſine cunctatione & quauis
inquiſitione: quia procedit a deo: qui ſolus
omnium dominus eſt: cuius ſapientia ni-
hil incompoſitū mandat. Probati uiri uer-
ba fidedigna haberi ſolent: multopotius
confitendum eſt,uera & ſancta eſſe uerba
Chriſti æterni & incarnati diuini uerbi.
Pſal.91. in prin. Ad hęc Dauid inter alia inquit: Bonū eſt
Pſal.92. confiteri ꝟitatē dei per noctem & infra: te
ſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis.

NONVM CAPITVLVM.

De Chriſti deitate.

QVod dominus Iheſus uerus dei fi
lius ſit, ſatis conijcit̄ euidentib. ra- F.54.§.9.
tionibus & ꝓbabilibus cauſis: qua
rum aliquę ſubſequunt̄. Omnis honor &
gloria,nomē laudabile & pręconiū ęternū
ſoli deo attinet: Ob id uniuerſum plaſma
creatum eſt atq; ordinatū: eos qui deum
laudant ſuumq; nomen ſanctificant, remu
nerandos; torpentes uero plectēdos: ſicut
ſcriptum eſt: confeſtim percuſſit eum an- Actu.12.
gelus dñi eo ꝙ non dediſſet honorē deo. in fi.
Si itaq; Chriſtus non eſſet uerus dei filius
pro q̄ ſe geſſit; tunc ipſe una cum ſua do-
ctrina tanq̄ falſa, dudū euanuiſſet ceu dei
inimicus: qui deo ſuum honorem abſtu-
liſſet & ſibiipſi iniuſte uendicaſſet. Quip-
pe Chriſtus patrem ſuum eſſe deum ſeq;
ęqualem deo manifeſte iactitauit, dicens:
uos miſiſtis ad Iohannē,& teſtimoniū per Johan.5. post prin.
hibuit ueritati. & infra: ego aūt habeo te- & ante fi.
ſtimoniū maius Iohanne: qui miſit me pr̄,
teſtimoniū ꝑhibuit de me. Item: Et ſi ego Johan.8.
teſtimoniū perhibeo de meipſo,uerꝫ eſt te post prin.
ſtimonium meū: quia ſolus non ſum, ſed
ego & q miſit me pr̄, & in lege ſcriptū eſt:
duorꝫ hominū teſtimonium uerꝫ eſt: ego
ſum qui teſtimoniū perhibeo de meipſo,
& teſtimoniū ꝑhibet de me qui miſit me
pater, & infra. Ego de ſupernis ſum & nō Johan.8.
de hoc mundo: qui me miſit, uerax eſt: pa- ante me.
trem eius dicebat deū: qui miſit me, mecū
eſt. & inf. ueritatē uobis locutus ſum, quā Johan.8.
audiui a deo: ego.n. ex deo ꝓceſſi & ueni. post me.
Interrogatus dñs a Iudęis an Chriſtus eſ-
ſet, ut diceret eis palam, reſpōdit: Loquor Johan.10. post me.
uobis & non creditis: ego & pater unū ſu-
mus. Ad quod Iudęi: tu cum homo ſis, fa-
cis teipſum deum. Poſtea dominus: dixi fi
lius dei ſum quē pater ſanctificauit & mi- Johan.14.
ſit in mundum, & inf. quia ego in patre & post prim.
pater in me eſt. Ecce dominus Iheſus ſei-
pſum exhibuit filium dei, patri ęqualē &
unum cum eo indiuiſum in ſubſtantia.
¶ Rurſus dominus appropriauit ſibi opa 2.
quędam ſoli deo conuenientia; utpote pec
cata dimittere; ut ſciatis, inquit, quia filius

Math.9. in prin. hominis in terra poteſtatem habet remit-
Math.10. in prin. tendi peccata, Deditq; apoſtolis ſuis pote-
Mar.16. in fi. ſtatem eijciendi ſpiritus immundos; dilatã
di nomẽ ſuum in mundo uniuerſo; diuul-
gandi legem nouam inſolitam: promitten
di credentibus beatitudinem: comminan
di infidelibus ęternam damnationem. Prę
miſſa ſoli deo attinent, Chriſtus præterea
Joban.10. ante fi. ad ſuæ deitatis probationem adduxit opa
Joban.14. in prin. quæ fecit in nomine pr̃is ſui: qui in eo ma-
nens huiuſmodi opera egerit. Voluit deni
q; ſi in deum credimus ut in ipſum quoq;
credamus: quoniam nemo uenit ad patrẽ
niſi per eum; ipſe. n. eſt in patre & pater in
eo, Inſuper dominus repromiſit æternam
Joban.3. in fi. uitam credentibus in eum uti dei filium;
qui autem incredulus eſt filio, ſuper eum
maneat ira dei, Tales promiſſiones uel cõ
minationes nemini, quam ſoli deo, con-
ueniunt. Præterea Chriſtus retulit: Sicut
Joban.5. in me. pater ſuſcitat mortuos & uiuificat, ſic & fi
lius quos uult uiuificat: Cui etiã pater om-
ne iudicium dedit ut omnes honorificent
filium ſicut honorificant patrem. Remiſit
Joban.5. ante fi. quoq; dominus Iudæos ad ſacram ſcriptu
ram: quæ teſtimonium perhibet de eo, ꝙ
ſit Chriſtus & dei filius: per quem æterna
uita appręhenditur. Et ſubiungit: Hęc eſt
Joban.6. in me. uoluntas patris mei ut omnis qui uidet fi-
lium & credit in eum, habeat uitam æter-
nam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſi-
Joban.10. poſt me. mo die, & infra, ego uitam æternam do o-
uibus meis & non peribunt in æternum,
Math.28. in fi. Summarie concluſit Chriſtus, ſibi datam
eſſe omnem poteſtatem in cœlo & in ter-
ra, item etiam poteſtatem omnis carnis (q̃
homo ſignificat̃) Ipſe quoq; Chriſtus det
Joban.17. in prin. uitam æternam illis qui cognoſcunt patrẽ
ſolum deum uerũ & quem miſit Iheſum
Chriſtum.

3. ¶ Si nunc dominus Iheſus non eſſet quẽ
ſeipſum dedit, nempe filius dei nec eidem
coæqualis nec uerus Chriſtus a deo miſ-
ſus; nunq̃ eo peior aduerſarius & capita-
lior inimicus dei toto orbe inualuiſſet. Ne
mo unq̃ ſibi arrogauit naturam diuini fi-
lij, omnem poteſtatem habentis in cœlo et
in terra: tametſi antea Theodas & Iudas
Act.5. ante fi. Galilęus (fortaſſis plures alij) ſe pro meſ-
ſia ſeu filio dei fallaciter ingeſſerint uſque
adeo ꝙ Iudæi lege cauerent: ne quis ſe ul
terius, ſub capitali pœna, pro filio dei gere
ret; hanc legem allegauerunt Pilato, dicen
tes; ſecundum legem debet mori quia fili- Joban.19. in prin.
um dei ſe fecit, Nemo poteſt ſe excellen-
tius extollere q̃ Iheſus, aſſerens ſe unum eſ Joban.10. poſt me.
ſe cum deo. Quod ſi fallit: Non inſurrexit
aduerſus deum hoſtilior Iheſu: quẽ ideo
iudęi Iuſte perſecuti ſunt & cruci affixe-
runt, propterea merito prę miandi & præ
omnibus exaltandi tanq̃ miniſtri dei; cuius
nomen & honorem defenderint & blaſ-
phemiam uindicauerint. Ecõuerſo Chri-
ſti adoratores eſſent deo odibiles & puni-
endi ac dudum ſuppreſſi. Attamen oppo-
ſitum eſt in facto: Ante Chriſti aduentum
iudaicus populus cohabitauit in proprio
regno honoratus per totum orbem: poſt-
q̃ in Chriſtum ſcandalizati ſunt Iudæi, a-
miſerunt regnum una cum ſuo regente:
per orbem ſcandaloſe diſperſi & hactenus
captiui: iuxta Iacobi prophetiam: Non au
feretur ſceptrum de Iuda & dux de ſemo Gene.49.
re eius, donec ueniat qui mittendus eſt. J.10.§.4. in prin.
Quod & ipſi iudęi confeſſi ſunt: Non ha- Joban.19.
bemus regem niſi cæſarẽ, uiceuerſa Chri-
ſtiani honoribus exaltati ſunt tum in cœ-
lo tum in terris; ubi totum ſpirituale reg-
num hactenus obtinent, & partim tempo-
rale: quod pariter totum ad principes Ro
manos olim Chriſti ſignatos ſpectabat: iu
xta illud: factum eſt regnum huius mun- Apoca.11. ante fi.
di domini noſtri. Prętere a in Chriſtianiſ-
mo eſt templorum & altarium ornatus:
feſtorum celebratio principaliter ad ueri
dei gloriam. ſecundario ad curiæ cœleſtis
decorem: ac ad honorem omnium & ſin-
gulorum Sanctorum: qui Chriſtum ſecu
ti honorem diuinę maieſtati hic dederũt
& illic deum æternaliter gl'ificabunt: quos
& nos mortales imitari debemus. Atqui Roma.2. in fi.
laus illa non ex hominibus ſed ex deo eſt.

¶ Oportet igitur dominum Iheſum eum 4.
eſſe quem ſe teſtatus eſt, aut deum non eſ
ſe deum: quomodo alioquin creator cœli
& terræ tam diu ſuſtinuiſſet tantum falſa-
riũ & permiſiſſet tot martyres, doctores,
confeſſores, uirgines cęteroſq; deuotos ho
mines

mines ſeduci per falſam & iniquã doctrinam: qua cultus dei ſupprimeretur: eius nomen blaſphemaretur ac totus diuinus ſtatus cõfunderetur. Nullus prudens rex ferre poſſet, in regno, ſub ſua ditione conſtituto, contra ſuam uoluntatem, extraneũ: qui ſe ſuum filium fingeret ab eo miſſum & uſurparet ſibi regiam poteſtatem aliaq; regalia ſoli regi cõuenientia: proculdubio potens rex expelleret huiuſmodi falſariũ tanq̃ ſuum inimicum & ſui populi ſeductorem ac extirparet dogmata illius falſa. Perinde eſt omnino præſumendum: Si dominus Iheſus cum ſua doctrina non eſſet uerus Chriſtus: Chriſtiana fides cito periiſſet: quemadmodum dicti Theodas & Iudas cum ſuis ſectis ocyus perierunt: iuxta Gamalielis prophetiam: Si eſt ex hominibus conſilium hoc aut opus, diſſoluetur: ſi uero ex deo eſt, non poterit diſſolui illud. Siquidem nunc Chriſtus cum ſua doctrina fefelliſſet, eo iuſtiores eſſent Iudæi Chriſtum ſpernentes & legem ueterem ſeruantes: de quibus ſcriptum eſt: unum deum cœli coluerunt, & inf. deus eorum pugnauit pro eis: niſi quando receſſerunt a cultu domini dei ſui.

Acto. 5. ante fi.

Iudith 5. in prin. & in me.

5. ¶ In toto terrarum orbe non fuit prior aut potior populus q̃ iudaicus cum patribus ſuis: qui ſoli unum deum cognouerunt & adorauerunt: nam notus in iudęa deus: & ſalus ex iudęis eſt. Siquidem lex euangelica ſuper legem ueterem a deo non eſſet plantata, dudum fuiſſet (ſecundum ſaluatoris præconium) eradicata: quæ tamen hactenus ultra M. D. XXVII. annos agro domini inſerta floret. Chriſtus ipſe ſuam doctrinam in Iudæa: per ſuos apoſtolos & alios concionatores in toto mundo plantauit & dilatauit, idolis deſtructis. Aduerſus Chriſti legem omni conatu pugnauit ſuprema poteſtas Romana: cui tũ ſuberat terrarum orbis pene uniuerſus, una cum regnis tyrannorum: qui tamen doctrina uicti, tandem ſe Chriſto, ueluti deo & domino, ac eccleſiæ ueluti matri & dominæ ſuæ ſubiecerunt & adhuc ſubiecti ſunt: exceptis ſciſmaticis: qui ab eccleſia retroceſſerũt & nouis ſuperſtitionibus incumbunt: ut pagani, turci, tartari, greci, huſſitæ cæteriq; hæretici: de quorum numero ſunt moderni noſtri Lutherani.

Pſal. 75. in prin. Iohan. 4. ante me. Math. 15. poſt prin.

¶ Ex quo autem hęc omnia omnipotens ſcienter permittit: imo patitur Chriſtum, ceu ſuum miſſum filium, in ſuo regno coli & honorari ac nomen eius ſanctificari: quod donauit illi deus & eſt ſuper omne nomen, eo firmius credendum eſt, doctrinam Chriſti eſſe a deo & conducere diuinæ laudi, necnon dominum Iheſum eſſe uerum meſſiam & Chriſtum naturalẽ dei filium conſubſtantialem: genitum de non genito, tanq̃ lumen de lumine: ueritatem de ueritate: unam eternam perſonam de altera: coęqualem in potentia, ſapientia ac in ſingulis cæteris perfectionibus. Alioqn deus non permiſiſſet docibiles ſuos tanto tempore errare & falſæ religioni incumbere, in ignominiam diuinæ dignitatis. Rurſus ubi Chriſtus una cum ſua lege non a deo progrederetur: morti totus fuiſſet ſubiectus nec ante extremum diem reſuſcitatus: Conſequenter ſuum nomen dudum extinctum: Nec ſua doctrina una cum inſtrumentis & locis ſuæ paſſionis in tanto honore perſtitiſſet: ſed iamdudum periiſſet inter tot aduerſa: cum Chriſtum & ſuam eccleſiam fidemq; Chriſtianam una cum Chriſtifidelib. primitus Iudęi, poſtea romani omneſq; terreſtres principes, omni uehementia & crudelitate, tentauerint extinguere, abrogare & penitus extirpare. Et quantoplus conati ſunt, tanto magis fides Chriſti dilatata, & ſigna locaq; ſacra eo in maiori cura ſunt habita. Notum eſt, Crucem olim in malefactorum ignominiam fuiſſe adinuentam: quæ nunc redacta eſt in gloriam, & non ſolum crux una cũ locis ſacris a fidelibus uenerabiliter colitur: ſedetiã ab infidelibus in Iheroſolymis diligenter cuſtoditur. Quamuis huiuſmodi cuſtodia, potiſſimum ſepulchri Chriſti, ab infidelibus non ſit ex charitate ſed prætextu quæſtus: nihilominus hæc ita fieri deo non abſq; cauſa, ordinauit: maxime ad cõfirmandam Chriſtianam religionem & nobis in exemplum: quo diligentius obſequium Chriſto impendamus. 6.

Philip. 2. poſt prin.

Iohan. 6. poſt me.

D

7. ¶ Si dominus Iheſus dumtaxat merus eſ-
ſet homo, non etiam deus, quem ſe eſ-
ſe aſſeruit: peior euaſiſſet & mendacior lu
cipero: qui ſolum aſcendere & ſe altiſſi-
Eſaie 14. Joban.8. mo æqualem facere niſus eſt, ideo pater
mendacij in ſcriptura uocitatur: multoma
gis mendax eſſet dominus Iheſus: qui nõ
ſolum deo ęqualem, ſed ipſum deum ſe ſe
cit: quo enormius deum blaſphemaſſet, ei
dem ſummum honorem auferendo & ſi-
bi ipſi appropriando ac ſe ſupra deum co
lendo. Eo ſe inimicum dei capitalem con-
ſtituiſſet: cui par nec in cœlo, nec in terra
malignus reperiretur. Eum deniq; ſubſe-
J.48.§.1. in fi. querẽtur omnia mala, ex proprio amore
arrogato pullulantia: utpote ipſe eſſet a ue
ritate & iuſtitia remotiſſimus omniũ crea
torum: excœcatus, inquietus, odioſus, con
ſumptus & aduerſus ordinationi omniũ
creaturarum: quas fallere, decipere & per
uertere tentaſſet. Propterea euangelium
& lex Chriſti omniſq; doctrina ſua & ſuo
rum diſcipulorũ aliorumq; doctorum no-
bis tradita, eſſet contra deum & iuſtitiam
contra naturam & omnem ordinem tanq̃
exorta de uenenata proprij amoris radice:
ex qua bonus fructus neutiq̃ prodire po
teſt. Pręſumerent inſuper euangelia & a-
cta paſſionis Chriſti conficta: alioquin in-
credibile eſt, tam ſuperbum uirum: qui ſi
bi diuinitatem arrogat & ubiq; propriam
gloriam & extollentiam quęrit, humiliter
uiuere: in manus inimicorum ſuorũ uolun
tarie incidere & patienter ſubire ſcanda-
loſiſſimam & crudelem mortem crucis:
qualem ſaluator noſter Iheſus ſuſtinuit.

8. ¶ Ex omnibus pręmiſſis concluſiue inue
nitur Iheſus Chriſtus neceſſarius deus: cu
ius doctrina et noua lex eſt fundata, uera,
ſancta, pura, iuſta, ordinata, perfecta, ubiq;
diuinæ maieſtati digna & humanę ſaluti
congrua ac omnibus acceptãda ueluti ſa-
lubris & utilis, tendens ad pacẽ & cõcor-
diam, ad requiem & unitatem, ad frater-
nam charitatem & ad omne bonum: con-
traria cupiditati & peruerſæ uoluntati: cõ
tra gloriam mundi & concupiſcentiã car-
nis: obuians diabolicis ſuggeſtionib. & uni
uerſis prauitatibus. Eſt deniq; uſq; adeo ſi-
de digna ut nemo diffidere nec aliter cre-
dere ualeat, quin Chrus ſit naturalis filius
& uere promiſſus dei. Quamobrem di-
cta doctrina Chriſti omniaq; ab ea deriua
ta, ſunt uera, efficacia, iuſta & in ſingulis
ſuis punctis ſeruanda: nam taliter ad inui-
cem dependent & ad amuſſim colligant,
ut uno articulo fallente, omnes fallerent.
In tota igitur lege Chriſti nil mendoſum
neq; incomodũ. Quicunq; de cætero poſt
ipſum dominum Iheſum uenerit & ſe p
Chriſto geſſerit: ille palam pſeudo pro-
pheta & antichriſtus eſſe iudicabitur: quẽ Joban.5.
Iudęi pro ſuo promiſſo Meſſia accepta- in fi.
bunt: prout modo quidam ſeducti alema
ni antichriſti præcurſorem Martinũ Lu-
ther cum ſuis ſequacibus & dogmatibus
acceptant contra uerum Chriſtum & ſu-
am ſanctam eccleſiam.

DECIMVM CAPITVLVM.

De humanitate Chriſti.

QVemadmodũ Chrs uerus deus,
ita eſt uerꝰ homo: teſte euãgelio:
Et uerbum caro factũ eſt. A prin Joban.1.
cipio ęterno per ſuum uerbũ, id eſt filium,
facta ſunt omnia: ultimo genus humanũ
creatum: in quo eſt unus homo, nẽpe do-
minus Iheſus: quem deus in filium ſibi be-
neplacitũ elegit: ut per eum tanq̃ mediũ,
omnis rationabilis creatura in deum, ceu
finem ſuum: reuerteretur naturali ordine
ab eo inſtituto. Hinc Paulus ait: unus. n. de 1. Thim. 2.
us, unus & mediator dei & hoim homo in prin.
Chriſtus Iheſus. Enimuero credibile appa
ret, tpalem eſſentiam totiꝰ plaſmatis extra
deum ex nihilo factam, naturaliter iterum
redactum iri in nihilum, ex quo creatã &
in eſſe deducta eſt: niſi in deum, tanq̃m fi-
nem & æternam eſſentiã alligetur. Quod
naturali ligamine fieri nequit: cum crea-
tura nullam in deo reperit ſimilitudinis
anſam, a qua æternaliter manuteneri uale
at. Creaturarum igitur permanendarum
neceſſitas exigit: ut creator aſſumat unam
creaturam, in qua omnes aliæ creaturę in
cludi poſſint: ueluti eſt Chriſti humani- J.67.§.2. in fi.
tas: in qua omnium creaturarum ſimilitu
do extat

do extat, In Chriſto deniq̧, ceu uero deo,
poſſunt omnia & ſingula creata perpetua
Apoca. 1. poſt prin. ri, Iſto medio Chriſtus eſt alpha & o, hoc
eſt, noſtrum principium ac finis: per quē
a deo omnia condita ſunt & iterum ad de
um reuertuntur.
2. ¶ Porro omnes corporales creaturę in ho
ſ. 19. ſ. 1. in prin. mine (propter quem & factę ſunt) conclu
dunt̄ tanq̄ in mundi imagine & fine ſuo:
ad quem eędem corporales creaturæ ſunt
deſtinatæ, Talis concluſio fit ſine medio:
quoniam homo immediate participat cū
rebus corporalibus, ratione elemētorū: ex
quibus hominis corpus cōpactū eſt, Quo
modo aūt res inferiores propter hominem
creatę ſunt, ita oportet & hominē eſſe fa
ctum ꝓpter aliquid, in q̄ comprehendatur
ceu in fine ſibi deſtinato: id ſolus deus eſt,
Cum aūt diuina natura ab humana tam re
mote diſtat, ut homo ſine medio ad deum
peruenire nequeat: Neceſſe eſt igitur me
dio, utriuſq̧ naturæ coęqualiſicato: quod
eſt Chriſtus uerus deus & homo: per quē
homines uſq̧ ad diuinam naturam exalta
ri & adoptiui filij fieri poſſunt cœleſtis pa
Roma. 8. ante fi. tris: cuius Chriſtus primogenitus eſt in
multis fratribus, per hūc prędeſtinati deo
æternaliter uniuntur, uirtute inſeparabilis
unionis diuinæ & humanę naturę in Chri
ſto perpetim copulatæ, Omnis itaq̧ crea
tura a deo per ipſum Chriſtum facta: per
eundem Chriſtum ad deum reuerti nitiē.
Quod perſpicuum eſt in elementis: quorū
licet qualitates ſint contrariæ, tamen uni
untur in uegetabilibus, aſcendētia per ſen
ſibilia uſq̧ ad hominem: in quo reperiunt
rationalem ſpiritum: per quem in homine
elemēta ſunt ordinata ad Chriſtum & per
eundem ad deum: a quo elementa & om
nia alia creata ſumpſerunt exordium.
3. ¶ Q꞉ autem Chriſtus uerus ſit homo, li
quet ex ueteri & nouo teſtamento, In can
ticis quidem de deſpōſione Salomonis &
ſuæ ſponſæ in typo Chriſti & eccleſiæ
Canti. 3. in fi. ſuæ, ſcribitur: Videte Salomonē cum co
rona qua coronauit eum mater ſua, Salo
mon Dauidis filius Chr̄m dei filium præ
figurat: quē ſua carnalis mater Maria cir
cumdedit corona uirginei corpis: in quo in
carnatus eſt dei filius: Cui in diuinitate pa
ter eſt abſq̧ matre: ideo per ſalomonis ma
trem intelligi oportet Mariam: quæ eſt di
uini filij mater carnalis abſq̧ p̄re. De qua
carnali genealogia Eſaias plura uaticina
tus eſt: Ecce uirgo concipiet & pariet fili Eſaie 7.
um & uocabitur nomen eius emanuel: q̄d
eſt nobiſcum deus, Idem: paruulus natus Eſaie 9. poſt prin.
eſt nobis & filius datus eſt nobis, Idem, E Eſaie 11. in prin.
gredietur uirga de radice Ieſſe & flos de
radice eius aſcendet & requieſcet ſuper
eum ſpiritus domini, Radix illa uirginem
Mariam ex tribu Ieſſe ortā ſignat & flos
Chriſtum: In quo diuinitas requieſcit, Ite
rum Eſaias: Mittet eis ſaluatorem & ꝓpu Eſaie 19. ante fi.
gnatorem qui liberet eos, Idem: aperiatur Eſaie 45. poſt prin.
terra & germinet ſaluatorem, Item Mala
chias: Statim ueniet ad templum ſanctum Mala. 3.
ſuum dominator quem quæritis & ange
lus teſtamenti quem uos uultis, Multo fre
quentiora reperiuntur in ueteri teſtamen
to teſtimonia: omnes ferme prophetæ & Matth. 11. in me.
lex uſq̧ ad Iohannem prædixerunt de car
nali aduentu ueri meſſię domini nr̄i Iheſu
Chriſti: Præcipue ubi ſpiritusſanctus per
Nathan prophetam ad Dauid ait: Cum 2. Reg. 7. ante me.
dormieris cum patribus tuis, ſuſcitabo ſe
men tuum poſt te, quod egredietur de u
tero tuo: ego ero ei in patrem & ipſe erit
mihi in filium.
¶ Præmiſſus quidem aduentus comple 4.
tus eſt ante mille quingentos uiginti & ſe
ptem annos, ſecundum prophetiam iſtā:
Non auferetur ſceptrum d' Iuda nec dux Gene. 49. ſ. 9. ſ. 3. poſt me.
de femore eius, donec ueniat qui mitten
dus eſt. Eo nanque tempore, Herodes ul
timum regem de tribu Iuda Antigonum
una cum filijs deleuit & ſe alienigenam,
Romanorum auxilio, in regnum Iudæo
rum intruſit, Ab eo tempore hactenus Iu
dæi nullum ſtirpis ſuę regem aut princi
pem habuere: ſicut & ipſi palam coram
Pilato confitebantur: Non habemus re Iohan. 19.
gem niſi cæſarem: Cui & hodie iure lega C. de Iude. 1. Iudæi.
li ſubijciuntur, Quippe Iudęi admittunt
meſſiam futurum eſſe: nullam tamen ꝓ
babilem rationem afferunt: cur dominus
Iheſus non ſit ille Meſſias & unctus dei, ſ. 14. ſ. 7.
ſed alius expectandus: cui cōfidere uelint:

neq; quouis fulciti fundamento, quo non
noſtro Chriſto ſed ſuo uenturo Meſſiæ,
utpote antichriſto, credere malint. Ob id
Iohan.5. in fi. taxat eos dominus: Ego ueni in nomine
patris mei & non accepiſtis me: ſi alius ue-
nerit in nomine ſuo: illum accipietis. Vn-
de Eſaias eos admonet cauere, ne confun-
Eſaie 49. in fi. dentur qui eum expectant: Nam iuxta
Prouer.11 in prin. ſapientis præconium: expectatio ſollicito-
rum peribit. Iudæi itaq; ſua curioſa expe-
ctatione decipientur, tandem mortuum
Iudicum.3 ante fi. reperturi ſuum incraſſatum dominum E-
glon, nempe magnum antichriſtum meſ-
ſiam totius maliciæ.

5. ¶ Præterea in ſcriptura noui teſtamenti li-
queſcunt omnes conditiones & circũſtan-
tiæ, ſaluatorem noſtrũ & ſatisfactorẽ con-
cernentes: quibus eadem ſcriptura uerifi-
Iohan.8. in me. catur in domino noſtro Iheſu: qui ſeipſum
principium & ꝓmiſſum meſſiam eſſe, Iu-
dęis reſpõdit: pariter cœco nato & illumi-
nato, interrogãti quis filius dei eſſet, reſpõ-
Iohan.9. in fi. dit: uidiſti eum & qui loquitur tecum, ipſe
eſt: In iudicium in hunc mũdum ueni. De-
ſuper cœcus ipſum ceu filium dei adora-
uit. Quod utiq; dñs minime tuliſſet, niſi ue-
rus meſſias fuiſſet. Rurſum de ſeipſo loqui-
Iohan.10. poſt prin. tur: per me ſi quis introierit, ſaluabitur: ego
ueni ut uitam habeant & abundantius, i.
Iohan.16. in fi. æternaliter habeant: Exiui a patre & ueni
in mundum: iterum relinquo mundum &
1.Ioh.5. in me. uado ad patrem. Qui inſuper renuit cre-
dere Chriſtum hominem ſuſcepiſſe, & ſic
omnia creata perfeciſſe, ille anhelat uniuer-
ſis creaturis derogare, in dei contumeliã,
ac ſi deus a ſua creatura non ſit perpetuo
colendus. Non enim ſufficit Chriſtum æ-
2.Pet.1. ternum ſolummodo confiteri: ſed etiam
neceſſarium eſt eidem miniſtrare uirtutẽ
in fide noſtra.

6. ¶ Generationes Chriſti ſunt tres. Impri-
mis perpetuo & æternaliter gignitur diui-
nitus a deo patre ſine matre. Secundo fa-
Roma.1. in prin. ctus eſt Chriſtus ex ſemine Dauid ſecun-
dũ carnem & ſemel genitus ex Maria
matre ſine patre. Quæ quidem Maria eſt
Math.13. Luce 8. in prin. terra bona, in quam ſemẽ cadens multipli-
cem affert fructum: ueritas .n. de terra or-
Pſalm.84 ta eſt Chriſti; generatio fructus terrę ſub-
limis. Eſt quoq; Maria terra germinans Eſaie 4.
herbam oportunam: terra manans lacte Hebre.6. poſt prin.
& melle: ex qua fluit fons, nempe Iheſus; Leui.20. ante fi.
irrigans uniuerſam ſuperficiem terræ. Gene.2.
Tertio naſcitur Chriſtus ſpiritualiter in poſt prin.
deuotorum cordibus per gratiam: ubi ha-
bet patrem & matrem: ipſo atteſtante:
qui fecerit uoluntatem patris mei qui in Math.12. in fi.
cœlis eſt, ipſe meus frater & ſoror & ma-
ter eſt. Quocirca dominus poſt laudẽ ſuę
carnali matri exhibitam, beatificauit om-
nes cũ ſpũaliter gignentes, utpote qui au- Luce 11. in me.
diunt uerbum dei & cuſtodiunt illud.

¶ Iamdictæ tres Chri gñationes in die ei- 7.
us natalis typice celebrantur triplici miſſa;
Quarum prima in nocte celebranda diui-
nam denotat natiuitatem: quæ tota nobis
obſcura & minus intelligibilis eſt: dictan-
te ſcriptura: generationem eius quis enar- Eſaie.53.
rabit? Secunda miſſa in aurora, infra no-
ctem & diem legenda, ſignat carnalem
Chriſti natalem: cuius factum eſt notum
ſed modus uirginalis partus eſt nobis i-
gnotus. Quam generationem ſapiens ad- Cant.6.
mirabatur: Quæ eſt iſta quæ progredi-
tur quaſi aurora conſurgens. Tertia miſ-
ſa, luceſcente die celebranda, ſignat natiui-
tatem ſpiritualem: quæ homini in ſuo cor-
de concepta, mentetenus nota eſt: atque
per bona opera generari ac exterius ma-
nifeſtari aliis hominibus debet: Eſaia fa-
tente: A facie tua domine concepimus & Eſaie 26. ante fi.
peperimus ſpiritum ſalutis. Ad hoc deſer-
uiunt domini uerba: qui facit uoluntatem Math.12.
patris mei, eſt mater mea & cæ. Præterea in fi.
in canonibus alia ratio redditur: utpote de cõſecra. d.1.
Miſſa ante diem ſignificat tempus ante nocte. ẽ ibi glo.
legem: quando eramus in tenebris: miſſa
in aurora ſignificat tempus in lege, quan-
do nondum plena dei cognitio habeba-
tur: tertia miſſa in die ſignificat tempus
gratiæ: quoniam iam plenam cognitio-
nem habere poſſumus.

¶ Sicut in Chriſto tres habentur natiui- 8.
tates, ſic & tres uniones. Prima unio eſt
diuini uerbi & animæ Chriſti: ſecunda
eiuſdem uerbi & corporis Chriſti: tertia
corporis & animę Chriſti. Quæ morte
Chriſti ſoluta fuit: nõ autem priores duæ:

deitas .n.

deitas enim unita permanſit tam corpori
in ſepulchro, ꝙ animæ in limbo. Ex hoc
olim Manichæi & hodie quidam eorum
imitatores hallucinant, Chriſtum ex qua-
tuor compoſitum, ſcilicet ex deitate, ſpi-
ritu, anima & carne: reliquos uero homi
nes ex tribus conſtitutos, nempe ſpiritu,
§.12.§.15. anima & corpore: de quibus in ſequenti-
bus agetur.

9. ¶ Inſuper ad inſtar trium natalium Chri-
ſti, in eodem quoque tres fuere uolunta-
tes: Prima diuina & æterna in deitate: ſe-
cunda rationalis in ſuperiori parte ani-
mæ, diuinæ totaliter conformis & ſubie-
cta: tertia ſenſualis ac temporalis in infe-
riori parte animæ inhærens carni, infirma
fuit. Illam quidem triplicem uoluntatem
explicat Euangelium: Chriſto ſecun-
dum ſenſualitatem pœnam fugiente &
Matth.26. dicente: Pater ſi uis, transfer calicem iſtum
Luce 22. a me. Poſtea rationalis uoluntas conſenſit
poſt me. mori, dicendo: ueruntamen non mea ſed
tua uoluntas fiat. Vtraque humana Chri-
ſti uoluntas ſuum egit: inferior pars ſpi-
ritus ad carnem inclinantis nolebat mori:
§.18.§.17. ſuperior pars eiuſdem ſpiritus rationem
ſequentis, diuinę uoluntati ſubijciebatur:
tandem diuina uoluntas, iuſtitia exigen-
te, poſt ſe totam humanam uoluntatem
traxit. Hoc exemplo docuit nos domi-
nus: ꝗuis motui primo, utpote inferiori
ſenſualitati, reſiſtere nequeamus: debet
tamen ratio ſibi eandem ſenſualitatem ſub
ijcere, & tandem conformare diuinæ uo-
luntati: quemadmodum iubemur orare:
Matth.6. fiat uoluntas tua ſicut ſuperius in ratione,
ita & inferius in carne. Nam ſancti mar-
tyres quandoqꝫ corporalem mortem ſen-
ſualiter horruerunt: quam tamen ex ra-
tione patienter tolerauerunt, diuinæ inni-
xi uoluntati.

10. ¶ Cæterum incarnationis diuinæ quinqꝫ
redduntur cauſæ. Vna ut Chriſtus me-
diator dei & totius plaſmatis per ſuam hu
manitatem uniuerſa creata ad deum redu
cat: ei uniat & tanꝙ fini ſuo permanenter
agglutinet. Secunda cauſa eſt ut deus in
ſe aſſumat quaſdam uirtutes, in rationa-
lem creaturam a deo fuſas & ordinatas,
utpote obedientiam, humilitatem, pati-
entiam & ſimiles: quas alioquin diuinam
maieſtatem ſubire non decet. Indecorum
enim eſſet deitatem humiliari aut crucia-
ri ſicut CHRISTI humanitati congrue-
bat: nam ubi humilitas, ibi & ſapientia. Ex Prouer.11 in prin.
ambabus iamdictis cauſis: etiamſi homo
nunꝙ cecidiſſet: Chriſtus fuiſſet incarna-
tus ſed non paſſus. Sequitur nunc tertia De qua
cauſa ob quam Chriſtus in ſe mortalem §.14.§.1.
carnem aſſumpſit: ut ardua pœnitentia
humanum lapſum reparet: ipſo dicente:
oportet filium hominis multa pati, repro- Mar.8. in fi.
bari a Iudæis ac mori & reſurgere. Quar-
ta cauſa ut hominem inſipientem non tan
tum ſcripturis prophetarum & contio-
nibus doctorum, ſed etiam per ſeipſum
inſtruat ſalutiferis doctrinis & inſtitutis.
Quinto naturalis filius dei aſſumpſit hu-
manitatem, quo homines fierent adopti-
ui filij dei ſcriptura dictante: At ubi uenit Gala.4.
plenitudo temporis, miſit deus filium ſu- in prin.
um, ut eos qui ſub lege erant, redimeret
& adoptionem filiorum reciperemus.
Demum potiſſima cauſa diuinæ incar-
nationis eſt ut totum plaſma integre ſit
completum.

¶ Sunt autem tres modi diuinę adoptio- 11.
nis: uidelicet naturæ, gratiæ & gloriæ.
Primo modo naturali adoptatus eſt A-
dam: Cuius omnes poſteri naturaliter ꝓ-
pagati originali iuſtitia fuiſſent adoptati
ſecundum diuinam ordinationem: in qua
huiuſmodi adoptio pendebat, non in fa-
cultate humana. Poſtq̃ autem eandem
ordinationem humanum genus corrupe-
rat, perdiderunt homines naturalem ad-
optionem & ſpurij facti ſunt. Deinde
humano generi deus aliam adoptionis ui
am parauit: uidelicet uiam pœnitentiæ
& gratiæ: deditque hominibus poteſta- Iohan.1.
tem ideſt liberum arbitrium, filios dei §.39.§.12. poſt prin.
fieri: utpote filios gratiæ per pœni-
tentiam. Qui cooperando hac uia gra-
ditur, in filium dei adoptatur. Siquidem
in filiatione gratiæ uſque ad finem per-
ſeuerauerit: tunc nanciſcitur tertiam ui-
am adoptionis & fit filius dei electus. Hoc §.16.§.5. in prin.
ius filiationis non in poteſtate uel coo-

peratione liberi arbitrij, ſed in ſola conſi-ſtit gratia dei: qui totam ſalutem operaẽ abſq; quauis hominis cooperatione.

12. ¶ Rurſus uera Chriſti humanitas aſſum pta multis manifeſtatur argumentis: Deus quidem humanam infirmitatem aſſumens, non iuxta ſuam originalem naturam ad ſtatum paradiſi, ſed in noſtram miſeriam deuenit: ueluti medicus ad ęgrotos: redemptor ad captiuos: conductor ad deuios & uita ad mortuos. Immortalis mortalitatem aſſumpſit ut mortales im mortalitate ueſtiret: ditiſſimus egenum ſe exhibuit ut inopes cœleſtibus repleret theſauris. Dominus omnium formam ſerui accepit ut nos mancipia libertati reſtitueret: Deus e cœleſti aſylo deſcendit in terrenum carcerem huius calamitatis, ut ab eodem nos abſolueret. Item deus factus eſt filius hominis ut homo fieret filius dei: ſupremum lumen obſcuratum eſt ut obtenebrati illuminarentur. eſurijt pro nobis cibus cœleſtis, ut nos eſurientes cibaret: fons indeficiens ſitiuit ut noſtra praua ſitis extingueretur: triſtis ſuit temporaliter uſque ad mortem, ut nos lætificaret æternaliter uſque ad uitam. Venit huc in exilium ut nos illuc reduceret ad patriam: timuit & cœpit pauere, ut ad ſecuritatem nos deduceret: uiator iuſtitiæ fatigatus eſt ex itinere & ſic ſedebat ſupra fontem ut abigamur a uia erroris & perueniamus ad rectam uiam beatitudinis & ad fontem diuinum: Mortuus eſt ut nos uiuificet uocatq; nos con tinuo de terrenis ad cœleſtia. Quocirca Paulus feſtinauit ad brauium ſupernæ uocationis dei in Chriſto Iheſu.

Philip. 2. Ephe. 4. Math. 4. in prin. Iohan. 9. poſt me. Math. 26. Mar. 14. in me. Iohan. 4. in prin. I. 43. ſ. 5. in prin. Philip. 3. ante fi.

13. ¶ Filius itaque dei noſtra ſuſcepit infirma, generaliter ad perfectionem totius plaſmatis, ſpecialiter ad redimendum infirmam humanitatem: Ob quam etiam uoluntarie ſubijt mœſtitiam mentis & fragilitatem corporis, eam uidelicet quę concernit pœnam, non culpam, nec uirtutibus reſiſtit: ueluti paſſibilitatem, formidinem, triſtitiam, eſuriem, ſitim, ęſtum, frigus, fatigium, obedientiam, patientiam, humiliationem & ſimiles paſſiones. Quæ autem ex culpa & naturæ corruptione accidunt, illa Chriſtus non ſuſcepit: ut ſunt ęgritudo, impuritas, ſtultitia, ineptitudo uel leuitates utpote riſum, pruritum, gaudium mundiale & ſimilia.

CAPITVLVM VNDECIMVM. De exteriori uerbi dei ueritate.

Interior dei ueritas eſt nobis occluſa & intellectu incompręhenſibilis, ſed fide perceptibilis. Ad cuius fidei fulcimentum interior ueritas emanat per uerbum extrinſecum, iuxta Euangelium: homo uiuit de omni uerbo quod procedit de ore dei: quaſi intrinſecum uerbum ex ore dei per ſuam extrinſecam ueritatem deſcendat ad creaturas rationales: quo eiſdem clareſcat, deum intrinſece fœcundum eſſe atq; trinum & omni perfectione plenum: non ut huiuſmodi dei ſecreta intellectu comprætendamus ſed fide credamus. Quamobrem deus ſuas uirtutes non ſemper in ſe ſolo incluſas habere, ſed etiam in tempore extra ſe prodire & ſuis creaturis notas fieri uoluit. Exterior itaque dei ueritas patet in tribus ſcilicet in dei uerbo & inſpiratione ac in creatura uiſibili. Per hanc enim triplicem uiam deus ſe ſuamque interiorem ueritatem & uoluntatem manifeſtat. Verbum dei ſunt ſacra ſcripta & oracula Chriſtifidelibus tradita: Diuina inſpiratio mouet pios ad contritionem ſeu deuotionem: & dignitate prę ditos ad uaticinandum. Verbum creatum infidelibus proponitur & concernit dei opera: per quæ homo docetur ſe ſuoſque defectus agnoſcere & per conſequens diuinas uirtutes confiteri. Primo agetur de uerbali & ſcripta ueritate.

Math. 4. Luce 4. in prin. I. 9. ſ. 7.

2. ¶ Veritas nobis pateſcit per dei uerbum aut litera ſcriptum, aut ore proditum: & eſt ea ſa-

Eccl. 24. in prin. eſt ea ſapientia quæ ex ore altiſſimi primogenita prodit in prophetas doctoresque fideles. Per prophetas dominus locutus eſt, teſte Eſaia: Videbit omnis caro pariter q os domini locutum eſt. Item dominus ad Ezechielem: Audies ex ore meo uerbum & annunciabis eis ex me. Omnes prophetæ ſuis uaticinijs frequenter apponunt clauſulam, hæc dicit dominus; qui os ſuum aperuit ſapientiæ & lex clementiæ in lingua eius. Sic deus per os omnium prophetarum prędixit pati Chriſtum ſuum. Sic & Chriſtus aperiens os ſuum docuit populum: Et non ſolum ſalubria placita: ſedetiam ardua præcepta pœnarumque comminationes ab ore diuino profluunt, quemadmodum ſcriptura dictat: Ex ore domini procedit gladius utraque parte acutus: nam diuina & naturalis lex præcipit bonum & inhibet malum, ſicut ſcriptum eſt: declina a malo & fac bonum. Etſi hæc uerba deus non proprio ore promulget ſed nobis inſinuat per prophetas & euangeliſtas cæterosque patres ac modo per eccleſiæ præſides & doctores, potiſſime per ſacram ſcripturam (quæ uice dei ſemper nobiſcum loquitur) nihilominus tamen præmiſſa uerba procedũt originaliter ex mente & uoluntate diuina.

Eſaie 40. in prin. Eſaie. 58. in fi. Ezech. 3. in me. Diere. 45. Prouer. 31 in fi. Actu. 3. ante fi. Math. 5. in prin. Apoca. 1. Apoca. 19. Psal. 36. ante fi. C. de here. ti. Tirrian. § 5. § 4. in me. c § 66. § 7.

3. ¶ Proinde quæcunque a deo huc prodeunt ſiue ſint pręcepta & prohibita: ſiue ordinata & promiſſa aut myſteria reuelata: ea omnia exprimunt dei mentem tanquam uerbum exterioris ueritatis diuinæ: omnia enim mandata & omnes uiæ eius ueritas. Hæc non ex nihilo ſed ex interna (quę deus ipſe eſt) ueritate progreditur per uerba aut ſcripturas: uel per ſenſibilia creata. Huiuſcemodi ueritas exterior a deo egreſſa eſt, priuſque creaturæ ex nihilo fierent: poſtque enim deus dixit: tunc primum facta ſunt. Conſtat ergo non ſolum internam ueritatem (quæ eſt dei filius conſubſtantialis) ſedetiam externam ueritatem: licet ipſa dei ſubſtantia non ſit: quia tamen a deo manat: ideo altioris & maioris ęſtimationis eſſe, quam ſint omnes creaturæ ex nihilo factæ & iterum in nihilum uerſuræ: niſi a deo in eſſe conſeruarentur. Veritas autem & uerbum domini de ſe manet inæternum: ueluti deus ait: Quę procedunt de labijs meis, non faciam irrita: item uerba mea non tranſibunt. Nemo igitur nec Papa uel concilium: nec eccleſia uel totus mundus ualet exteriori dei ueritati quicque detrahere uel addere: aut aliquid uerum ſeu falſum facere aliter quam in ſe & a deo eſt: quoniam dei uerbum & omnis ueritas ex deo pendet. In cuius facultate libere conſiſtit, quid & quantum ſuæ ueritatis, ac per quem & quo tempore nobis inſipientibus inſinuari uelit. Propterea eccleſię rectores nullam auctoritatem habent neque inſtituendi neque pręcipiendi nouos fidei articulos, non ex deo reuelatos aut in diuina ueritate fundatos.

Psal. 118. § 5. § 3. in me. Psal. 148. Psal. 116. Psal. 88. Math. 4. Marc. 13.

4. ¶ Attamen ambiguis cauſis ſcripturę uel fidei erroribus incidentibus, eccleſię pręſidentes a Chriſto auctoritatem habent interpretandi & declarandi ſcripturam, dubia ſoluendi & determinandi, quid credendum, quid repudiandum, & qua moderatione ſeu circumſtantia erroneus articulus ſit ponendus & credendus: non quaſi de nouo inuenta ſit eiuſdem articuli ueritas (quę apud deum ſemper certa fuit) ſed quæ nobis iamprimum notificata eſt: quemadmodum nobis mortalibus adhuc multę proculdubio ueritates ſunt abſconſę. Qui itaque eccleſię, ceu legittimæ ſuperioritati noſtræ: in ſuis deciſionibus adhęret, coram deo excuſatur: qui autem extra eccleſiam ſciſmaticis doctoribus credit, is eſt inexcuſabilis: Exempli gratia: Superiori tempore fuit quęſtio et adhuc hodie quidam ſub dubio ponunt: Vtrum in ſacramento ſubſtantia panis maneat, an in ſubſtantiam corporis Chriſti trãſubſtantietur: Super quo Conciliũ Lateranenſe, tempore papę Innocẽtij tertij, declarauit huiuſmodi trãſubſtantiationem a deo fieri. Eidem declarationi, uti diuinę ueritati & articulo fidei, ſtandum eſt atque credenda illa tranſubſtantiatio, quam eccl'ia determinauit. Qui uero cõtrariũ credit, inhęrẽs modernis pſeudo doctoribus, § 68. § h

ſeducitur nec de errore excuſari ualet.
Pari modo eccleſia diffiniuit duos ardu-
8.6.§.10. os articulos: unum de diuinis perſonis fi-
17.§.6. lij & ſpiritusſancti: alterum de Mariæ uir
ginitate: de quibus ſupra.

5. ¶ Plura exempla adduci poſſent: quæ bre
uitatis cauſa omitto. Omnino creden-
dum eſt eccleſiæ atque pie confitendum,
ꝙ deus ſuam ſponſam non deſerat neque
diu errare & a ueritatis uia ſemper ex-
orbitare patiatur: cum Chriſtus promi-
Iohan.14. Iohan.16 ſerit ſe patrem rogaturum ut det eccle-
poſt prin. ſiæ alium paracletum ſpiritum uerita-
tis ut maneat cum ea in æternum qui
cum uenerit, eam docebit omnem ueri-
tatem. Huiuſcemodi promiſſio euane-
ſceret, ſi dominus ſuam eccleſiam, nem-
pe concilia pro fide Chriſti legittime con
gregata, ſineret deuiare & a ueritatis tra-
mite cadere. Alioquin ſcire nequimus
quod Euangelium autenticum & quid
pro uero aut falſo credendum ſit: niſi
quatenus docemur ab eccleſia. Cui ſi tan-
q̃ matri credimus, excuſandi erimus co-
ram patre noſtro Chriſto: qui in ſuo re-
ceſſu eccleſiam nobis præſidentem præ-
Math.16. poſuit. Contra quam portę inferi nõ præ
ualebunt. Credentes autem ſingularibus
& nouis doctrinis, extra eccleſiæ conclu-
ſionem adductis, de leuitate fidei non ex-
cuſabuntur.

6. ¶ Externa dei ueritas conditiones habet
multas: quarum ſeptem referam. Primo
abſque omni cunctatione credendum eſt.
uerbis & ſcriptis ac operibus eiuſdem ue
ritatis externæ: quę exorditur ab interna
ueritate dei: cui nemo eſt ſuperior: ideo
ſuum teſtimonium eſt omni exceptione
Pſal.92. maius: dei enim teſtimonia credibilia ſunt
nimis. Secundo. In dei ueritate ſeu uer-
bo externo nihil noxium eſt, nihil ſuper-
fluum nec diminutum: ſed ibi omnia ne-
ceſſaria iuxta noſtram decentiam repe-
riuntur. Hęc ueritas, illuſtrans nos in quã
tum capaces ſumus, deſignatur per co-
lumnam, in die nubeam, in nocte igne-
Exo.13. in fi. am: quę populo Iſrahelitico nunq̃ defu-
it: ſed dominus erat per eam dux itineris
utroqꝫ tempore. Illa colũna olim pręfigu-
rauit eccleſiam: Cui hodie a deo facultas
conceditur nos itinere tuto ducendi. Ter-
tia conditio: Verba ueritatis diuinæ non Math.24.
præteribunt donec omnia fiant. Homun- poſt me.
cio cauet ne ſua uerba eliqueſcant: multo Mar.13.
minus inania ſunt uerba Chriſti dicentis: Luce 21.
Cœlum & terra tranſibunt, uerba autem ante fi.
mea non præteribunt. Conſequitur ergo
externum dei uerbum uigoroſius eſſe q̃
ſint omnes creaturæ, per illud ex nihilo
factæ: Cui propterea merito ſubijciun- Iohan.1.
tur. Nec poterit ulla creatura idem uer- in prin.
bum impedire: multominus tranſmuta-
re: Confitente Balaam ariolo, ſe non poſ- Nume.22.
ſe immutare uerbum dei ut uel plus uel ante me.
minus loquatur. Verbum uero dei crea-
turas commutare poteſt: ſicut quottidie
in ſacramento altaris contingit: ubi per
uerbum, panis in corpus & uinum in
ſanguinem CHRISTI tranſubſtan-
tiatur.

¶ Quarta conditio. Ex quo externa di- 7.
uina ueritas, quando propalatur, ab ore
dei & interno uerbo ideſt ex filio dei pro
cedit: eo tenemur eandem ueritatem non
ſolum inueſtigare & addiſcere: reuereri
& obſeruare, ſed etiam diligere, colere &
glorificare ultra omnes creaturas: quę ex
nihilo factæ, a deo remotiores ſunt, q̃ ue-
ritas diuina: quæ licet externa, tamen ex
deo eſt & proxime a deo pendet. Igitur
qui exteriorem ueritatem ſeu uerbum di
uinum contemnit aut negligit, incum-
bendo nouis rumoribus & uanis fabulis
ex nugis conflatis: is contemnit internum
uerbum, utpote filium dei, ciuſqꝫ meri-
tum (in quo ſalus conſiſtit) amittit. Proh
pudor ueritas nunc poſtergatur: nam in-
ſipiens populus magis adhæret peruerſis
magiſtris, apoſtatis religioſis deſperatiſqꝫ
clericis, q̃ ſanctis patribus priſcis docto-
ribus: quorum plærique pro fidei catho-
licæ ueritate paſſi ac necati ſunt. Quinta
conditio. Veritas ex deo progrediens ul-
terius in corda hominum manare & in eis
manere debet: unde qui uerba dei audit Luce 11.
& cuſtodit, is ſuam ueritatem a deo acce-
ptam conformat diuinę ueritati: in qua de
inceps perſeuerare habet.

¶ Sexto.

8. ¶ Sexto. Diuinum uerbum externæ ueritatis cõfert animæ mortuę uitã ſpũalem: Sicut corpus ab anima accipit naturalem uitam: quam etiam fouet cibo corporali; ſic anima a deo accipit ſpiritualem uitam: quæ quoq; fouetur uerbo dei ceu ſpirituali cibo: ut ſcriptum eſt: Non in ſolo pane uiuit homo ſed in omni uerbo quod procedit de ore dei. Porro ad uitam hominis ſeruandam cibus confertur duplex, ſcilicet corporalis et ſpiritualis. Corporalis quidem momentaneus eſt: quo nutritur corpus mortale & corruptibile: Spiritualis autem cibus eſt perpetuus & a Chriſto nuncupatur uerbum ſpiritus & uitæ: quo anima, naturaliter immortalis, reficitur ſpiritualiter. Quemadmodum corporalia cibaria a uitalibus deriuantur rebus, nempe a frumento, herbis, arboribus, fructib. brutis & conſimilibus eſui aptis: quibus corpora nutriuntur & in uita conſeruantur: ita ſpiritualis cibus a uiuo deo, utpote ueritas uerbi dei ex mente & ore diuino, influit in hominis animam nutriendam & in uita ſpirituali conſeruandam. Item ſicut corporalem cibum oportet eſſe accomodatum corpori uirtualiter ſuſtentando: ſic uerbum dei eſt ſpirituale edulium idoneum & congruum ad nutriẽdum & conſeruandum hominis animam in fide, ſpe & dilectione cæteriſq; uirtutibus ad uitam ſpiritualem pertinentibus.

Deute. 8. Math. 4. Luce. 4. in prin.

Johan. 6. in fi.

9. ¶ Septima conditio externę ueritatis eſt: Ex quo uerbum dei a deo uero & uiuo ꝓdit: Ideo excitat humanam ueritatẽ, a deo homini impenſam ſed modo extinctã: perducitq; hominem ad uitam ſpiritus & ad gaudium: plerumq;, n. gaudet homo ſuper cognita ueritate pro uoto ſuo inuẽta. Item ſicut ueritas originaliter uenit ex forti & immutabili deo ac ex eius amore & iuſtitia aliiſq; diuinis perfectionibus: ſic inflammat & ꝓmouet hominem ad temperantiam & conſtantiam: ad dilectionem dei & iuſtitiam ceteraſq; uirtutes. Diuina deniq; ꝟitas erigit hominis mentẽ ſurſum ad deũ ceu bonum ſummũ: a quo anima exiit, reficitur & beatificabitur. Quemadmodum docilis filius gaudet de p̃ris ſui pia informatione: aut obediẽs ſeruus de cognita ſui dñi benigna uolũtate: aut exul de ꝓmiſſa ſibi conſolatione: ita gaudere debemus de diuina pia illuſtratione & ſalubri lege ac de larga ꝓmiſſione: quas nobis a deo offerri intelligimus ex uerbo & ueritate Chriſti, tanq̃ p̃ris & dñi ac ſaluatoris nr̃i. Gaudendum inſuper nobis eſt in deo: qui per ſuam doctrinã, uerbo uel ſcripto datã, aut per euidentem creaturam, tam miſericorditer nobiſcũ fatur, tanq̃ creator ſuo plaſmati: dñs ſeruo: ſupremus infimo: ſummũ bonum profundiſſimæ maliciæ: æterna eſſentia annihilato enti & tanq̃ clemẽs iudex cum reo condemnato.

DVODECIMVM CAPITVLVM. De Biblia.

PRecedẽti capitulo actũ eſt de diuina ueritate ſcriptis uel oraculis denũciata: hic primo dicã de ſcripto nũcio: qd' eſt biblia: poſtea de diuinis oraculis. Moyſes diuinitus illuſtratus cœpit ꝟbum dei. ſ. bibliam ſcribere: antea. n. nullum diuinũ placitũ ſcripto mandatũ fuit: neq; ſcripturã biblia antiquorẽ habemus. Priſci p̃res diuina mandata oretenus ppl'o inſinuauerunt: & fortaſſis nondum quicq; ſcriptũ erat: niſi q; Iudas Thadæus in ſua epiſtola prophetiã Enoch allegat. Primis temporibus Adam, Noe, Abraham & reliqui patriarchæ ſuos poſteros de cognita ſibi ueritate & dei uoluntate uerbaliter informauerunt, iuxta Eſaiam: pater filiis notam faciet ueritatem. Conſequenter tales uerbales informationes factæ ſunt ab uno ad alterum uſque ad Moyſen: ſpiritu ſancto per Prophetam referente: Attendite popule meus legem meam, inclinate aurem ueſtram in uerba oris mei: patres noſtri narrauerunt nobis: non ſunt occulta a filiis eorum: mandauit patribus noſtris nota facere ea filiis ſuis, ut cognoſcat generatio altera: filii qui naſcentur & exurgent, narrabunt filiis ſuis, ut ponant in deo ſpem ſuam & non obliuiſcantur operum Dei & mandata eius exquirant. Sic Patriarchæ & primores,

Iude. in ep.

Eſaie 38. in fi.

Pſal. 77. in prin. ē ſ. §. ſ. in me. e ſ. 17. §. 1. e. §. 2.

ſilios ſuos & populum domini ſucceſſiue precepta docuerunt uſq; ad Moyſen. Imo ipſe Moyſes non omnia myſteria ſcriptis diuulgauit: ſed quædam ſecretis fidedignorum auribus ſuggeſſit: quẽadmodum & hodie gloriantur Iudęi Moyſi archana in ſua habere gabala. Pariter nos alemani habemus a noſtris progenitoribus in eccleſia plæraſq; uerbales traditiones & antiquorum patrum ordinationes, oretenus proditas ſucceſſuq; temporis in uſum traductas & hactenus circiter mille annos laudabiliter obſeruatas uſq; ad pręſens ſciſma Lutheranum.

2. ¶ Poſt patriarchas iuſſu dei cepit Moyſes uetus teſtamentum & acta pręterita una cum diuinis pręceptis conſcribere: reliqui deinde prophetæ ſimiliter ſcripſere uſq; ad nouum teſtamentum. Quod dominus Iheſus ſtruxit: uetus teſtamentum adimplendo & quædam noua mandata addendo: nihil autem per ſe ſcribendo, ſed euangeliſtas & nonnullos alios per ſpiritum ſanctum ſcribere ordinauit. Hoc modo erecta eſt ueteris & noui teſtamenti ſcriptura: quam initiantes prius (ut paruuli in Chriſto) ſecundum literam legere diſcãt: poſtea ut ſpirituales myſticum ſenſum inueſtigent: deinde ut Chriſtiani conſiderent a quo eadem ſcriptura emanet, nempe a deo qui in ea quęritur & colitur ac ex ea loquitur. Hinc deuotis & ſedulis Chriſtianis clare innoteſcet, ſacram ſcripturam a deo nobis eſſe propoſitã: ut ex illa noſtrum caſum & exilium perſpiciamus ueritatiſq; uiam quęramus: qua ad deum ſcandemus. Poſtq̃ aũt ſaluator nr̃ iuſſit ſcripturas ſcrutari, neceſſariũ eſt inueſtigari q̃ ſcriptura a ſummo deo & ſancta ſit: cũ alias in orbe innumerabiles exiſtent ſcripturę atq; codices. Singl'i attitulanẽ ab autoribus: ex quibus omnibus unus dumtaxat liber pręcipuus eſt, nempe biblia: in qua continentur, quæ a deo nobis demandata, pręcepta & denunciata ſunt per patriarchas, prophetas, per filium ſuum & eius apoſtolos. Ea ſic in ſcriptis redacta, biblia nuncupatur a bibere, quia imbibit & includit potiorem diuini promiſſi & placiti ac teſtamenti diſpoſitionem. Nõ tamen uniuerſa comprehendit dei oracula: quorum nonnulla oretenus uel uſu ad nos traducta ſunt: de quibus infra c. xvij. patebit.

Barb. 1. poſt prĩn.

1. Corin. 3. in prin.

Iohan. 5.

3. ¶ Inſuper Bibliam in his, quæ eccleſia acceptat, a deo prodire eo apparet q; omnia in ea comprehenſa: utpote hyſtoriæ, præcepta, comminata, promiſſa & inſinuata referuntur ad deum ceu ueritatis fundamentum, abſq; omni probatione & diſputatione, nulla expreſſa ratione: quam reddi oportet in hominis ſcriptura: Iſta enim probanda eſt ex ſacra ſcriptura aut ex iure aut naturali ratiõe. Nemo certe ꝓbare poſſet (quod Biblia ſimpliciter profert) unum ſolum deum eſſe, creatorem cœli & terræ: filium dei ex uirgine natum: in mundo conuerſatum, paſſum & mortuum: iterum reſurrexiſſe: in cœlos aſcendiſſe atque uenturum iudicare omnes creaturas. Huiuſmodi relatus in Biblia attactos conſtat eſſe a deo: Cui tanq̃ infallibili ueritati digne creditur abſq; omni teſtimonio & cõtradictione. Vna enim diuina aſſertio excedit omnem humanam probationem, diſputationem & rationẽ. Scripta autem ſeu dicta hominum eatenus ſunt credenda: quatenus ſacræ ſcripturę conſonant aut iuri rationiq; naturali congruunt aut ſufficientibus teſtimoniis probantur. Diuinam unitatem niſus eſt Ariſtoteles probare per uiam naturæ in octo libris Phiſicorum & in duodecim libris methaphiſicæ: quam ſacra ſcriptura uno concludit uerbo, dicente deo: uidete q; ego ſim ſolus & non ſit alius deus præter me. Plus credendum eſt uni uerbo dei, q̃ omnibus libris ſeu ſcriptis hominum: qui cum ſuis dictaminibus merito cedunt bibliæ: in qua deus ſua oracula & beneplacita per Moyſen, Prophetas, Euangeliſtas alioſq; ſcribentes nobis inſinuat.

4. ¶ Sicut in diuina eſſentia dependet omnis creaturæ exiſtentia (quę alioquin uergeret in nihilum de quo creata eſt) ſic in diuino uerbo ſtabiliunẽ hominum uerba & ſcripta, alioquin nihil ualitura. Proinde

natura

3. 4. 5. 9.

Deute. 32. unte fi.

natura docemur, præ omnibus deo credē
dum eiusq; præceptis obſequendum eſſe
atq; prouidendum quid agere aut uitare
debeamus. Hæc & conſimilia bona docu
Joban.3. in fi. menta continet biblia: unde eam a deo ꝓ
dire præſumitur: Ibi reprobis ſit commi
natio æternæ pœnę & bonis promiſſio ui
tæ ęternæ: hoc ſoli deo, nulli creaturæ li
Math.25. in fi. cet; Creatura enim non, prout dominus,
comminari poteſt: ibunt illi in ignem ęter
Joban.5. poſt me. num & iuſti in uitam æternā. Item Audi
ent uocem eius & procedent qui bona fe
cerunt in reſurrectionē uitę: qui uero ma
la egerunt, in reſurrectionem iudicij. Item
Gene.6. delebo omnem hominem a facie terræ &
inducam aquas diluuij ſuper terram ad de
lendam oēm carnem. Quis auderet dice
Eſaie 66. in fi. re, ueluti dominus per Eſaiam: Ego autē
opera eorꝫ & cogitationes eorꝫ uenio ut
congregem, & inf. Veniet omnis caro ut
adoret coram facie mea. Cōplures ſimiles
ſententię in biblia reperiunt; quę a ſolo deo
exprimi poſſunt & a nulla creatura neq;
bona neq; mala: bona, n. proprium honorē
uel diuinā potentiā ſibi nō uendicat; mala
creatura nō ſolet bona ꝓcepta uel ſalubria
cōſilia, qualia biblia, ꝓferre; oportet ergo
bibliæ textum ab omnipotente prodire.

5. ¶ Ex natura aſtringimur ad dei pręcepta
Deute. 6. bibliæ inſerta: ueluti deum prę omnibus
Math. 22. diligas & proximum ſicut teipſum. Hoc
faciendum oſtendit nobis natura & ordo
totius creaturæ. Pręterea biblia ponit: quo
tempore mundus & primeuę creaturæ
ſint createę; item ponit deum eſſe trinū in
perſonis: dei filium incarnatum, natū, mor
tuum in aſſumpta humanitate: tranſubſtā
tiari panem & uinum in corpus & ſangui
nem eius: Et plures alios incomprehenſi
biles paſſus, hominis intellectum exceden
tes. Ratio tamen dictat, bibliam cum ſuo
tenore librum dei eſſe: ꝗuis conſcriptum
per homines, utpote per Moyſen cæteroſ
q; patres: qui huiuſmodi myſteria deſcribe
re nequiuiſſent, niſi eis a deo reuelata fuiſ
ſent. Quippe Adam, ratione originali do
tatus, ſcire potuit tempus creationis ſui:
ſed utrum ipſe primus uel alius prior ſe ho
mo creatus fuerat ignorauit; ex quo ante
cum alię creaturæ factę ſunt: poſt quas i
pſe ſexta die tandem formatus eſt, iuxta Gene.1. in fi.
bibliam: in qua exprimitur exordium tem
poris & ordo omnium creaturarum, aliaq;
dei acta: quæ nemo ſcire potuit ꝗ ſolus de
us: qui eadem conſcribi mandauit. Moyſi
ergo & bibliæ ceu diuino teſtimonio, abſ
q; alia probatione firmiter credendum eſt:
ait enim dominus: Si crederetis Moyſi, cre Joban.5. in fi.
deretis forſitan & mihi: de me, n. ille ſcri
pſit: ſi autem illius literis non creditis, quo
modo uerbis meis credetis? Qui inſup bi
blię, tanꝗ dei miſſiuę, credere recuſat, deo
diffidit & iniuriatur, ac ſi diuina ſapiētia in
ſuo uerbo errare uel hominē fallere poſſit.

¶ Tota biblia in duo diuiditur teſtamen 6.
ta: prout ſunt duo humanæ ſalutis tempo
ra; unum pręcedens ſaluatoris aduentū;
in quo redemptio promiſſa eſt; alterꝫ ſe Eſaie.61. in fi.
quens eius aduentum; in quo redemptio
adimpleta eſt. Ambo teſtamenta mutuo
quadrant ad noſtramq; ſalutem referunt:
utrumq; prohibet malum & bonum pręci
pit. In teſtamento ueteri iubemur quieſce Pſal.36.
re agere peruerſe & diſcere benefacere; Eſaie 1. in me.
In nouo, ut lumbi noſtri ſint pręcincti & Luce 12. in me.
lucernæ ardentes in manibus noſtris: Am
bo teſtamenta ſunt a deo: in ueteri quidē
deus nr̄am redemptionē per patriarchas
et ꝓphetas repromiſit: ꝗ ꝓmiſſio extra deū
nemini licuit. Pariter & nouū teſtamentū
a deo eſt: qui ſolus nos redimere potuit.

¶ Biblia ueteris teſtamenti habet ſex par 7.
tes: In prima locutus eſt deus cum quibuſ
dam ſuis electis; Primitus per ęnigma o
ris ſui, exordium creationis ac legem & iu
dicium diuinum manifeſtauit Moyſi; qui
ad aliorum inſtructionem conſcripſit pri
mos quinq; libros biblię. Secundo uoluit
deus ſuam legem & iudicia nō ſolum uer
bis pręcipere ſed etiam intimare exem
plis & operibus; quę annotata ſunt in de
cem & ſex libris, ab hyſtoria Ioſue uſque
ad Iob. In tertia parte deus ad ſui laudem
formam ſuggeſſit regi Dauid: qui Pſalte
rium ędidit. In quarta docet nos ueram
ſcientiam in quinq; libris ſapientiæ. Quin
to ſuæ legis tranſgreſſores de pœnis infli
gendis per prophetas pręmonet ut a malo

deſiſtant & benefaciant: per eoſdem deni-
q; prænunciauit aduentum Chriſti ſui,
primitus nos redempturi, denuo iudicatu
ri. Prophetarum uaticinium decem & o-
cto libros complectitur, ab Eſaia uſq; ad
Malachiam. In ſexta parte Bibliæ eſt ad
mœſtorum conſolationem appoſita figu-
ra Machabęorum in duobus libris. Præ-
miſſi quadraginta ſeptem libri ſunt uete-
ris teſtamenti: quod ante Chriſti aduen-
tum deus ordinauit ſed nōdum perfecit.
8. ¶ Rurſus adueniens Chriſtus mortē ſub-
iturus nouum addidit teſtamentum, tanq̃
annexum codicillum: quo uetus teſtamē-
tum non ſoluit ſed modificauit & tandem
Math.5. ſua morte confirmauit: inquiens, non ueni
ſoluere legem ſed adimplere: Ideo noui te
Hebre.9. in pr. ſtamenti mediator eſt, ut morte intercedē
te repromiſſionem accipiant qui uocati
ſunt æternæ hæreditatis: Paulo ulterius
atteſtante: ubi teſtamentum eſt, mors ne-
ceſſe eſt intercedat teſtatoris: teſtamen-
tum enim in mortuis confirmatum eſt:
alioquin non ualet dum uiuit qui teſtatus
eſt. Nouum itaq; teſtamentum quadrat
ueteri: in quo primum præmittitur noua
lex & doctrina in quatuor euangelijs: de
quibus infra c.xiij. Pro ſecundo & tertio
ex apoſtolorum actis cōſtat apoſtolos om
ni creaturę euangelium prędicaſſe, operi-
bus compleſſe ac ſacrificium miſſę una
cum quibuſdam cærimonijs condecenti
forma & ordine tradidiſſe. Quas magnus
Gregorius & nonnulli alij patres amplia-
uerunt & laudabiliter decorauerūt. Quar
to patefecit ſpirituſſanctus ueram ſapien-
tiam & uiam Chriſtum ſequēdi in uigin-
ti una epiſtolis Pauli aliorumq; diſcipulo-
rum. Quinto & ſexto in apocalypſi adui-
ſantur reprobi de futura pœna: pœnitenti
bus promittitur uita æterna: tandem mœ-
ſti conſolantur. Sic nouum teſtamentum
cum ueteri coaptatum biblia nūcupatur.
9. ¶ Spirituſſanctus olim ſynagogæ, nunc
eccleſię ſuggeſſit, quæ ſcripta approban-
da ſint, quæ apocrypha: Quapropter prę-
miſſos libros biblię intextos (quaſi oracu-
la dei e cœlo huc allata) eccleſia acceptat
eiſq; abſq; hęſitatione credi & ſtari pręci-
pit: ne tamē quicquam immutetur, iuxta
illud: Non addetis ad uerbum quod uo- Deute.4.
bis loquor neq; auferetis ex eo, cuſtodite in prin.
mandata domini dei ueſtri. Id intelligen-
dum eſt de uerbo dei non ſolum ſcripto
ſed qualitercūq; prodito aut inſpirato aut
aliter ſignificato: Indifferenter enim pro-
hibetur alteratio diuini uerbi tam pronū-
ciati q̃ ſcripti. Poteſt tamen fieri uerbi mo
deratio ſeu extenſio, iuxta conditionē tem
poris & neceſſitatē diſciplinæ, ad augmen
tum bonorum & correptionem malorꝝ.
Quod quid quidem ſcripturæ modera-
men pariter eſt a deo: qui per ſuam eccle-
ſiam & doctores nobiſcum fatur ut patet
ſupra c.xi.§.ij. Tali diſcretione credendū
eſt bibliæ eiuſq; tranſlationi (ſi incorrupta
manet) tanq̃ uetuſtiſſimis geſtis: quum
nil reperiatur quod geſtum aut ſcriptum
ſit ante geſta bibliæ: quæ initiatur ab exor
dio mundi & cōcludit cum die extremo,
ac in eius medio conſiſtit cor, nempe euā-
gelium. E quo unuſquiſq; modo plębeius
euangelicū ſe eſſe iactat, minus intelligens
quid ſit euāgelium. De quo nunc ſequit̃.

CAPITVLVM DECIMVM TERTIVM. De Euangelio.

NOui teſtamenti lex & catholicæ
fidei regula potiori parte eſt cō-
præhenſa in euangelijs: quorum Diſ.15.
multa initio fuerunt ſcripta, tum ab apo- c.ſancta.
ſtolis, tum etiam ab alijs patribus, utpote 1.Timo.4 poſt prin.
Andrea, Thoma, Bartholomęo, Thadæo Actu.21.
& Paulo: Item Barnaba, Thimotheo, Lu poſt prin.
ciano, Hyricio & Philippo: quem ſcriptu
ra euangeliſtam nuncupat, & a pluribus
alijs, principaliter a Mathæo, Marco, Lu-
ca & Iohanne. Quæ quidem quatuor euā
gelia eccleſia interim acceptauit, ducta ſpi
ritu ſancto. Qui reſpectu uariorum myſte
riorum quaternarium numerum euange
liorum elegit, quaſi quatuor rotas in cur-
ru domini: in quo unica fides ſanctæ trini
tatis deuoluitur in quatuor orbis partes,
uerſus orientem, occidentem, meridiem,
ſeptentrionem: ut homo ſurgat a quadru-
plici morte: Imprimis a peccato ceu a ſpi-
rituali &

rituali & temporali morte animæ: ne pro-
ruat in ſecundam animæ mortem perpetu
am: nec in tertiam: quæ eſt animæ & cor-
poris damnatio: ſed in nouiſſimo die ad ui
tam ęternam reſurgat a quarta morte cor
poris: quam omnis homo hic pati cogitur,
tandem cœlos petiturus in curru domini
præmiſſo. Ex illis aliiſue cauſis eccleſia pri
mitiua, per eius rectores, ſola quatuor euã
gelia biblię inſerta hactenus acceptauit:
alioquin nemo certus eſſet, quę uere a ſpi
ritu ſancto eſſent prodita & nobis obſer-
uanda euangelia, niſi iudicio eccleſiæ: non
ꝙ eccleſia auctoritatem habeat condendi
euangelium quod prius non fuerat euan
gelium: aut repudiandi euangelium uerũ:
quod hoc tempore obſeruandum a ſpiri-
tuſancto reuelatum eſt: ſed diffiniendi prę
miſſa quatuor euangelia eſſe tenẽda. Cui
eccleſię in his & aliis ſuis pręceptis & tra-
ditionibus credere tenemur. Negat enim
Auguſtinus ſe credidiſſe euangelio, niſi
prius edoctus fuiſſet per eccleſiam: quę te
ſtimonium perhibet euangelio.

2. Ezech.1. ¶ Prędicta quatuor euangelia ſunt præfi
gurata per quatuor animalia, quatuor fa-
ciebus ſecundum Ezechielem diſtincta.
Mathæus in forma humana: quia potiſſi-
me ſcribit de Chriſti humanitate ex ho-
mine Maria nata. Marcus ſub forma leo-
nis deſcribit, fortem Chriſtum uiciſſe pec
catum & mortem ac diabolum. Lucas
per uitulum deſignans Chriſtum pro no
bis peccatiſq; noſtris patienter oblatum.
Iohannes aquilę uultu notat altam Chriſti
Mar.16. in fi. deitatem. Porro Chriſtus iuſſit euangeliũ
primitus prædicare, non deſcribere: atten-
ta neceſſitate rudem populum in uera fi-
de oretenus informandi. Quum aũt mox,
etiam apoſtolorum tempore, hæreſes or-
tę ſint, opus fuit euangelium cõſcribi: quo
hæretici uincerentur cęteriſq; pſeudo do-
ctores ueritati obuiantes deprimerentur:
& dociles ſe in euangelio ſcripto ad bene
operandum exercerent. Econtra quidam
moliuntur ꝙ euangelium non opera ſed
ſolam fidem requirat: quaſi nullum præ-
ceptum, nulla lex, nulla operis coactio,
ſed dumtaxat admonitio & gratiæ pro-
miſſio in euangelio contineatur. Error ille
peſtiferus homines ad ſegnitiem & cõtẽ
ptum euangelicæ pœnitentiæ cauſat: In
pluribus quidem locis ſcripti euangelii ar
duis pręceptis & ſalubribus conſiliis com
pellimur et inducimur ad bona opera, pœ ſ.c.76.
nitentiaſq; condignas: de quibus infra ha- cum ſeq.
bebitur.

¶ Euãgelium eſt bonum nuncium a deo 3.
miſſum uerbo uel ſcripto aut alio indicio.
Quicquid enim deus nobis reuelat ſiue
per patriarchas & prophetas: ſiue per an-
gelos & cęteras creaturas, pręcipue quod
nos ipſe Chriſtus docuit, eſt euangelium.
Quod non conſiſtit in litera ſignificante,
ſed in dei uirtute & ueritate: quę a deo ad
nos deriuatur per ſcripta aut ṽba aut ſigna.
Nec ſufficit euangelium ſcriptum legere
aut in buſino ferre: ſed id religione uirę in
terius in corde & exterius in opere habe-
as, oportet. Chriſtus enim iubens euange Mar.16.
lium prædicare, non expreſſit ſcriptum
(quod nondum erat) ſed totam ueritatem
omniaq; dei promiſſa tam noui q̃ ueteris
teſtamenti uoluit intelligi. Idem commu-
ne euangelium, ceu diuina ueritas, totum
in ſe Chriſtum includit, utpote Chriſti in-
carnationem, paſſionem meritumq; una
cum ſuis pręceptis & promiſſionibus. Ita
intelligitur uerbum Pauli: a ſpe euange- Coloſ.1. ante fi.
lii: quod prædicatum eſt in uniuerſa terra
quę ſub cœlo eſt. Iſtud euangelium pro-
greditur per humiles doctores ex ſpiritu
amoris & ueritatis ad ſalutem hominum,
pacem inter eos nutriens atq; concordiã.
At hoc prohdolor tempore, per ſuper-
bos homines ex ſpiritu liuoris & menda-
cii, in perniciem cleri & infectionem po-
puli, introducitur recens & ſeditioſum eu
angelium: Cui magna pars theutonum
adhæret, nudam literam uſurpando & ſa
nam eccleſię interpretationem reiiciendo.

¶ Etſi nec papa uel concilium: nec eccle- 4.
ſia uel eius rectores facultatẽ habeãt euã
gelii textum aut ſubſtantiam immutãdi,
addendi, minuendi, dilatandi uel detrahẽ
di, iuxta Pauli dictũ: Sed licet nos aut an- Gala.1. poſt prin.
gelus de cœlo euangelizet uobis preterq̃
quod euangelizauimus uobis, anathema

ſit tamen eccleſia & eius prȩſidentes ſua
doctrina tradere atq ſtatuere poſſunt, quȩ
ad ſanam euangelij pertinent interpretatio
nem, aut fidei neceſſitati ſeu plebis diſci-
plinæ cõueniunt. Aduerſarij autẽ audent
uerꝝ myſticum ſenſum alior ſum torquere
ac ueterum doctorꝝ & ſanctorꝝ prũm in-
terpretationes deprimere: hȩreticas inter-
pretationes, olim ꝑ uniuerſalem eccleſiam
damnatas & uſq ad infernũ ſepultas, de no
uo reducere: acſi euangeliũ longo tpe fue
rit ſub ſcamno detruſum. Vtinam eorum
euangelium hactenus retruſum manſiſſet:
quemadmodum Chrianiſſimus princeps
Georgius dux Saxoniȩ ad Lutherꝝ ſcri-
pſerat. Ambo quidẽ euangelia, tam recẽs
ꝙ uetus, ſunt eiuſdem lrȩ (niſi in quantum
litera corrupta eſt) ſed in principio & fine
ſunt diuerſa. Legittimum euangelium
eſt a deo atq exortũ a uero Chriſto & ſpi-
ritu ſancto: Euangelium peruerſum eſt a
diabolo & confictũ ab antichri prȩcurſori
Tit. 1. in fi. bus: in quo Chriſtus uerbis recognoſcit,
factis negatur. Huiuſmodi diuerſitas ap-
paret in doctrina & fine ac in fructibus u-
Math. 7. triuſq euangelij: nam a fructibus eorꝝ co-
gnoſcetis eos.

5. ¶ Verus Chriſtus reliquit nobis pacẽ: di-
Johan. 14. in fi. ſcipulos uiſitans frequenter cum pace eos
Johan. 10. ſalutauit: mandans in quancunq domũ in
Luce 14. trauerint, dicant pax huic domui: ꝑſertim
Math. 10. Luce 10. ut inter ſe pacem habeant, quo deus pacis
Mar. 9. in fi. & dilectionis ſit cum eis. Qua quidem pa-
2. Corin. 13 in fi. ce gauiſum eſt noſtrꝝ territoriũ illactenus
a tempore s. Rudberti: quo incolæ euãge
lium Chriſti & fidem catholicam ſuſcepe
runt, tenuerunt & eccleſiæ obedierunt.
Poſtꝙ aũt illud confictum euangelium nu
per increuerit, ſtatim inter teutones emer
ſerunt bella & ſeditiones, ac hæreſes olim
ſopitȩ hodie repullularũt. Nunc deus blaſ
phematꝝ: cœlici cõtemnunt: ſacramenta re
pudiant: oẽs cærimoniȩ & fundationes tol
luntur: templa deſtruunt et prȩdȩ dantur:
decor et clenodia eccl'iarꝝ eliquant: Lubri
ci presbyteri temerarie uxorant: per apo-
ſtatas monachos & moniales, ſub fuco cõ
iugij, inceſtus cõmittitur: cõiugatis adulte
ria cõcedunt, ſubditi ab obedientia laxan
tur. Vnde in tota pene alemania & apud
nos his, ſubditi aduerſus ſupꝛiores inſurre-
xerunt & acriter tumultuauerunt ac irre-
parabilia exinde ſecuta ſunt damna. Tales
& multoplures ex ſemine nouȩ ſectæ & fi
cti euangelij increuerunt fructus mali.
Quorꝝ cõſideratione qlibet pius Chrianꝰ
horrorẽ & nauſeam concipe debet ſe ſub-
ſcribendi huiuſmodi falſȩ doctrinæ tanꝙ
ſemini perdito, ſed potius conſtanter per
ſeuerare cum eccleſia in laudabili uſu ec-
cleſiaſtico: qui a ſenioribus noſtris fœlici-
ter obſeruatus eſt uſq ad noſtram maledi 2. Theſſ. 2. in prin.
ctam & infœliciſſimam diſceſſionem.

¶ Plus fidei tribuendum & potius adhæ- 6.
rendum eſt prioribus euangelicis traditio
nibus, ab eccleſia primitiua ad nos tradu-
ctis & ex doctrina ſanctorꝝ patrꝝ hactenꝰ
in uſu obſeruatis: ꝙ innouatis ſciſmaticis
euangelicis prȩſumptionibus ex liuore cõ
tra clerꝝ & eccleſiã orthodoxam arrogan
ter illatis per pſeudo prophetas: qui plæ-
runq ſunt aut clerici deſperati aut mona-
chi apoſtatæ, iugum dñi abijcientes & re- Luce 9. in fi.
tro poſt aratrum reſpicientes: ſunt profe- Jude 1. in me.
cto nubes ſine aqua diuinæ gratiæ, uento
ſuperbiæ agitati, uolunt euangelici nuncu
pari: quum tamẽ quiuis nec turca nec pa-
ganus tam acriter contra uerum euange-
lium inſultat & eccleſiam conculcat, ac ipſi
Luterani ſuiq ſimiles. Vſurpant euange-
lium pro uelamine ſuæ fraudis: qua ex ec
cleſia ſacramenta furtim auferunt & pro
illis peſtiferas adinuentiones inferunt ad
populi ſeductionem. Immiſcent quandoq
uera falſis: quo auidius peſtiferum eorum
dogma ſub melle dulcis doctrinȩ deglutia
tur iuxta uerbum Eſaiæ: uinum tuũ mi- Eſaie 1. ante fi.
xtum ſit aqua.

¶ Euangelica doctrina & Chriſtiana mo- 7.
deſtia nullibi minus ſeruatur aut Chriſti
ueſtigijs inhȩretur ꝙ apud dictos aſſertos
euangelicos: cõfitentur Chriſtum uerbis: Tit. 1. in fi.
factis negant: ad omnia bona opera remiſ
ſi: nullam hactenus pacificam ſecum aut
ueram nouam attulerunt doctrinam euã-
gelio conſonam, quippe ex eorꝝ ſiniſtro
dogmate pullularunt lites & ſeditiões ac
indies magis excreſcunt: etſi alicubi unũ
uel plura

uel plura euangelij fruſta teneant: tamen
interim multoplures ſolidi euangelij am-
phoras frangunt: Chriſti uicarium alioſue
epiſcopos contumelijs afficiunt; totum
prorſus clerum locaq; ſacra floccipendũt,
nihilominus prçſumũt ſe eſſe pcones euan
gelij: quod tamen omnem iniuriam inhi-
Marb. 5. ante me. bet: imo ponit, qui dixerit fratri ſuo fatue,
reus erit gehennæ ignis, Qua nunc pœna
reus erit qui ſuos ſuperiores, maxime ſum
mum ſacerdotem, tot iniurijs dehoneſtat,
Exo. 22. in fi. contra diuinum præceptum: principem
Actu. 23. in prin. populi tui non maledices: nimirum lapidi-
Exo. 19. in me. bus obruendus eſt acſi tetigerit montem,
Hac de re apoſtolus duos hçreticos in fi-
1. Thim. 1. in fi. de naufragos & contumelioſos tradidit ſa
thanæ ut blaſphemare deſiſtant, Tales qui
dem iuſte Chriſtiano nomine indigni ha-
Actu. 11. in fi. bentur, ceu diuiſi a Chriſto capite noſtro:
a quo cognominantur Chriſtiani,
8. ¶ De quibus beatus Petrus prædixit: In
2. Pet. 2. in prin. uobis erunt magiſtri mendaces qui intro-
ducent ſectas perditionis, & eum qui emit
eos, deum negant, ſuperducentes ſibi cele
rem perditionem: & multi ſequentur eo-
rum luxurias: per quos uia ueritatis blaſ
phemabitur: & in auaritia fictis uerbis de
uobis negociabuntur. Ecce ꝙ dilucide Pe
trus depingit modernos Lutheranç ſectç
autores: qui ſuis ſermonibus & libellis im-
preſſis ꝙ plures articulos damnatos diuul
garunt: ex quibus inconſtantes homines
multis intoxicati ſunt erroribus fidei &
conſequenter prolapſi in odium cleri &
in faſtidium diuini cultus. Sic abnegantes
dominum Iheſum, qui ſuo ſanguine rede-
mit ipſos: Cui ingrati nullum debite exhi-
bent obſequium: Imo ſacram miſſam con-
temnunt & circa altaris ſacramentum te-
merarie dijudicant: ſeipſos ac ſuos poſte-
ros in celerem damnationem ſeducentes:
præſumunt enim omnibus licere ieiunia
frangere, orationes, caſtimoniam aliaq; bo
na opera omittere: ſemper carnibus ueſci:
comeſationibus & potationibus uacare:
adulteria cõmittere: a nullo penitus malo
abſtinere: quaſi omnia neceſſario eueniãt
prout ipſi effutiunt. Per eoſdem deniq; mẽ
daces magiſtros uia ueritatis blaſphemat:
nam eccleſia cum ſuis ordinarijs & ordi-
nationibus deriſui & cõtemptui habetur.
Ipſi prçterea fruuntur aſtuta auaritia: abo
leuerunt. n. miſſas uotiuas, offertoria aliaq;
cæremonialia: e quibus honeſtus clerus
quottidianũ quçrebat uictum. Deinceps
pro ſe nouas a plçbe exactiones adinueni-
unt: qui quondam uno nummo oblato ſa-
tisfecit, cogitur nunc pro ſua taxa forſitan
integrum florenum expendere ad ſuſten
tationem falſorum concionatorum. Qui-
bus iniuſte integer ſolidus liberalius præ-
betur, ꝙ ueris paſtoribus iuſte unus dum-
taxat denarius.
¶ Audent quidam friuoli laici (ut ſunt ho 9.
mines in locis mineralibus) falſos conciona
tores, contra ueros paſtores, Imo contra
principes terræ & omnem ſuperioritatẽ,
uiolẽter defenſare & manutenere brachio
armato: ueluti contigit cuidam epiſcopo
pro defenſione fidei catholicç ſermocinan
ti: Cui in faciem ſupra ambonem appoſita
eſt famoſa ſcriptura cum acerrima com-
minatione uiolentç manus inijciendæ, in-
quantum a ſano incepto ſtudio non deſi-
ſteret: propterea idem epiſcopus coactus
eſt a bono propoſito ceſſare & cedere epi
ſcopatui: poſtꝙ ibidem ob inſultum iure
formidandum nihil proficere potuit. Con
ſimilia facinora defendendi pſeudo nouos
prophetas in alijs quibuſdam locis pluries
perpetrata ſunt, Qui ſi ueri euangelici eſ-
ſent (quales ſe iactitant) uiolentia non ute-
rentur: neque ſaluo conducto gauderent:
quemadmodum Paulus uerus apoſtolus
gloriabatur ſe non indigere commendati 2. Corin. 3. in prin.
cijs epiſtolis ſicut quidam falſi ſcilicet pro-
phetæ ſecundum gloſam ibidem. Quæ 2. Pet. 2.
omnia in prædicta Petri prophetia con-
tinentur.
¶ Ex prçmiſſis liquet, Lutheranum do- 10.
gma ficticium eſſe & prodire a ſpiritu er
roris: de quo apoſtolus ſcribit: Spiritus au 1. Thim. 4. in prin.
tem manifeſte dicit, quia in nouiſſimis tẽ-
poribus diſcedent quidam a fide (hoc eſt
noſtro iam tempore) attendentes ſpiritibꝰ
erroris & doctrinis dçmoniorũ in hypocri
ſi, loquentium mendaciũ & cauteriatã ha
bentium ſuam conſciẽtiam. Hoc eulogiũ

modernam cõcernit hęreſim; quę directe
ſubordinata eſt ad diſcedēdũ ab eccl'ia ca
tholica & ad ſingēdas nouas aſſertiones &
ordinationes circa fidem & ſacramenta, ad
hærent, n. Lutherani ſpũi erroris; utpote
nudæ fidei, obliti ſpũſ ſancti: ſunt ſine om̃i
diſciplina atq; metu: doctrinis dęmoniorũ
innixi, totam ſpernunt eccleſiã: triumphan
tem quidē cum ſuis cœlicis paruipendũt;
dormientes cum ſuis mēbris, in purgato-
rio pœnitentibus, negligũt; militantē cum
ſuis præſidibus derident & calcant ac pe-
nitus diſſipare & abolere ſtudēt, cum de-
prauatione ſacræ ſcripturæ & reductione
hęreſum olim damnatarũ. Quibus irretiti
& alternis dogmatibus adeo cõfuſi ſumꝰ,
in conſcientia cauteriata aduſti: ut nobis
non pateat quid uerum aut falſum: quid
credendum, quid reijciendum ſit. Hęc ꝑ-
fecto omnia a ſpiritu erroris ſuggeſta, nõ
a ſpirituſancto inſpirata cenſentur.
11. ¶ Illi præterea ſeductores pręſumunt nil
eſſe credendum præter euangelij literam;
a qua tamē orthodoxa non pendet fides;
quę in omnibus mundi finibus prædicata
& diuulgata eſt, anteq̃ aliquod euangeliũ
ſcriptum fuerit uel relectum; neq; ex quo-
uis euangelio depręhenditur ſoli euange-
lio conſcripto eſſe credendum, neq; extra
illud quicq̃ admittendũ. Porro dominus
Iheſus, multoplura q̃ ſcripta ſunt, uerbis
Joan. 21. in fi. & factis egit, ut Iohannes arbitratur, quæ
ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum mun-
dum capere poſſe eos qui ſcribendi eſſent
libros. Deinde apoſtoli proculdubio abũ-
dantius prędicauerunt, q̃ euangeliſtę ſcri
Mar. 16. in fi. pſerint, iuxta Marcum domino cooperã-
te & ſermonem confirmante ſequentibus
ſignis. Hic mentio ſit de ſermonis confir-
matione, non ſcripturæ: nam euangelicæ
fidei ueritas ultrá literam ſcripturæ lon-
ge latius extenditur. Qui igitur fidem ad
literam ſcriptam coartat nec ultra ſcriptu-
ram quicq̃ recipit, is non eſt in uero Chri
ſtianiſmo; qui non tam a ſcripto euangelio
dependet, q̃ a diuina ueritate; quæ ſcriptis
compræhendi nequit. Magna pars catho
licæ fidei in ſacra ſcriptura non exprimi-
tur. Alioquin Adam, Abel, Noe, Abra-
ham, Moyſes alijq; patres quomodo cre-
didiſſent abſq; ſcriptura, eam primũ Moy-
ſe inchoante?
¶ Nec iudęi, quibus Antiochus omnes li- 12.
bros combuſſit, interim fidei expertes fue 1. Mach. 1 in fi.
runt ob librorũ carētiam. Diſcipuli quoq;
alijue homines uerbis Chriſti crediderunt
anteq̃ aliquod euangelium ſcriberetur. Io
hannis deniq; euangelium (cui aduerſarij
potiſſime aſtipulantur) ultra quinquagin
ta annos poſt domini aſcenſionem primũ
in Aſia confectum eſt. Interim multi abſq;
ſcriptura eiuſdem euangelij crediderunt,
temporibus Diocletiani cæſaris tota ſcri-
ptura ſacra concremabatur. Dato (quod
deus prohibeat) omnes bibliæ codices ite-
rum igne cõſumerent̃, nihilominus rema
neret fides catholica. Sicut & nonnulli li-
bri ex biblia deperierunt nec modo repe-
riuntur; In quibus nimirũ aliqua deſcripta
fuerunt quę modo pie credunt̃. In Macha
bæo ſit mentio de libro ſacerdotij Iohan- 1. Mach. 16 in fi.
nis; in quo eius ſermones & cętera ſua ge-
ſta continebantur; ſed modo in biblia non
apparent. Pręterea plures ex biblia deper
diti ſunt libri; uidelicet quintus regum & 3. Reg. 22 ante fi.
deſcriptio Hieremiæ; Item commentum 2. Mach. 2 in prin. & poſt prin.
Neemiæ & liber bellorum Iudę Macha-
bęi. quorũ librorũ in ueteri teſtamento ſit Jude 1.
mentio: ſed eorum non habetur copia. Iu-
das etiam meminit prophetię Enoch: quę
nuſq̃ apparet. In huiuſmodi libellis olim
confectis ſed nobis hodie non patentibus
proculdubio fuerunt nonnulla cõpræhen
ſa diuinam uoluntatem concernentia: quę
olim credita ſunt uel etiam hodie credun-
tur, quatenus uſus eccleſiæ exigit: tametſi
nulla deſuper ſcriptura habeatur. Si abſq;
ſcriptura nil credi deberet, tunc fides re-
rum a deo emanatarum & in dictis libel-
lis amiſſis contentarum perijſſet: quod eſ-
ſet abſurdum: cum uerba dei non pręter- Luce 21 in fi.
eant, potius cœlum & terra perirent.
¶ Diuinum euangelium eſt opertum in 13.
his qui pereunt, utpote perfidis Chriſtia 2. Corin. 4 poſt prin.
nis & infidelibus; quibus mente cœcatis Luce 8. poſt prin.
non ſplendet euangelij lux: ut uidentes nõ
uideant nec audientes intelligant. Hæreti
corum error ex eo prodit q arrogant ſibi
ſcientiam

ſcientiam,ſe extollentes,cæteros deſpicien
do & eorꝫ interpretationes ab eccleſia ad-
miſſas & legittimo uſu hactenus cõtinua
tas reijciendo, Fundant aliquando ſuas o-
piniones in euangelij litera uel alia ſcriptu
ra,male ſcilicet intellecta & ſiniſtre expo-
ſita ac ad erroneam ſententiam retorta: ut
1. Thim. 1. post prin. Paulus pronoſticauit; Quidam aberran-
tes conuerſi ſunt in uaniloquium,uolentes
eſſe legis doctores, non intelligentes neqꝫ
quę loquuntur neqꝫ de quibus affirmant,
2. Petri 3. in fi. Pariter & Petrus; Indocti & inſtabiles de
prauant ſcripturas ad ſuam ipſorum per-
ditionem. Quales exorti ſunt in initio ec-
cleſię apoſtolorum temporibus;ut Ebion
& Cherinthus;contra quos Iohannes ſuũ
Apoca. 2. post prin. ſcripſit euangelium; ſed Apocalypſim cõ
tra Nicolaitas;quorum facta deus odit,
Quippe omnes hæretici pro ſuo libitu ſo
lent ſacra ſcriptura abuti; ut patebit infra
capi.xv.

CAPITVLVM QVARTVM DECIMVM. De legitima expoſitione ſcripturę.

SAcra ſcriptura duplicem intelle-
ctum habet;unus excipitur a lite-
rali ſenſu;alter myſticus ſecun-
dum ſenſum interiorem, Qui & triplex eſ
f. 85. §. 10. in me. ſe ualet;utpote moralis,tropologicus & a-
nagogicus, Sacra quidem ſcriptura literis
eſt obumbrata ſed ſpiritualiter intelligen-
da, Vnde perpenditur ſcripturam imperi
tis eſſe obſcuram & intellectu difficilem,
2. Pet. 3. in fi. Petrus enim meminit, dicens: Sicut cha-
riſſimus frater noſter Paulus,ſecundũ da-
tam ſibi ſapientiam, ſcripſit uobis; ſicut &
in omnibus epiſtolis loquens in eis, de his
in quibus ſunt quædam difficilia intelle-
Actu. 8. in fi. ctu. Quẽadmodum & eunuchus reginæ
candacis ethiopiæ faſſus eſt, ſe non poſſe
intelligere ſcripturam abſqꝫ informatore,
Luce 24. Pariter duobus diſcipulis in Emaus erant
ſcripturæ adeo obſcurę ut Chriſtus am-
borum ſenſum aperuerit ad intelligendũ
eaſdem, Verum ex obſcuritate ſcripturæ
hactenus progreſſę ſunt & modo accidũt
ambiguitates multæ; quia eam in ſuis my-
ſterijs non ubiqꝫ ſane intelligimus, Siqui-
dem ſpiritumſanctum, in ſacra ſcriptura
nos alloquentẽ,capere ualeremus aut ſcri-
ptura ſeipſam undiqꝫ obuiam nobis prębe
ret ad intelligendum: nimirum ſcriptura
ſui optima eſſet interpres in omnibus du-
bijs & paſſibus obſcuris, Quom autẽ ſpi-
ritus ſcripturæ non cuilibet paſſim reuele
tur,ſed in electorum mentibus ſecrete o- Math. 18.
peretur,in medio eccleſiæ ſpirans: nos ni- in me.
hilominus dei uolũtatem in ſacra ſcriptu-
ra compręhenſam inueſtigare habemus:
quam tamen plane intelligere nequimus,
oportunum igitur eſt,ut concordi catholi
corum doctorum expoſitioni ab eccleſia
receptæ unanimiter inhæreamus,
¶ Quippe ſacra ſcriptura in ſe eſt certa,in- 2.
dubia,non erronea neqꝫ diuiſa, At nos fra
giles & ignari ſine informatione ſeu gra-
tia ſpirituſſancti aſſequi nequimus can-
dẽ, Certi quidẽ ſumꝰ de ꝟitate ſcripturę,
ſed de eius occulto tenore nondũ ſatis in-
structi,donec per eccleſiam edocti fueri-
mus, Neceſſe igitur eſt ut eccleſiæ auſcul
temus ſuorumqꝫ doctorum interpretatio-
nibus acquieſcamus, Veram,n,ſcripturæ
continentiam conſequimur dumtaxat in
eccl'ia;ubi ſpirituſſanctus per orthodoxos
interpretes docet omnem ueritatem, Qđ
& Petrus atteſtatur hijs uerbis; Non enim 2. Pet. 1. in fi.
humana uoluntate allata eſt aliquando ꝓ-
phetia ſed ſpũſancto inſpirati locuti ſunt
dei homines, Chriſtus inſuper parabolam Math. 13. post prin.
ſeminis acetiam nonnullas alias parabolas Mar. 14.
populo propoſitas ſeorſum diſcipulis diſ- Luce 8.
ſeruit & omnia myſteria notificauit,nobis
inſinuans,abdita ſcripturarum populo in-
terpretanda eſſe per eos,qui ad hanc pro-
uinciam ſunt ordinati: quibus a domino
datum eſt noſſe myſterium regni dei, nẽ- Luce 8. post prin.
pe ſcripturę cœleſtis,
¶ Præterea hęc uerba Eſaiæ (manus urę 3.
ſanguine plenæ ſunt, lauamini, mundi e- Esaie 1. in me.
ſtote) dominus Iheſus ad ſpiritualem de- Math. 15. in prin.
flexit ſenſum; quando phariſæi exprobra-
bant,cur diſcipuli tranſgrederentur tradi
tiones ſeniorꝫ,manibus illotis panem man
ducantes; Deſuper dñs ſubinſert; Non qđ
intrat in os, coinquinat hominẽ, ſed quod

procedit ex ore, hoc coinquinat hominē.
Qua interpretatione Chriſtus pręmiſſam
ſcripturam impleuit; nil addendo nec de-
trahendo uel exponendo quod ſcripturæ
contrarium eſſet uel incongruum. Rur-
Hebr.1. in prin. ſus filius dei clarificat patrem, teſtificās ue
ra eſſe uerba quæ deus locutus eſt patri-
Iohan.16. post prin. bus in prophetis. Pariter filium clarificat
ſpirituſſanctus, doctorum mentes irradian
do ſua inſpiratione, qua populum in fide
& doctrina Chriſti inſtruant. Quamobrem
ordinatum eſt, ſacræ ſcripturę interpreta-
tionē fieri a ſolis peritis, ſpeciali gratia prę-
ditis & per eccleſiā ad hoc admiſſis. Quic-
quid.n. huiuſmodi electi doctores concor
di animo concludunt: hoc approbandum
eſt a ſummo pontifice aliiſue eccleſiæ re-
Deut.17. ſ.92.§.2. in prin. ctoribus, uicem Chriſti gerentibus: q præ
ſunt loco, quem elegerit dominus.

4. ¶ In ſacra ſcriptura, ceu in uerbo dei ſcri-
pto, certa continetur ueritas, nunq̄ fallibi-
lis: extra quam nil certi eſt a quocunq; ſcri
ptum: niſi in quantum ſacrę ſcripturę qua
drat aut rationi conſonat: quemadmodum
Aug. in epiſtolis. Auguſtinus ad Iheronymū ſcribit: Ego ſo
lis eis libris, qui canonici dicunt̄, eum de-
ferre honorem didici, ut nullum eorꝝ ſcri-
ptorem erraſſe firmiter credā: cæteros ue-
ro quantalibet ſanctitate doctrinaq; præ-
polleant, ita lego, ut non ideo uerum cre-
dam quia ipſi ſic ſenſerunt, ſed ſi per cano
nicas ſcripturas aut ratione probabili mi-
hi perſuadere potuerūt. Vnde apparet ſin
gularem interpretationem eſſe incertā, do
nec reperta fuerit ſacræ ſcripturæ cōſona
& per eccleſiam admiſſa. Sunt nanq; ſcri-
bentes (uti mortales) ad errandum incli-
nati: quo aliquando euenit diſparitas piorꝝ
doctorum: in quibus ſpirituſſanctus non
ſemper locutus eſt. Iſti tamen boni patres
inter ſe nunq̄, more hæreticorum, acri-
ter altercati, ſed iuſto zelo ducti ſunt ut in
ſuis diuiſis opinionibus mutuo concordaſ
ſent aut adhuc hodie, ſi in humanis eſſent,
faciliter ad concordandum inducerentur,
ut alter alterius opinioni cederet. Hoc pa-
2.Reg.7. in prin. cto errauit Nathan propheta: qui prædi-
xit regi Dauid, ut perficeret domum do-
mini inceptam, quaſi dominus ſecum eſ-
ſet: Poſtea eidem prophetæ reuelauit de-
us, q̄ Dauid non ſit ædificaturus domum
domino ad habitandum.

¶ Similes errores apparent in pluribus lo 5.
cis ueteris ac noui teſtamenti. Petrus ex Matth.16.
deo uerum reſpondit Chriſto: Tu ės filius
dei uiui: deſuper dn̄s: beatus es tu, quia ca
ro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater
meus qui in cœlis eſt. Mox deinde Petrꝰ
uacillauit quando domino, paſſionem ſuā
pręnuncianti, dixit: abſit a te domine, non
erit tibi hoc. Qui conuerſus dixit Petro:
Vade poſt me ſathana: ſcandalum es mi-
hi, quia non ſapis ea quæ dei ſunt ſed ea
quę hominum. Rurſus errauit Petrus, q̄n
ei Paulus in faciem reſtitit quia repræhen Gala.2.
ſibilis erat: tametſi una cum aliis apoſtolis
prius ſpiritumſanctum acceperit. Porro
ubi prophetæ, apoſtoli uel doctores ex ſpi
rituſancto locuti ſunt: ibi eccleſia approbā
te non errarunt. Quod autem doctores ex
ſeipſis, puta negociis priuatis occupati, e-
gerunt: in eo potuerunt errare ceu homi-
nes: qui omnes ſunt mendaces: prout Da- Pſal.115.
uid in ſuo exceſſu dixit. Si itaq; orthodoxi
aliquando erronee diſſonant: huiuſmodi
error aut per ſeipſos humiliter eſt emen-
datus aut per alios eruditos frequenter ad
bonum intellectum reductus. Necinde
quicq̄ deuium uł pernitioſum uel in fide
uel in eccleſia catholica hactenus emerſe-
rit: neq; deo prouidēte decętero emerget.

¶ Doctores equidem & ſacrę ſcripturę in 6.
terpretes oportet humilitati ſtudere: mori
bus pollere & concordia gaudere: non ſe-
ipſos iactitare, deſpiciendo alios: quos ma-
gis q̄ ſe extollere debent: quemadmodum
Petrus & ordine & auctoritate primus a-
poſtolorꝝ laudauit ſuum ſubditū Paulū q̄ 2. Petri 3. in fi.
ſecundū datam ſibi a dn̄o ſapientiam ſcri-
pſerit. Per quē Paulū ſpūſſanctus nobis p̄ Philip.2. in prin.
cipit ut idem ſapiamus, eandē charitatem
habentes, unanimes idipſum ſentientes, ni-
hil per cōtentionē neq; p inanem gloriam,
ſed in humilitate, ſuperiores ſibi inuicē ar-
bitrantes: nō quæ ſua ſunt ſinguli conſide
rantes, ſed ea quę aliorꝝ. Ipſe deniq; Pau- 1.Theſſ.2. in prin.
lus ratus eſt, ſe & ſuos diſcipulos p̄dicare
euangeliū nō q̄ſi hoibus placētes ſed deo,
qui pro-

qui probat coꝝ corda ꝙ nõ fuerint in ſer-
1. Corin. 2. mone adulationis. Alibi Paulus ait: Veni
nõ in ſublimitate ſermonis aut ſapiẽtiæ, an
nunciãs uobis teſtimoniũ Chr̃i: non. n. iu-
dicaui me ſcire aliquid inter uos. Et inf. ſer
mo meus & pręedicatio mea nõ in perſua
ſibilibus humanę ſapientiæ uerbis, ſed in
oſtenſione ſpũs & uirtutis: ut fides ur̃a nõ
ſit in ſapientia hominũ ſed in uirtute dei.
7. ¶ Qui interpretes patienter & humiliter
aliorum ſententijs acquieſcunt: hij ex ſpe-
ciali dono gratię libenter accedunt ad cõ-
munem peritoꝝ expoſitionem, pręſertim
ab eccleſia receptã. Quippe oẽs orthodo-
xi unanimi ſententia in ſacrę ſcripturę ſen
ſu, quaſi uno ore cohęrent: quemadmodũ
1. Corin. 1. post prin. Paulus nos obſecrat, ut idipſum dicamus
omnes & non ſint in nobis ſciſmata: ſimus
autem perfecti in eodem ſenſu & in eadẽ
ſententia. Perſpecta uero inter expoſito-
res tanta unanimi concordia: quis dubitat
eandem emanare a ſpirituſancto: qui deus
eſt pacis & concordiæ, ac hoſtis altercatio
2. Corin. 10 in prin. num: Paulo perhibente: Arma militiæ no
ſtræ non carnalia ſunt ſed potentia dei ad
deſtructionem munitionũ, conſilia deſtru
entes & omnem altitudinem extollentem
ſe aduerſus ſcientiam dei & in captiuitatẽ
redigẽtes oẽm intellectum in obſequium
Chriſti. Acſi dicat: Spirituſſancti arma nõ
eſſe ex carne neq̧ cupiã offenſiua, ſed uir-
tute diuina Chriſtianę deſeruire unioni.
8. ¶ Quobrem quilibet in credendo, ſine cõ-
tentione potius ſequi debet uiam coẽm ꝙ̃
ſectam ſingularem; plus credere alijs eru-
ditis ꝙ̃ ſibi ipſi: & ſic erga eccleſiam humi
Eſaie 66. in prin. lis eſſe atq̧ obediens. Inquit. n. dñs: Ad quẽ
reſpiciam: niſi ad pauperculum & cõtritũ
ſpiritu & trementẽ ſermones meos. Sic &
antiqui doctores fuerunt eccleſiæ obedien
tes, humiles & deum timentes: Non. n. ad
plauſum uel fauorẽ: nõ ad affectum priua
tum uel adulationẽ hominũ ſcripſerunt et
docuerunt: ſed ex uera charitate dei hono
rem & proximi profectum prę ſe tulerunt
1. Corin. 13 in prin. in lenitate & patientia. Paulus lingua an-
geloꝝ loquentem ſed caritate uacuũ, cõ-
parat eri ſonanti & cymbalo tinienti. Illos
itaq̧ antiquiores moderni ſequi deberent

neq̧ alijs, maxime ſuperioribus, detrahere
uel eos (ut ſolent) contumelijs afficere, ad
contemptum & odium populi: quem po-
tiſſime haberent a malo abigere & ad bo-
num promouere ac tranſgreſſores admo-
nere & charitatiue arguere in faciem, nõ
poſt tergum. Dauid. n. loquebatur in con- Psal. 118.
ſpectu regum: & baptiſta Herodem in fa- Mar. 6.
cie arguebat, dicens: non licet tibi habere post prin.
uxorem fratris tui.
¶ Eccleſia catholica ſacrę ſcripturæ inter- 9.
pretationes ab aliquibus, nõ paſſim ab om
nibus, doctorib. hactenus acceptauit: Prę-
cipue quęcũq̧ ſcripta prophetaꝝ uel apo-
ſtoloꝝ aut aliorum antiquoꝝ patrum ec-
cleſia approbat uel in uſu ſeu legittima cõ-
ſuetudine obſeruat: ea cẽſentur inſpirata a
ſpirituſancto eccleſiæ cohabitante. Vnde
hæc regula elicitur: Sacra ſcriptura eſt in-
terpretanda nõ proprio ſenſu ſed illuſtra-
tiõe ſpirituſſancti, a quo emanat. Qui pro
hominum neceſſitate enucleare ſolet dei
mentem & limitare ſententiã eius in ſcri-
ptura compręhenſam. Cuius illuſtratio ſa
num intellectum pręſtat indoctis, aſtipu-
lante propheta: Declarat. o ſermonũ tuoꝝ Psal. 118.
intellectum dat paruulis, i. humilibus. San
ctius ergo & ſecurius tibi eſt auſcultare ec
cleſiæ & doctoribus catholicis in ſuis con
cordibus interpretationibus: ꝙ̃ modernis
in coꝝ diſſonis pręſumptionibus. Paulus
te docet, nõ plus ſapere ꝙ̃ oportet ſapere: Roma. 12 in prin.
ſed ſapere ad ſobrietatem & unicuiq̧ ſicut
deus diuiſit menſuram fidei: nempe ut in
ea maneat & directe incedat unicamq̧ ec
cleſiam ſequatur. Vna enim dumtaxat ue Ephe. 4.
ritatis eſt uia: de qua ſcribitur: hęc eſt uia, Esaie 30. post me.
ambulate in ea & non declinetis neq̧ ad de
xteram neq̧ ad ſiniſtram. Item interroga- Hiere. 6. post me.
te de ſemitis antiquis quæ ſit uia bona &
ambulate in ea, & inuenietis refrigerium
animabus ueſtris. Igitur in occurrentibus
modo erroribus fidei & ambiguis ſcriptu
raꝝ expoſitionibus, unanimem eccleſiæ
ſenſum imitare atq̧ tene: quemadmodum
te tui, pbi ſeniores docuerũt: donec eccl'ia
aľr determinauerit. Saluator nr̃ nõ ſinit pi
culoſo errore diutius agitari eccleſiã: Cui
cõſueuit freq̃nter ſubuenire p ſpm̃ſanctũ:

qui in eccleſia eſt uelut anima in corpore, (Johan.16. poſt prin.) & cum ea habitat ut ſponſus cum ſponſa: ipſamq; pro temporis comoditate ueritatem docet omnem.

10. ¶ Q, ſpũſſanctus ſemper ſit apud eccleſiã, (Johan.14.) palam inſinuat dñs his uerbis: ego rogabo patrem meũ & alium paraclitũ dabit uobis (nempe eccleſiaſticis mẽbris) ut maneat uobiſcum in æternũ, ſpm̃ ueritatis: nõ relinquam uos orphanos: paraclitus aũt ſpiritusſanctus docebit uos omnia (.ſ. pro tpe oportuna) & ſuggeret uobis omnia quæcunq; dixero uobis. (Johan.16. poſt prin.) Item Adhuc multa habeo uobis dicere, ſed non poteſtis portare modo: cum aũt uenerit ſpũs ueritatis: docebit uos oẽm ueritatem: non.n. loquetur a ſemetipſo, ſed quæcunq; audiet, loquet & quę uentura ſunt, annunciabit uobis: Ille me clarificabit, quia de meo accipiet & annunciabit uobis. Huiuſcemodi promiſſiones factæ ſunt non ſolis apoſtolis tunc præſentibus, ſed etiam toti eccleſię per apoſtolos repræſentatæ. Paulus ea tempeſtate perſecutor erat, non diſcipulus Chriſti: qui nihilominus poſtea per ſpm̃ſanctũ edoctus eſt atq; locutus: ſicut & ipſe Thimotheo fatet. (1.Thim.4. in prin.) Eſt itaq; pie pręſumẽdũ, quod Chrs ſuæ eccleſiæ exulanti tum in ſacrarum lrarum interp̃tatione, tum etiã in alijs neceſſarijs, impartiat grãm ſpũſſancti: qui potiſſimũ locutus eſt p ſanctos pres & catholicos doctores: ac eiſdem, quantũ nræ ſaluti congruit, ueritatis apices inſtillauit. Quapropter perſona ſpiritusſancti cum ſuo gratuito influxu a reliquis duabus diuinis perſonis huc miſſa eſt, (Johan.14. in fi.) ut eccleſiæ aſſiſtat omnemq; ueritatem ſuggerat.

11. ¶ Spũſſancti influxus in eccleſiam uniuerſalem eo apparet, q2 idem ſpũs influit in eccleſias ſingulares, hoc eſt, in hoies deuotos, quorum corda replet: nam cõtritio, patientia uel deuotio tua nõ eſt ex te, ſed ex ſpũſancto: (Roma.8. poſt me.) qui poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilib. Siquidẽ ſpũſſanctus ſolet uiſitare mẽbra eccleſiæ ueluti templa ſpecialia: multoplus dignat fouere eccleſiã generalem, nempe illius rectores ul' regimina: ac in ſuis incomodis arduiſq; cauſis ſubuenire, ſpeciatim cõtra hęreſes; a quibus deus nunq; paſſus eſt uinci eccleſiã: quę (ut ſpero) aduerſus iam currẽtes hęreſes tandẽ uictrix euadet. Eſt pfecto impoſſibile, in eccleſiaſtica neceſſitate ocioſum eſſe ſpm̃ſanctum. Cui tanq; fundamento ſolido innitit (1.Thim.3.) ṽitatis fulcimentũ & fidei colũna: quæ eſt eccleſia. Attñ ſpũſſancti inſpiratio nõ uirtute ſenſibili ſed interna, per doctrinam ſcribẽtiũ ſeu pdicantiũ, ṽitatẽ reuelat. Spiritus.n. (Johan.3. poſt prin.) ubi uult ſpirat & uocẽ eius audis et neſcis unde ueniat aut q uadat. Igit ſpũs (Eccle.11.) dei loquit, nõ ipſi doctores: qui occulta inſpiratione ea quę docent excipiunt. Et q̃uis hęc inſpiratio attribuatur ſoli ſpiritui ſancto, conuenit tamen toti trinitati ut habitum eſt ſuperius capitulo vij. §. vij.

12. ¶ Ex quo aũt ſpũſſanctus ſemper aſſiſtit eccleſiæ: ea igitur merito habet a Chro cõceſſam & plenã facultatẽ declarãdi paſſus ſcripturæ ambiguos & obſcuros. Præterea incidentes in fide errores determinandi, ſcripturã ſcriptura cõcordandi aut dilatandi aut reſtringendi ſecundũ tpis & hominũ qualitatẽ: de cetero q̃q; inueſtigandi abdita ſcripturarum: quẽadmodũ olim nonnulli articuli, utpote purgatorij & indulgẽtiarum ac alij, nondũ euidẽter patentes, diuina inſpiratione & ſedula doctorum inquiſitione hactenus elucidati ſunt: ita de cætero plęraq;, in ſcripturis modo recondita, exigente oportunitate, quando & q̃modo ſpũi ſancto uiſum fuerit, ſucceſſu tpis pateſieri poterunt. (Math.20. in prin.) Ob id dñs nos admonet in uinea ſua ſollicite laborare ab hora tertia uſq; ad undecimam, .i. ab initio eccleſiæ uſq; ad diem nouiſſimum. ocioſi deniq; reprehenduntur & in opere aſſiduis pręmium uitæ æternæ promittitur, (Eccl 24. ante fi.) (Dani.12. in prin.) præſertim qui ad iuſtitiam erudiũt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates fulgebunt. Quæ igitur doctores ex ſacra eliciunt ſcriptura, ea non ſunt mera hominum placita ſed diuina decreta: per quę ſcriptura reſeratur, (Deute.4. in prin.) non uiolatur: nec quicq; uerbo Dei additur nec detrahitur, ſed id in ſenſum ſanum reducit. Eccleſia nunc eandẽ quã olim habet a Chro poteſtatẽ oĩa neceſſaria in republica Chriana agendi, p ſummum reliquoſq; pontifices ac per paſtores & doctores

& doctores, in his a Chriſto ordinatos &
per eccleſiam electos; ut ſua doctrina po-
pulo pręſint ac in ſacramentis & doctrinis
gratiam ſpirituſſancti impartiantur.
13. ¶ Eiſdem paſtoribus, ceu uicem Chriſti
gerentibus, credi oportet in ſuis interpre-
Luce 10. tationibus ab eccleſia receptis: qui eos con
temnit, Chr̄m contemnit, Paulo atteſtan-
1. Theſſ. 4. te: qui hęc ſcilicet dogmata eccl'ię ſpernit,
non hoīem ſpernit ſed deum, qui etiam de
dit ſp̄m ſanctū in nobis. Per iſtos ſignifican
tur catholici doctores, quorꝫ doctrinā ec-
cleſia acceptat uel in uſu laudabili uerſari
ꝑmittit non abſꝗ nutu diuino. Proculdu-
bio deus ſuam eccl'iam & capita eccleſia-
ſtica nō eſt paſſus tanto tp̄e, ultra mille q̄-
dringentos annos, errare & fideles docto-
res preſꝗ ſanctos tamdiu incaſſum ſcribe-
re ex ſpū erroris: ac primū nunc tp̄is ſuum
ſp̄m ſanctū mittat apoſtatis & lubricis cle-
ricis alijſue impijs, elatis odioſiſꝗ doctori-
bus; quorꝫ ſecta hoc infœlici tp̄e in germa
nia exorit̄, qui tanta arrogantia & impieta
te in eccleſiam & eius miniſtros graſſant̄
ac tot uitijs & ignominijs ſcatent, ut ꝓpin-
quiores ſint diabolico q̄ꝫ ſancto ſpūi. Is non
habitat apud diſcolos uel temerarios, ſed
Eſaie 66. reſpicit ad contritos ſpiritu & diſciplinæ
Sap. 1. in prin. effugiet fictum. Veri igitur Chr̄iani per-
uerſorum doctrinis non acquieſcunt: ſed
obedientes legittimis paſtoribus, eorum
Johan. 10. in prin. uocem audiunt: hos ſequuntur atꝗ iuben-
Math. 23. in prin. te euangelio faciunt & ſeruāt omnia quę-
cunꝗ uice dn̄i dixerint & docuerint: oues
Johan. 10. poſt prin. nanꝗ ſciunt ſui paſtoris uocem, reſpectu
officij, eſſe a ſpirituſancto.
14. ¶ Obſeruandum itaꝗ eſt quicquid eccle-
ſia per ſuos miniſtros diffinit & annūciat
uſꝗ ad eius declarationem ulteriorē: nec
quiſquam contra moliri nec peregrina
dogmata inferre debet. Quod nos theuto
nes modo minime obſeruamus, antiquos
patres & ſanctos doctores deriſui haben-
tes, eorꝫ approbata dicta & ſanas doctri-
nas abijcientes et nec legere nec audire cu
rātes: ut merito de nobis intelligat̄ illud ꝓ-
2. Thim. 4 in prin. noſticū: Erit, n. tēpus, nēpe præſens nr̄m,
cum ſanam doctrinam non ſuſtinebūt ſed
ad ſua deſideria coacervabūt ſibi magr̄os
prurientes auribus, & a ueritate quidem
auditum auertent, ad fabulas autem con-
uertentur. Vulgo quidem imperito bene-
ſonat in auribus quicquid pro ſuo deſide-
rio enunciatur: nempe ſi ſuperioribus prę
cipue paſtoribus detrahit̄: ſi leuibus preſ-
byteris connubia conceduntr̄, una cum ho
rarꝫ canonicarꝫ neglectu: ſi religioſis apo-
ſtaſia & uoti trāſgreſſio admittit̄: ſi nobiles
ꝓuocant̄ ad direptionē bonorꝫ eccleſiaſti
corꝫ, quibus ditentur: prout olim in bohe
mia perpetratū & ante triennium in ger-
mania per ſocietatē Franciſci ſickinger at-
tentatum eſt: item coniugatis adulteria ꝑ-
ſuadere: ſubditos a frę no obedientiæ laxa
re & cōmouere ut contra ſuperiores inſur
gant: ac demū oēm legem caſſare & dice-
re, peccatum non eſſe peccatū: bona opera
non eſſe bona nec facienda. Tali dogma-
te conantur peſtiferi doctores omnē Chri
ſtianum ſtatū ſubuertere & uulgo blandi
ri: unicuiꝗ dicere quod lubens audit. Sub
capite deniꝗ leuiorꝫ clericorꝫ & laicorum
ponūt puluillos, ut pro ſua uoluptate in fla
gicijs ſuauiter dormiant: & ſic decipit̄ cō-
munis populus. Vę aūt illis qui conſuunt Ezech. 13. ante fi.
puluillos ſub omni cubito manus & faci-
unt ceruicalia ſub capite uniuerſæ ætatis
ad capiēdas animas. Dicti quoꝗ ſeducto-
res ad ſuas peruerſas doctrinas ſtabiliēdas
adducunt ſacras ſcripturas ad ſuam malā
intentionem detortas, uelut in ſequentibꝰ
patebit.

QVINDECIMVM CAPITVLVM. De peruerſa interpretatione ſcripturæ.

SAcræ ſcripturæ expoſitio poteſt
fieri per eruditos; ſed eſt acceptā
da & affirmanda per eccleſiam et
ſuos rectores, alioquin a nemine rata ha-
benda. Nam ſi taliſmodi expoſitio: quam
eccleſiaſtica ſuperioritas: utpote papa in
conſiſtorio Cardinalium uel uniuerſalē
Concilium in ſua ſeſſione, acceptat & con
cludit: non eſſet rata nec firmiter tenen-
da: acſi unuſquiſꝗ, reiecto communi ecclē
ſiæ ſpiritu, ſuum propriū ſpūm temerari-

ſequi poſſet: tunc ueris doctoribus pręua
lerent ſalſi: qui frequenter loquaciores illis
ac proteruiores & ad mundana aſtutiores
ſunt: Quiuis pro ſuo ingenio præſumeret
ſcripturam explanare ac intelligere prout
ſibi libitum fuerit. Inde ſcriptura tot ſorti
retur interpretationes & deſignationes,
quot eſſent capita: in dei offenſam: quoni-
am ſacra ſcriptura in ſeipſa ſolum unica eſt
ueritas, nõ incerta nec diuiſa. Per diuiſam
uero expoſitionem eccleſia catholica in ſu
is ſalutiferis, ſolidis & concordibus doctri
nis peſſundaretur, deſtrueretur & intrica
retur uſq; adeo ut nemo ſe quouiſmodo re
ſoluere poſſet. hac tandem diuiſione Chri-
ſtianiſmus funditus euerteret̃: prout mo-
do in quibuſdam alemanię locis ferme to-
tus prohdolor aboletur. Nemini igitur li-
cet ſacram ſcripturam aliter intelligere uł
interpretari, ꝙ iuxta intellectum & inter-
pretationem doctorum, ab eccleſia rece-
ptorum, & quaſi ex ſpirituſancto ſcriben-
tium. Siquidem autoritas diſcernẽdi quid
a ſpũſancto ſit nec ne, ſoli cõpetit eccleſię.
Cui fidem adhibere debemus, ceu matri
noſtrę: quam Chr̃s in ſui abſentia per ſpi-
ritũſanctum gubernatricem cõſtituit ſup
nos tanq̃ ſua membra. Quobrem ſicut per
eccleſiam & eccleſię pr̃es certo nobis intõ
nuit quęnam ſit uera: quæ ſit ficta ſcriptu
ra: ſic per eoſdem haud minus innoteſcet,
qui ſit uerus uſus ueraq; ſcripturę interp̃-
tatio: cum utrobiq; ſpirituſſanctus operet̃.
2. ¶Qui uero ultra cõmunem doctorꝝ inter
pretationem ſingulare quid aſtruit, eccle-
ſię determinationẽ diſſoluere contendẽs:
is certe excitat̃ ſpũ maligno: qui hoſtis eſt
& eccleſiæ & indiſſolubilis concordiæ. Pa
riter ſunt diaboli ſatellites, qui eccleſiæ do-
ctrinã uel expoſitionẽ non acceptant uel
in ea quicq̃ incõueniens fingunt: cõfuſio-
nẽ in eccleſia, errores in fide & in ppł'o ſcã
Roma. 16. in me. dalum excitãtes. A talibus Paulus nos prę
monuit, ut obſeruemus eos qui diſſenſio-
nes & offendicula faciũt pręter doctrinã,
quã maiores nr̃i nobis tradiderunt, ab illis
neotericis doctoribus declinare debemus:
qm̃ Chriſto dño non ſeruiũt ſed ſuo uen-
tri & ꝑ dulces ſermones & bñdictiones ſe-
ducunt corda innocentiũ. Deuitare deni- 1. Thim. 6. in fi.
q; debemus oẽs, qui eccł'ię eiuſq; cõmuni
doctrinę aduerſant̃, pręſumẽtes aliqd ſin-
gularitatis moliri cõtra ꝓhibitionẽ apł'i,
dicentis: Nolite cõtriſtari ſpũmſanctũ dei, Ephe. 4. in fi.
in q̃ ſignati eſtis in die redẽptionis. Maxi-
mopere uitãdi ſunt hæretici, qui poſt unam Tit. 3.
& alterã correptionẽ obſtinati ꝑſtiterint: 24. q. 3. dixit apo-
quia ſubuerſi ſunt & ꝓprio iudicio condẽ ſtolus.
nati: ſiquidẽ ſacram ſcripturã ſecundũ nu
dam lr̃am interp̃tantes, ſuam ꝑuerſam ſen
tentiã pertinaciter defendũt, ad ſuã ipſorꝝ
perditionẽ. Idcirco pręmonet nos Petrus
dicens: Vos cuſtodite, ne inſipientiũ erro- 2. Petri 3. in fi.
re traducti, excidatis a propria firmitate.
Chriſtus deniq; nos docuit huiuſmodi fal
ſos paſtores cauere, dicẽs: Venient ad uos Math. 7. in me.
in ueſtimentis ouium: intrinſecus aũt ſunt
lupi rapaces. Qui itaq; apoſtatas doctores
imitantur (quemadmodum nõnulli theu-
tones modo nituntur) credunt nequitiæ
ac ſanctum aſpernantur ſpiritum: qui per
ſuos doctores & diuos patres in eccleſia Math. 10.
hactenus locutus eſt atq; ſcripſit.
¶ Tales peruerſi apoſtatæ tempore iam 3.
pręterito in alemania ſunt ſuborti: ſe alie-
nantes ab eccleſia eiuſq; unanimi interpre
tatione, nouas cõfingunt gloſſas ſuper nõ
nulla ſcripturæ puncta, pro ſuo libitu ad
intentionem eorꝝ temerariam retorta: con
fiſi magis de ſua q̃ aliorꝝ ſapientia. Ingenio
quidem acuti ſunt, ſemper diſcẽtes, nunq̃ 2. Thim. 3. poſt prin.
tamen ad cognitionem ueritatis peruenië
tes nec ad certam fidẽ accedunt, continue
curioſi atq; ambigui. De ipſis quippe uati
cinatum eſt: In nouiſſimis diebus (iam cur 2. Thim. 3. in prin.
rentibus) inſtabunt tempora periculoſa
& erunt homines ſeipſos amantes, cupidi,
elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non
obediẽtes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione,
ſine pace, criminatores, incontinentes, im-
mites, uolupratum amatores magis q̃ dei:
habentes quidem ſpeciem pietatis, uirtu-
tem autem eius abnegantes. Hic animad-
uerte, q̃ accomodate huic uaticinio qua-
drãt Lutherani in ſingulis articulis. Impri
mis eccleſiæ catholicę rebelliſant: al'r cre-
dẽtes q̃ eis probi ſui ſeniores tradiderunt:
temporibus prohibitis carnes deuorant:
omni co-

omni conatu uoluptatibus incumbentes.
Quomodo cætera eorum uitia in eodem
uaticinio taxantur, facile elicitur: Nam ue
luti turgidi & glorioſi, ſcientia uolunt ui-
deri prediti: diſcentes uaria ideomata, nē-
De onere ecclesie ca. 41. §. 7. circa fi. pe hebræum & græcum; hoc eſt iudaicū
ac ethnicum: præſertim poeticum idolati-
cis figmentis & fabulis plenum: acſi fides
catholica in linguis multipharijs & uerbis
deterſis conſiſtat: propterea in ſuis ſcriptis
& ſermonibus utuntur tum eleganti lati-
no, tumetiam lepido theutonico: contra
1. Corin. 2. in prin. morem beati Pauli: cuius ſermo uel ſcri-
ptura non in perſuaſibilibus humanæ ſapi
entię uerbis; ſed in oſtenſione ſpiritus &
uirtutis fuit.

4. ¶ Nouo iam modo ſacra pagina translata
eſt ex ueteribus bibliæ codicibus tum he-
braicis tum grecis, nimirum per iudeos &
græcos, ceu romanę eccleſię hoſtes, ſæpe-
numero deprauatis & ſiniſtre contra no-
uum teſtamentū extenſis ad capiendū mi
ſellos Chrianos. Prohpudor nos patrios
2. Mach. 4. De onere ecclesie ca. 19. §. 6. honores nihil habentes, iudaicas palęſtras
& græcas glorias arbitramur eſſe optimas:
Tametſi exploratum habeamus, ab initio
Iudæos hactenus fuiſſe capitales Chriſti
inimicos: blaſphemos uirginis Mariæ: æ-
mulos, oſores deriſoreſq; Chrianæ religio-
nis; qui deum pluries tentarūt; ſuis pollutis
manibus diuiniſſimū eucharistiæ ſacmen-
tum laniando, perforando & comburēdo.
Item imagines Chri ſanctorumq; eius frequē
ti ludibrio affecerū:: innoxios deniq; infan
tes crudeliter aliquando tormentarūt. Sa-
cram inſuper ſcripturam ſolo carnali ſen-
ſu, iuxta nudam literam, non typico intel-
lectu, trutinant; ideo a domino reprehenſi
Matth. 22. ante fi. Matth. 15. poſt prin. ſunt dicente: Erratis neſcientes ſcripturas
neq; uirtutem dei, Propterea ſuadet nobis
dñs: ut iudæos ſinamus quia cœci ſunt &
duces cœcorum. Atqui magis cœci ſunt
qui ſequunt interpretes hebraicos noſtra
§. 41. §. 14. De onere ecclesie c. 15. §. 8. etate emerſos, Pariter & græci iam olim
aduerſus latinam eccleſiam inſurrexerūt:
in plæriſq; fidei articulis diſcrepantes: tan-
dem penitus a uera fide defecerunt, nunc
paganiſantes, Vnde preſumuntur textum
ueteris & nouæ legis falſificaſſe & ad ſuā

ſuperſtitionem torſiſſe. Ex preſcriptis alijſ
ue rationibus maior fides adhibenda eſt
Hieronymo cæteriſq; diuis interpretibus:
qui multis antea ſæculis ex hebrɇo & grę
co ſacrā ſcripturam in latinum uerterunt;
q̄ modernis: qui ex iudæorum & grecorum
codicibus nouam tranſlationem colligūt;
quoniam ijdem infidelium codices interea
plurimum deprauari potuerunt. Abſur-
dum itaq; eſt in eiſdem peregrinis codici-
bus ueritatem ſeu interpretationem ſacræ
ſcripturæ inueſtigari.

¶ Sed peruerſos doctores corā peritis nō 5.
pudet, ſcripturā aut aſtute peruertere aut
calumnioſe exponere & ueritatem pallia-
re; dum potiſſime propriam laudem & in
anem gloriam uenantur apud imperitum
populum: cui etiam cum ſuis nugis ueri-
dicos doctores odioſos reddunt atq; ſupreſ
ſos. Nam ubi peruerſi ſe cum ſcriptura cō
tra ueritatem defendere nequeunt: utunt
diabolicis uociferationibus & armis: ut po
te ueridicos doctores deſpiciendo, irriden
do, contumelijs & cōuitijs laceſſendo, ma
ledicendo, iudicando & condemnando: Et
tamen eos nemo conſtituit iudices ſupra Luce 12. poſt prin.
illos neq; ad interpretandum ſcripturam
neq; ad iudicandum alios, Quis unq̄ cōtra
priſcos moderноſq; orthodoxos audiuit
uel legit enormiores irriſiones, atrociores
iniurias, rabidiores latratus, infeſtiores inſi
dias, auſteriores paſſiones ac immaniores
truculentias, q̄ ex Luthero ſuæq; faction is
complicibus, Talis horrēda indiſcretio nō
a bono deo ſed a maligno Belial manat, iu
xta illud: Bona doctrina uiri noſcitur per Prouer. 19. ante me.
patientiam: Quæ quidem nuſq̄ liquet in
Lutheranis: quorum dogmata & mores
uerbo dei minime conueniunt: quinimo
undiq; diſſident euangelicis diſciplinis ac
mandatis: ubi præcipue iubemur in no- Luce 21. in me.
ſtra patientia poſſidere animas nr̄as, Enim
uero prædictus Lutheranorum impius mos
certum eſt argumētum eos, una cum ſua
inueterata & prophana doctrina, eſſe a di
abolo, inſtigante homines ad extollentiā
& rebellionem: ad Ironiam & blaſphemiā;
ad iniuriam & leuitatem. Huiuſmodi igi-
tur Lutheranos ceu alienos paſtores non

Iohan.10. in prin. auſcultare ſed fugere debetis,ſatis inſtru-
cti eorum uocem eſſe diaboli & progredi
ex antiquatis hæreſibus: quæ ante plura
centenorum annorum curricula aduer-
ſus eccleſiam ſucceſſiue inſurrexerunt &
diuturno tempore in abyſſo inferni ſepul
tæ iacuerunt; ſed prohdolor noſtra ætate
in alemania a nouo foras prodeunt: nobis
theutonibus in ſcandalum & ignominiã
ac multis ad perpetuam damnationem.

6. ¶ Ad decuſandam malitiam & palliandã
falſam doctrinam,præfati ſubuerſi magi-
ſtri non ſatiantur oblocutionibus, deriſio-
nibus,blaſphemijs et uituperijs;quibus ap
probatos doctores bonoſq; uiros a tergo
afficiũt: ſed priſcos ac modernos nugaces
magiſtros laude & præconio extollunt;ta
metſi ijdem iamdudum ac nunc pro hære
ticis ſint conuicti & damnati ac eo ab ec-
cleſia reiecti: ueluti Manicheus, Vuiclef,
Hus eiuſq; conſors Hieronymus: qui am-
bo in concilio Conſtantienſi per ſententi-
am ad ignem iudicati ſunt, occaſione pau-
corum articulorum: quorum Lutherani
in ſua hæreſi plus quadruplo excitant. Ve
rum heretici ſolent ſe & ſuos autores ia-
ctitare pro approbatis doctoribus boniſq;
Chriſtianis; iuſtos autem doctores & ue-
ros catholicos eſtimare ꝓ hereticis & ma-
lis Chriſtianis. Et ſic ueritatem in nugas
& nugas in ueritatem peruertunt,de qui-
Eſaie 5. ante fi. bus Eſaias ſcribit: Væh illis qui bonum
malum & malum bonum aſſerunt, & te-
nebras lucem & lucem tenebras appellãt.
Præterea dicti perfidi magiſtri oſtentant
ſe ſingulares eſſe promotores ſalutis hũa-
næ;fingentes acſi laicos liberauerint ex er
roribus & grauaminibus, a clero eis impo
ſitis. At ipſi ſub tali prætextu inueſtigant
2.Pet.2. in prin. proprium quęſtum: prout Petrus eos ta-
xat dicens: In auaritia fictis uerbis de uo-
bis negociabuntur. Nam prima frõte,mo
Math.7. in me. re luporum, ueris paſtoribus abſtulerunt
oues eis creditas, una cum debito uictu:
quem paſtores a ſuis ouibus hactenus iu
ſte habuerũt. per hoc indirecte falſi docto
res pro ſuo libitu emolumenta conſequũ-
tur a laicis: quibus non ſolum late fruun-
tur; ſed eos quoq; ac fere totam germani-
ã ad egeſtatem redegerũt, iuſto ſcilicet
iudicio dei; Cui ſiquis dignum non impen
dit honorem, nec ſuo proximo debitũ ex-
hibet; illi deus neceſſariam ſuſtẽtationem
non concedit. Verum quando noſtri ma-
iores deo obſecuti: eccleſiaſticis ordinatũ
ſtipem præſtiterunt: ipſi & poſt eos nos
honoribus & uictualibus dotati fuimus.
poſtq; uero falſa doctrina ſeducimur: a
communi eccleſia deficimus; diuinum cul
tum negligimus & totam ſpũalitatẽ dere
linquimus, cogimur igitur malos tolerare
fructus, ex noſtro malo diſceſſu pullulan
tes; ijdem fructus ſunt eliquatio clenodio-
rum & conſumptio rerum omnium eccle
ſiarum. Vnde decor eccleſiaſticus & cul-
tus diuinus conticuit & eius loco ditantur
atq; decorantur nebulones, diu noctuq; e-
pulis & uoluptatibus incumbentes, abſq;
diſcretione prohibiti temporis uel cogna-
tionis, ſpretis etiam omnibus uotis, gradi
bus & legibus. hoc pacto pſeudo docto-
res ſuos ſequaces traxerunt de ſpiritu ad
carnem; de uirtutibus in uitia: a deo ad di
abolum; de cœlo uſq; in Infernũ. De qui-
bus Paulus ponit: Qui in carne ſeminat, Gala.6. in me.
de carne & metet corruptionem. Præmiſ
ſi itaq; fructus creſcunt ex noſtra ſecta mo
derna cum iactura totius Germaniæ.
Hinc liquide apparet dictos nouos docto
res eſſe falſos prophetas & antichriſti pre
curſores,a diabolo miſſos.

7. ¶ Præterea huiuſmodi proterui doctores
communi populo grati ſunt atq; bene ſu-
ſcepti; ad eos conuolant omnes uicini, no-
uum audituri mirum: quod ſatis laudare
& extollere nequeunt: quemadmodũ ſcri
ptum eſt de incolis & aduenis Athenien-
ſibus: qui ad nihil aliud uacabant, niſi aut Actu.17.
dicere aut audiř aliquid noui ſeu rari. Pau
lus igitur nos aduiſat deuitare prophanas 1.Thim.6. in fi.
uocum nouitates & appoſitiones falſi no-
minis ſcientiæ: quam quidam promitten-
tes circa fidem exciderunt. Hanc autem
ſalubrem Pauli admonitionem noſtrates
tirones aſpernantur et nouam peruerſam
amplectuntur doctrinam. Ex ea tamen ni
hil fundamẽti neq; boni hauriunt neq; no-
runt quo tendat aliorſum q̃ ad cleri odiũ

& laicorum

& laicorum offendiculum: præſertim ad euomendum ignitum rancorē: quem uirulenti laici ſuis pectoribus aduerſus eccleſiaſticos diu abditum detinuerunt: qui una cum ſua malicia per falſam doctrinā uiolenter hoc tempore reuelatur: ut Paulus teſtatur: Iam enim myſterium operatur iniquitatis. In eccleſia quippe non eſt peius malum ꝙ Chriſtianos ſuis inuidere ſacerdotibus & alienis obtēperare. Quicquid forenſes mendacijs & fallacijs dicunt aut ſcribunt: hoc totum coram communi uulgo euāgelicum & ſanctum cenſetur. Quod autem probati uiri & uere profeſſi (nempe adhęrentes eccleſiaſticæ ueritati) prędicant aut operātur: hoc totum improbatur, ſubſannatur, annihilatur & ſtultum nuncupatur: eo modo quo Chriſtus & eius uera fides una cum bonis Chriſticolis apud mundum frequenter deriſui & contemptui habiti ſunt & ad huc habentur. Ad quod iſta quadrat ſententia: Nos prædicamus Chriſtum crucifixū: Iudęis quidem ſcandalum: gręcis uero ſtultitiam. Nam mūdi aſtutia coram deo ſtultia eſt: ediuerſo dei ſapientiam putat mundus eſſe ſtultitiā. Hinc æterna ſapientia Chrūs tanꝙ ſtultus eſt deſpectus: eo ipſo uaticinante: Filius hominis tradetur gentibus, irridetur & conſpuetur. Huiuſmodi illuſionem poſtea dominus ſuſtinuit in ſui ludibrioſa coronatione, uelatione & conſpuitione ſuæ faciei ſacratiſſimæ: pariter in alba ueſte: qua ipſum indutum ſpreuit Pilatus cum exercitu ſuo. Eum deniꝗ deridebant principes & illudebant milites: uelut in euangelio continetur.

1. Theſſ. 2. 6.q.1. ſunt plerumq.
1. Corin. 1. ante fi.
Lucæ 18. ante fi. Lucæ 22. in fi.
Lucæ 23. poſt prin.

8. ¶ Boni itaꝗ uiri, pręſertim ueritatis concionatores, ſunt communi populo primitus minime accepti: imo contempti & exoſi ac per reprobos crebro pœnis afflicti: in exilium acti uel omnino neci dati: prout noſter ſaluator diſcipulis & reliquis miniſtris ſuis ueritatiſꝗ nuncijs prædixit: Ecce ego mitto uos ſicut oues in medio luporum: cauete autem ab hominibus, tradent enim uos in concilijs & in ſinagogis ſuis flagellabunt uos, & ad reges & præſides ducemini propter me: & infra: Morte eos efficient & eritis odio omnibus hominibꝰ propter nomen meum. Item O popule Iheruſalem (nempe impij laici in eccleſia) tu occidis prophetas & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt. Pariter recta Chriſti uia ambulantes in hoc ſæculo a communi plębe indies contemnuntur, irridentur, odiunt ac peſſundantur ob ueritatem: quæ frequenter odium parit: quoniam mundus mendacijs plenus, patri mendacij, ceu eius principi, ſubditus exiſtit. Vnde ſæculares auidius auſcultant figmenta ꝙ uera geſta: Necnon falſis magiſtris aſſentiunt & ueris doctoribus ineptias aſcribunt, hac impia mēte communis populus iudaicus petijt Barrabam dimitti & Iheſum crucifigi. Iudęi quoꝗ malis perſuaſionibus concitauerunt populum cōtra Paulum & Silam. Prohpudor cunctæ fere communitates alemanicę nationis hodie adeo obcœcatæ & obſtinatę ſunt ꝙ q̄ſi quilibet obſcenorꝝ apoſtatorum, deſperatorum preſbyterorꝝ & erroneorum magiſtrorum dicta & ſcripta acceptet & approbet. Religioſos uero fratres & ſinceros clauſtrales: pariter & legittimos curatores honeſtoſꝗ ſacerdotes reprobet & aſpernetur: odiat & execretur uſꝗ ad extremum. Vereor profecto noſtrates peruerſos tot ſpiritibus errorꝝ obſeſſos & in concepta pertinatia falſaꝗ opinione ſua adeo obduratos eſſe: ut ſine ſingulari dei gratia ad fidei ueritatem reduci, nequeant: autore ſapiente: Peruerſi difficile corriguntur.

Math. 10. poſt prin. & poſt me.
Math. 23. in fi.
Iohan. 8. ante fi.
Math. 27.
Actu. 17. in prin.
Eccle. 1. ante fi.

¶ Propterea ſtatutum eſt, ſciſmaticos nō ſolum euitandos (ut dictum eſt ſup §. ij.) uerumetiam poſt eccleſiæ determinationem aduerſus eos nequaꝗ eſſe diſputandum: ne prauis occaſio prebeatur cum eccleſia ſemper diſceptandi & uulnera prius ſanata rurſus refricandi, in totius eccleſiaſticæ religionis iacturam. Scriptura ſignāter prohibet ne cum huiuſmodi hominibus contendamus uerbis: ſed ſtultas quæſtiones & contentiones & pugnas legis euitemus: ſunt enim inutiles & uanæ, dum taxat ſeruientes ad deſtruendum auditores. Quemadmodū Iamnes & Mambres Moyſi reſtiterunt, ita modo perfidi Chri- 9.

24.q.1. maiores.
2. Thim. 2. in me.
Tit. 3. ante fi.
2. Thim. 3. in me.

ſtiani ueritati reſiſtunt, homines corrupti
mente, reprobi circa fidem: ſed ultra non
proficient; & eorum ſtultitia tandem pan-
detur. Super hac Pauli ſententia, orthodo-
C. de ſum. trinitate. l. nemo. xus cæſar Martianus prohibuit diſputari
cum fidei aduerſarijs uel rurſus repeti arti
culos ſemel determinatos & in eccleſia le-
gittime ordinatos: ne temeraria diſputa-
tione concilio uniuerſali aut eccleſiaſtico
regimini detrahatur aut diffidatur: quan-
doquidẽ ambiguitates fidei plærunq; bo-
no moderamine & ſpiritusſancti inſtin-
ctu determinatæ ſunt atque ſopitæ. Et q̃-
uis in contrarium conati ſint hæretici, ut-
pote Arrius, Pelagius, Manichæus, Hel-
uidius, Iouinianus, Vigilantius, Euthices,
Felix, Albigenſes, Vualdenſes, Viclefus,
Iohannes Hus, Martinus Luther ſuique
conſortes ac plures alij cum ſuis ſequaci-
bus: eccleſia tamen hactenus omnes hæ-
reſes iure uicit: ſed non radicitus extir-
ſ. 16. §. 5. pare potuit: quin ex ueteribus hęreſibus
ſemper noua pullulauerit: prout modo in
alemania exploratum habemus: ubi tam
uęhementiſſima inualuit hæreſis, quanta
forte ab initio naſcentis eccleſiæ uel crea-
tionis mundi non fuit: in qua tanq̃ in tar-
tarea colluuione omnes ferme hæreſes, fal-
tim ſe mutuo compatientes, confluunt &
contra eccleſiam debachantur.
10. ¶ Quocirca uos hortor: ubi compertum
eſt, ſacram ſcripturam alio ſenſu expla-
nari q̃ per orthodoxos patres fideliter ex-
poſita & iamdiu in eccleſia obſeruata eſt
atq; recepta; uelitis huiuſmodi nouam &
inuſitatam interpretationem primitus cau
te ponderare; non ilico amplecti: nec uos
a conſueta cõmuni interpretatione auerte
re, nec leui motu ab eccleſia catholica de
ſciſcere: ſed antea acurate perſpicere, an
noua interpretatio cum ſuo ſpiritu ex deo
progrediatur: an diaboli ſit ſuggeſtio: ne
accuſemini obmiſſi uel fracti uoti & pro-
miſſi, per ueſtrum ſpiritualem patrem lo-
co ueſtri in baptiſmo, deo & eccl'ię pręſti
ti. Ne inſuper coram deo inculpemini
tanq̃ fidefragi, deficientes a ueſtra matre
eccleſia: & tanq̃ contemptores eccleſiaſti
cæ ſuperioritatis, a deo & a lege uobis prę
poſitæ. Iterum atq; iterum uos commone-
facio ne ſeq̃mini alienos paſtores & pſeu-
do prophetas: nempe exiticios monachos
& prauos pręſbyteros uel alios peruerſos
informatores: qui incontinentem, inhone-
ſtam & ſcandaloſam uitam ducunt & uos
de una in aliam hæreſim ſeducunt. Non
q̃ uelim quemq̃ pro hæretico taxare ali-
ter q̃ iure cautum eſt. Nimirum qui pr ę-
ſumit ſacros apices intelligere uel expo- 24. q. 3. heretic.
nere aliter q̃ ſenſus in ſe continet ſpiritus-
ſancti (a quo emanant) is eſt hæreticus cẽ-
ſendus. Et qui ab unitate eccleſiæ ſe con-
tumaciter ſeperauerit; etiamſi ab ea non
penitus diſceſſerit: nihilominus hæreticõ
aſſimilabitur, quemadmodum Hymenæ 2. Thim. 2. in fine.
um & Philotem Paulus hæreticos appel-
lat eo q̃ a ueritate exciderint. Cæterum
hæretica labe notantur qui ſe diuidunt ab
humana natura gignendi: ut ſunt Sodo-
mitæ: de quibus hic ſcribendum non eſt:
ſed dumtaxat de illis qui ſe ſegregant a fi-
delium contubernio ſpiritualis genealo-
giæ. Siquidem omnes Chriſtiani ſunt cõ
muniter ab una matre eccleſia ſpirituali-
ter procreati: qui ab ea ſe diuellit & eius
fidem derelinquit, utiq; hæreticus iudica-
bitur: ut ſequitur.

CAPITVLVM SEXTVM-DECIMVM: De hæreticis.

MAxima plagarum, a deo in homi
nes permiſſarum, eſt apoſtatare a
uera fide & deficere a debita obe-
dientia. Vtrunq; modo in alemania incre-
breſcit, nempe apoſtaſia & inobedientia.
Hoc Paulus prædixit: Quaſi inſtet dies 2. Theſſ. 2. in prin.
domini (utpote tempus ingentis plagæ
permiſſæ hęreſis) quando primum uene-
rit diſceſſio: hoc eſt quando homines ca-
dunt ab eccleſia uniuerſali, nec non a papa
& Romano imperio: quemadmodũ hoc
tempore iam currente euenit: in quo nec
papę, nec cæſari debita obedientia exhibe
tur, quinimo contra papam quædam exe-
crabilis inhumanitas nuper Romæ com-
miſſa ſte

2. Theſſ. 2. miſſa eſt: & uerificatur Pauli pronoſticum: quia modo reuelatur occultum odium: quod in maliuolorum cordibus diu latuit contra ecclesiam & eius miniſtros. 1. Timo. 6. in prin. Proinde Paulus apoſtatam ſeu ſciſmaticum ita deſcribit: Qui non acquieſcit ſanis ſermonibus domini noſtri IHESV CHRISTI & ei, quę ſecundum pietatem eſt, doctrinæ, ſuperbus eſt, nihil ſciens ſed languens circa quæſtiones & pugnas uerborum: ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpitiones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum & qui a ueritate priuati ſunt, exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem. Hęc Pauli deſcriptio liquido claret in modernis noſtris pſeudo magiſtris & populi ſeductoribus. Sicut olim Iheroboam excogitauit aſtutiam ſubuertendi ſynagogam, ſic hac erumnoſa tempeſtate diabolus & ſui uerſipelles ad extirpandam catholicam eccleſiam, iſtam inuenerunt uerſutiam, ut primitus clerici peſſundentur, relegentur ac funditus euellantur: quibus ſi careant Laici, fœlices ſeſe autumnant. At uero Petri nauicula, deficientibus nautis, neceſſe eſt pereat in pelago huius calamitatis. Vnde Acto. 27. ante fi. Paulus ad centurionem & ſuos milites ait: Niſi nautæ in naui permanſerint: uos ſalui fieri non poteritis. Diabolus per ſuam familiam intantum eſt conatus q eiuſdem nauiculæ remi cęteraq; neceſſaria nauigandi inſtrumenta, ſint modo dirupta, diſperſa & deperdita: quoniam ſacramentorum obſeruatio, miſſarum celebratio, cantus, pſalterium, lectio reliquuſq; eccleſiaſticus decor & cultus diuinus pene extinctus eſt. Merito igitur nobis theutonibus apud deum & eccleſiam eius omnis conſolatio & ſpes noſtræ ſalutis ablata cenſetur atq; adempta. Hinc rurſus Paulus inquit: Acto. 27. poſt prin. Nō eſt tuta nauigatio ſed cum iniuria & magna iactura incipit animarum noſtrarum nauigatio. Prout penes nos theutones non amplius eſt debita uel fraterna fidelitas: ſed omnis diſcordia, elatio, contemptus, nulla doctrina ſeu inſtitutio ad uirtutes: ſed ad arrogantiam, auaritiam & quæſtum pecuniarium: ad mendacia & fallacias: ad pugnam & uiolentiam. Qui ualentior eſt, alterum in ſaccum trudit.

¶ Quando doctores inter ſe in fide diſſident (prout iam fit) & tu ueritatem ſcire & credere deſideras: tunc utriuſq; partis mores attende. 2. Siquidem iniqui doctores armis ſe diabolicis defendere ſolent: principio in ſuis doctrinis, ſermonibus & ſcriptis ſingulares ſe reddunt a communibus ſententijs: incedentes cum mentis elatione & ſuperbia: cum faſtus præſumptione & contumacia: uendicant enim ſibi ſcripturarum intelligentiam ultra omnes doctores: quos etiam floccipendere, reijcere, reſpuere & deridere ſolent, in contemptum eccleſiæ: quo rudi plebi perſuadent Auguſtino, Ambroſio, Iheronymo cęteriſq; ſanctis, quaſi reprobatis doctoribus, non eſſe credendum. Verum iidem falſi magiſtri moliuntur commentum ſuę uafrę opinionis plærunq; munire ſub nomine ſacrę ſcripturæ: eam tamen perperam intelligunt ſiniſtreq; exponunt aut peruertunt, aliquid addendo uel diminuendo & ſe pręſus diuidendo a communi interpretatione, concluſa in concilijs & ſynodis ſanctorum patrum & orthodoxorum doctorū. In quorum medio Chriſtus & ſpiritusſanctus proculdubio gratioſius uerſatur, q̄m apud Lutherum & alios apoſtatas & lubricos monachos, malignis ſpiritibus ſtipatos. Iidem pſeudo magiſtri ſeipſos produnt eoq; e ſcriptura uarios errorum colligunt articulos: in quibus ipſi inter ſe frequenter diſſident atq; diſcordant. Et plærunq; utriuſque partis contradictoria opinio falſa eſſe conuincitur: prout exploratum eſt inter Lutherum & Karolſtadium, inter Zuinglium & Oecolampadiū cęteroſq; noue farinæ magiſtros. Hoc pacto peruerſi doctores non ſolum nituntur contra eccleſiam eiuſq; doctores: uerumetiam inter ſe crebro digladiuntur. Imo in nonnullis paſſibus directe ſunt contrarij: nam mentita eſt iniquitas ſibi: qui deuiat, in multis erroneis ſemitis exorbitat: Pſal. 26. in fi. uia iuſta eſt una ſine diſcrimine. Preterea

peruerſi doctores in ſuis ſectis & opinionibus plærunq; ſunt inſtabiles: hodie docent unum: cras aliud: hic iſte album: illic ille nigrum tradit: raro mutuo conſonant: nec diutius in eadem uia perſeuerant, Quottidie aliquid noui, ſtultis auditoribus delectabile, depingunt, longe a ueritatis uia exorbitantes: quoniam falſitas & mendacium incertos habent calles: in quibus errantes frequenter maioribus inuoluuntur erroribus, De illis quidem tumidis magiſtris ſcriptum eſt: Effuſa eſt cō-
Pſal. 106. in fi. tentio ſuper principes & errare fecit eos in inuio & non in uia.

3 ¶ Viciſſim ueri doctores, ceu miniſtri
2. Corin. 6. poſt prin. dei, ſolent unanimiter uti armis iuſtitiæ a dextris & a ſiniſtris: hoc eſt, doctrina ſalubri erga obedientes, & diſcreta reiectione falſi documenti aduerſus hæreticos. Nam ueritas & ueritatis doctrina unicum dumtaxat intellectum habet & certam uiam: quam qui ſequitur, non errat: ſed ambulat per eccleſiam terreſtrem uſque ad cœleſtem, Vbi autem in fide uel ſcriptura ſcrupulus irrepſerit: is dirimendus eſt per rectores eccleſiaſticos: quibus id officij a CHRISTO creditum eſt: ne ſcriptura diſcors appareat, Quapropter pontifices, & antiqui probati doctores ſanctiq; patres (qui concordi concluſione ordinauerunt ea quæ hactenus in eccleſia communiter & diu obſeruata ſunt) merito maioris precij ſunt: tanq̃ boni & conſtantes uiri: q̃ ſinguli moderni & lubrici doctores: qui ſacram ſcripturam falſificant: cōtra eccleſiam temerarie inſultant & communem inſipidum populum ſeducunt ac ad ſeditionem concitant, Quis unq̃ credere poteſt noſtrū pientiſſimum deum tam crudelem eſſe: qui ſuam eccleſiam ultra quingentos & mille annos errare ſinat & ad eam tam diu differat mittere ſpiritum
Iohan. 14. ſanctum: quem nimirum promiſit omni
Iohan. 16. poſt prin. tempore in eccleſia manſurū & eam omnem ueritatem docturum, Sequitur ergo, a nephando ſpiritu prodire nouum dogma, in eccleſiam modo traductum per doctores peruerſos: qui ſuis elegantibus ſcriptis & ſuauibus uerbis plæbem decipiunt & ſeducunt, Hoc malum deo permittente in nos theutones generaliter inualeſcit ob noſtra peccata: De quo ſcri- Nume. 11. in prin.
ptum eſt: Ignis domini deuorauit extremam caſtrorum partem.

¶ Prefati fraudulenti magiſtri ſuis phale- 4.
ratis moribus ſunt deſignati in illa meretrice: cuius Oſea meminit q̃ ornabatur in- Oſee. 2.
aure ſua & monili ſuo & ibat poſt amato- poſt me.
res ſuos & dei obliuiſcebatur, Eorundem quoque ſeductorum dogma aſſimilatur
fermento phariſæorum & saducęorum: a Math. 16. poſt prin.
quo Chriſtus præmonuit cauere diſcipulos ſuos: qui in eodem fermento intelligebant materialem fermētatum panem phariſęorum: Quare dominus eos increpabat & informabat, per fermentum intelligi doctrinam phariſęorum peruerſam, non eorum panem acerbum, Siquidem phariſæi ſcripturam ſecundum literam interpretantes, renuerunt duci a ſenſu literali ad ſenſum myſticum: Ideo hęretici nuncu-
pantur: ubi ſcriptum eſt: Surrexerunt au- Actu. 15. in prin.
tem quidam de hæreſi phariſęorum, qui
crediderunt dicentes: quia oportet circun- Leui. 12. in prin.
cidi eos ſcilicet Chriſtianos, pręcipere quoque ſeruare legem Moyſi, At uero corporalis circumciſio ſpiritualem deſignat cir-
cumciſionem, Propterea apoſtoli, inito Actu. 15.
concilio, concluſerunt, decætero poſt domini aduentum non eſſe neceſſariam corporalem circumciſionē: ſed legem Moyſi myſtice exponendam: ueluti ſeipſam
myſtice explanat, dicens: circūcidite præ- Deute. 10. ante fi.
putium cordis ueſtri. Huiuſmodi interi- Roma. 2. in fi.
or circumciſio (ponit Paulus) eſt iuſta & cōtingit latenter in ſpū, nō manifeſte in litera, i. in carne, Vnde elicit, hæreticos eſſe cenſendos, qui tanq̃ phariſæi ſoli literæ innituntur & eccleſiaſticam interpretationem aſpernantur: quemadmodum noſtrates moderni ſeductores ſolent: ueluti Iudęi in ſua perſidia obdurati, Caueamus igitur eos: quos conſtat ex fermento acidū pinſere panem: quo haud ſatis ualent ſaturari contra eccleſiam eiuſq; miniſtros:
ueluti ſapiens pręedixit: Inſaciabilis oculus Eccl 14.
cupidi in parte iniquitatis non ſatiabitur: ſed ſemper indiget pane: quem minime

quæris

Pſal. 147. quærit, nempe adipem diuini frumenti: quo ſolo homo ſatiatur.

5. ¶ Per fermentum intelligenda eſt hęreſis: quam Paulus fatetur oportere eſſe contra

1. Corin. 11. in me. eccleſiam: ut manifeſtentur qui in fide probati ſint & conſtantes: uel qui a fide cadāt. Non ꝙ hæretica prauitas ſine reſiſtentia modo in alemania æquanimiter ſit ferēda: Sed nos theutones diuturno tempore ſumus tam ardenter ſuccenſi in Romanam eccleſiam eiuſq; clerum: & tam deſides circa diuinum cultum: necnon circa fidem adeo diſtracti & fractiꝰ: ut inde hæreſes exoriri oporteat: quemadmodum multo mero potatum oportet fieri ebrium: tametſi nemo ipſum ad ebrietatem cogat: ita ad Lutheranam hæreſim nihil nos neceſſitat ꝙ̄ propria peruerſa uoluntas noſtra. Sicut lolium ex agro non penitus euelli poteſt: ſic in eccleſia non tota extirpatur hęretica

Math. 13. in me. zizania: quam diabolus, inimicus dei & hominis, ſuperſeminauit in medio tritici eccleſiæ. Ex eodem pernitioſo ſemine pullulant hæretici. Etſi quandoq; auctore ma-

ſ. 12. ſ. 9. in fi. giſtratu aliqui hæretici criminali ſententia ſint iuſte combuſti: tamen ex cinere combuſtorum, inſtar fœnicis, alij hæretici naſcuntur. Qui quidem cinis cribratus eſt ꝑ totum templum: in quo falſorum ſacerdo-

Dani. 14. poſt prin. tum ueſtigia apparent: ueluti in Daniele habetur.

6. ¶ Quomobrem eccleſia a primaria ſui inſtitutione hucuſq; frequentibus onuſtata fuit hæreſibus: quas nunꝙ̄ integre exterminare potuit: quin ſemper remanſerit aci-dum fermentum: quod poſtea in fidei catholicæ paſta tumeſcens, plæbem amari-

1. Corin. 5. cauit: quoniam modicum fermentum totam maſſam corrumpit: ueluti Paulus ſcripſit & iam uſu uenit: quia unus monachꝰ Luther ſua execrabili doctrina prope totam infecit alemaniam: qua nos theutones aduerſus ſanctam eccleſiam amaricati & a uera fide ſeducti, laudabiles conſuetudines & bonos mores omnino poſtergamus. Præterea ex dicta falſa doctrina ſunt oborta adhuc uaria fermenta: poſſentq; decætero plures ex ea inutiles paſtilli piſtum iri: Cum omnium hæreticorꝫ conſuetus uſus eſt in eadem ſimul opinione non perſeuerandi: falſitas enim inconſtās eſt & a ſeipſa longe abeſt: ac longius a uera uia exorbitat. Exempli gratia: Iohannes Hus ponit in altaris ſacramento non eſſe uerum corpus Chriſti: Lutherus inſuper & Vicleffus aſſerunt uerum corpus Chriſti adeſſe: ſubſtantia tamen permanē te. Karolſtadius, Zuinglius & Oecolampadius ex miſſa prorſus ludibrium faciūt. ſ. 66. ſ. 1.

Hoc modo triplicanť hæreſes in ſacratiſſi ſ. ſ. 7. ma eucharistia: in qua poſt conſecrationem uerum corpus Chriſti ſubſtantialiter exiſtit: ibi ſola panis ſpecie abſq; ſubſtātia permanente: prout unanimiter omnes ſancti patres et orthodoxi concludunt: & hoc ipſum credendum eccleſia omnibus Chriſtifidelibus ſerioſe præcipit.

¶ Nos igitur theutones, ab hoc & alijs eccleſiæ præceptis lapſi, merito plagas modo ſuſtinemus: plura decætero aduerſa ex 7.

pectaturi. Siquidem iuxta euangelium ocioſi in uinea domini ſtantes ſunt arguen- Math. 20. in prin.

di, multo iuſtius plecti oportet qui in uinea catholicæ fidei ſiniſtre laborant & infideliter uerſantur ac decenti operi non incumbunt: ueluti peruerſi doctores: qui pro ſuo arbitrio ſacram ſcripturam inique interpretantur: ſibi ipſis nomen eccleſiaſtis aut prophetæ arrogantes ac eccleſiam uniuerſalem eiuſq; approbatos doctores reſpuentes. Huiuſcemodi pſeudo prophetæ (ſecundum ſcripturæ ſententiam) in tartareo ſtagno cruciabuntur die ac no- Apoca. 20. ante fi.

cte in ſæcula ſæculorum. Accedit ad hoc ius legale: quod contra hæreticos doctores & eorum ſequaces graues edicit pœnas atq; decernit eorum ſcripta eſſe comburenda: cum confiſcatione omnium ſuarum rerum præſentium & futurarum: Ne quoq; hæretici in toto Romano impe- C. de here. Manichei. rio teneantur aut colligantur: quorꝫ etiam e. l. Arriani. delicta & bona temporalia poſt mortem r. l. quicū q. inquirenda ſunt atq; inueſtiganda. Hoc que. ſcriptum eſt iure ciuili: quod in toto Chriſtianorum ſolo obſeruandum eſt atq; manutenendum.

DECIMVM SEPTIMVM CAPITVLVM. De ueritate uerbali.

ANte & poſt ac iuxta ſacram ſcripturā deus ſuam uoluntatē & intentionē: ſua præcepta & dogmata ſalubria hoībus inſinuari fecit plurifariā per uerba & ſigna: per creaturas & figuras: Oīs ꝗ Chrī actio nr̄a eſt inſtructio, Qua quidē ſua actione nobis prebuit exēplum, dicēs: quemadmodū ego feci uobis, ita & uos faciatis. Atqui omnia opa Chrī non ſunt cōſcripta: Iohanne arbitrāte, nec ipſum mundū capere poſſe eos qui ſcribēdi ſunt libros. Conſimiliter plęraꝗ fidei puncta non ſunt cōmendata literis neꝗ ueteris neꝗ nouæ legis. In ueteri quidē lege dicebat dn̄s Iſraheli: Ne obliuiſcaris uerborum quę uiderunt oculi tui & ne excidāt de corde tuo cunctis diebus uitæ tuæ: docebis ea filios & nepotes tuos. Idipſum eſt uerbum ore dei prolatum. In noua deniꝗ lege inquit ſpūſſanctus: Quæ audiſti a me per multos teſtes, hęc cōmenda fidelibus hominibus: qui idonei erunt & alios docere. Paulus inſuper ad Corinthios. Epiſtola noſtra uos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris: quę ſcitur & legit ab omnibus hominibus, manifeſtati quoniam epl̄a eſtis Chriſti miniſtrata a nobis & ſcripta.

Johan.13. — *Johan.21. in fi.* — *Deut.4. post prin. 6.11.& .16.* — *1.Timo.2. in prin.* — *2.Corin.3. in prin.*

2. ¶ Chriſtus ſuiꝗ diſcipuli multa prędicarunt atꝗ docuerūt: quæ in ſcriptis nō ſunt redacta. Quinetiam ipſe dominus fatetur ꝙ adhuc multa habuerit diſcipulis dicere: quę eo tunc non potuerūt omnia memorię commēdare. At nihil in ſcriptis reperitur, quid Chrs poſtea ſuis diſcipulis uł eorum poſteris dixerit: ꝗ quod ſpirituſſanctus manifeſtauit, tradidit & præcepit per uerbales ſermones apoſtolorum & reliquorum orthodoxorum; præſertim in quantum eccleſia acceptauit & hactenus uſurpauit. Preterea nullo ſcripto cōtinet, quid Paulus apud Corinthios, poſtq̄ ad eos uenerat, diſpoſuerit: quemadmodū eis pollicitus & ꝓculdubio executus eſt. Paulus ꝗ Theſſalonicēſibus cōmiſit ut conſtanter tenerēt traditiones quas didicerāt ſiue per ſermonē ſiue per epiſtolam eius. Cum aūt ſpūſſanctus ꝑ Pauli ſermones ꝟbales multa denūciari fecit oībus hoībus: qui eo tunc nō fuerunt p̄ntes nec Paulū audientes. Quaꝓpter neceſſe eſt ut auditores Pauli ſuos poſteros & reliquos unū poſt aliū gradatim ſuccedētes & ſermonibus Pauli nō intereſſentes, de huiuſmodi ſermonibus certiores reddant, Pauli itaꝗ & alioꝝ apoſtolorum informationes uerbales in uſum eccleſiaſticum deuenerunt & in eccleſia laudabiliter obſeruatæ ſunt. Itidem in ueteri teſtamēto olim uſu uenīſſe legimus, ut ſupra xij. §. i. circa finem.

Johan.16. post prin. — *1.Corin.11. in fi.* — *2.Theſſ.2. in fi.*

¶ Sicut Paulus ultra ſuas epiſtolas etiā ꝰretenus concionatus eſt, atꝗ uoluit ſuam uerbalem doctrinam non minus obſeruariꝗ ſcriptam: ſic quoꝗ cęteri apoſtoli (qui nullā uel exiguā ſcripturā poſt ſe reliquerūt) ubiꝗ terraꝝ prædicarunt ex ſpiritu ſancto: qui ad obſeruandum huiuſmodi mandata & dogmata uerbalia, proculdubio nos obligat. Tenemur igitur cuſtodire omnē quod Chriſtus prędicari mandauit & eius mandatores cooperante ſpiritu ſancto prædicauerunt & oretenus præceperunt: tametſi huiuſmodi ꝟbales ſermones minime ſint cōſcripti: præſertim in ſacra ſcriptura nō compꝛehenſi aliter ꝗ inq̄ntum priſci patres & ſancti doctores paulatim unus poſt alium ex relatione ſuorum maioꝝ uel inſpiratione diuini numinis, diligenter annotauerint & nos fideliter docuerint. Idipſum eccleſia acceptat & obſeruari præcipit, quoad legittimus uſus obtinet. Secundum Auguſtinum trifaria cōſtitutio eſt in eccleſia: una compræhendi tur ſacris ſcriptis: altera eſt per apoſtolos oretenus tradita & per ſe ac per diſcipulos ſucceſſoreſꝗ ſuos in miniſterio diuino hactenus exercitata. Tertia conſtitutio eſt inſpiratione aut pia permiſſione diuina in eccleſiam introducta laudabili ritu & longa conſuetudine: ueluti ornatus & pręparatio ſacræ miſſæ uel cæterorum ſacramentorum: item preces ante uel poſt baptiſmum & unctio in baptiſmo. Eædem & aliæ legittimæ conſtitutiones, tam con ſuetæ ꝗ ſcriptæ, ſunt tenendæ: alioquin

3. — *eſt.11.eccleſiaſticarum*

in eccl'ia

in eccleſia multa abſurda emergerent & fides catholica ruinam aliquando pateretur.

4. ¶ Cæterum longa conſuetudo, laudabilis uſus & antiqua obſeruatio eccleſię nõ minus ligat Chriſtianum ꝙ inſtitutũ præcepti uel pręceptum legis. Siquidem iura uolunt, præſcriptam conſuetudinem uim habere legis. Porro conſuetudo in eccleſia præſcribitur quando aliquis cultus obſequialis uel cæremonialis, ſciente ſuperioritate eccleſiaſtica, cum tolerantia & cooperatione ſubditorum, in uſum deductus longoq; tẽporis tractu obſeruatus eſt: tunc deo & eccleſiæ accreuit præſcriptionis ius: a quo nullus ſubditus eximit̃; quin erga deum & ſuam eccleſiam (utpote uniuerſalem Romanam uel ſpecialem Saliſburgenſem aut erga aliam ſingularẽ eccleſiam; in qua huiuſmodi conſuetudo uiget) coget̃ obſeruare uetuſtum laudabilem & conſuetum ritum ipſius eccleſiæ cui ſubeſt. Siqdem decẽ dumtaxat annis poſſediſti ſemitam in fundo tui uicini: ſtatim uendicare tibi niteris ius præſcriptionis. Cur igitur deo & eccleſiæ non concedis ius eccleſiaſticarum traditionum & cæremoniarum, catholicam fidem & obediẽtiam concernentium & a tuis ſenioribus aliiſue ꝓbis Chriſti fidelibus in eccl'ia diutiſſime obſeruatarum.

ff. de legib. l. de quib. C. que ſit lon. cõſuetudo. Diſ. xi. per totũ ſimilibus.

5. ¶ Magis aſtringeris tenere bonum & laudabilem uſum ꝙ pręceptum; nullus enim uſus introductus eſt abſq; tuorum ſeniorꝝ & aliorum hominum actu & conſenſu. Præcepta uero ſæpius inponuntur inuitis: Et Auguſtinus aſtruit: nihil eſſe firmius retinendum ꝙ conſuetudinem; cui ueritas ſuffragatur. Etenim quicquid bonæ conſuetudinis & laudabilis uſus in eccleſia introductum eſt, ortum utiq; habet ab apoſtolorum canonibus: non quidem conſcriptis, ſed alias hucuſq; fideliter continuatis, inſtinctu ſcilicet ſancti ſpiritus; qui in pectora fidelium ſpirat: quo pias conſuetudines, uſus conſuetos & laudabiles ritus ſedulo obſeruent. Paulus quippe arbitratur bonam conſuetudinem eſſe legittimã contra hæreticos contentioſos & potius obſeruandam ꝙ aduerſariorum quaſuis cauillationes. Ibidem Paulus ponit hæc uerba: Vir quidem ſi comam nutriat, ignominiã eſt illi; mulier uero ſi comam nutriat, gloria eſt illi: quoniam capilli pro uelamine ei dati ſunt. Contra hoc poſſet contẽtioſus interrogare, ubi nam illud ſcriptum eſſet: pro reſponſione Paulus demonſtrat conſuetudinem Chriſtifideliũ & eccleſię dei.

Diſ. xi. per tradita.

i. Corin. xi in fi.

Hic notanter attende, bonas eccleſiæ conſuetudines a ſpiritu ſancto ꝓcedere ac plurimum ualidas eſſe contra earꝫ contaminatores. Alioquin Paulus eccleſiæ conſuetudinem ſacris lr̃is non inſeruiſſet. Cõcludit̃ ergo, bonas & antiquas conſuetudines, in eccleſia receptas & hactenus uſitatas, de cętero eſſe obſeruandas & per ſubditos minime infringendas pręter cõſenſum eccleſię; cui ſoli competit auctoritas remittẽdi ius pręſcriptione ſibi acquiſitum & tollendi antiquam conſuetudinem, uirtutẽ huius uerbi: Quodcunque ſolueritis ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis: nam huiuſmodi pię & catholicæ cõſuetudines ſunt inuentę, introductę & hactenus uſitatę diuino potius ꝙ humano conſilio.

Math. xvi.

6. ¶ Inſuper pagina bibliæ non omnem eccleſiaſticam complectitur neceſſitatẽ; nec in ea cõpræhenditur totum quod eccleſiã ſuaq; mẽbra concernit uel moribus hominum opus eſt. Ideo ultra ſcripturam dominus Iheſus & ſui apoſtoli necnon eccleſia & ſui pręſides ṽbo docuerunt necnon inſtituta, pręcepta, interdicta, ordinata ac iura ędiderunt & ſanxerunt pro temporis mutatione & hominũ cõditiõe. Hinc emanarunt ꝑparamenta ſacr̃mentorꝝ & nõnulli fidei articuli in ſacra ſcriptura dilucidis uerbis non expreſſi. Item eccleſiaſticę cæremoniæ: ueluti ſanctificatio dominicarꝫ & aliarum feriarum; ieiunium dierum lugubrium & inſtitutio horarꝫ canonicarꝫ ac reliquus diuinus cultus; nobis per noſtros anteceſſores inſinuatus & hactenus religioſe cuſtoditus. Prædicta & plura alia eccleſiaſtica & ſalubria obſequia in eccleſiam intulit ſpiritus ſanctus per ſuos doctores uel per legittima concilia, uel maturo conſilio ſuperiorum ſpiritualiũ uel ſincera

uſu & laudabili cõſuetudine deuotorum
hominum aut quauis alia ratione, introdu
cta cenſentur. Inde extracta ſunt atq; ere-
cta iura canonica & decreta catholica; item
inſtitutiones & ordinationes cæremonia-
rum in eccleſia uniuerſali ac etiam in parti-
cularibus eccleſijs ſeu Dioceſibus emana-
tæ: quoniam unaquæq; prouincia in ſuo
ſenſu abundat. Et ſufficit huiuſmodi ca-
tholicas erectiones fieri ex neceſſarijs & ra
tionabilibus cauſis: & ne repugnent, ſed
potius conueniant ſacrę ſcripturæ. Pręmiſ
ſa quidem inſtituta canonica omnia & ſin
gula haud ſecus atq; biblia cum ſuis con-
tentis a ſpirituſancto procedũt; ideo tanq̃
oracula diuina nõ minꝰ credẽda & obſer
uãda ſunt, q̃ ſacra ſcriptura. Quippe apl'i
ſuiq; poſteri, nempe eccleſiæ præſides, tan
tam a ſpirituſancto habuerunt auctorita-
tem prædicandi: quantam euangeliſtę uel
Paulus ſcribendi. Vtraq; auctoritas imme
diate proficiſcitur a Chriſto: qui ſuis diſci-
pulis expreſſe commiſit prędicare, nõ ſcri
Math.10. bere: promittens ſp̃m ſanctum ex eis fore
loquuturum, non ſcripturũ: tametſi idem
ſpiritus per euangeliſtas euangelia & per
Paulum alioſue Chriſti diſcipulos epiſto-
las ſcripſerit.
7. ¶ Quobrem credi & cuſtodiri oportet, nõ
ſolum dei uerbũ ſcriptum uidelicet bibliã
ab eccleſia receptam: ſed etiam dei uerbũ
pnunciatum: ut ſunt eccleſiæ pręcepta, in-
terdicta, ordinata, cõſueta & oia alia inſti-
tuta: quibus olim & nunc eadẽ mater nr̃a
eccleſia, auctoritate Chr̃i & dono ſp̃uſſan
cti, hactenus uſa eſt aut decætero uſura.
Math.18. in me. Qui uero eccleſiam nõ audit, eſt ethnicus
& publicanus cenſendus. Pari auctoritatẽ
in ppl'o Iſrahel gaudebant rectores ſyna-
gogæ: teſtante dño: Omnia q̃cunq; dixe-
Math.23. in prin. rint uobis, ſeruate et facite. Auctoritatis tñ
diſcrimẽ notandũ eſt: nam olim cois Syna
goga a deo ptãtem habuit nõ immediate,
queadmodũ iam eccl'ia uniuerſalis: ſed me
diantibus ſingularibus perſonis, nẽpe pri-
archis: item Moyſe, Dauid cęteriſq; pphe-
tis uel dei nuncijs: qui ſuper ſynagogam
& eius populum abſq; medio a deo ſpiri-
tualem poteſtatem uel ſpecialem commiſ
ſionem habuerũt. Siquidem olim tempo-
ris ſynagoga fuit ſponſa deo ſolummodo
promiſſa; ideo ei non licuit in domo domi-
ni plenam exercere ptãtem. Poſtq̃ autem
eadem ſponſa domũ ducta & incarnatiõe
Chr̃i deo copulata eſt: denuo nuncupaẽ ec
cleſia, i. corpus Chr̃i & cõiunx dei. Quocir
ca ex gñali delegatione dei (cuius uicẽ ec-
cleſia gerit, in domo ſp̃ualitatis huius ſæcu
li) ipſa nacta eſt uniuerſam & plenã pote-
ſtatẽ oia & ſingula negocia eccl'iaſtica, ſa-
lutem hoim cõcernentia: agendi & expe-
diẽdi; ligandi & ſoluẽdi; ordinãdi & alia ex Math.16. c.18.
equẽdi: quæ uxori in ſui mariti abſentia li-
cent. Illa poteſtas prima fronte progredi-
tur immediate a deo in eccleſiam uniuer-
ſalem: deinde ab eadem in ſuos præſides,
nempe in papam, pontifices cæteroſque
prælatos: quos ipſa eccleſia ceu filios ge-
nerat & poſtea eos eccleſiæ terreſtris prin
cipes conſtituit, loco ſuorum patrum pa- Psal. 44. in fi.
triarcharũ, prophetarũ & apoſtolorũ: qui
ſuam ſpiritualem poteſtatem immediate a
deo habuerunt. At pręſentes eccleſiaſtici
rectores habent quidem ptãtem ſimiliter
a deo, ſed mediante Chr̃o & eius eccleſia.
¶ Propterea pphetæ & eorũ legalis aucto 8.
ritas durauit uſq; ad Iohannẽ: poſt eos ea- Math. 11. in me.
dem ptãs redacta eſt ad eccleſiam terrenã:
de qua ſcriptũ eſt: Regnum cœlorũ (nem Luce 16. poſt me.
pe eccleſia) uim patiẽ: oẽs. n. prophetæ &
lex uſq; ad Iohannem prophetarũt: ex eo
regnum dei euangeliſaẽ, & omnis in illud
uim facit. Acſi dicat Chriſtus: regnum dei
deinceps nõ annunciabitur per prophe-
tas ſed per euangelicã eccleſiam: quę in dei
regnum poteſtatẽ habet: quemcunq;. n. ſol
uerit in terra, ſolutus erit in cœlo. Sic Pau-
lus obediens ingreſſus eſt ciuitatẽ. i. ſecutꝰ Actu. 9. in prin.
eſt eccleſiam. Quare modo non eſt opus Psal. 73.
propheta qui annunciet nobis dei uolun-
tatem & ſalubria monita: quæ iuxta Chri-
ſti promiſſum, conſiſtunt in poteſtate ſuæ
eccleſiæ: cum qua ipſe dñs, ceu eius caput,
omnibus diebus, uſq; ad ſęculi conſummatio- Math. 28. in fi.
nem, ſpiritualiter eſt manſurus: eadem
deniq; eccleſia a ſpirituſancto, ceu ab intel
lectuali eius anima, indies inſtruitur.
¶ Cęterum eccleſia habet irrefragabilem 9.
poteſtatem

poteſtatẽ ĩmediate a Chr̃o & occultã eruditionẽ immediate a ſpũſancto. Sicut Chr̃i & ſpiritusſancti diuinitas æqualiter una eſt: ſic utriuſq; perſonę poteſtas & eruditio ęqualis eſt uſq; adeo ut non minorem uim habeat quicquid ſpiritusſanctus poſt Chriſtum, per apoſtolos aut per alios doctores & rectores, in eccleſia ſpiritualiter operatus eſt uel decętero operaturus: q̃m quod Chriſtus per ſeipſum ab initio corporaliter fecit & inſtituit. Eccleſiaſticum igitur inſtitutũ eſt utiq; diuinum, non humanum opus. Atqui moderni antichr̃iani fugiunt ſalubres interpretationes & informationes eccleſiaſticas, acſi ſint humanę conſtitutiones. Et tñ ſolum ipſi condũt humanas, ne dicam prorſus diabolicas leges: utpote ſacram ſcripturam ad carnem torquentes & eius myſticum ſenſum dilacerantes. Quippe ipſi dogmata tradunt cõtra ſacram miſſam & contra alia quædam ſacramenta: contra decretales & iura canonica: contra ſacerdotiũ & uotum religioſorum: contra poteſtatem & legittimos uſus eccleſię: contra cęrimonias & oẽs eccleſiaſticas ordinationes. Ipſi perſuadẽt & admittũt adulteria et illegittima matrimonia: deſtruunt ieiunia & feſta: omni tp̃e carnibus ueſci & bona opera omitti concedũt. Hęc & ſimilia execrabilia dogmata tradũtur in ſcholis nr̃atum hęreticorꝝ. Item Luther in ſua reformatione inſtigat laicos ad lauandum manus in clericorꝝ ſanguine. Plura deniq; alia inhumana dogmata & latrocinia: contra eccleſiam & eius miniſtros confecta, ſunt leges horribilium dęmonũ, nedum hominũ ſanguinolẽtorꝝ. Viciſſim leges eccleſiæ ſunt conditionis diuinæ & moris angelici: prout ſequitur.

10. ¶ Quemadmodum poſt Chriſtum apoſtoli & eorꝝ cõdiſcipuli Chr̃ianam inceperũt ordinationem: ita poſt eos eorꝝ poſteri, nẽpe pontifices & cęteri pręlati, eandem ordinationem continuauerunt & latius prouexerunt. Pręterea ſancti patres & ſcribę orthodoxi oracula diuina conſcripſerunt: ſacram paginam enucleauerunt & declararunt. Poſtea congregata ſunt generalia & particularia concilia: e quibus hauſti ſunt canones: iura ſcilicet & ſtatuta canonica: ordinationes & inſtitutiones necnon conſuetudines legitimæ introductæ: quę indies confici, induci, augeri, diminui, uariari, abrogari uel a nouo inſtitui poſſunt, ſecundum uarietatem temporum & qualitatem hominum: prout neceſſitas requirit cuiuſlibet tẽporis, loci, perſonæ & ſtatus. Quo Chriſtianiſmus bene dirigatur & ordinatim ſuſtentetur: ut tamen huiuſcemodi ordinationes, inſtitutiones & conſuetudines ſint conformes ſacrę ſcripturę: quo prę ſummi poſſit eas a ſpiritu ſancto emanare: quia deſeruiunt honeſtati, paci, concordiæ, timori, prę ſertim charitati dei & ędificationi proximi.

¶ Apoſtoli & reliqui primi rectores eccleſię inceperunt condere canones & iura eccleſiaſtica. Hoc cernere licet ex eorum actibus. Primo ubi Paulus perambulabat Syriam & Ciliciam: ibi confirmans eccleſias, præcepit cuſtodire præcepta apoſtolorum & ſeniorum. Secundo cum idem Paulus & Thimothęus pertranſirent ciuitates, tradebant eiſdem ciuitatibus cuſtodire dogmata: quæ erant decreta ab apoſtolis & ſeniorib. qui erant Iheroſolymis. Ex apoſtolorum decretis ſeu canonibus recepit eccleſia quinquaginta: ſtatuens eoſdem pro temporum & cauſarum exigentia augeri per apoſtolorum poſteros: uidelicet per pontifices & concilia. Ex quibus liber decretorum partim collectus extat. Prę miſſę catholicę ordinationes, conſtitutiones, canones, decretales & ſanctiones, nec non laudabiles conſuetudines eccleſiaſticę, ſunt diuinę, non humanę leges: arbitrium & ius diuinum complectentes: ſiquidem ſpiritusſanctus ſuum uerbum exprimit non minus ſermonibus q̃ ſcripturis. Nam ſi eccleſiaſticæ conſtitutiones tantummodo humanæ ęſtimarentur: tunc omnes leges ſacrę ſcripturę pariter eſſent ſolorum hominũ: qui huiuſmodi ſacram ſcripturam ſuis ſcripſere manibus & per ſua enunciauerunt labia: ipſi denique ſcribentes, nempe Moyſes & alij prophetę: Paulus & euangeliſtę cęteriq; fuerunt mortales, ſimiles alijs

Margin: iii. — Actu. 15 in fi. — Actu. 16 in prin. — Roma. 14 in e.

hominibus, Ita Auguſtinus, Iheronymus,
pleriq; alij, ceu mediatores inter deum &
imperitos homines, ex ſpirituſancto ſcri-
pſerunt & prędicauerunt: nihil tamen qđ
in uno iota ſacrę ſcripturæ repugnet quã
tum eccleſia recipit,

12. ¶ Ex cauſis prælibatis deus ſuę eccleſiæ
& in ueteri & in nouo teſtamento dedit
Ephe.4. non ſolum patriarchas, prophetas, ſcri-
poſt prin. bas, apoſtolos & euangeliſtas: uerumetiã
(uti Paulus aſſerit) paſtores & doctores:
nempe papam, cardinales, epiſcopos, prę
latos, plębarios & informatores. Tales ho-
mines ordinat deus quottidie ad interprę
tandum ſcripturam, ad inſtituendum po
pulum & ad regendum eccleſiam. Qui
poteſtatem habent ſpiritualem in eccle-
ſia ſuper eius membra Chriſtifidelia: ac-
etiam inter ſe auxilio ſpirituſſancti ędere
conſtitutiones & ordinationes: quatinus
ipſa eccleſia & ſua membra, ceu myſticũ
corpus Chriſti, in bono ſtatu conſeruetur;
ad perpetuam dei laudem & hominum
ſalutem.

13. ¶ Nota triplicem legem: Prima eſt im-
mediate a deo: qui per ſe malum uetat
& bonum præcipit uarijs caſibus: huiuſ-
modi quoque legem nobis deus inſinuat
per naturam aut alia media, utpote per
angelos uel homines: quę quidem diuina
lex nequaq̃ mutari poteſt. Secunda lex
pariter a deo eſt, mediantibus eccleſia &
ſuis regentibus: quibus dominus plenam
dedit poteſtatem ſuo loco condendi le-
ges, ligandi, abſoluẽdi, inhibendi & præci-
Actu.20. piẽdi. Hoc teſtatur Paulus, quum ad ſeni
ante fi. ores eccleſiæ Epheſi diceret: Attendite
uobis & uniuerſo gregi, in quo ſpirituſ-
ſanctus uos poſuit epiſcopos, regere eccle
ſiam dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.
Hebre.13. Proinde mandat Paulus Chriſtifidelibus
ante fi. ut obediant præpoſitis ſuis & ſubiaceant
eis. Quomodo olim apoſtoli alijue recto-
res primitiuę eccleſiæ poteſtatem habue-
runt: pari modo nunc temporis rectores
pręſentis eccleſiæ, uidelicet Papa, Cardina
les, epiſcopi & concilia poteſtatem habẽt
agendi in negocijs eccleſiaſticis, pro ne-
ceſſitate eccleſię & ſuorum membrorum,
iuxta cuiuslibet officium: ut tamen ea,
quæ eccleſia & eius præſides tanq̃ ueri
locumtenentes CHRISTI, ędunt, ſint
conſona ſacræ ſcripturæ & uerbo dei: ut-
pote concernant diuinũ cultum aut pro-
priam pœnitentiam aut proximi ſalutem.
Tertia eſt mera lex hominum, deo non Matth.15.
repugnans: ueluti lauare manus ad man- in prin.
ducandum panem: & leges ſimiles: quæ
humanam diſciplinam, non tamen ſpiri-
tualem ſalutem concernunt: hoc pacto a- Actu.15.
poſtoli uetarunt ueſci cibis imolaticijs aut
mactatis aut ſuffocatis. Huiuſmodi leges
ſunt tenendæ modo & tempore congruo.
Diuina autem lege incidente, ea eſt adim
plenda & humana lex interim differẽda:
nam obedire oportet deo magis q̃ homi- Actu.5. poſt me.
nibus. Quapropter dominus arguebat
Iudæos dicens: Relinquentes mandatum Mar.7. poſt prin.
dei, tenetis traditiones hominum. Porro
traditiones humanæ deo uel ueritati ob-
ſtrepantes, fabulæ ſunt: quibus minime in Tit.1. in fi.
tendere debemus.

DECIMVM OCTAVVM CAPITVLVM. De ueritate creata.

OMnis creatura uere eſt condita
a deo per ſuum deificum uer-
bum: cum enim dixit, mox fa- Pſal.148.
cta ſunt, ſcilicet cuncta creata: quæ indu-
cunt exteriorem & quintam ueritatem:
de qua ſupra capi. v. §. iij. Verum eadem
ueritas eſt quidem a deo: ſed ex nihilo,
non ex deo: quemadmodum ſuperiores c.5.§.3.
tres extrinſecæ ueritates ex deo proueni-
unt. Porro ueritas creata diuiditur in
ſpiritualem & corporalem creaturam.
Rurſus corporalis in creaturam uiſibi-
lem & inuiſibilem. Viſibilem quidem
ueritatis creaturam Deus ante noſtros
ſenſus ſtatuit, ut in ea diſcamus & con-
ijciamus ueram diuinam eſſentiam & ui-
tam: omnipotentiam & ſapientiam cæ-
teraſque proprietates & uirtutes dei.
Exempli gratia: Deum eſſe eſſentiam æ-
ternam, cernitur in eſſentia creata & uiſi-
bili; quæ

bili quę abſq; diuina eſſentia eſſe nequit. Deum uiuere probant cunctæ creaturæ uiuentes: quibus deus uitam prebet: ipm igitur oportet eſſe uitam ęternam & ſtabilem: a qua omnium creaturarum uita dependet: prout totius creaturæ eſſentia pariter in dei eſſentia pendet. Conſimiliter in reliquis ſenſibilibus uiribus capiuntur intrinſecę & extrinſecę diuinæ uires ſeu perfectiones. Cognita ergo corporali & uiſibili ueritate, homo debet tendere surſum ad intellectum altiorem: utpote ad deum & ſpirituales creaturas necnon ad inuiſibilia dei opera. Nam ſenſibilibus exemplis poſſumus ſuſpicari inſenſibilia ſpiritualia: Paulo ſcribente: Reuelatur enim ira dei de cœlo ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominum eorum qui ueritatem dei in iniuſtitia detinent: quia quod notum eſt dei, manifeſtum eſt in illis: deus enim illis manifeſtauit. Inuiſibilia enim ipſius (nempe ſempiterna eius uirtus & diuinitas) a creatura mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur: ita ut ſint inexcuſabiles: quia cum cognouiſſent deum, non ſicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Hactenus Paulus. Quo datur intelligi: Siquidem incumbimus ſtudio cognoſcendi corporalia & ſenſibilia dei creata: tunc tandem caleſcimus in amore diſcendarum ſpiritualium inuiſibilium creaturarum & operum dei: quandoquidem nouimus, omnes corporales creaturas eſſe a deo & ideo plurimum diligendas. Ex huiuſmodi corporalibus debemus addiſcere & rimari acetiam plurimum amare ſpiritualia dei: quod tamen abſq; altiori intellectu fieri nequit.

Romā. 1. in me.

2. ¶ Quanq; deus humano generi eximiam ſubordinauerat rationem necnon competentem ſufficientemq; intellectum primitus Adæ communicauit: quo potuit intelligere & cognoſcere ueritatem ex terreno plaſmate. Idem tamen intellectus nō eſt in peculium (quemadmodum liberum arbitrium) Adę datus: ideo amitti potuit & redigi in nihilum. i. uerti in ignorantiā: ex qua factus erat. Preuaricatus itaq; Adā & in eo tota humana proſapia congruentem intellectum perdidit & in ignorantiā incidit, in dei q; indignationē. Nam unuſquiſq; ex carne natus, nihil aliud eſt q̄ caro & ex corrupta natura filius irę, uſq; adeo excœcatus: ut neq; in corpore neque in anima ſuapte ui quicq̄ noſcat neq; ualeat intelligere uel prouidere uel appręhendere aliud q̄ carnis opera & terrena oculatim apparentia. Cœleſtia quidem ſunt ab eo nimis exaltata: diuina uero procul poſita: ſpūalia deniq; plurimū gracilia: ideo fragili homini intellectu apprime difficilia & abſque ſpeciali dei gratia prorſus incognoſcibilia. Porro una ignaua & impura caro naſcitur ex altera: quare omnes homines in ignorantiam lapſi, nequeunt remotius proſpicere q̄ quo eorum uiſus pertingit. Atqui ſpiritualis hominum uiſus, nempe rationis intelligentia, deberet amplius extendi; nempe uſque ad deum tanq̄m ſummum bonum acetiam uſq; ad intima conſcientiæ. Et ſic per ueritatem corporalem addiſcere ut ſeipſum & ſuum creatorem cognoſceret.

Johan. 3. in prin. Ephe. 2. in prin.

3. ¶ Siquidem homo debitum intellectum recuperare uelit: neceſſe eſt hunc inquirat poſtuletq; a deo: qui ſolus ſuam ſapientiam mittere ualet in hominem docibilem: per quā ipſe homo euadet ſolers, prudens, doctus atq; peritus, iuxta diſpoſitionem ſui & uoluntatem dei: qui uirtute ſuæ æternę ſapientiæ unicuique inſipido petenti prebet gratiam & rationalem intellectum atq; ſapientiam: Iacobo dictante: Siquis autem ueſtrum indiget ſapientia, poſtulet a deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat & dabitur ei. Obtenta tandem a deo intelligentia frui debes ad cognoſcendum deum hoc modo. Cernis equidem omnia mundana eſſe caduca & tranſitoria: principium & finem habentia. Neceſſario igitur ab aliquo procedunt & terminantur in aliquo: quod neque initium neque finem habeat, perire quoque nequeat. Idipſum

Johan. 6. poſt me.

Jaco. 1. in prin.

1. Joh. 1.

deus eſt, Eo pacto a creata & uiſibili ueri-
tate unuſquiſq; peruenire poteſt, ad dei co
gnitionem. Hac de cauſa, infideles ſuę inſi
credulitatis non excuſantur, per creaturã
informati unum eſſe deum, Sicut ille mo-
do ad ſimilitudinem diuinarũ uirium atq;
perfectionum, nonnullas uirtutes homini
concedit: ſic eidem porrigit ueritatis uirtu
tem, Cum autem creatura: cui huiuſmodi
ueritas confertur, ſit mutabilis: igitur eius
ueritas pariter eſt mutabilis, in tantum q̃
Iohan. 8. ab ea maligni ſpiritus & peruerſi homines
E. ſ. ſ. 10. cadere poſſint: licet non debeant, Nunc
dicendum reſtat de ueritate humana,
4. ¶ Originaliter deus ueritatẽ homini, ceu
ſuæ creatæ imagini, præbuit: ut ea uteref
ad ueram dei laudem; ſibijpſi ad ueram ſa
lutem, & proximo ad ueram utilitatem: ut
deniq; ſe finaliter conformet diuinæ uerita
ti ex deo procedenti: quo ipſe uera imago
intrinſecæ diuinę ueritatis pmaneat, Hac
ueritate deus humanum genus inſigniuit
uidelicet noſtros progenitores Adam &
Euam, Cum autem homo ueritatem prę-
ter rationem appręhendere nequeat & ra
tio ſit uis ſpiritualis, non corporalis: tame
ſi per corporale membrum, nempe per ce
rebrum, operetur, Deus ergo ſuam ſapiẽ-
tiam homini communicauit & ſuo ſpiritui
infudit rationem, nõ ſimplici corpori ſed
ſpiritui conuenientem, Quo nõ ſolum hu-
manus ſpiritus per ſuam intellectualem
rationem, uerumetiam humanum corpus
per ſuum ſpiritum, & per conſequens to-
tum creatum corporale et ſpirituale poſſit
attingere cognitionem dei ſui creatoris et
cum ſua æterna & diuina ueritate coadu-
nari, Nam ſicut ratio naturaliter unit ſuo
corpori: ſic uoluntate ſpontanea adhęrere
debet ſuo creatori: quemadmodum ſapi-
Eccl 17. ens abunde deſcribit q̃ deus repleuit ho-
in prin. minem diſciplina intellectus: creauit & illi
ſcientiam ſpiritus, ac bona & mala oſten-
dit illi, utpote quid uerum quid falſum ſit,
At Adam in ſe huiuſmodi oſtentatam ue
ritatem diuinæ ueritati minime conforma
uit: quin in cœleſtem & uerũ patrem po-
ſtergans, morem geſſit mendaci diabolo
patri omnium nugarum: quem Christus

aſſerit in ueritate non ſtetiſſe, Vñ Adam Iohan. 8.
& ſui naturales poſteri, nempe totum ge-
nus humanum, amiſere ueritatis agnitio-
nem, lapſi in mendoſam ignorantiam,
¶ De quo Hieremias ait: Stultus factus 5.
eſt omnis homo a ſcientia, Ad quod Da- Hiere. 10.
uid: Diminutę ſunt ueritates a filijs homi- Pſal. 11.
num, Cui aſtipulatur Eſaias: poſt peccatũ Eſaie 59.
conuerſum eſt iudicium retrorſum & ue- ante fi.
ritas corruit in platea & æquitas non po-
tuit ingredi & facta eſt ueritas in obliuio-
ne, Omnes igitur homines ſunt mẽdaces:
iuxta hoc elogium: Deus uerax eſt, om- Roma. 3.
nis autem homo mẽdax, Similiter Dauid
in ſuo exceſſu dixit: Omnis homo mẽdax; Pſal. 115.
præſertim qui ueritatem ſibijpſi uendicat
& deorſum in ſuo uerbo fundat & nõ ſur
ſum ad deum dirigit nec cum diuina ueri-
tate conformat, Eiuſdem hominis ueritas
euaneſcit & fugit ab eo, Vbi ſit abuſio ue- Dani. 8.
ritatis, ibi proſternitur in terra: Si uero ho- in me.
mo ſuum uerbum & ueritatem applicuiſ-
ſet uerbo dei & conformaſſet diuinæ ueri
tati: tunc in eo ueritas fuiſſet ſolidata & nũ-
q̃ defeciſſet: quemadmodum diuina ueri-
tas permanet inęternum quia uerbo do- Pſal. 32.
mini cœli firmantur, Virtute prędictę ex- in prin.
trinſecę ueritatis de9 ſemper poteſt homi
ni ſuam deperditam ueritatẽ recuperare,
¶ Paulus ſcribit: Qui non acquieſcunt ue- 6.
ritati, credunt utiq; iniquitati: licet ſemper Roma. 1.
diſcant: nunq̃ tamen ad ueritatis agnitionẽ 2. Tim. 3.
perueniunt: ſed ueritatem diuinam in eo-
rum impietate recludunt & ueritatẽ mu-
tant in mendacium, Cor autem rectum in Prouer. 17
quirit ſcientiam ſcilicet ueritatis ſibi abſcõ ante fi.
ditæ: quoniam totum genus humanum a Sap. 5.
uia ueritatis errat & lumen originalis iuſti in prin.
tiæ amiſit, Quapropter ignorat quid bo-
num aut malum: quid iuſtum uel iniquũ:
quid uerum aut falſum, Frequenter inſipi Eſaie 5.
ens eligit malum pro bono: falſum pro ue- ante fi.
ro: tenebras pro luce, Sic homo ſuam ne-
gligit ſalutem et acquirit diſpendium, Pro
pterea deus affecit hominem naturali cu-
pidine ſciendi uerum: cuius mens nõ quie-
ſcit, donec æſtimet ſe ueritatem attigiſſe;
tametſi pluries erretur & falſum pro uero
accipiatur, Interdum ueritas ad malum in-
quiritur

quiritur: ut ſiquis ueram doctrinam cum
falſa commiſcet: prout hoc tempore con-
tingit.

7. ¶ Quobrem ſaluator noſter uult omnes ad
1. Thim. 2. agnitionem ueritatis uenire. Dedit quoq;
1. Joh. 5 nobis ſenſum & intellectum ut cognoſca-
mus uerum deum eiuſq; ueritatem: cui
etiã nos in imagine cõformare debemus:
ut eſſe poſſim, in uero filio eius IHESV
Chriſto: ueluti Iohannes deſcribit. Præte
rea uult deus per ſuum ſpiritum nos doce
Joban. 16. re omnem ueritatem: preſertim qui conſi
Sap. 3. dunt in domino, intelligent ueritatem. Im
primis itaq; homo habeat ueritatẽ ſibi ap-
propriatam, neceſſe eſt: quam debet con-
formare externe diuine ueritati: qua me-
diante fieri ualeat congrua imago inter-
ne diuinæ ueritatis. Veruntamen nullus
homo ex ſeipſo poteſt conuenientem ue-
ritatem (quam peccando amiſimus) recu
perare, nec externam dei ueritatem (quæ
nobis preſto eſt) inueſtigare nec acquire-
re: niſi nos mortales (quibus nulla ſcientia
innata eſt) a peritis doceamur. Oportet
deniq;, mediante diuina gratia, hominis
mentem interius eſſe diſpoſitam atq; do-
ctrine capacem, nempe docibilem: prout
Joban. 6. ſcriptum eſt. Erunt omnes docibiles dei,
Eſaie 55. post prin. ut diſcant a domino tanq; a duce et prece
ptore gentium.

8. ¶ Veram ſcientiam abſcondit deus a ſapi
Luce 10. in me. entibus huius mundi & reuelat eam par-
uulis ideſt humilibus. Hoc reſpectu deus
eſt ſolus magiſter: qui primitus ſua præ-
ueniente gratia: deinde per mediatores,
1. Pet. 4. in me. hominem inſtruit: Que iidem mediatores
Ephe. 4. post prin. loquuntur, ſunt quaſi ſermones dei. Idcir
co deus dedit quoſdam prophetas, quoſ-
dam apoſtolos, quoſdam paſtores & do-
ctores ceu mediatores, ad inſinuandam po
pulo ueritatem. In uniuerſa igitur terra ſo
lus Chriſtus eſt proprie noſter magiſter:
Math. 23. in prin. quem ſeipſum eſſe iactat, dicens: Vos au-
tem nolite uocari rabbi: unus eſt enim ma-
giſter ueſter Chriſtus ſcilicet eſſentialiter:
nam ſola dei proles eſt genita ſapientia &
eſſentiale magiſterium; comparatione illi-
us omnium hominum ſcientia & ſapientia
reputatur nulla. Quemadmodum omnes
diuinæ uirtutes interiores & eſſentiales,
ueluti paternitas, dominatio, poteſtas & ce
tere perfectiones, a deo deorſum manant
in creaturas: ita quoq; diuina magiſtralitas
in homines profluit: ut unus homo ſit alte-
rius pater, dñs & magiſter accidentaliter,
non eſſentialiter. Hoc modo magiſter tu-
us eſt qui te ſane de deo inſtruit: Sic &
Paulus ipſe profitetur ſe in euangelio po- 1. Thim. 1. post me.
ſitum eſſe predicatorẽ & apoſtolũ & ma-
giſtrũ gentium. Quas quidem gẽtes infor
mari & de ueritate certiores reddi opor-
tet per peritos tanq; mediatores inter deũ
& ignaros. Hinc Paulus refert: Veritatem Roma. 9. in prin.
dico in Chřo Iheſu, non mentior, teſtimo-
nium mihi perhibente conſcientia mea in
ſpirituſancto. Atqui nos mortales nec ido
nei ſumus neq; capaces: quos deus abſque
medio alloquatur uel doceat ueritatem. In
format igitur nos duplici uerbo ſeu me-
dio: unum eſt uiſibile creatum: alterum eſt
ſcriptum uel enunciatum. Idquidem de-
us in hunc mundũ mittit per angelos aut
prophetas aut per alios mediatores: qui ſi
gnis uel uocibus: ſcriptis uel ſermonibus
uoluntatem ſeu intentionem diuinam no
bis inſinuant, ac ueritatis & uerbi dei do-
ctrinam tradunt. Imo Chriſtus ipſe noluit
tanq; deus quicq; precipere neq; teſtifica
ri: ſed tanq; mediator homo doctrinam ſu
am hominibus protulit, inquiens: Nõ que Joban. 5. post me.
ro uoluntatem meam, ſed uoluntatem pa-
tris mei qui me miſit: ſi ego teſtimonium
perhibeo de meipſo, teſtimonium meum
non eſt uerum. Quandoquidem deus ſei-
pſum ac ſuam uoluntatem & preceptio-
nem ſcriptis aut uerbis innoteſcere tribu
it: pariter ſe cognoſcendũ per uiſibile plaſ
ma, tanq; per naturale ueritatis dogma no-
bis exhibet. Quod quidem plaſma gran-
de eſt atq; multiplex, prout ſequitur.

DECIMVM NONVM CAPITVLVM. De toto uniuerſo.

TOtum uniuerſum eſt omne ens,
diuiſum in deum & magnũ mũ
dum: nempe in creatorem & om

nem creaturam, Aeternus quidem deus
ſui ipſius & totius creaturæ phiſiarcha exi
ſtit & architypus,i, idea ac principium &
finis,Imprimis idea eſt quędam forma uel
phiſonomia & præſcientia: in qua deus ſe
ipſum & omnia præſentia futuraq; ante
Eccl 23. & retro uidet,anteq̃ condita & facta ſunt
ante fi. ſ.40.§.7. uel erunt,Ea omnia deus ab æterno præ-
in prin. ſciuit,pręcogitauit,ordinauit & concepta-
uit,Quemadmodum architector in men-
te uel fantaſia concipit formam & figurã
domus conſtructæ uel conſtruendę:ita to
tum plaſma præſens & futurę conſiſtit in
dei,ceu creatoris & architectoris, mẽte &
idea,tanq̃ in radice & ſemine, non actua-
liter uel naturaliter ſed potentialiter ſecũ-
dum ſapientiam dei: qui ab æterno poteſt
& nouit omnem condere creaturam, Ve-
rum hujuſmodi dei potentia, ſapientia &
creatio tandẽ cum tpe in actum deducit.
2. ¶ Præmiſſo modo deus ſua ęterna pręno
Hiere.1. in prin. tione, Hieremiæ futuras uirtutes & agili
tates proſpexit: ideo anteq̃ naſceretur, in
prophetã ipſum elegit ac in ſuo partu ſan-
ctificauit:deinde ob ſua futura merita cõ
mendauit: ad eum dicens: Priuſq̃ te for-
marem in utero,noui te & anteq̃ exires de
uulua,ſanctificaui te & pphetã in gentib.
dedi te,Præterea deus in ſua idea inter oẽs
creaturas nullã puidit q̃ unã,nẽpe huma-
nitatẽ Chri:q̃ capax eſſet cũ deitate uniri
Pſal. 13. in eadẽ hypoſtaſi, Sup q̃ Dauid ait: Deus
Pſal. 52. de cœlo pſpexit ſuper filios hoim ut uide-
at ſi eſt intelligens aut requirẽs deum, ſed
omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti
ſunt,uidelicet ad capeſſendam gratiam: &
non eſt qui faciat bonum: non eſt uſq; ad
ſ.85.§.20 unum,nẽpe homo Iheſus, Pariter & Ma-
ria ab æterno prædeſtinata eſt in matrem
eiuſdem domini Iheſu. Hoc reſpectu to-
tus mundus & omnes creaturæ prius fue
runt in deo q̃ in ſeipſis:teſte euãgelio: Qđ
Iohan.1. in prin. factum eſt, in ipſo uita erat: quaſi dicat,
quod creatum eſt,ęternaliter extitit in ui-
uo deo,proculdubio aptum & bonum ad
creaturam, Q; autem creatura peruerti-
tur & diuinum ordinem confundit, fit ſi-
ne deo ex propria creaturę malitia: quam
ſ.20.§.24 aſſumit ex peſſimo nihilo, Peruerſi itaque

in ſeipſis,non in deo, ęternaliter mali fuerũt
habitu: quorũ malitiam deus pręſciuit anteq̃
crearentur, Attamen deus nihilominus ſ.29.§.3.
creaturam condit: nõ,n, decet diuinam or
dinationẽ per creaturę malitiã impediri,
¶ Pręmemorata Idea eſt pagina uitę: quę
duas habet partes:in una deſcribunẽ q in 3.
hoc ſęculo ſunt iuſti & abſq; peccato mor
tali: qui aũt in peccata relabunẽ: iterũ delen Pſal.68. ante fi.
tur de libro uiuentiũ & cum iuſtis nõ ſcri- Exo.32. in fi.
bunẽ: prout dñs ait: Qui peccauerit mihi,
delebo eum de libro meo Altera parte in-
ſcripti ſunt in bono perſeuerantes uſq; ad
finem, ulterius nõ delendi: ueluti ſcriptũ
eſt: Qui uicerit, non delebo nomẽ eius de Apoca.3. in prin.
libro uitę, Qui in hoc libro ſcriptus reper- Apoca. 20 in fi.
tus fuerit,ſaluus erit, In quo quidẽ omniũ
ſanctorũ nomina conſcripta ſunt, Eſt deni Deut.12. in prin.
q; alius liber, in quo peccata hominum in
ſcripta habẽtur, Qua ſcriptura mortui iu Philip.4.
dicabuntur, unuſquiſq; ſecundum opera Apoca.10. in fi.
ſua, Et qui in libro uitæ non inſcriptus fuit
miſſus eſt in ſtagnum ignis,
¶ Pro ſecundo: Deus eſt ſui ipſius & to- 4.
tius plaſmatis principium, forma & ex-
emplar ſeu originale: ad cuius ſimilitudi- ſ.22.§.3.
nem omnem format creaturam quamli-
bet in ſtatu decenti, Ante creationem de-
us nihil habuit ſecundum quod creatu-
ram formaſſet, præter ſeipſum, Quapro-
ter etiam ſuorum operum nobis pręulit
formam, quam ſequi debeamus: & ait: Ex
emplum enim dedi uobis, ut quemadmo- Iohan.13.
dum ego feci, ita & uos faciatis, Sicut er-
go deus eſt bonus, iuſtus, fortis, ſapiens &
omnibus uirtutibus plenus: ſic earundem
ſuarum uirtutum ſimilitudinem creauit at
q; dedit unicuiq; creaturæ iuxta ſuam qua
litatem & conditionem: ſpecialiter homi-
ni: quem ſui imagine inſigniuit uti pate-
bit inf, ca, xxix. Nota tamẽ ſolam formam
creaturæ a deo eſſe: materiam aũt ex nihi
lo, Ordinatũ uero eſt: ne rõnalis creatura,
per creationẽ a deo egreſſa & libero arbi- Eccl.15. in fi.
trio relicta, remotius a deo recedat ſed ad
ipſum ſponte reuertatur & introeat domũ
quam exierat, nẽpe ad deum: in cuius idea
creaturę forma ab ęterno fuit habituata.
Hac conſideratione pdigus filius pfectus Luce 15.

in regionem longinquam, eſt reuerſus ad patrem ſuum;qui eum miſericorditer ſuſcepit & pie traxit atq; pauit, Conſimili-
ſ.18.ſ.1. in fi. ter creatura: cuius principium ex deo eſt: non perficitur neq; ſatiatur, quouſq; finem congruum adipiſcatur utpote reuerſa fue
Eccle.1. in prin. rit ad deum, a quo exiuit: Flumina quidē ad locum unde exeunt reuertuntur.

5. ¶ Pro tertio ſequitur, deum eſſe omnium creaturarum finem & cauſam. Vltra deum deniq; ſunt plures cauſæ: ob quas creaturæ conditę ſunt: Exempli gratia: folia & gramina ſunt creata propter animalia: animalia ꝑpter homines: hoies propter deum. Conſimiliter pōderari poteſt uniuſ cuiuſq; creaturę cauſa: ob quā ſine medio ſit facta, finaliter tñ et per plura media om
Prouer.16 in prin. nis creatura eſt cōdita ad laudem dei: qui
ſ.22.ſ.4. ꝑpter ſemetipſum uniuerſa operatus eſt: nam extra ſe non fuit quicq; cuius gratia potuiſſet creare mundum. Attamen deus condit creaturam, non q; ea indigeat: cum in ſe ſit ſatis magnus, bonus, iuſtus, potēs, laudabilis, ſapiens & omni uirtute perfectus: ſed ut ſua intrinſeca perfectio extrinſece commonſtretur & glorificetur: utq; rationalis creatura acceptat uirtutes oblatas: ſe quoq; diuinis uirtutibus cōformet.
Pſal.15. Alioquin deus nec bonorum noſtrorū nec operum eget: nos autem deo maxime indigemus: quemadmodum euangelium in
Luce 5. infr. ſinuat, nobis infirmis opus eſſe ſaluatore
Luce 12. ante me. ceu noſtro medico, ſine quo nec minimū quidem poſſumus. Varia nobis neceſſaria Catharina Senenſis enumerat in ſuis re uelationibus ca. vij. ſ. i. Prorſus ſumus ſub manu dei: qui etiam ordinat alium hominem alio indigere: ideoq; inſtituit charitatē proximi operaq; pietatis.

6. ¶ Hactenus de prima parte totius uniuerſi, uidelicet de deo: Ad cuius ſimilitudinem facta eſt altera pars, nempe totum plaſma: quod eſt macrocoſmus, i. magnus mundus: qui diuiditur in cœlum & terram utpote in ſpiritualem & corporalem naturam. Spiritualis quidem & cœleſtis ſeu angelica creatura ordinata eſt ad dei cognitionem. Corporalis autem ſeu terrena creatura, pro ſua qualitate, non fuit ratio-

nis capax: ideo inanis & uacua abſq; intel- Gene.2.
lectu & cognitione dei. Vt autem ipſe deus pariter a corporali natura agnoſceretur, ad imaginem magni mundi creauit 1.Corin.15.
minorem mundum, appellatum micro- ante fi.
coſmum, nempe hominem, cum ſpiritu & corpore, quaſi cum cœlo & terra: in quo copulatur utraq; natura tam ſpiritualis q; corporalis. Et ſic totum plaſma fuit concluſum. Nondum tamen creator & creatura ſimul erant in eadem hypoſtaſi. Deus igitur totum uniuerſum idest deitatem & creaturam tandem concluſit in unica perſona CHRISTI ueri dei & ho ſ.14.ſ.11
minis tanq; ſupremi creati: in quo omnis poſt prin. et
reliqua creatura pendet atq; perpetuatur. 54.ſ.4.
Nam immutabilis perſona diuini filij aſſumpſit mutabilem humanitatem ut eadem pariter immutabilis fieret, una cum cæteris creaturis in homine concluſis.
¶ Quo comodius totum uniuerſum intel- 7.
ligatur: præſertim quomodo deus & ſuum plaſma ſint perſonati: ac etiam quomodo deus & homo CHRISTVS dumtaxat una perſona ſit & nō plures (prout olim nonnulli ſunt opinati) prębeo puerile ſequens exemplum. In deo & in omni creatura, nēpe in toto uniuerſo, ſunt quincupartitæ perſonæ, quemadmodū in omni ſermone & ſcripto tantummodo quinq; literæ ſunt uocales, uidelicet A, E, I, O & V, quarum quælibet ſingularem ſonū proprium obtinet. Reliquæ literæ conſonantes in ſe non habent ſonum: niſi appōnantur alicui uocali: nam B, nihil ſonat niſi addita uocali E, tunc acquirit ſonum be. Conſonantes itaq; literæ deſignant creaturas non perſonatas, proprio ſono carentes: quæ propter perſonas conditę ſunt. Conſimiliter in uniuerſo extant ſolūmodō quinq; ſpecies perſonarū: tres pſonæ ſunt increatæ duę createz, A, E, O, repræſentant tres diuinas pſonas. I, uero cōcernit angelicā perſonam tanq; ſimplicem ſpiritum. Per V, denotatur humana perſona ex corpore & ſpiritu compoſita. Verbo perſonæ taxatur indiuidua eſſentia, propria uoce uel ſono prædita uel ſuum perfectum ſtatum obtinens.

8. ¶ Prima perſona dei patris, a quo proce-
dunt uniuerſa & qui eſt alpha & o, deſi-
gnatur per uocalem A. quæ ſuperius arta
ſeu occluſa eſt: inferius ampla ſeu aperta:
ad ſignificandum deum patrem ſui ipſius
eſſe principium & intrinſeca deitate occul
tum; ſed inferius extrinſecis creaturis eſſe
manifeſtandum & dilatandum. Secunda
perſona filij a deo patre exiens, intellecta
Joban. 8. eſt per uocalem E, qua ſingulæ quaſi con
ſonantes intonant: Veluti be, ce, de, ef, ge,
el, em, en, pe, er, es, te. Simili modo omnes
quaſi creaturæ per filium dei cõditę ſunt:
iuxta euangelium: Et omnia per ipſum fa
Joban. 1. cta ſunt. Tertia perſona ſpiritusſancti am-
bas perſonas patris & filij æterna & im-
menſa charitate combinat: necnon digna
tur pariter & creaturam per amorem deo
coadunare: utpote omnia, nempe deum
& ſuum plaſma, in unum colligere; ideo
deſignatur per uocalem O, quæ eſt orbi-
cularis, omnia in ſe contenta includens; ſi-
1. Job. 4. cuti ſcriptum eſt: Deus charitas eſt, & qui
manet in charitate, in deo manet. Hic a-
Cant. 4. ind. mor eſt hortus concluſus & fons ſignatus:
de quo in cantico. Prædictæ tres diuinæ
perſonæ ſunt immenſe concordes: qua-
rum quęlibet una dumtaxat eſt perſona
& non plures ac omnes tres perſonę unus
ſolus deus. Quarta eſſentia perſonalis eſt
angelica natura: ſignificata per uocalem
I, quæ ſicut eſt linea ſimplex: ſic & ſinguli
angeli ſunt ſpiritus ſimplices: quoꝝ per-
ſonas innumeras deus condidit atq; ordina
Psal. 103. uit ad miniſterium multifarium. Inter ſe
Ephe. 4. in prin. debebant eſſe ſolliciti ſeruare unitatẽ ſpiri
tus: ac ſimul omnes deo uniri. A qua qui-
dem unitate defecerunt maligni: de quibꝰ
Job. 4. Iob ait: In angelis ſuis reperit prauitatem.
Quinta perſonalis natura eſt hominũ, de-
ſignata per uocalem V, duplicis lineæ: q̃-
niam homo duarum eſt partium ſcilicet
corporis & animæ. Eadem litera V ſupe
rius eſt aperta, inferius contracta: ad do-
cendum noſtra corda ſurſum ad deum
aperta & uerſus inferiora teneri occluſa.
9. ¶ Rurſus nota, contra Iouiniani opinio-
nem, CHRISTVM ſolummodo unius
eſſe perſonæ. Quemadmodum litera V.
ſola poſita integram facit ſyllabam: ita
quælibet humanitas cõſtituit ſingularem
perſonam, quando autem litera V, ſyllabi
catur cum litera E. (quæ per ſe prius fuit
integra ſpecialis ſoni ſyllaba) tunc V:
non facit ſpecialem ſyllabam, ſed perma-
net una cum E, una ſola ſyllaba. Nam ſi-
cut E. per ſe ante aſſumptionem literę V.
fuit una ſyllaba: ſic & eu, adhuc eſt tantũ
unica ſyllaba: utpote ex duabus literis E,
& V, fit una dumtaxat ſyllaba eu, per di-
phtongon. Conſimili modo filius dei an-
te aſſumptionem humanitatis, ab æterno
eſt perfecta perſona per ſe ſubſiſtens: De
quo ſcribitur: honora perſonam ſenis, ego Leui. 19. in fi.
ſum dominus. Qui in tempore aſſumpſit
humanam naturam: quæ per ſe ſolam abſ
q; deitate non ſubſiſtit neq; ſolidum ſtatũ
habet. Ergo humanitas CHRISTI non
conſtituit ſingularem perſonam: quia ad
deitatem ordinata eſt in tantum, ꝙ ſola &
abſq; deitate nunq̃ fuerit nec ſubſiſtere ua-
leat. Imo in puncto creationis ſui, aſſum-
pta eſt a perſona filij dei: qui ab æterno
perſona exiſtit: in qua CHRISTI huma
nitas modo perſonata eſt. Quę quidẽ hu-
manitas a deitate ſuſtentatur: ueluti homi
nis corpus a ſuo ſpiritu ſuſtẽtari ſolet. At-
tamen in CHRISTO utraq; natura tam
diuina q̃ humana permanet in ſua quali-
tate: prout ambę uocales E, et V, priorem
ſonum minimę mutant in ſui compoſitio-
ne & ſyllaba eu: ſed utraq; durat in ſua pro
prietate uocali. Pariter & CHRISTVS
manet uerus deus & uerus homo uti ha-
bebitur infra liiij. §. i. Quocirca CHRI-
STVS eſt ſolummodo una perſona, nem
pe diuina, non humana: ueluti homo ſpiri
tualis, non corporalis, perſona dicitur: tam
etſi compoſitus ſit ex corpore & ſpiritu.
Nam uis ſuperior ſcilicet diuina perſona
in ſe perſonat humanitatem CHRISTI.
Ita conteſtatur ſymbolum Athanaſij: Si-
cut anima rationalis & caro unus eſt ho-
mo, ita deus & homo unus eſt CHRI-
STVS. Porro unuſquiſq; reliquus homo
eſt perſona q̃ diu anima in corpore conſi-
ſtit, ea autem a corpore ſeparata, nec cor-
pus nec anima perſona eſſe cenſetur: poſt-
q̃ uero

ꝙ uero ad corpus die extremo reuerſa fuerit;tunc iterum redintegrabitur homo perſonatus.

10. ¶ Cæterum tres uocales A.E.O. ſuum naturalem ſonum nunꝙ amittunt: quemadmodũ tres diuinæ perſonæ inæternũ ſunt immutabiles. Reliquæ autem duæ uocales I.& V. ſæpenumero naturam uocalis perdunt, peruerſæ in conſonantes. Nam I. uel V. præpoſita reliquis tribus uocalibus, perdit ſuam ſyllabicam uocem, & peruertitur I. in G. uel V. in F. ueluti, ia, ue, io. Ad ſignificandum, ne perſonalis creatura ſe præponat diuinis perſonis alioquin peruertitur & commutatur angelus in diabolum, uel homo in malefactorem & diſſipatorem diuini fœderis. Quãdo Luciper ſe deo præponere conabatur: tunc ſuum I. tranſuerſum eſt in G. hoc eſt eidem ſimplici ſpiritui & ſuis angelis præparata eſt gehenna. Inſuper quãdo homo ſuum quæſtum aut amorem præponit diuino cultui aut amori: tunc a ſua ordinata natura deficit & ſuum V. mutatur in F. utpote efficitur falſus & deordinatus homo, per F. ſignificatus: quia non dat iuſtum hominem. is ſuam animam carni proprie præponit & deo poſt ponit. Præterea ubi I. & V. componuntur, ibi pariter corrumpuntur: ut ſi diabolus & homo conueniunt: tunc litera I. eſt adiuncta literæ V. Et in lingua fit ex uocali I. conſonans G. quo ſignificatur gehenna: quam diabolus ſecum affert homini. Vnde Iacobus inquit: lingua maculat totum corpus inflammata a gehenna. Econuerſo ſi litera V. apponitur literæ I. utpote homo ſociatur diabolo: tunc in lingua ex V. fit F. ſignificans malum fructum illius arboris: quæ non facit fructum bonum: ideo excidenda eſt atꝗ in ignem mittenda. Quoties igitur I. & V. hoc eſt diabolus & homo, mutuo conſonant: toties uterque perdit ſuum congruum & naturalem ſtatum: quoniam omnis rationalis creatura eſt facta, ut concordet cum deo: a quo prohpudor diaboli & peruerſi homines diſcordant. Conſimiliter qui ſeipſum (præter ordinariam ſuperioritatem) ſupra alium exaltat atꝗ perperam præponit: is amittit uirtutem humilitatis ſibi præordinatam: tam peruertendo in ſuperbiæ uitium: quo in ſe diuinam imaginem debilitat: acſi unum V. locetur ante alterum V. tunc quidem anterius V. perdit ſuam naturalem uocem & peruertitur in conſonantem F. Cum rubore igitur tenebit nouiſſimum locum.

Gala.3. | Eſaie 14. poſt prin. Ezech.14. | Math.25. in fi. | Hiere.10. in me. | Iaco.3. | Math.3. | Luce 14. poſt prin.

¶ Qui ſuum amorem, honorem, reuerentiam cæteraſq; uires prę omnibus impendit deo creatori ſuo: is ordine naturę permanet aut angelus aut homo legittimus: ad inſtar duarum uocalium I. & V. quæ non corrumpuntur neꝗ naturalem ſyllabicam uocem perdunt: quando poſt ſanctæ trinitatis uocales, nempe poſt A.E.O. ponuntur, ueluti ai. ei. oi. uel eu. quod quidẽ eu ſimul ſtat in perſona Chriſti. Cuius deitas humanitate aſſumpta neꝗ in natura neꝗ dignitate mutatur uel diminuit: ſed in omnibus ęternis & immẽſis uirtutibus & perfectionibus ſemper immutabilis permanet: ſuam deniꝗ humanam naturam eatenus exaltat, quatenus cum dei filio eadẽ cenſeatur perſona ac uer⁹ deus & homo, propter utranꝗ naturã, diuinam ſcilicet & humanam ſimul in Chriſto exiſtentem. Quemadmodũ plãtaria domeſticę arboris plantata in plantam ſilueſtrem eiuſdem plantę naturam agreſtem imbibit & in domeſticę arboris naturam tranſmutat: ut ſuaues fructus producantur: ita diuina natura plãtata in Chriſti humanitate eam diuinitate nobilitat: ut bonos ac immẽſos fructus nobis afferat. Hoc modo humanitas Chrī eſt exaltata ſine diminutione ſuæ deitatis: Veluti rex non humiliatur per ignobilem ſponſam: quam ex plæbeia facit reginam. Sicut deus corpoream naturam in carne humana tam alte prouexit, ut capax fieret rationalis ſpiritus, tanꝗ̃ creatæ imaginis dei: ſic humanam naturam in anima CHRISTI tam ſublimem fecit, ut capax fieret unionis diuinæ, nempe ut aſſumeretur a filio tanꝗ̃ ab æterna Dei imagine. CHRISTVS itaque, ceu filius in diuinis, 11.

c.7.§.3. in fi. eſt ęterna & intrinſeca imago dei: nec nō ceu uerus homo, eſt creata & extrinſeca imago dei, Queadmodum in quolibet homine corporalis natura & creata imago dei, eſt una dumtaxat perſona: ita in Chriſto utraq; natura & imago ſcilicet æterna & creata eſt una ſolummodo perſona, Redeundum tandem eſt ad mundi creationem, Cum autem omnis creatura nihil fuit: prius igitur de nihilo promere intendo,

VIGESIMVM CAPITVLVM. De nihilo.

ANte creationem mundi & temporis, ab ęterno deus erat & penes eum nihil: Interea tota ueritas intrinſece in deo latebat, nullibi extrinſece apparens: quouſq; deus ex nihilo tempus & reliqua crearet, Cum autem omne creatum proueniat ex nihilo: de eo igitur aliquid ſciri oportet, Imprimis nihil, ſeu non eſſe, eſt triplex & triplici ſerpentum generi ęquiparatum, Primum ſerpentem deus coniurauit, quominus ſuum uenenū noceat: quin ni ex eo uarij fructus prodeunt utilium rerum & naturarum: quas deus plaſmauit & continue plaſmat, Hoc nihil figuratum eſt per eneum ſerpentem: quem Iudęi aliquoties coluerunt & tandem Ezechias confregit, Secundum nihil eſt immenſe malum, & ęquiparatur uirulentiſſimo ſerpenti: qui eſt inconiurabilis ſed a deo maledictus inter omnia animantia & beſtias terræ, ac depreſſus uſq; adeo quo minus ueneno aliquam necare ualeat creaturam abſq; eius uoluntate: cui etiā deus, contra ipſum ſerpentem, coadiuuare dignatur, in quantum huiuſmodi iuuamen creatura non reſpuit, In ſpeciem eiuſdem ſerpentis, ceu callidioris animantis, lucifer ſe transfigurauit, quando Adam & Euam deceperat & adhuc hodie quando carpit ſeu tentat ſeducere uniuerſum orbem, Ille draco magnus ſerpens antiquus, fuit proiectus & diu ab angelo ligatus: ſed præſenti infœlici tempore iterum ſolutus: prout habetur in quodam tractatu de onere eccleſiæ ca, xvij, §, xxi, xxij, Idem male

4. Reg. 18. in prin.
Gene. 3. in me.
Gene. 3. in prin.
Apoca. 12. in me.
Apoca. 16 in prin.

dictus ſerpens uegetat multos ſerpētulos in gremio peruerſorū, nempe oīa peccata, Hoc eſt tertiū nihil & tertiū genus ſerpētū de q̄ dominus inquit: Serpentes genimina uiperarū, quomodo fugietis a iudicio gehennæ, Queadmodum deus ex primo finito nihilo bonas creaturas facit: ita peruerſa creatura ſe intromittit ex ſecundo infinito nihilo ſimiliter facere quicq;: e quo tñ nihil aliud fit q̄ malū peccatū, quod ſine ipſo deo factū eſt, Illi aūt maligni ſerpētes necanť paſſione Chri: per eius q̄; diſcipulos ſerpentum uenenum tollitur: q̄minus eis nocebit: ut in Marco patet, Matth. 23. ante fi. Iohan. 1. Mar. 16. in fi.

¶ Primum nihil non eſt adeo non aliquid neq; perpetuū non eſſe, quin ex eo in tēpore poſſit quicq̄ fieri & ad eſſentiam produci: eſt quidem malum, ſed finitū & ſemper in dei poteſtate conſtitutū: ſtans ſubtus, non aduerſus deum, ſuæ diuinę maieſtati obediēs ſubiectū: q̄niam ex ſe aliquid fieri patiť, nempe uarias creaturas: nullibi cōtrariū deo: qui huiuſmodi nihilū ſine obſtaculo pie ſolet ordinare ad bonū & ex eo creare ac facere q̄cquid ſuę diuinę uoluntati placuerit, Ex eodē deniq; nihilo deus hactenus ſpecialiter dedit atq; datur us eſt unicuiq; creaturę cōgruam materiā & naturalē eſſentiā, ad ſimilitudinē ſuæ diuinę eſſentiæ, Cōſiderari tñ oportet, creaturę initiū eſſe deum, & nō nihilū: q̄ꝺ ex ſe nullū fructū affert, neq; quicq̄ ꝓducere poteſt: q̄niam in ſeipſo penitus eſt imperfectum, deordinatū, nullificatum, incōſtans, Verum quidem ex eodem nihilo deus fecit creaturam: ſed eius eſſentiam nō ſuper nihilum, ſed ſup ſuam diuinā eſſentiā fundauit, Deus itaq;, & non nihil, eſt fundamentum & inicium creaturę: ut ipſa perpetuo ſit manſura & non iterum in nihilum redigenda, 2. J. 7. §. 9. in fi.

¶ Verumtamen prefatum primum & finitum nihil fuit ante omnem creaturam: per conſequens eſt antiquius & fortius q̄ creatura: nihil enim ſunt dies mei, Creatura igitur ex nihilo facta, tanq̄ eſſentia nullitati contraria, a nihilo uinci & iterū in nihilum redigi poſſet: quaſi nihil permaneat ſub ſole: prout impij æſtimant atq; dicūt: 3. Job. 7. in fi. Eccle. 1. ante me.

Sap. 2. in prin. J. 21. §. 1. in prin. ꝙ dicũt: Quia ex nihilo nati ſumus & poſt hæc erimus tanq̃ non fuerimus. Atqui deus eſt ante omne nihil: quod nunq̃ fuit: ideo ſub eius poteſtate eſt totum nihil: ad uerius quod creaturę ſuccurrit, ſapiente Sap. 11 in fi. referente: Quomodo poſſet aliquid permanere, niſi tu uoluiſſes: aut quod a te uo Eccl 10. in prin. catum non eſſet, conſeruaretur? nam in manu dei poteſtas hominis. Deus itaq; dignatur ſuum plaſma contra primum nihil defendere & in eſſe conſeruare: ut quęlibet creatura eſſentialiter maneat & diuinę eſſentiæ inhæreat: in primum nihilum minime reciſura. Nota in primum nihilum relabi nequimus: uti patebit infra, xxi. §. ij. Sed in tertiũ nihilũ, nẽpe i peccatum, indies cadimus. A quo quidem caſu nos deus non præſeruat, ſed redimit ac a malo eſſe ad bonum reſtituit. Quare homo ſedulo recolere debet, quod & quanta ei beneficia dominus conferet: Ex primo nihilo ipſum creauit & continue in eſſe cõſeruat: deinde redimit ex tertio pernicioſo nihilo & malo eſſe: utpote a culpa & æternę dãnationis ſentẽtia abſoluit. Triſarie igitur obnoxius eſt homo deo ad gratitudinem & obſequium: Primitus quia ipſum ex nihilo creauit: deinde ex peccato liberauit: Tandem ipſum ſaluat, inquãtum particeps eſt meriti Chriſti. Quemadmodum ab inicio deus ex naturali nihilo hominem creauit eiq; mediante natura naturalem eſſentiam indidit: ita recreat, i. redimit hominem ex mortali & culpabili nihilo: necnon mediante eccleſia gratiam & bonum ſpirituale eſſe ei præſtat, in ſacramentis baptiſmi & pœnitentię.

4. ¶ Secundum nihil eſt infinitum & directe contra deum, tanq̃ non eſſe æternum contra eſſentiam æternam. Hoc immenſum nihil eſt peſſimum omnium entium quaſi non ens. Huc accedit communis prolocutio: nihil eſſe peius hac uel iſta re: Eccl 4. in prin. prout ſcribitur: qui ſibi inuidet: nihil eſt illo nequius. Nec apte dicitur: Nihil eſt melius hac uel illa re, quoniam nihileitas bona eſſe nequit: multo minus melior quauis re: Niſi hanc dictionem (nihil) non extendas ad nihileitatem, ſed ad uniuerſas creaturas: quæ bonæ ſunt, tametſi ex nihilo procedant. Quippe ex eodem immenſo nihilo non creatur quicq̃: alioquin nouus deus aut res immenſa creari poſſet, uero deo ęquiualens, ad diſpendium & diminutionem diuinę laudis & dignitatis: tunc enim deus non eſſet unicum ſummum bonum: nec ſolus immenſus ſuper omnia nec integerrimę perfectionis. Quod eſt impoſſibile & contra diuinam naturam: ſiquidem omnipotentia & immenſitas ac reliquę diuinæ perfectiones ſoli deo conueniant. Vnicus igitur ſit deus neceſſe eſt: 8. 7. §. 14 nam inter duos aut tres deos nullus eſſet omnipotens uel ſummus: unus uinceret aut expelleret alterum: qui ulterius non eſſet deus nec omnipotens: imo impotens redderetur, alteri reſiſtere non ualens. Eſt itaq; prædictum immenſum nihil uſq; adeo malum ut ex eo deus nullũ creatum perficere debeat. Peruerſa autẽ creatura pro ſuo libitu abutitur pręfato infinito nihilo. Quo etiam abuſus eſt luciper Eſaie 14. in fine. quando aſcendebat & ſimilis altiſſimo eſſe uolebat. Porro eidem peſſimo nihilo inhęret homo maliuolus, ob naturam primi nihili ex quo factus eſt: Vnde fit, nos mortales inclinari non ad bonum: quod a nobis remotius eſt: ſed ad malum ſcilicet peccati & interitus: quod propinquius eſt uel prorſus in nobis habitat. Et quãuis humanus ſpiritus ſeipſum & ſecum ſuum corpus ſurſum ad bonum trahere debeat: corpus tamen ſua malitia inueteratum eſt ac tam corruptum, ut per illud ſpiritus enormiter aggrauetur & deorſum ad malum trahatur: quoniam terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. Augu- Sap. 9. in fi. ſtinus inquã cenſet: malum inolitum plus ualere q̃ bonum inſolitum. Conſequenter penes nos multo fortior eſt inueterata malicia & carnis concupiſcentia in nobis habitans, q̃ inſolita uirtus: que longe a nobis et extra nos conſiſtit. Malũ itaq; abſq; alieno ſuffragio nos ipſi leuiter perficimus: ſed bonum abſq; diuina gratia aſſequi nequimus. Comodius quidem deſcendimus q̃ aſcendimus: unus plus deorſum trahit, q̃ duo ſurſum. Hę ſunt duę uię: de

Math.7 quibus in euangelio: una eſt lata & ſpacio
ſa, quæ multos deorſum ducit ad pditionē
altera eſt anguſta & arcta, que ſurſū ducit
ad uitā: et pauci ſunt qui inueniunt eam,

5. ¶ In pręmiſſa lata uia quieſcit tertium ni-
hil, ſ. peccatum: quod pariter nihil nuncu-
patur: quia per hominem peruerſum eſt
patratum atq; productum ex ſecundo im
Eſaie 44. mēſe malo nihilo: Ad quod quadrat iſtud
1.Corin.8. in prin. Eſaiæ: Plaſte idoli omnes nihil ſunt. Et
iſtud pauli: Nihil eſt idolum in mundo,
Quemadmodum primum finitū nihil (de
quo hō factus eſt) naturaliter et frequēter
inhæret homini, donec is peruenerit ad deū
ceu ſuum ſecurum finem: ita rurſus homo
peruerſus adhæret alteri immenſo nihilo:
quo homo iterum in nihilum uergit. Quā-
obrē homo libero arbitrio (ſibi a deo pro-
pterea conceſſo) ſponte ad deum, ceu ęter
nam eſſentiam conuerti, & a malo nihilo,
ceu æternum non eſſe, auerti debet: Quan
do autem homo ſe a deo immenſo ad nihi
lum immenſum peruertit: tunc labitur, nō
in primum nihilum, ex quo factus eſt: ſed
in tertium nihilum, nempe in peccatum:
quod perficitur ſine deo ab homine per-
Iohan.1. uerſo: iuxta illud: Et ſine ipſo factum eſt
nihil: Item, Sine me poteſtis facere nihil, i.
Iohan.15. peccatum: quod redigit hominem inſciū
ad nihilum: fatente propheta: ego ad nihi
Pſal.72. ante fi. lū redactus ſum & neſciui, Imo omnia ho-
minis opera, abſq; deo facta, ſūt nihil, Nec
Chriſtus quidem ſibiipſi quicq; operis uē-
Iohan.8. in fi. dicauit ſed dixit: Si glorifico meipſum,
Gala.6. in fi. gloria mea nihil eſt: Et paulus: Nam ſi-
quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit,
ipſe ſe ſeducit. Item Dauid: Qui elongant
Pſal. 72. ſe a te, peribunt, Licet peccatum in ſe fini-
tum & non infinitum ſit malum: patroci-
natur tamen infinito malo, utpote ſecun-
do immenſo nihilo cōtra infinitū deū: qui
ceu ſummum bonū & æterna eſſentia of-
fenditur per peccatū: quod ideo fit immē-
ſe malum perpetim contrariū deo: Cuiq̃d
ſuum eſt homo rapit: quoniam peccatum
priuat & annihilat oēs uirtutes: quas deus
ſuę creaturę porrigebat & præſtabat.

6. ¶ Quamobrem peccatum (nempe liberū
arbitrium quo peccatum cōmittitur) non
ſolum deo ſed etiā eius creaturæ inimicū
eſt: ſiquidem tuus inimicus eſſe cenſetur
q̄ te uiſu aut bona ualetudine priuat: mul-
to maius inimicum eſt tibi peccatum, pri-
uans te iuſtitia & uirtute: maxime deſti-
tuēs te beatitudine: ad quā deſtinatus eras
a deo: Qui uult, i. ordinat omnes ſaluos fie- 1.Timo.2.
ri. Quæ quidem ſalus a te aufertur: tamet
ſi eam nondum poſſideas: quæ tamen pro
pter tuum peccatum infuturum tibi de-
negabitur: iuxta domini uerbū: Qui aūt Math.13. poſt prin.
non habet, & quod habet, i. habere deberet
& conſequi poſſet, ab eo auferetur, i. ei de-
negabitur. Primeuus dei ordo talis eſt: ut
unus homo ex alio propagetur ad ſimilitu
dinē diuinę propagatiōis: qua deus pater
generat deū filium: utq; homo bonas uir-
tutes a deo acceptet: quæ uiciſſim in eo er
ga deum reſplendeant: præcipue ut omni
cogitatu, uerbo et opere ſummum bonū,
nēpe deum colat & pre omnibus diligat:
necnon rationē ſenſualitati & ſpiritualia
tēporalibus anteponat. Rurſus ſuā uolun
tatem, quam ei deus liberam conceſſit: di
uinæ uoluntati prorſus ſubijciat & manci
patā reſignet. Siquidē huiuſmodi ordinē
homo cuſtodierit: tum ultra eius naturā
uſq; in cœlum ſublimabitur & deo æter-
naliter coadunabitur. Quoties aūt eundē
ordinem peruertit, toties in malum culpa-
bile cadit. Cui profecto caſui cauſam nul-
lā præſtat deus: qui malum neq; creat ne-
q; fouet: ſed interdum permittit & permiſ
ſum tandem bene ordinat: prout Ioſeph
dixerat ad ſuos fratres: qui eum ex inui- Gene.50. ante fi.
dia uendebant: Vos cogitaſtis de me ma-
lum, ſed deus uertit illud in bonum. Mala
itaq; peccata in bonam uertuntur pęnam: Eſaie 45. poſt prin.
deo inquiente: Ego dominus faciens pa- Iere.24. &.1. in fi.
cem (.i. ordinem iuſtum) & creans malū,
utpote ſupplicium, quo peccatores male
torquenť. Idē pręconium aliter poteſt in
terpretari, nempe Ego facio pacem, i. oīa
bona & pacifica: inſuper creo malū, i. ex fi
nito nihilo ſeu malo produco creaturam:
quæ aliquando male agit. Nequaq; intelli
gendū eſt de malo immenſo ſeu ęterno ni
hilo: ex q̄ ſurrepit peccatū: quod deus nō
creat, ſed homo propria malicia & peruer

ſu uoluntate perficit illud.

¶ Præterea occaſione peccati, ceu inimici
7. ſui, deus gratiam & uirtutem hominitra-
ditam uel porrectam, ab eo retrahit & ma
lum peccati congrue corrigit: necnon or
dinē pcō diſturbatū iterū reparat ad legiti
mā et ordinatā pœnitentiā. Imprimis a deo
in peccatorē ꝓfluit gratia admonitio ad cō
triſtandum: deinde ad indulgendum pec
cata & ad remittendum æternam pœnā
debitam. Vlterius mediantibus ſacramen
tis aduenit gratia ſpiritusſancti. Specialis
inſuper gratia in hoēs indignos profluit ꝑ
ſuffragia ſanctorū i cęlo et deuotorꝫ in ter
ra. Nec non in purgatorio animab. ꝓſunt
cerimonię diuini cultus: ordinarie preces
elemoſynę & alia bona opera iuſtorꝫ deū
inuocantiū pro defunctis: quibus ex inde
pœna purgatorij ſperatur ſubleuari, ex ſin
gulari ſcilicet gratia & uirtute paſſionis
Chriſti. Præmiſſe pietates proculdubio
eueniunt ex ordinatione & influentia di-
uina. Qui autem huiuſmodi ordinem in-
terrumpit & legittimam pœnitentiam ne
gligit: is in dei inimicitia perſeuerat.

8. ¶ Prelibato modo ex uno dei inimico fi-
unt tres: primus & maximus inimicus eſt
immenſum nihil: quod ſuam maliciam ad
uerſus deum exercere nequit: mouet ta-
men peruerſum hominem ad uſurpandū
huiuſmodi nihilum contra dei legē: Hinc
oritur peccatum: quod eſt alterū inimi-
cū deo: cuius creaturā ſpoliat uirtute &
induit uitio. Et ſic peccator efficit tertius
dei inimicus, inclinatus ad priorē dei ini-
micū nēpe ad nihilū imenſum & adiuuās
alterꝫ inimicū, uidelicet peccatū ꝑpetran-
do. Quo circa in ſe cōmaculat dei imaginē
et pdit dei ſimilitudinē, amicitiā & gratiā.
Inſuper peccator conſtituit ſe triplicē ini-
micum: imprimis dei: quē offendit, ſibiipſi
diuinum honorē & amorē uendicādo. De
inde efficit inimicus proximi: quo aliter ꝙ
diuīa imagine abutitur, forſitan ad amo-
rē inordinatū uel ad quęſtum aut uindictā
Tandē peccator eſt ſui ipſius capitalis ini-
micus: nemini. n. plus ꝙ ſibi nocet cum æ-
terna ſui dānatione: contaminat intus dei
imaginē & expellit foras dei gratiā, ſpiri-
tualiter moriēs & ꝑpetua morte periturꝰ.
Ecce peccatū eſt malum priuās: deo. n. ꝙd
ſuum eſt, rapit & creaturā perimit. Inimi
catur igit deo & eius creaturę: Vn̄ elicit
peccatum (quod tertium appellai nihilū)
directe aduerſus deū pugnare, tanꝗ mor-
tiferum malum cōtra ęternū & uiuificū
bonū. Viciſſim iuſte inimicatur deus pec
catori: ſcitum em̄ eſt, deum inimicū eſſe
oī criminoſo: qui bonā eſſentiā, a deo ſibi De p cio dist. 3. ꝗ ut pluri.
cōceſſam, in malā puertit: Seipſum ſpon-
te inijcit in tertium nihilum. i. peccatum: ca
dens a bono in malum: a iuſtitia in iniuriā:
a uirtute in uitium: ab obedientia in rebel
lionē, & prorſus ab innocentia in noxam,
peſſimę nihileitati inhęrentem. Peccatum
quidem adimit bonas uires & uirtutes:
quas deus hoi ſubordinauerat dederatꝗ.

¶ Hic pōdera malū peccati: ꝙd utitur alte 9.
ro malo imēſo, ſemper cōtra deum reſi-
ſtente & in cordibus peruerſorum latente
In eiſdē quidē peruerſis idē malum nitit
annihilare quicqd deus ex primo finito ni
hilo condidit: ac ſi uelit per peccatū ex ſe
ipſo aliqd facere et per peccatorē, tanꝗ ter
tium dei inimicum, oēs uirtutes, qbus cre-
aturę ſunt prædite, mortificare & perime
re. Idipſum eſt figuratum in ueteri teſta-
mēto cū duobus inimicis Madiā & Ama
lech: ꝑ quos ſignificata ſunt duo mala deo
inimica: utpote nihil imēſum & nihil cul-
pabile, i. peccatum: Nā illi ambo nihil om Iudi. 6 in prin.
nino, ad uitā pertinens, relinquebant in Iſ
rahel: Omiſſio itaqꝫ uirtutis & cōmiſſum
uitij prędа eſt uirtutis & inclinatio ad per
petuū nihil. Et licet peccatū nequeat hoīs
eſſentiam penitus extirpare, pōt tamē ho-
minē deſtruere atꝗ ſpoliare reliquis dotis
& gratijs diuinis, utpote deſtituere bono
ſtatu & in tam ꝓfundam mortē ducere: ut
iuſto dei ordine hō non debebat defendi a
predicto forti inimico, nēpe a peccato: ꝙd
eſt deo & eius creaturę contrarium uſqꝫ a-
deo, ꝙ ab eo humanū genus liberari nō por
tuit niſi inocenti Chri morte. Quippe deus uo
luit potiꝰ ſuū electū filiū mortē ſubire, ꝗ to
tā gētē peccato perire: iuxta Caiphę uatici Joh. 11. ante fi.
niū. Difficilius deniqꝫ fuit creaturā redimi
a tertio nihilo culpabili, ꝗ d' nouo plaſmari

ex primo nihilo: quod quaſi obediens deo nunꝗ reſiſtit neq ipſum offendit: prout peccatum eſt deo continue contrarium & offenſiuum. Quapropter idem peccatum, tanꝗ criminis reus & dei inimicus, ab homine difficulter abigitur. Deus igitur quaſi dubius per prophetam interrogat dicens: Nunquid abbreuiata & paruula facta eſt manus mea ut non poſſim redimere? aut non eſt in me uirtus ad liberandum? Propheta deſuper reſpondet: Ecce non eſt abbreuiata manus domini ut ſaluare nequeat. Sicut eadem manus dei hominem redemit a malo culpabilis nihili, in quod ceciderat: ſic ipſum præſeruat quominus reincidat in primum nihilum ex quo creatus eſt: prout ſequitur.

Eſaie 50. Eſaie 59. in prin. [.12.ſ.10]

VIGESIMVM PRIMVM Capitulum an eſſentia creaturæ in nihilum reuertaẽ.

Quæritur utrum eſſe creaturæ, ex nihilo productum, deſinat & in nihilum uergat? ut Sceptici aiũt poſt hoc erimus tanꝗ non fuerimus. Pro reſponſione nota duplicem eſſe eſſentiam: unam æternam & ſtabilem: alteram temporalem & inſtabilem. Eſſentia æterna conuenit ſoli deo: qui ante ſe nullum principium nec poſt ſe finem habet alium ꝙ ſuam propriam eſſentiam: quæ ideo eſt immutabilis, intranſibilis & prona ad omnem perſiſtentiam: Per conſequens ſemper pleniſſima, nunꝗ deficiens: tametſi ex ea omnes cæteræ eſſentiæ procedant, quẽadmodum ſol plenus in ſe eſt luce nec deficit tametſi ab eo omnia inferiora lumina profluant. Inde conſequitur altera temporalis eſſentia: quam deus ſuper nihilũ appendit: ideo mutabilis eſt, creſcens & decreſcens ueluti luna, ſecundum qualitatem inditam & capacitatem ſolaris luminis. Siquidem ſolis ſplendor multum attingit lunam, eo magis ipſa lucet: Conſimiliter in creatura bonitas eſſentiæ augetur uel diminuitur, iuxta menſuram influentiæ diuini numinis. Vbi ſol ſuum lumen non diſpergit, ibi ſunt tenebre: quorſum autem lucet, eorſum fit diaphanum: nihilominus ſole ſuum inditum lumen integre retinente. Indiuiſum quidem lumẽ in ſe continet ſol: illud tamen ſuum lumẽ præbet unicuiq ſpeculo ac alijs obiectis, quantum capacia ſunt ſolaris luminis: Similiter indiuiſa dei eſſentia æternaliter in deo integra manet: tametſi ab ea omnes aliæ eſſentiæ procreentur & ſingulis creaturis unicuiq pro ſua capacitate diſtribuãtur. Talis creata & debilis eſſentia, nobis communicata, apparet hoc tempore nocturno: quam ceu lunam contemplamur: ac in ea cognoſcimus ſolis lumen, nempe æternam diuinam eſſentiam: quam alioquin, ceu ſolis claritatem, interioribus intellectus oculis capere nequimus: ſed per nocturnum lune ſplendorem, utpote per menſurnam debilis eſſentiæ noſtræ mutabilitatem, cognoſcimus diuini ſolis ſtabilem lucem & æternam eſſentiam, a nobis remotiſſimã & deo propinquiſſimã. Quemadmodum luna non proprium ſed a ſole comodatum habet lumẽ (quod primordialiter in ſole exiſtit) ita noſtra eſſentia ĩ ſe nihil eſt: ſed primordialiter a dei pẽdet eſſentiã. Lune quippe claritas, remoto ſole, apparet magna: ſed circa ſolem apparet nulla: Pariter noſtra eſſentia eſt modica, imo quaſi nulla, reſpectu eſſentiæ diuinæ: Vnde Eſaias ait: Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram deo, & quaſi nihilum & inane reputatę ſunt ei: Et ſapiẽs diuicias nihil eſſe dixit in comparatione illius.

Sap. 1 [.10.ſ.3] in prin.

Job. 16.

Eſaie 40. in me. Sap. 7 poſt prin.

¶ Quamuis ab eſſentia diuina dependeat eſſentia creaturarum: tamen eadem eſt ex nihilo producta: ideo inſtabilis, tranſitoria & inclinata ad non eſſe. Nam deus totum plaſma & eius naturam fecit ex nihilo, & non eſſe deduxit ad eſſe: idcirco mundus & omnis creatura, pro ſui natura iterum ad nihilum & in non eſſe redigeretur. Sed deus ad ſimilitudinem ſuę æternæ eſſentiæ & diuinæ naturæ, uult omnes & ſingulas creaturas in earum eſſentia et cõmuni natura perpetuo manutenere: Ne ſuum plaſma inuanum ſit conditum. Eccleſiaſtes quippe didicit ꝙ omnia ope- 2.

Eccl. 3 in me.

ra, quæ fecit deus, perſeuerarent inperpe
tuum; nō poſſumus eis quicꝙ addere nec
auferre; quod factum eſt, ipſum perma-
net, Hoc pacto nihil poteſtatis habuit ig-
nis in corporibus trium puerorū: de qui-
Dan.3 bus in Daniele. Multominus poteſt quis
in fi. in ſeipſo caſſare ſuam naturalem eſſentiā,
a deo ſibi datam; Quia omnis creatura dei
1.Thim.4. bona eſt & nihil reijciendum; Deus enim
Mar.7. bene omnia fecit, Nulla igitur creatura to
inf. f.21.§.4. taliter annihilabit; quin perſeueret in ſuo
in prin. naturali eſſe bono uel malo, inquantum a
diuino eſſe dependet; a quo nullum crea-
tum ſeparabitur, Illud autem, quod crea-
turæ ultra eius naturalem eſſentiam ex ni
hilo & accidentaliter attributum eſt; po-
f.26.§.6. teſt iterum caſſari et in creatura deperire.
3. ¶ Conſiderandum itaq; eſt triplex eſſe;
unū naturale; ſecundū accidentale; tertiū
eſt gratuitū & bonum eſſe, Naturale eſſe
creat diuina omnipotētia; Accidentale cō
cedit nutu dei pro creaturę qualitate; ue-
luti fortitudo, pulchritudo, ſanitas, opulen
tia, honor, pax temporalis &c, Bonum aūt
eſſe pręſtatur dei largitate iuxta hois capa
citatē; ueluti gratia, beatitudo, ęternū gau-
dium; q̄d eſt hominis eſſe ſummū, Et ſicut
uniuſcuiuſq; creaturæ nihilū ab æterno
fuit capax aliq̄d fieri; ſic ex eo deꝰ fecit ali
quid; in quod diuina eſſentia ac naturalis
& congrua materia unacum prima forma
profluxit, Iſtud primum naturale eſſe per
petuo durat. Etſi deus eſſentialiter nobi-
ſcum non habitat: noſtra tamen eſſentia;
originaliter pendet a ſua diuina eſſentia;
quæ ab æterno in deo eſt & undiq; deor-
ſum manat in creaturas ut eas in ſua natu-
rali & creata eſſentia conſeruet, Siquidem
deus ſuā intrinſecā eſſentiā unacum cæte
ris diuinis perfectionibus, non ſolū in ſeip
ſo æternaliter & infinite continere; ſed eā
etiam extra ſe in tempore finite producere
dignatur, Ideoq; deus per ſuam intrinſecā
prolem (nempe filium) omnē creaturam
ceu extrinſecam prolē creat: quo creatu-
ra temporalis dimenſam & ſtabilem eſſen
tiam nanciſceretur: quēadmodum deus
eſt æterne, immenſe ac immutabilis eſſen
tiæ, Alia duo eſſe, nēpe accidentale et gra
tuitū, hō in paradiſo ꝑdidit, ſcilicet hic inno
centiā, ſapientiā, ueritatē, cōſtantiam, im-
mortalitatem, uictoriam, uirtutem & reli-
qua dona diuina ac uires humanas. In alio
deniq; ſæculo adempta eſt homini beatitu
do & coeleſtis lætitia. Omnes itaq; nos in
malo ſumus eſſe; quod Chriſtus a nobis
auferre dignatur, Secundum, utpote acci-
dentale eſſe, dominus nobis non recupe-
rat; niſi inquantum ſaluti noſtræ congruit
Tertium uero & optimū eſſe Chriſtus ſua
paſſione obtinuit omnibus eiuſdē paſſiōis
participibus, Ex præmiſſis facile cogno-
ſcis te, ceu dei creaturam, minime in nihi-
lum redactum iri, ſed in eſſe naturali per-
ſtabis perpetuo; quāuis ob reatum origina
lis peccati hominem exues uſq; ad diem ex
tremum; necnon ob actualia peccata per-
petuo priuari poteris bono eſſe; ad quod
te ultra tuā naturā deus ab æterno ordina-
uerat & Chr̄s ſua morte tibi ꝓmeruerat.
¶ Ex prædictis liquēt quatuor dona a deo
in hominē profluentia; duo ſpiritualia &
duo corporalia; duo abſq; medio & duo ꝑ
medium, nā charitas dei diffuſa eſt in cor- Roma.5.
dibus noſtris, Primum corporale & ime-
diatum donū eſt q̄ deus in Adam toti hu- f.25.§.3. in prin
mano generi corpus dedit & unicuiq; ſuā
portionē cum debitis attinentijs diſtribuit
primitiue habitu, ſucceſſiue actu. Secūdo
deus cuilibet peculiariter dat corpus reale,
mediantibus pr̄e & matre; aliaq; exteriora
bona tēporalia concedit congruis medijs.
Tertio infūdit deus imediate unicuiq; ho-
mini ſingularē rationalē ſpiritum; pariter
gratiā & miſericordiam. Quarto concedit
ueniā & remiſſionē peccatorū, mediātib.
ſacerdotibus & ſacramentis; aut interce-
dentibus ſanctorum ſuffragijs uel deuoto
rū orationibus; maxime ꝑ paſſionē et me-
ritū Chriſti, Pariter quoq; diuina iuſticia f.38.§.1
cū correptione profluit in peccatores, Cō in fi.
ſtat ergo omnē eſſentiā hois in duabus dei
manibus pendere: ſiquidem una dei ma-
nus ab eſſentia naturali nunꝙ retrahitur,
Eſſentia autē hominis accidentalis exiſtit
in dei uoluntate & permiſſione. Bona ue-
ro hominis eſſentia ſtat in altera dei ma-
nu utpote in gratia diuina & libero ho-

minis arbitrio: propter quod ſecunda dei
manus ab homine ſepius auferẽ. Similiter
cætere diuinæ potentiæ diffunduntur in
omnẽ aliam creaturam plus uẽ minus, iux
ta qualitatem & neceſſitatem cuiuslibet
creaturæ. Deus ergo eſt ubiq; in toto mũ
do ac in omnibus & ſingulis creaturis, nõ
eſſentialiter (qualiter nullibi eſt ꝙ in ſeip
ſo) ſed potentialiter, intellectualiter, miſeri
corditer &c. Veluti rex in ſuo regno eſt
ubiq; regens. Hinc dominus inquit: Cœ
Eſaie 66. in prin. lum (nempe deitas) mihi ſedes eſt; & ter
J. 68. §. 4 in fi. ra (nempe creatura) ſcabellum pedum
meorum. Chriſtus autem nobiſcum eſt
Math. 28. in fi. ſacramentaliter & actualiter regens in ec
cleſia: quemadmodum pollicitus eſt, ſe no
biſcum fore uſq; ad conſummationem ſæ
culi.

5. ¶ In dei potentia & manu exiſtit omnis
creatura, ſingulariter homo: quem deus
J. 42. §. 5. una manu retinet; altera cuſtodit. De re
Eccl. 13 in me. tentione ſcriptum eſt: Quaſi lutum figuli
in manu ipſius plaſmare illud; ſic homo in
manu illius qui ſe fecit. Item in Hieremia
Hiere. 18. ait ad nos dominus: Ecce ſicut lutum in
in prin. manu figuli, ſic uos domus Iſrahel in ma
nu mea. Igitur ſemper egemus deo: qui
hominem & totum plaſma, ex primo nihi
lo creatum, in naturali eſſentia ſuſtentat:
nec homini in hoc aliqd deficit: ꝓpheta fa
Pſal. 22. in prin. tente: dominus regit me, & nihil mihi de
erit: Pariter & diſcipuli domino interro
Luce 22. ganti: quando miſi uos ſine ſacculo & pe
ra & calciamentis: nunquid aliquid de
fuit uobis? reſponderunt, nihil. Sic nec fi
Deute. 2. poſt prin. liis Iſrahel, per deſertum proficiſcentibus,
aliquid defuit, domino deo cum eis habi
tante. Naturalis itaq; eſſentia ab homine
nunꝙ tollitur: quin creatura eſſentialiter
perpetim maneat: ſit quoq; uſq; ad mortẽ
homo: quẽ tandẽ extremo die reſurrectu
rus iterũ induet, ſiue uelit ſiue nolit. Quic
quid autem deus homini ultra ſuam natu
ralem eſſentiam ſupererogauit; hoc ho
mo relinquere & perdere poteſt. Hoc pa
cto diabolus ſuiq; aſſecle perdiderunt bo
na accidentalia & honeſta: quibus beatitu
dinem conſequi potuiſſent: ſed æternam
pœnam ſunt conſequuti: cupientes modo
in nihilum penitus redigi: tamen in pri
mum nihilum, ex quo facti ſunt, conuer
ti nequeunt: coacti nihilominus permane
re in ſua acquiſita & corrupta eſſentia:
quam nec exuere nec meliorem aſſequi
poterunt. In natura quidem ſunt aliquid
in beatitudine autem nihil: propterea pro
nihilo reputãtur: ac ſi redacti ſint in peſſi
mum nihilum & in non eſſe perpetuum,
unacum ſuis operibus & temporalibus le
titiis. De diabolo ſcribitur: O cherub, i. Ezech. 28.
aſtute angele, perdidiſti ſapientiam tuam:
nihil factus es & non eris imperpetuum.
Quædam tamen naturalia dona & uires
a diabolo non auferuntur: uti habetur in
Iob & infra. xxiiii. §. iii. Sic & reliqui dam Job. 41. in fi.
nati, bono eſſe orbati, reputantur pro nihi
lo. Hieremias igitur ad deum orat: Corri Hiere. 10. in fi.
pe me domine, ueruntamen in iuditio, ſ.
temporali & non in furore tuo: ne forte
ad nihilum redigas me: id eſt: ne æternali
ter damner. Porro damnati cupiunt non
ſolum omnimodam ſui extinctionem: ſed
etiam deum ſubſtantialiter & eſſentialiter
prorſus non eſſe: quoniam odiunt diuinã
iuſtitiam, eos ſeuere punientem: & ſic ſe
perpetuos dei hoſtes conſtituunt.

¶ In hac inſuper uita reperiuntur multi 6.
adeo deſperati: qui cupiunt prorſus extin
gui & annihilari: ut morbus pariter ſuus
aut aduerſus caſus euaneſceret. Iſti conie
ctant ſe in perpetuum dei odium, cupien
tes fieri perpetuum nihil quod potiſſimũ
contrariatur deo & eius æternæ eſſentiæ.
Qui itaq; exinaniri deſiderat, is uult perpe
tuus dei aduerſarius emori: flectit ſe uo
luntarie a deo, & uertit ſuum ualidum eſſe
ad inualidum non eſſe. Cum autem eiuſ
dem deſperati hominis naturalis eſſentia
pendeat a diuina eſſentia: quæ eſt æterna:
ideo eandem naturalem eſſentiam perpe
tuo ſtabiliri oportet: nec deſinet unꝙ: alio
quin plaſma dei & creata eſſentia periret
& non duraret. Verum primam gratiam,
naturam & eſſentiam deus uoluntarie &
gratis conceſſit homini abſq; ſcitu, arbitrio
& conatu ipſius: Pariter ipſum quoq; in
ſua natura & eſſentia conſeruat abſq; uo
luntate & opere ſuo; Cogitur quidẽ ſem

per na

per naturalis permanere homo ſaltim in potentia. Cuius meminiob mortem ſepa rantem corpus ab anima: unde præmortuus ad tempus homo eſſe deſijt. Attamen utraq; materia (nempe corpus & anima) non annihilabitur: anima enim, a corpore ſeparata, nuda reuertitur illuc & uiuit naturaliter: corpus uero hic permanens commiſcetur elementis, ex quibus compactum fuerat: permanente utraq; natura corporali ſcilicet & ſpirituali: ut poſſibile ſit extrema die in corporis reſurrectione, corpus & animam reconiungi & ex eis fieri priſtinum hominem: qui tandē naturalis homo perpetuo durabit in inferno uel in cœlo: Propterea deſperatus non recidit in primum nihil, de quo creatus eſt: ſed in alterum culpabile nihil: quod ſibijpſi conſuit, per iſtud tandem cadit in immenſum nihil: nempe in æternam damnationem. Ab illo peſſimo nihilo deus hominem non præſeruauit, ſed redemit atq; de cætero cuſtodire intendit: inquantum homo ad gratiam ſe præparat. Hæc eſt ſecunda manus: qua deus protegit & in bono eſſe conſeruat hominem, ultra ſuam naturam extollendum & ad ordinatum finem (nempe uſq; in cœlum) ſubleuandum: iuxta hoc elogium: In manu dei poteſtas hominis & ſuper faciem ſcribæ imponet honorem ſuum.

[Iob.1. in fi.] [Eccl 10. post prin.]

7. ¶ In hac manu domini ſunt omnes fines terræ, necnon poteſtas terræ & hominis. Eadem deniq; manus eſt conſilium, quod beata trinitas cogitauit ſuper omnem terram, & eſt extenta ſuper uniuerſas gentes ac nemo poteſt eam auertere: de qua ſcribitur: Manum ſuam aperuit inopi & palmas ſuas extendit ad pauperem: eum ſcilicet in ſua natura cōſeruando & ad bonum gratię ſuſcipiendo. Vbi autem dominus inclinat manum ſuam, ibi corruit omne auxilium: gratia enim dei ablata ab homine, incontinenti ſpiritualiter moritur homo. Veluti ablato a nobis ſole (qui lucem delectabilem præſtat) mox actum uidendi amittimus. Pariformiter ablata a nobis manu diuinæ gratiæ, ſtatu ſalubri ſtatim priuamur. Cuius exemplum habemus: Quando Paulus Elymæ mago diceret: Nunc manus domini ſuper te, & eris cœcus non uidens ſolem uſq; ad tempus: confeſtim cecidit in eum caligo & tenebræ. Ecce uiſum perdidit, cum ei dominus manum gratię retraheret. Illud igitur præconium: Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus domini: intelligitur, nō q dominus manibus nos feriat, ſed manū ſuę gratiæ & auxilij auferat a nobis gratię incapacibus: ideo in dei indignationē & in noſtrum malum labimur. Hinc apoſtolus ait: Horrendum eſt incidere in manus dei uiuentis: Hoc eſt amittere manus diuinę gratiæ: quæ exigente culpa a nobis ſæpenumero auferuntur: iuxta euangelicum dictum: Qui non habet, etiam quod habet auferetur ab eo: utpote nō deueniet ad deum ceu debitum finem ſibi deſtinatum.

[Psal.49 Eccl 10. Esa.c.14. ante fi.] [Prouer.31] [Esaie 51. post prin.] [Actu.13 post prin.] [Eccl.8 in fi.] [Hebre.10 ante fi.] [Mar.4. post me.]

8. ¶ Deus namq; eſt alpha & o. ideſt omnium rerum principium & finis: Suiipſius quidem principium eſt deus ſine fine: creaturæ autem principium eſt creando: finis uero ſaluando. Sicq; o, reuolat ad a. Quia creatura una cum ſua natura habēs progreſſum et initium ab a, deitatis, debet cum o, hoc eſt ſpirituſſancti auxilio, nempe diuina dilectione, rotunde a principio uſq; ad finem uolui & reuerti ad deum, ceu ad ſuum ordinatum finem: qui eſt uita æterna. Homo igitur ſicut creatione e diuina idea exijt: ita per diuinam gratiam in deum redire debet. Ad hoc quadrant plæriq; ſcripturę paſſus: ut unuſquiſq; reuertatur in domum ſuam in pace: Cū quęſieris dominum deum tuum, inuenies eum: ſi tamen toto corde quęſieris: Nouiſſimo autem tempore reuerteris ad dominum deum tuum. Item oritur ſol & occidit & ad locum ſuum reuertitur. Dominus exercituum ad nos dicit: Reuertimini ad me & ego reuertar ad uos. Et Paulus inter alia ſcribit: Quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem diuinitatis (nēpe omnem dei creaturam) inhabitare, & per eum ſcilicet Chriſtum reconciliari in ipſum omnia (nēpe omnes homines) quæ in terris ſeu in cœlis ſunt. Item conſiden-

[Apoca.1.] [J.67.q.1. in prin. Rome.6. in fi.] [3.Reg.12 ante me.] [Deute.4. in me.] [Eccle 1. in prin.] [Mala.3.] [Colo.1. in me.] [Hebre.11 ante me.]

[library stamp]

res quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram: qui enim hæc dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere: & ſiquidem ipſius meminiſſe de qua exierunt: habebant uti ꝙ tempus reuertendi; nunc autem meliorem appetunt, ideſt cœleſtem: parauit. n. illis ciuitatem: Hactenus Paulus. Rurſus
2. Pet. 1. in prin. ponit Petrus: Quomodo nobis deus omnia diuinæ uirtutis ſuæ, quæ ad uitam & pietatem ſpectant, per Chriſtum donauit: ut per hoc efficiamur diuinę conſortes naturę. Ex præmiſſis liquet, hominem in ſua naturali eſſentia perpetuo duraturū: bonum præterea & beatum ſtatum obténturum: in quantum meriti Chriſti incapax non fuerit. Vlterius recolendum eſt, quid deus ex primo nihilo produxerit, nẽpe macrocoſmum & in eo contenta,

VIGESIMVM SECVNDVM CAPITVLVM.
De Macrocoſmo.

IN omnibus quæ in cœlo terraq; ſunt, quatuor habentur rerum differentiæ. Vnius nempe patris in diuinis nec origo eſt nec principium. Ex eodem deo patre generatur alter ſcilicet filius. Tertius eſt ſpirituſſanctus procedens ex utroq;. Quartum tandem ab eiſdem tribus perſonis, tanꝗ ab uno deo, producitur temporaliter ex nihilo: quod eſt macrocoſmus, i. maior mundus. Primum nempe perſona patris eſt ſine omni origine: reliqua tria habent originem: duo quidem utpote perſona filij & perſona ſpirituſſancti ęterna ſunt: quartum uero utpote totum plaſma creatum eſt atq; temporale: prout Paulus deſcribit: Ex ipſo & per
Roma. 11. in fi. ipſum & in ipſo ſunt omnia: hoc eſt omnis creatura primitus creata eſt a deo patre ꝑ deum filium in deo ſpirituſancto, eædem tres perſonę ſunt ęterna indiuidua unitas. Ad huiuſmodi unitatis ſimilitudinem unicus creator produxit unicū plaſma, trinū quidem, ſed diuiſum in multas creaturas. Id deus primordialiter diuiſit in tres naturas: prima eſt mera ſpiritualis ueluti angelica: Secunda eſt mera corporalis ſcilicet mundus cum in eo contentis: Tertia ſpiritualis & corporalis ſimul ut homo. Huiuſmodi trina naturarum diuerſitas conformior eſt creatrici trinitati, ꝙ bina uel quadruplex uel alius ſubſequens numerus.

¶ Circa macrocoſmum & ſuas partes, utpote circa omnes & ſingulas creaturas, ſunt conſiderandę octo quæſtiones ſubſequentes. Primo utrum mundus æternus ideſt increatus fuerit, an creatus? Reſpondetur: totum mundum & omnia in eo cõtenta in tempore deus creauit: namſi mundus eſſet ęternus atq; increatus: coęquaretur deo in æternitate, & conſequenter in cæteris perfectionibus infinitus eſſet & pro deo deputandus: quoniam æternitas & immenſitas conueniunt ſoli deo: quem ex natura unicum eſſe oportet. ¶ Secundo quæritur: A quo mundus ſit creatus? Indubitatum eſt atq; prorſus credibile, a deo mundum eſſe productum: quoniam ante creationem citra deum nihil fuerit: nihileitas autem neq; mundum neq; alias res producere potuit. Quapropter ſolus deꝰ, ceu omnipotens architector, creauit hoc laudabile & ſpectabile opificiū huius mūdi: alioquin extra deū nemo potuiſſet tam magnificum opus perficere. Iuxta ſapientis quidem dictum: In manu artificum opera laudabuntur. Deus itaq; ipſe initio abſq; medio mundum & omnia creata cõdidit ac indies humanos ſpiritus immediate condit. humana & alia corpora format deus mediante natura. Cui deniq; poteſtatem & ordinem dedit influendi ulterius in inferiora corpora ſuccedentia. Bonum igitur hominis ſpirituale, eſt a deo abſq; medio: bonum autem corporale, quo homo potitur, eſt pariter a deo, mediante tamen natura, homini ſemper deſeruiente. Siquidem ſine eadem natura nec uiuere nec eſſe ualeamus: non ꝙ communis natura per ſe, ſed per ipſam nos deus conſeruet.

¶ Tertio quęritur, ſecundum quid mundus ſit formatus? Reſpõdeo: Deus ad ſui ſimilitudinem formauit mundum, tanꝙ extrinſecam formam ſeu phiſonomiā ſuarum diuinarũ perfectionum ſeu uirtutū, ęternali.

Margin notes: 2. (beside "Circa macrocoſmum"); Eccl. 9. in fi. (beside "In manu artificum"); 3. Gen. 1. 19. & 4. in prin. (beside "Tertio quęritur").

æternaliter in deo intrinſece exiſtentium
& per diuinam prolem prodeuntium ac
in mundo radiantium: quibus idem mun
dus euadat bonus, magnus, fortis, potens
& cæteris uirtutibus inſignis: acſi aliquod
opus prodit ex opificis arte ſeu ideâ: quam
prius in ſua fantaſia & mente concepit &
formauit. Eandem formam poſtea educit
in actum: quo perficitur materiale opus
quod prius fuerat in opificis fantaſia uel
idea. Quemadmodum illud opus neq; ſu
am materiã neq; naturam, ſed ſolam ſuam
ſimilitudinem & formam ex opificis cere
bro accipit: ita etiamſi mundi & totius plaſ
matis forma ex deo procedat: eius tamen
materia & natura, non ex deo, ſed ex ni-
hilo prouenit. ¶ Hinc conſequitur
reſponſio ad quartum quæſitum: quod
eſt: Ex quo mundus ſit factus? nempe ex
primo finito nihilo: de quo ſupra xx. §. ij.
Sicut enim deus pater charitate & natura
li neceſſitate gignit deum filium: ſic deus
non neceſſitate aut natura ſed uoluntate,
ex nihilo creat omnia.

4. ¶ Quinto quæritur: Quomodo mundus
& cætera creata ſuſtenentur? Natura
exigit, creaturam ex nihilo factam incli-
nari & iterum redigi ad nihilum, e quo
condita eſt. Quare ſolus conditor ipſum
mundum & reliquas creaturas conſerua
re poteſt, ne in nihilum redigantur: uti
c. 21. §. 2. præmiſſum eſt. Deus eſt infinita eſſentia:
ad cuius ſimilitudinem præſtat omnibus
& ſingulis creaturis eſſentiam finitam:
Sicut deus nunquam perdere poteſt ſuam
eſſentiam increatã neq; pertingere ad ni-
hilũ: ſic cuiuslibet creaturę eſſentiam crea
tam ſtabilitat nec ad nihilũ uergere ſinit.
Nã nuda corporalis natura, carens intelle-
ctu & uoluntate, ſeipſam peruertere uel
deum offendere nequit. durat igit incor-
rupta in ſuo originali ſtatu & naturali eſ
ſentia. ad extremum deniq; diem plus cla
rificabitur & renouabitur iuxta uerbum
Apoca. 21. domini: Ecce noua facio omnia. ¶ Se-
in prin. xto, Deus totum mundum omnemque
c. 19. §. 5. creaturam finaliter propter ſeipſum plaſ
mauit: quo ſuus honor innoteſcat: laus
dilatetur ac nomen ſanctum ſuum intrin-
ſecum per rationales creaturas extrinſe-
ce ſanctificetur: prout dominus noſter
nos docet, imprimis ad deum orare: San- Math. 6.
ctificetur nomen tuum. Is eſt finis: ad
quem principaliter deſtinati ſumus. Dei
autem gloria, laus & nomen tanto ampli-
us dilatatur & ſanctificatur: quanto plu-
res rationales creaturæ dei opera, uires &
perfectiones cognoſcunt, amant & glori-
ficant. Quoties enim aliqua creatura, pri-
us deum ignorans, incipit deum cogno-
ſcere: toties deus extrinſece creſcit: quia
ſua fama & gloria extenditur & peruenit
ad locum, in quo antea non colebatur.
Quo plures creaturæ dei cognitionem at
tingunt: eo magis deus extrinſece creſcit:
Et dum Deus in homine exterius cre-
ſcit, interim homo interius creſcit in
Deo.

¶ Scito nomen eſſe bifarium: unum pro- 5.
prium ut Iohannes: alterum appellati- Luce 1. poſt prin.
uum ut baptiſta. Nomen proprium ab-
ſolute deſignat perſonam: & imponitur
in baptiſmo uel confirmatione, ſine præ-
uijs bonis aut malis operibus. Qualem
ſe Iohannes poſtea actu & uita gerit, ta-
li nomine appellatur aut bono aut malo:
ueluti baptiſta a baptiſando. Hoc eſt no- Marc. 1. in prin.
men accidentale, ceu bona uel mala fa-
ma: prout adagium eſt: Ille habet bonum
uel malum uerbum. Porro æternum & Gene. 32. in fi.
proprium nomen dei eſt nobis mortali-
bus admirabile & occultum: neq; in deo
ſanctius neq; maius quam eſt, fieri poteſt: ſed
extrinſecus per creaturam rationalem ex
tendendum plurimumq; ſanctificandum.
Appellatiuum uero dei nomen & bonam
famam quilibet rationis capax cogitur co-
gnoſcere ex laudabilibus & euidentibus
diuinis operibus: per quæ proprium dei
nomen (quod antea nec ponderatum nec
exterius debite honoratum fuit) ulterius
a rationabilibus hominibus tanq; magni-
ficum, laudabile, admirabile ac multum
uenerabile, glorificatur & extollit. Nam
inſignia creaturarum opera cauſant, quo
intrinſecum & occultum proprium dei

nomen (quod non nominare ſed bene laudare & glorificare poſſumus) extrinſece in nobis creſcat, tanq̃ ſanctum, laudabile ac benedictum præconium & ualde admirabile nomen. Hoc eſt appellatiuum & acquiſitum dei nomen, ex notis diuinis operibus reſplendens & latenter conceptum in mente hominis: qui poſtea huiuſmodi nomen ore, ſcripto & opere gignere & in lucem ædere debet: ut idem nomen manifeſtetur & amplificetur ac aliorum cordibus inſigatur & inſcribatur: utq̧ in tepidis hominibus renouetur, non extinguatur uel deleatur; Siquidem homines conditi ſunt finaliter ad laudem dei: cuius nomen cordi imprimere & ſanctificare: necnon magnificare ac uerbis & operibus reuelare, honorare & glorificare tenentur ex totis uiribus.

6. ¶ Inſuper nomen & honor dei ſanctificatur & extenditur tali modo: Deus quippe per ſe uel per ſuas creaturas agit charitatiua & bona opera: ideo charitas & ſummum bonum appellatur: quo admonemur deũ ſuper omnia diligere ceu ſummum bonum. Præterea deus per ſcripturas & oracula intimat nobis ueritatem: eo appellatur ueritas: cui abſq̧ difficultate credere debemus. Omnia opera agit potenter: ergo omnipotens appellatur & in eum ſperare poſſumus. Item multa dona & pietates nobis exhibet: eo fidelis appellatur deus: cui merito confidimus. Deus dominatur & agit opera ſapientię & iuſtitię: iudicij & miſericordię: redemptionis & protectionis: per conſequens appellatur dominus; ſapiens & iuſtus: iudex & miſericors: redemptor & defenſor: ſicq̧ ex plurimis bonis operibus uaria ſortitur nomina: quę tamen ſunt in ſe dumtaxat unum nomen integrũ, magnificum, laudabile, honorificum, amabile, terribile & ſanctum: quod nobis in deo eſt incomprehenſibile & admirabile: ſed exterius inueſtigandum et perpetuo a nobis colendum.

1.Job.1 ſ.78.ſ.10 in prin. — ſ.1.ſ.9. — Deut.10.

7. ¶ Enimuero deus in ſe occluſum & ineffabile proprium nomẽ habet una cum immenſa gloria, dignitate, potentia, iuſtitia, charitate & bonitate cæteriſq̧ diuinis uirtutibus. Quæ omnes eſſent nobis incognitæ: niſi eas operibus deus comprobaſſet, ſibi ad laudem exteriorem & nobis ad utilitatem interiorem. Cum autem præmiſſum nomen cum diuinis uirtutibus pateſcit: neceſſaria ſunt loca, in quibus inhabitet: nempe idonei homines: qui norunt & in corda ſua acceptant nomen dei ac uirtutes eius. Sunt deniq̧ eædem uirtutes & occultum nomen dei manifeſtanda uoce & intelligentia proferendæ & diuulgandæ: quo cæteri homines de huiuſmodi nomine & laude dei certiores reddantur & ad bonum alliciantur, deum glorificaturi. Quare iuſtus hijs aut ſimilibus uerbis ſeu nominibus ad deum clamat: O ſanctiſſime, piiſſime, miſericors domine: æterne, optime deus: non ſolum interiori cordis cogitatione ſeu contemplatione: ſed etiam exteriori uerbali clamore aut alijs expreſſis & euidentibus ſignis. Siquidem deus ſuum intrinſecum admirabile nomen & bonum eſſentiale exterioribus operibus increaturis nobis innoteſcere uoluit: decet hominem ut nomen & præconium diuinum, iam cordi eius occulte inditum, nunc ore & manu manifeſtet: hoc eſt, laudem & cultum diuinum ore reſonet ac bonis proſequatur operibus: quo uniuerſi intelligãt: per ipſum ſanctificari & laudari nomen & gloriam dei. Id quod homo exterius agit, indicium eſt quid in corde interius latet: remota hypocriſi.

¶ Poſtq̃ omnia opera deus peragit ad laudem ſui nominis: & homo eſt in mundo potiſſimum dei opus, præ cæteris igitur creaturis obligatur homo ad bona opera, omnia in nomine domini inchoanda, dirigenda & determinanda ad dei laudem: ut ex ſe ſuiſq̧ operibus cultus emergat nomenq̧ dei ſummopere ſanctificetur. 8.
Homo equidem poteſt nihil melius perficere, q̃ nomen dei ſanctificare: & nihil peius q̃ illud nomen dehoneſtare uel conuiciari uel in uanum ſumere aut alias eo abuti contra præceptum domini. Exo.20. Quare homo præcipue eſt aſtrictus deo honorem impendere occultis & euidẽtibus actibus, utpote in

utpote in eum credendo, ſperando, confi-
dendo: eum ſuper omnia diligendo, timen
do: ei humiliter obſequendo & omnem re
uerentiam exhibendo. Qui talia non ſata
git, is inhonorat deum atq; contemnit, con
fundens & peruertens diuinum ordinem:
quo deus ad ſui laudem omnes creaturas
ordinauit: ſpecialiter hominem mancipa-
uit ad diuini nominis ſanctificationem:
Dub.6 quod patet in primo orationis dominicæ
articulo. Præterea nomen dei ſanctificare
homo tenetur non tantum pro ſeipſo, ſed
etiam pro reliquis corporeis creaturis, ad
laudem dei principaliter conditis: pro ex-
pertibus quidē rationis, homo ipſe deum
colat: rationis autem capaces ad cultum
dei promoueat: præſertim per euidenti-
am bonorum operum. Quæ tamen ſi per-
aguntur, inde deus, non homo, glorifi-
candus eſt: quo nomen dei extrinſece ſan
ctificetur, magnificetur, ueneretur, laude-
tur & glorificetur. Ex huiuſmodi operi-
bus conſequimur comodum & ſalutem:
nam in eis nomen dei dilatatur & per nos
ſanctificatur nobiſq; utilitas additur: nem-
pe in nobis nutriuntur uirtutes diuini ob-
ſequij & cultus: timoris & obedietiæ: ſe-
dulitatis & gratitudinis. Hinc emergit
ſeptima ſequens quæſtio.

9. ¶ Septimo præmeditandum eſt, opus &
plaſma dei factum eſſe ſecundarie ad uti-
litatem rationabilium creaturarum, nem-
pe angelorum & hominum, præſertim
creaturas corporeas ad obſequium no-
ſtri: ut tamen in hijs finaliter regnum dei
quæramus: prout dominus docuit nos
Dub.6. orare: Adueniat regnum tuum. Sicut
deus ſuum opus in hominis uſum dirigit:
ſic homo ſua opera principaliter in Dei
laudem: deinde in ſui ſalutem reflectere
Tit.3. debet. Hinc Paulus admonet: ut curent
bonis operibus præeſſe qui credunt deo:
hæc enim ſunt bona & utilia hominibus.
1.Cor.12. in prin. Item unicuiq; datur manifeſtatio ſpūs ad
utilitatē. Et licet corporalis exercitatio ad
1.Timo.4. modicum utilis ſit: pietas autem inde e-
manans, ad omnia utilis eſt; promiſſio-
nem habens uitæ, quæ nunc eſt & futu-
ræ: nempe hic gratiam: illic beatitudi-
nem. Deus inſuper ſua opera non ſolum
ad tuam ſedētiam ad tui proximi como-
ditatem ordinauit, tua igitur opera ad pie-
tatem & utilitatem proximi impendere
debes. Quodlibet bonum opus triplicem
affert fructum, uidelicet dei honorem: p-
priam ſalutem & proximi profectum. Sic
cine ſancti martyres opera pœnalia ſuſti-
nuerunt, imprimis ad dei gloriam: qua
eius nomen ſanctificabatur & catholica
fides firmabatur: deinde propriam & ac-
comodatam ſalutem, nempe regnum dei
in patientia quærentes, uitam tranſito-
riam pro æterna commutarunt. Tandem
proximo bonum exemplum patientiæ,
humilitatis & conſtantiæ bona fide præ-
tulerunt. In præmiſſis eminet eximia gra-
tia dei: qui ſuum plaſma, pariter omnia
opera & negocia huius mundi ordinat
principaliter ad laudem ſuæ diuinę ma-
ieſtatis: ſecundarie ad hominum comodum.
Per hoc tamen homo nequaq; propriam
gloriam, ſed ſolum utile ſalutis quęrat: om
nem honorem deo tribuens: alioquin ipſe
damnum reportabit.

¶ Octauo quęritur: utrum deus plures 10.
mundos ſine numero creare poſſit? Bre
uiter reſpondetur: Deum omnia poſſe
quæ diuinæ potentiæ ordinatim conue-
niunt: neq; poteſt quicq; inordinatum uel
iniuſtum; neq; malum uel inculpandum: 1.37.§.4. in prin.
neq; confuſum uel defectuoſum uel ſimi-
lia agere: quę diuinæ omnipotentiæ ob-
ſiſtunt uel diuinam dignitatem confun-
dunt. Omnes enim diuinę perfectiones
ſunt infinite conformes, neq; aliquid aliud
ꝙ deus ipſe. Omnipotentia dei eſt eius uo
luntas: uoluntas dei eſt eius actio: actio dei
eſt eius potentia: Et ſic in ſingulis di-
uinis uirtutibus. Nec minor eſt diuina iu-
ſtitia aut bonitas, ꝙ uoluntas aut poten-
tia dei: Nec inferior eſt uoluntas dei ꝙ
eius actio: diuina uoluntas & actio uel o-
peratio non eſt abbreuiata a potentia dei: Esaie 59. in prin.
acſi deus minus uelit agere ꝙ poſſit. Cum d.10.§.9 in fi.
autem manifeſtum ſit diuinam naturam
unanimem eſſe in ſua eſſentia, actione,
intellectu, uoluntate, potentia, ordinatio-
tione ac in cæteris perfectionibus. Vna

igitur diuina perfectio ꝙ altera nec maior nec minor: nec amplior nec ſtrictior eſſe poteſt: ſed omnes diuinę uires ac perfectiones unum ſunt ac in immenſum conueniunt: Siquidem deus eſt perfectiſſime bonus, magnus, ſapiens, uerax, fortis, potens, ordinatus, pius, miſericors, iuſtus, operans & undiq; uirtutibus plenus, ubi enim potentiæ nihil deeſt: ibi nec uoluntas nec actio uel cæteræ dei perfectiones deficiunt. Concluditur itaq;, deum nihil obmiſſurum quin omnia creet quæ in diuina exiſtunt Idea: ipſo dicente: nihil
Luce 12. in prin. opertum quod non reueletur. Plures igitur mundos uel alias res nō creabit ꝙ poſſit: nec poteſt pluſꝙ uelit: nec plus uult ꝙ debeat. Et quicquid deus poteſt, id uult. Siquidem bonum eſt plures mundos creari: eos proculdubio deus uult & debet creare: alioquin deus quoddam bonum prætermitteret, ac ſua potentia excederet ſuam uoluntatē & operationem. Si autem bonum non eſt plura creari ꝙ creat: nemo deo inculcare ualet eum poſſe quod bonum non ſit. Talis enim potentia non eſſet firma ſed debilis & impotens defectus. Nam deus eſt adeo bonus, in quem nihil mali uel priuationis cadit uel ab eo profluit.

VIGESIMVM TERTIVM CAPITVLVM. De mere ſpirituali plaſmate.

Totius mundi factura diuiditur in triplicem originalem naturam: una eſt mere ſpiritualis ſcilicet angelica natura. Altera eſt mere corporalis: ueluti firmamentum & elementa & quod ſub eis eſt. Tertia factura eſt corporalis ſimul & ſpiritualis: nempe humana natura. De pura ſpirituali ſeu angelica natura ſpecialiter ſcribere minime ſum idoneus: neq; fas eſt aliquid dicere de eadem: quæ excedit humanum intellectum: nec præſentis eſt materiæ. Qui uelit, legat beaum Dionyſium de cœleſti Iherarchia. In quantum autē decet, prius perſtringam aliqua, anteꝙ peruenero ad naturam mere corporalem: ſiquidem ante eam deus angelicam creauit naturam: ſcriptura ponente cœlum ante terram & dicente: In principio creauit deus cœlum & terram, i. ſpiritualem & corporalē creaturam. Gene. 1. in prin.

¶ Deus ipſe eſt ſubſtantia ſpiritualis immortalis, nempe puriſſimus, infinitus &c. ſpiritus. Ad ſimilitudinem igitur ſuæ diuinæ ſpiritualis naturæ, in principio angelicam condidit naturam, nempe immortales & puros perſonales ſpiritus: in quos ſuam interiorem ſpiritualem naturam deriuat ad exteriorem cultum decoremq; ſuæ diuinæ maieſtatis & ad notificandam omni creaturę interiorem dei claritatem per angelos glorificatam. Quorum quidem angelorum choros deus nouem condidit & prope ſe, ceu ſummum ſpiritum, ordine ſucceſſiuo locauit atq; in tres Iherarchias diſtinxit. Quęlibet deinde Iherarchia in tria officia angelica eſt ſegregata. Qualiter autem ulterius angeli ordinenī, nos latet. At pie credendum eſt, nullā inter eos a principio fuiſſe conſtitutam confuſionem ſed bonam ordinationem: in qua ipſi omnes perſeuerare debebant. Scriptū nanq; eſt: Quæ autem ſunt, a deo ordinata ſunt. Item omnia in menſura & numero & pondere diſpoſuit deus. Quis igitur unꝙ præſumeret deum malignis ſpiritibus eorum malitiæ occaſionem dediſſe. Porro angelici ſpiritus ſunt abſq; medio capaces diuinę ſapientiæ: qua interiori intellectu eis conceſſo deum extrinſece cognoſcūt & eius intrinſecam uoluntatem intelligūt & exequuntur. Inde angelica uis & natura, pro diuino beneplacito, profluit in cœlos & firmamenta aliaq; corpora ſuperiora: ut ea uſq; ad extremum diem, in continua & certa reuolutione perſiſtant & interim in corpora elementatiua influant, iuxta dei arbitrium & pſalmiſtæ elogium: Angeli potētes uirtute, facientes uerbum illius.

2. Johan. 4. in me.

Roma. 13. in prin. Sap. 11. ante fi.

Pſal. 102. in fi.

¶ Quidam

3. ¶ Quidam angeli ad commune hominũ
ſ.§.7. et §.8. in prin. comodum ſunt deputati: ueluti Michael
de ordine principatuũ, olim fuit princeps
Iude in me. ſynagogæ, hodie prępoſitus eccleſiæ: quõ
dam uenit in adiutorium popu'o dei: ho
die altercatur cum dracone. i. diabolo ani-
maſq; electas in cœlum perducit: ſicut ſcri
Dani.10 ante fi. ptũ eſt: Michael unus de principibus pri
mis uenit in adiutorium meũ. Item Con-
Dan.12 in prin. ſurget Michael princeps magnus, q̃ ſtat
pro filijs populi tui. Et iterum, Michael &
angeli eius præliabantur cum dracone &
Apoca.12. poſt prin. draco pugnabat & angeli eius, & non ua-
luerunt, neq; locus inuentus eſt eorum
amplius in cœlo. i. in eccleſia. Quidam
ſpeciales angeli ſingulis hominibus ſunt
præpoſiti, ſuum ſalubrem influxum eiſ-
dẽ participantes mandato dei: De quibus
Hebr.1 in fi. ſcribitur: Omnes ſunt adminiſtratorij
ſpiritus in miniſterium miſſi, propter eos
qui hæreditatem capiunt ſalutis. Hoc
pacto angeli non ſoli deo miniſtrant abſq;
medio: ſed etiam homini mediante diui-
Pſal.96. na gratia. Imprimis famulantur deo: unde
Pſal.102. Pſalmiſta canit: Adorate eum omnes an-
Pſal.103. Pſal.148. geli eius & benedicite nomini eius: item
Laudate eum omnes angeli eius. Sic &
Math.4 angeli acceſſerunt ad CHRISTVM
& miniſtrabant ei.

4. ¶ Deinde quoſdam angelos ſingulari-
bus hominibus ſalubri influentia fuiſſe
præpoſitos ſatis conſtat. Nam patriarcha
Gene.28. Iacob uidit angelos dei aſcendentes &
deſcendentes per ſcalam cœli: nimirum
ſuo influxu attingentes firmamentum &
Gene.48. homines. Ipſum quoq; Iacob eius
angelus eruit de cunctis malis. Viciſſim
homines ſuis præpoſitis angelis obſequi
& obedire debent: alioquin angelici in-
fluxus rebellibus nocumento cedunt. Si
quidem pij angeli ſua natura & ſtatu al-
De onere eccleſie c.51. §.9. tiori, mediant inter deum & homines:
quorum opera bona coram deo per an-
gelos promouentur, mala uero inculpan-
tur. Speciatim boni angeli affectant
uniri hominibus, ut eos quoq; uniant deo:
cui & ipſi angeli ſunt uniti in omni obe-
dientia. Atqui angelici influxus manant
dumtaxat in hominũ animas, tanq̃ unus
ſpiritus ad alium; non etiam in corpora,
niſi mediantibus cœleſtibus impreſſioni-
bus. Nam angeli ſua natura nullum attin
gunt corpus præter cœleſtia. Nec credi-
bile eſt (ueluti aſtrologi ariolantur) quæ
dam ſuperiora corpora, utpote Satur-
num, Martem, Venerem & nonnulla alia
aſtra ſeu ſigna, curſu cœleſti per angelos
moueri ad exceſſus & pericula hominum
uel ad detrimentum rerum elementali-
um. In hijs diuina maieſtas & angelica
pietas acetiam cœleſtia corpora inique
culpantur, quoniam nec ex deo nec ex
angelis ſuis in uniuerſo quicq̃ mali decer-
nitur: ſed omnia a ſũmo uſq; deorſum or-
dinata ſunt: Quia dominus ipſe eſt deus in Deu.4 ante fi.
cœlo ſurſum & in terra deorſum.

¶ Ex pleriſq; inſuper ſcripturæ locis li- 5.
quet bonos angelos hominibus eſſe præ-
fectos: ubi ſcriptum eſt: Quoniam ange- Pſal.90. ſ.24. §.3
lis ſuis mandauit de te ut cuſtodiant te in
omnibus uijs tuis. In manibus portabunt Math.4 in prin.
te, ne forte offendas ad lapidem pedem
tuum. Ita angelus recreabat Agar ancil Gene.16
lam Abrahæ in ſua tribulatione. Et Iſaac Gen.21. et 22.
ſuus angelus a patris ictu cuſtodiuit. He- 3.Reg.19
liam ſuus angelus tetigit & excitauit ad
comedendum. Thobiam & Saram ange Tho.3.
lus Raphael curauit & eorum orationes
in conſpectu domini recitauit. Iuniorem Tho.5. in fi.
deniq; Thobiam ſuus angelus duxit & re
duxit ad Gabelum: eratq; ei optimus co-
mes & bene diſpoſuit omnia quæ circa
eum gerebantur. Angelus cuſtodiuit Iu- Iudith 13 in me.
dith ad Holofernem euntem & ibi com-
morantem & inde reuertentem immacu
latam in uictoria ſua. Præterea angelus
domini deſcendit cum azaria & ſocijs Dani.3 poſt me.
eius in fornacem ardentem & excuſſit flã
mam ignis de fornace & nõ tetigit eos om
nino ignis. Angelus quoq; concluſit ora Dani.6 ante fi.
leonum, ne nocerent Danieli. Et an-
gelus apprehendit Abachuc in uertice Dani.14 in fi.
ipſius, & portauit eum capillo capitis
ſui in babylonem ad Danielem & confe-
ſtim reſtituit Abachuc in loco ſuo.
Item Zachariæ angelus apparens filijs ſui Luce 1. in prin.

Matth.1 natiuitate reuelabat. Et Ioſepho ſuus an-
gelus ter apparuit: ſemel ne timeret acci-
Matth.2 pere Mariam coniugem ſuam: Iterum
ut cũ puero & matre eius fugeret in ægy-
ptum: tandem ut defuncto herode redi-
Acta.12. poſt prin. ret in terram Iſrahel. Petrum ſuus ange-
lus excitauit & eripuit de manibus hero-
dis. Quinimo extrema mortis hora homi-
Luce 16. ante fi. ni proprius angelus aſtat: Sic Lazarus ab
angelis deportatus eſt in ſinum Abrahæ.
Matth.18 poſt prin. Quapropter dominus inſinuat angelos hu
milium hominum ſemper uidere faciem
patris cœleſtis: acſi dicat ab angelis defer-
ri ad deum quicquid boni faciunt aut ad
uerſitatis perferunt in terris electi dei ho-
mines: nonq; diuinam ſapientiam illud la-
teat: ſed q; angelorum delatione boni con
ſolentur & mali terreantur.

6. ¶ Cum angelus hominem ſibi commiſ-
ſum ſolo ſpirituali, non corporali influxu
attingat: quæritur, utrum corporales ho-
minis actus angelus percipiat? Pie quidẽ
credendũ eſt: Si homo angelum alloqui-
tur aut petit, angelũ id percipere: quoniã
eius influxus imediate ad hominẽ ordina-
tus eſt, ſciat igitur neceſſe eſt quid boni,
quid mali homo agat: quo illud diuino iu
Eccl.5 poſt prin. dicio præſentare ualeat. Idcirco ſcriptura
prohibet, irrationabiliter loqui coram an-
gelo: ne dicas coram eo (non eſt proui-
dentia) acſi tuus angelus intelligat tuum
ſermonem. Hominis autem ſpiritus, a cor-
poris nexu ſolutus, proculdubio alloqui-
tur ſuum angelum ui & uia ſpirituali no-
bis carnalibus ſcitu impoſſibili & inexper
ta. Viciſſim angeli ſuam uocem nutu dei,
forte mediante aere, erga uiuos homines
Zach. 1 in me. ſæpius expreſſerunt. Sic angelus ad Za-
chariam loquebatur uerba bona, uerba
Eſaie 37. in prin. cõſolatoria. Sic & ad uocem angeli fuge
runt populi.

7. ¶ Angeli pro bono & cuſtodia non ſolũ
8. §. 3 in prin. ſingularium hominum, ſed etiam ciuitatũ
4. Reg.19 & communitatum deputati ſunt. Sic an-
2. macb.15 gelus Iheroſolymam a tyrannide Senna-
Exo.14 et 23. cherib eripuit. Necnon deus miſit ange-
macb.2 in me. lum ſuum: qui populum Iſrahel præcede
ret & cuſtodiret in uia. Quando populus
Iſrahel contra hoſtes caſtrametatus eſt, fre
quenter miſit ei dominus angelum: qui
nuncupabatur angelus exercituum. Om-
nis igitur turba populi rogabat deum ut 2. macb.15 poſt prin.
bonum angelum mitteret ad ſalutem Iſ-
rahel. Nobis deniq; omnibus per Baruch Baruch.1 in prin.
dominus promittit dicens: Angelus meus
nempe angelicus influxus, uobiſcum eſt.
Etſi communes uel particulares homines
ſe ad angelorum aſſiſtentiam uel admoni-
tionem pertinaces exhibent: nihilominus
tamen pij angeli ſolent eoſdem pertina-
ces & negligentes homines (quibus ſunt
præpoſiti) non derelinquere: niſi prorſus
ſint indurati: Quos tandem iudicant &
corripiunt. Sic duo angeli a deo Sodomã Gene. 19.
miſſi & a ſodomitis contempti, tandem ci 1.35. §. 2. in fi.
uitatem iudicauerunt & deleuerunt. Pa-
riter & angelus per Danielem iniquos Dani.13
duos iudices, Suſannam calumnioſe accu
ſantes, neci adiudicauit. Et ſcriptum eſt: Prouer.17
Semper iurgia quærit malus: angelus au-
tem crudelis mittetur contra eum. Cum
autem malus reſipuerit, redibit quoq; an-
gelus cum gratia. Quilibet igitur ſedulo
famuletur ſuo angelo, tanq; preceſſori ſi-
bi dato ab omnipotenti deo: Cui etiam ob
iſtud beneficium humilimas grates age-
re debet.

¶ Angelorum propria nomina ſunt ad-
mirabilia nobiſq; incognita: cognomina 8.
uero ſecundum eorum officia frequenter Iudi.13 in fi.
appellantur. Angelus quidem repreſentat
dei nunciũ: a quo euangelium: quod eſt
bonum a deo nuncium: Gabriel interpre
tatur diuinæ fortitudinis nuncius: Micha
el proſpector uel cuſtos magnarum uirtu
tum. Ea de re antiqui circa portas ciuita-
tum erexerunt capellas in honore ſancti 8. §. 3. in prin.
Michaelis, ad memoriam huius elogij: Ni
ſi dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra Pſal.126.
uigilat qui cuſtodit eam. Raphael deſig-
nat diuinum medicum: is motu aquę in pi Iohan.5 in prin.
ſcina ſanabat languentes, cæcos, claudos,
aridos ac alios quacunq; detinebantur in-
firmitate. Similiter & Thobias per angelũ Thob. 3.
curatus eſt. De influxu bonorum ſpirituũ 8. §. 2 et. 8
ſupra habitum eſt: infra habebitur de ma-
lorum inmiſſionibus: A quibus nos deus 1. 24. §. 3
cuſtodit per ſuffragia piorum angelorum

& cæte.

& cæterorum ſanctorum. Nam firmiter
eſt ſperandum: quemadmodum deus no
bisſuccurrit miniſterio angelorum, ita &
Matth. 22 interuentu ſanctorum: qui ſunt ſicut ange
ante fi. li dei in cœlo. Quis dubitat, quin Rud.
bertus & alij ſancti; qui modo coram deo
f. 14. §. 5 exiſtunt & olim populo eccleſiæ Salze.
burgenſis præfuerunt: eundem popu
lum & reliquos Chriſtifideles dilexerint:
et pro eodē populo acetiā ꝓ eiuſdē poſte
ris nempe pro uobis ſedulo orauerint. In
huiuſmodi charitatis affectione ijdem ſan
cti patres hinc migrauerunt. Dum illi
pro nobis coram deo intercеſſerunt: inte.
rim proſper Saliſburgæ ſucceſſus fuit:
poſtꝙ autem prædictos alioſqꝫ ſanctos cō.
temnimus, ulterius nobis non ſuccurunt.
Vnde ſatis ſentitis, quid incomodi uobis,
ceu contemptoribus ueterū patrū & aſ.
ſeclis modernorum diaboli doctorum, ſuc
creuerit: nempe bellum & inquietudo:
excubię & exactiones: detrimentum re.
rum & fortunarum: diſpendium corpo.
rum & animarum. Quare uos ſegnes ob.
nixe obteſtor: ne ita (ſicut hactenus feci.
ſtis) ueſtros angelos ac patronos, uobis
impræſenti & infuturum a deo datos &
præpoſitos, ſpernatis: ſed eos iuxta pium
morem ueſtrorum ſeniorum propenſius
imploretis: ut deum orent, ne in errore
fidei, quo iam irretiti eſtis pereatis.

VIGESIMVM QVARtum Capitulum. De ſpiritibus peruerſis.

Ngelicis ſpiritibus obiectus fuit
ſtatus bifarius, Qui ad deum fle.
ctebantur, in primeuo angelico
ſtatu permanſerunt, in eo confirmati &
uoluntarie perſeueraturi imperpetuum.
Deflexi autem in ſeipſos: deum ultra om.
nia non diligentes, ceciderunt in alte.
rum ſtatum peruerſæ angelicæ ideſt, dia
bolicæ naturæ, nūꝙ a lapſu reſurrecturi.
Quoniam ipſi ſunt ſpritus ſimplices, ſpon.
te inclinati abſqꝫ medio uel ad deum uel
ad ſeipſos; quo eorum arbitrium firma.
tur uſqꝫ adeo ut quod ſemel elegerint,
ſemper uelint. propterea nec boni ſpiri.
tus ad malum: nec mali ſpiritus ad bonum
uerti poterunt: cum ſint proprio motu &
interiori defectu, abſqꝫ omni exteriori oc.
caſione, in peccatum lapſi. Spiritus autem
humani carne oppræſſi mutabiles ſunt ac.
inconſtantes, quemadmodum quælibet
caro leuis eſt, ſuumqꝫ ſpiritum ad peruer
ſionem impellit. Hinc liberum hominis
arbitrium quandoqꝫ bonum, quādoqꝫ ma
lum fit, iuxta conditionem interioris
diſpoſitionis uel exterioris irritatio.
nis: modo prone flectitur ad deum, ſu.
per omnia diligendum: modo deorſum ca
dit ad carnem: cui colligatus eſt: ſed non.
dum totaliter captus, donec ſeipſum de.
dat. Angeli uero arbitrium inicio incon.
cuſſum eſt. ſiquidem tendit ſurſum ad
deum; ibi colligatur ac in bono perpetim
firmatur: ſi autem tendit deorſum ad
ſeipſum: ibi male inhileitati annectitur.
Sic maligni angeli, quāuis originaliter bo
ni ſint conditi: tamen interiori propria ma
litia, ſine omni exteriori allectione, ſe ad ſe.
ipſos peruerterunt, eo modo ex angelis
facti ſunt diaboli. Qui mortales quoqꝫ ad
peccandum prouocant, in malitia adeo
obſtinati & in intellectu obcęcati ut nec
deum nec ſeipſos nec ſuum malum (in
quod ceciderunt) intelligant. Neqꝫ ſua
peccata deteſtari uel ab eis ceſſare poſ.
ſunt: Quinimo Chriſto ob eius excellen.
tiam continue infeſti ſunt atqꝫ indignan.
tes omnipotenti deo: qui eos beatitudine
priuat & ob eorum malitiam punit. Quip
pe perpetuam pœnam maligni ſpiritus in
uiti ſemper ſuſtinebunt: qui uoluntarij
ſemper peccant. Conſimiliter damna.
ti pro uoluntario malo culpæ, inuolunta. Esaie 45.
rium penę malum ferent, iuxta illud: Ego post prin.
dñs faciens pacē & creans malum ſcilicet f. 20. §. 6
pœnæ. Quod quidē pœnæ malum incum ante fi.
bit peccatoribus ob ſuæ culpę malum; Job. 24. post prin. f. 100. §. 3
quod deus inultum abire non patitur.
¶ In omnibus angelorum ordinibus Lu 2.
cifer fuit ſuperior, lucidior, pulchrior, no.
bilior, dignior & præſtantior ſpiritus. Cui
dominus dederat intellectum perſpicacē

ſtatum excellentem, poteſtatem magnā, uires ac uirtutes inſignes: quibus uteretur principaliter ad honorem & amorem dei: ſecundarie ad ſuum bonum & ad comodū̄ ſuorū ſubditorū, Hac excellentia elat9 lucifer ſuperbire cepit: omnē honorē gloriā, amorē & cultū ſibiipſi arrogans: ꝓpriū comodū ubiq ſecutus: deo & creatori ſuo
Esaie 14. in me. altiſſimo aſſimilare & prope eum ſedere attentauit: prout indies ſe ęquiperare deo nititur: cupiens ſuper omnia creata dominari. Cum Lucifer ſublimi intellectu in principio perſpiceret ſupra ſe altiorem fo
e.19.§.&. ul th. re creaturam, nempe Chriſti humanitatē: quam ad complendū totum plaſma, deus ꝑſonaliter aſſumpturus & Lucifero omnibuſq cęteris creaturis prelaturus eſſet: cōcepit odiū cōtra futurū Chr̄m & inſidias cōtra deū q ipſum ad huiuſmodi prelationē nō prędeſtinauerit neq Chriſtum fecerit.
Psal. 25. Nec hodie ceſſat Luciper ſibi diuinitatē arrogare, ſuā eccleſiam uidelicet malignātiū erigere, ac dei eccl'iam diſſipare, excitans in hominibus hęreſes & ſuperſtitiones. Quondam maligni ſpiritus in imaginibus latentes, reſponſa dederunt, portenta finxerunt, falſa fantaſmata immittendo, ut tanq dij colerentur. Quin nihac tempeſtate diabolus exigit ab ariolis, ut ſuo nomine orent, ieiunent, ſacrificent, elemoſynam porrigant cæteriſq uacent operibus,
Matth. 4. post prin. ſoli deo exhibendis. Quippe ipſe promiſerat Chriſto omnia regna mundi, ſi cadens adorauerit eum. Diabolus itaq conatur diuinum ſibi uſurpare honorē: homines ad peccandum inſtigare & ſeducere: prout nunc nos germanos uafris dogmatibus a bono ſpiritu in lubricam carnem traxit & ſua catenauit ſecta: qua totam pene plebem infecit & bonas ordinationes noſtrorum ſeniorum euertit uſq adeo ut iam uir
3. tutum opera fugiamus & carnis uicia proni ſectemur.

¶ Præmiſſo mō Luciper originales ſuas uires & dona ſibi a deo conceſſa diſſipauit & caſſauit: propterea a ſuo ſupremo ſtatu (ubi locatus erat) ad imū cecidit. quanto ſublimior quis ſedet, tanto profundior fit eius caſus. Quanto igitur meliorem deus Luciferum condiderit & altius locauerit ultra cæteros ſpiritus; tanto peiorem ſeſe fecit & ſub cæteris ſpiritibus profundius delecit. Atqui mutatis ſuis bonis uiribus Job. 41. in fi.
in malas, durat ſua poteſtas & ſuperioritas e.11.§.11
in malignantes. Vnde inquit Iob: Non eſt ante fi.
poteſtas ſuper terram quæ comparetur ei, qui factus eſt ut neminem timeret: omne ſublime uidet: ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbię. Huic inſuper Lucipero ſponte adhęſerunt multi peruerſi angeli, qui amoris bonum, a deo ipſis conceſſum, ad ſeipſos uerterunt atq uertunt, erga deum ingrati: in ſeipſis complacentiā & in Chriſto diſplicentiam habentes: ꝙ is tanq homo & non aliquis angelus eoꝝ potens ſuperior & iudex eſſe debeat. Per hoc ex bonorum angelorum turma eadētes, diaboli ſunt facti: ſincerum dei ordinē deturpantes & mendacia inducentes. Et quāuis eis nullum dei uerbum ſit impoſi-
tum: a ueritate tamen creata in mendaciū e.5.§.1.
reſilierunt: mendaces effecti rurſus peſti- post prin.
feros influxus doloſe immittunt. Huiuſmodi doli & mendacij pater eſt Luciper:
attentans euertere diuinam ueritatē. Hu- Johan. 8.
ius criminis accuſatur a Chriſto dicente: ante fi.
Diabolus in ueritate non ſtetit & mendax eſt & pater eius. ſ. mendacij. Nam quod ad diuinam attinet ueritatem, id nititur falſificare & ſic diuinum ordinem deſtruere necnon ad ſuum deuium homines ſeducere. Diabolus itaq conſtituitur dominus et rector omnium hæreticorum & ſciſmaticorum a Chriſto & eccleſia ſegregatorū. Antiquitus decepit idolatras: ut multo tēporis intercapedine demones pro dijs adorarent. Modo excitat hæreſes: quibus petulantes hoēs adhęrent, relicta uera fide. Præterea ante bienniū & trienniū aduerſus eccleſiaſticos & ſæculares ſuperiores diabolus ruſticoꝝ aliorūq indomitoꝝ hominum tumultum prouocauit: qui firmiter aſſeuerauerunt eoꝝ capitaneum nempe diabolum eſſe deum. Quandoq æſtimat aliquis a deo quicq ſibi conceſſum eſſe: quod ei diabolus miniſtrat: utpote iniuſtam belli uictoriam uel optatum caſum in teſſeris, uel fortunam ſcortandi. Hoc pacto mali.

cto ma'iuolis perſuadet diabolus ſe eſſe
deum,

4. ¶ Luciper ex puteo peſſimi nihili pecca-
tum hauſit; ſe conſtituens primariam radi
cem & originem totius malitię, fraudis &
mandacij; quibus diuinam maieſtatem &
ſuas creaturas damnificare molitur. Libe-
rum ſuum arbitrium (quod in eo primi-
tus bonum deus condiderat) peruertit diui
neq; uoluntati oppoſuit; ſtudens aliorum
quoq; ſpirituum arbitria pariter confun-
dere; ac hodie quęrit continue homines ſe
ducere; in ſuam ditionē adigere deoq; adi-
Roman. 1 Ephe. 6. mere. Quamobrem Luciper uocat̄ inuen
tor malorum: princeps mundi & rector
tenebrarum. Cui acceſſerunt & hactenus
adhærent omnes ſuę naturæ maligni ſpi-
ritus: qui ceu eius nuncij unanimiter ſuā
uoluntatem exequuntur: non ex natura
f. 12. ſ. 8 in me. (qua unus homo ab alio trahitur) ſed qui-
libet dæmon proprio motu Luciferum ſe-
quitur. Omnes quidem & ſinguli malicio
ſi ſpiritus ſua arbitria concorditer confor-
mant arbitrio ſui ſuperioris & pręceſſoris
Luciperi; & ab eo reguntur & ipſum un
diq; ſequuntur: quod ipſe uult, hoc illi uo-
lunt. Omnes ſunt unius regni, in malo ſi-
mul cōcordes; neq; inter eos diſſenſſio ori-
tur, quoniam eorum regnū ualidū eſt atq;
Math. 12. in me. induiſū: Alioquin te ſtante euangelio de-
ſolaretur, ſi dæmones mutuo pugnarent
& inter ſe diuiſi eſſent. Dum aūt fortis ar-
Luce 11. poſt prin. matus Luciper atrium cuſtodit: in pace
ſuum eſt regnum: quoniam ſubditi obedi
unt, aſſiſtentes & minime a capite receden
tes. At quātis in eodē diabolico regno nul
la diſſenſio, eſt tamen nihilominus iniu-
ſtū, deo quoq; & iuſtis hominib9 aduerſū;
quemadmodum cōcors ſocietas, inter prę
dones & latrones inita, iniuſta eſt & cōtra
bonos mores. Huiuſcemodi mundanam
Luce 12. ante fi. pacem & calumnioſam concordiā Chr̄s
diſcindere præcepit dicens: Pacē meam
Johan. 14. in fi. do uobis, non quomodo mundus dat: ui-
delicet concordiam in malo: prout turci
& pagani contra Chriſtianos: uel hæreti-
ci & Iudæi contra catholicos, mutuo con
cordant. Chriſtus enim non uenit pacem
Mat. 10. ante fi. mittere ſed gladiū: quo ſcindenda eſt mū-

dana pax: qua peruerſi in uicijs gaudent.
¶ Porro mali ſpirituales hominis influxus 5.
originaliter a diabolo proueniunt. Sicut is
a bono eſſe in malum peruerſus eſt: ſic na
turales ſue influentię (quas ſibi deus ad
bonum dederat) in malum ſunt peruer-
ſę. Diabolicus ergo influxus ſemper ma-
lus eſt: tametſi aliquando bonis conducat,
nempe ad patientiam ſeu pœnitentiam;
teſte propheta: Miſit in eos indignatio- Pſal. 77 ante fi.
nem ſuam, iram & indignationem, immiſ-
ſiones per angelos malos: Quæ quidem
immiſſiones ſunt diaboli incitationes ad
peccandum: per quas propria ſua malitia
homines inficit ac prauos reddit. Nam dę
mones (ceu dei ſuæq; creaturæ inimici)
anhelant creaturam, ex primo finito nihi-
lo factam, per aliud infinitum nihilum de
turpare ac idem peſſimum nihilum (in
quo ipſi dæmones conſiſtunt) exitialiter
redigere. Proni quidem ſunt infeſtare ho-
minem atq; allicere ad uoluptates uel im-
patientiam: ad deſperationem uel alia ma
la: ne perueniat in eum locum unde ipſi
dæmones eiecti ſunt. Quare Petrus 1. Petri. 5
nos admonet: ut ſobrij ſimus & uigile-
mus ſcilicet ſpiritu: quia aduerſarius no-
ſter diabol9 tanq; leo rugiens circuit, quę
rens quem deuoret. Quod autem non
præualet obtinere in ſpiritu hominis, id
quęrit in corpore. Cum uero diabolus ſua
natura abſq; medio corpus hominis attre-
ctare uel in illud abſq; diuina permiſſio-
ne agere nequeat. Complices igitur ſuos,
nempe homines peſtiferos, ceu mancipia
& membra ſua, commouet ad diuexan-
dum bonos uel ad inducendum malos in
flagitia maiora. In capiendis itaq; homi-
nibus & in diſcindenda eccleſia: Dæmon
officio malignorum hominum abutitur
non ſecus ac auceps: qui ut facilius aui-
bus inſidias tendere queat, alias eiuſdem
generis aues circa reticulū apponit: quo
eorum garritu ſolutæ aues citatæ & ad
pabulum deſcendentes, irretiantur & ca-
piantur. Per huiuſmodi impiam ſocieta-
tem diabolus hoc tempore multas erexit
hæreſes: ut inertes theutones per pſeudo
doctorū blandiloquia & elegantia ſcripta

ſeducat a uia eccleſiaſtica ad aucupicium
inſidelitatis & tandem in compedes æter-
nę damnationis, Atqui nos excœcati ger-
mani & obſeſſi a diabolo, quorſum ipſum
lubet, ducimur. Quemadmodum equus
ignorans circumagitur pro nutu inſeſſo-
ris: ita modo nos ſtulti & tardi nutu dia-
boli propellimur a loco in locum: ab erro
re in errorem, de peccato in peccatum, de
malo in peius.

6. ¶ Illum deniq; diabolicum influxum &
pręſentem germanicam infœlicitatem ac
infauſtum romanę eccleſiæ caſum uidit
Apoca. 2. in fi. aquila cœleſtis: Quia ſerpens nempe dia-
bolus uenenatus, perſequæbatur mulierē
(qua repræſentatur eccleſia) ea peperit
puerum ſcilicet populum baptiſatum. Idē
ſerpens ex ore ſuo: ideſt diabolica immiſ-
ſione & perpetratione ſuorum complicū
(qui ſunt pſeudo doctores & crudeles pu
giles) miſit poſt mulierem aquā tanꝙ flu-
uiū: ut eam, ſ, eccleſiam faceret trahi a flu-
mine: utpote ſubmergi & ſupprimi. Sed
terra, i. quidam terreſtres principes (pro-
ut incliti duces bauariæ, eccleſiæ orthodo
xę iam calamitoſę contra aduerſarios eius
ſunt ſtrenui protectores) adiuuit mulie-
rem, i. eccleſiam ei aſſiſtendo. Et iratus eſt
draco in mulierem & abijt facere præliū
cum reliquis de ſemine eius, qui cuſtodi-
unt mandata dei & habent teſtimonium
Iheſu Chriſti. Eadem eccleſiæ membra
conatur diabolus per ſua membra ab ec-
cleſiæ obedientia auellere. Prohdolor dia-
boli conatus cum ſuo uirulento influxu ꝑ
ſuos perfidos, hactenus pręualuit contra
deum & eccleſiam: præſertim tyrannide
J. q. 2. §. 5. ante fi. Romę tempore iam acto commiſſa: qua
omnis diuinus cultus conticuit: eccleſiaſti
ca dignitas & diſciplina erga deum extin
cta eſt: triumphans eccleſia a nobis ſepara
ta: dormiens eccleſia, in purgatorio pœni-
tens, a nobis deſerta: romana eccleſia tota
dilacerata: unde multorū ſalus perijt nunc
& infuturum tanꝙ in figura futuræ tem-
peſtatis magni antichriſti.

7. ¶ Cæterum maligni ſpiritus ſuos influ-
xus interdum incutiunt corporibus ele-
mētalibus, præcipue aeri: in quo habitant:
fatente paulo: diabolum eſſe principē po- Ephe. 2. in prin.
teſtatis huius aeris: in quo regit ſecundum
ſpiritum & nunc in filios diffidentiæ ope-
ratur cum ſuis immiſſionibus: quas deus
permittit ob hominum nequiciam & per-
fidiam. Hinc profluunt artes prohibitę ut
pote mathematica: qua aſtrologi, ex ſtel-
lis augurantur & iudicia fingunt: item ne
cromantia, chiromantia, geomantia & alię
conſimiles artes conſictæ ac ſæcularibus
& eccleſiaſticis legibus diſtrictius damna
tę. Nam dæmones ſua naturali perſpica-
tia longe plus intelligunt ꝙ homines: a qui
bus honorari & adorari quærunt in pręiu-
dicium dei & eccleſiæ. Qua occaſiōe olim
emerſit idolatria: nunc multiſaria hæreſis
& ſuperſtitio. Etſi quandoq; id, quod dia-
bolus aut eius diſcipuli pronoſticant, re et
effectu euenerit; tamen plus decies fallūt;
nec ueritas illius euentus ex fundamento
ueri, ſed ex aſtutia diaboli procedit. Dę-
moni enim ſolet propter hominum ſuper-
ſtitionem alicui homini aut bruto inferre
nocumentum, & iſtud iterum ab eo au-
ferre. Eo modo morbus et reconualeſcen
tia a diabolo eſt. Pari modo falſa diuina-
tio futurorum interdum contingit. Alias
nihil contra communem naturæ curſum
nec futura pręnoſſe diabolus poteſt: quæ
ambo deus ſibi reſeruat: neq; in hijs quiſq;
curioſe ſcrutari debet, niſi cui deus reue-
lauerit: dicente domino: Non eſt ueſtrū Actu. 1. in prin.
noſſe tempora uel momenta, i. cœleſtem
influxum uel futura: quæ pater in ſua po
ſuit poteſtate.

¶ Diabolus aſſidue conatur ſuo maligno 8.
ſpirituali regno adijcere quoq; homines,
ut regnum iſtud dilatetur, non diſpereat:
prout etiā Tyranni, ceu diaboli cōplices,
iniuſta bella gerunt & pugnant ex arro-
gantia uel auaritia uel ex alia iniqua cauſa
dilatandi ſuas ditiones. Itaq; Chriſtus &
Belial uſq; ad extremum iudicium mutuo
litigant: Chriſtus iuſte, Belial iniuſte: uter
q; certat ſuam ciuitatem & gentem aug-
mentare, & partis aduerſę turmam debili
tare: inſpecta deſolatione hominum: qui
ſunt leues, inſtabiles, mutabiles & faciles
ad uariam deflexionem, pręſertim ad ma-
lum

lum. Hinc inter peruerſos huius ſęculi e-
mergunt lites, diſcordiæ & inimicitiæ: do-
nec impij regno Luciperi prorſus ſubdā
Hiere. 15. in me. tur. Quorũ ſatellitum uicem Hieremias la
mentatur: Vęh mihi mater mea: quare ge
nuiſti me uirum rixæ, uirum diſcordiæ in
uniuerſa terra? Porro rixoſi ſunt mem-
bra diaboli adoptiua, non naturalia prout
mali ſpiritus. Duplicia enim membra Lu-
ciper habet: ueluti arbor duplices ramos:
uni ſecum concreti, ſunt trunci arboriſ
naturę & conditionis: alij in trunco arboris
plantati, ſunt alterius naturæ, tametſi arbo
ri inſeruntur. Sic malitioſi homines inter
ſe rixandi habent naturam: cuius mali-
gni ſpiritus non ſunt. Nihilominus tamen
ijdem homines ſubſunt poteſtati & ditio-
ni diaboli: qui malum hominem ſolet in
malo indurare & ſeducere, eoq; ceu mini-
ſtro abuti ad ſeducendum alios. Hanc ſu-
per homines poteſtatem ſpoliando obtinu
it, quando primum Adam aggreſſus eſt
atq; uicit. Eiuſdem tamen poteſtatis par
Matth. 4. tem iterum amiſit quando præſumpſit tē-
Luce 4. tare alterum Adam nempe Chriſtum: a
in prin. quo captus eſt atq; uictus.

9. ¶ Præſenti miſerabili tempeſtate nobis in
plagam, permittente deo, diabolus iterum
ſolutus eſt: qui crudeli ſua poteſtate ob no
ſtra facinora modo graſſatur in nos inſta-
Apoca. 20 biles mortales: ueluti ſcriptum eſt: Soluet
ſathanas de carcere ſuo & exibit & ſedu-
Job. 39. cet gentes. Item. quis dimiſit onagrum?
in prin. & uincula eius quis ſoluit? De tentatione
De onere & ſolutione diaboli fit ad longum mentio
ecclesie c. 17. f. 31. in tractatu oneris eccleſiæ capi. xvij. Ho-
mo tamen interea a ſuo bono angelo ſæ-
penumero ad bonum commouetur: un-
de ſibi eueniunt paſſiones, aduerſitates, li-
tes & aliç inquietudines. Nemo enim in
hoc ſæculo in tantam diaboli uenit pote-
ſtatem: quin eandem bono exercitio ite-
rum euadere poſſit: quoniam diuinum
iuuamen & pręcedens gratia communi-
ter omnibus hominib. bonis & malis por-
rigitur: nullus deniq; ab huiuſmodi gratię
libera acceptione excluditur. Nec enī cui
piam gremium clauditur eccleſiæ. Ad
Nume. 11. post prin. quam dominus ait: Porta eos in ſinu tuo,

ſicut portare ſolet nutrix infantulum. In
quo quidem ſinu Iob ſpem ſibi poſitam Job 19.
aſſeruit. Quocirca Luciper interdum per in fi.
dit ſuam poteſtatem ſuper homines: ſed
nunq̄ ſuper malignos ſpiritus: qui ſuo ar-
bitrio integre ſunt Lucipero ſubiecti atq;
obedientes.

¶ Hactenus intelligitur Lucifer decidiſſe 10.
ex ordine angelicę naturę in malum cul-
pę: quam ſequitur malum pœnæ, iuxta di
uinę iuſtitię ordinem impoſitę Lucipero
& ſuis aſſeclis contra ſuam uoluntatem:
quia continue in peccandi uoluntate perſe
uerant. Quippe malum pœnę eſt, peruer-
ſos ſpiritus a natura & ſtatione angelica ex
cludi & carceribus elementalibus includi:
ubi contra naturam ſpiritualis conditiōis
ſunt tenebrę & nebulę, pluuię & tempeſta
tes: & captiui tenentur uſq; ad diem extre
mum: quemadmodum ſcriptum eſt: An- Jude 1.
gelos uero, qui nō ſeruauerunt ſuum prin post prin.
cipatum ſed dereliquerunt ſuum domici-
lium: in iudicium magni dei uinculis ęter-
nis ſub caligine reſeruauit. In quo iudicio
adiudicabuntur igni infernali, in cētro ter-
rę ſituato ac diabolo & eius angelis pręp a- Matth. 25 in fi.
rato. Licet enim peruerſi angeli ſtatim
poſt lapſum diuina prolatione ęternæ ad-
dicti ſunt pœnæ: eiuſdem tamen ſententiæ
executio uſq; ad extremum iudicium dif-
fertur: medio tempore maligni ſpiritus ca
ptiui reſeruantur in elementis quaſi in car
ceribus. Hinc perpenditur dęmones hic in
caliginoſo aere habitare ad tentandum ho Ephe. 2.
mines. Sicut humani ſpiritus pœnam luũt in prin.
ſubtus terram habitātes: ſic peruerſi an-
geli puniuntur ſupra terram in aere: quo
propinquius ualeant tentare atq; operari Ephe. 2.
in filios diffidentię. Poſt iudicium extre-
mum humani ſpiritus e purgatorio
ſupra terram uolabunt in cœle-
ſtem ignem diuinæ gloriæ:
Spiritus uero iniqui ex
aere trudentur ſub-
tus terrā in tar-
tareum i-
gnem. Quorſum &
damnati ſunt
deputati.

VIGESIMVM QVINTVM CAPITVLVM. De plaſmate corporeo ſuperiori.

Gene.1 in fi. POſt puram ſpiritualem creaturam deus ſumme bonus, ualde bonam plaſmauit creaturam ſcilicet meram corporalem. Quæ tamen minor ęſtimatur comparatione ſpiritualis naturæ: quæ incompræhenſibilis eſt & immediate a deo, non quieſcens quoad deum apprąhenderit. Econtra uero corporalis natura comprąhenſibilis eſt, non immediate a deo: quærens quietem in proxima materia, de qua immediate oritur: utpote quælibet corporalis res in ſua ſpera: ueluti lapis in terra: pupillus penes matrem. Dictum corporeum plaſma diuiditur in ſuperiorem & inferiorem orbem. Superioris quidem natura nobis mortalibus parum eſt perſpecta: niſi quatenus a remotis uiſu uel ſenſu ſuperiores influxus experimur: ſicut lucem, calorem aut conſimilem experientiam. Ego uero aſtronomiæ ignarus, nihil in hac parte ſcribendo proficere ualeo: pauca tamen perſtringam: quę ex quibuſdam libellis de ſuperiori influxu excerpſi.

2. ¶ Superior orbis, nempe cœlum, ſtellæ & totum firmamentum, ſunt corpora incorruptibilia, receptiua angelici influxus: a quo reguntur & mouentur ꝙdiu mens angelica diuinam ſuper hoc nouerit uoluntatem. Rurſus eadem ſuperiora corpora, mediante luce uel etiam alia ui occulta & plurifaria, ſuam influentiam mittunt in orbem inferiorem: utpote in elementa & elementata: quæ ſunt corruptibilia & confuſa: aceſi ſuperiora robuſta corpora nitantur inferiora debilia corpora roborare ac releuare a ſuo defectu. Hinc elementata pullulant ac uiuere & ſentire incipiunt: Niſi in quantum ſalubris ſuperiorum influxus impeditur defectu & indiſpoſitione inferiorum obiectorum: quibus ſæpe nocumento eſt: ueluti clarus ſplendor ſolis lippis oculis. Præterea ſpirituales & corporales influxus multifarie in malum uertuntur: corporales quidem defectu obiectorum (ut iam dixi) Spirituales uero peruerſione & malitia mediorum: per quę bonos influxus fieri deus ordinauerat, de eiſdem malis influxibus dictum eſt ſupra capi. xxiiii. §. v. cum ſeq.

3. ¶ Duplex igitur influxus eſt conſiderandus: ordinatus ſcilicet & peruerſus: ſpiritualis & corporeus. De inordinato & peruerſo influxu iam dictum eſt. Ordinatus autem influxus tam corporeus ꝙ ſpiritualis primordialiter a deo cauſatur uel mediate uel immediate. De quo partim in ſuperioribus patuit (c.21.§.4. in prin.): hoc adiuncto, Spirituales influentiæ ſine medio deſcendunt a deo in hominem: utpote iuſtitia, pietas alięque diuinę uirtutes: ꝙ homo, ceu ſpeculũ & imago dei, pariter ſit iuſtus, pius aliiſque ornatus uirtutibus: quas in ſe reſplendere patiatur. Secundo uariæ gratię deſcendunt a deo in hominem, medio paſſionis CHRISTI & ſuorum ſacramentorum: ſimiliter mediantibus piis angelis & deuotis hominibus. Corporalis uero diuinus influxus fuit immediatus, quando deus in principio creauit corpoream naturam: poſtea eadem natura mediante rurſus deſcendit diuinus influxus in inferiora: Nam a deo prouenit quicquid homo habet: non ſolum uires & uirtutes ſpirituales, ſed etiam ſtatus & res temporales. Hominis enim dignitas & opulentia, poteſtas & largitas procedit atq; pendet a diuina dignitate & opulentia, poteſtate & largitate: quæ per media in hominem influunt: ut in ſuo ſtatu huiuſmodi dignitate & opulentia, poteſtate & rebus, ſibi diuinitus conceſſis, largiter & bene utatur, præſertim erga proximum. Scriptum enim eſt: Deus potentes non abiicit, cum & ipſe ſit potens (Job.36. in prin.). Item benedictio domini diuites facit (prouer.10. ante fi.). Ordinarius igitur & diuinus influxus ſemper bonus eſt: tametſi frequenter non proficiat peruerſis, plectendis hic iuſta pœna, illic gehennali plaga. Quæ enim ſunt a Deo, bona ſunt atque ad bonum ordinata: ſicut ignis & aqua utilitati (Eccl 15. in fi.)

hominis

hominis accomodatur. Siquis tamen ſubmergitur uel comburitur, contingit ex inordinata corrupta natura: in quam contra diuinam ordinationem prolapſi ſumus.

4. ¶ Nunc dicã de naturali corporeæ naturæ influentia: quæ eſt noſtrę materię, proueniens naturaliter a ſuperioribus incorruptibilibus corporibus in elementa corruptibilia corporaq̃ elementata. Ea quidem naturalis influentia de ſe bona eſt atq̃ innocua. Virtus enim illius a deo eſt, dependens ab incorruptibilibus cœleſtibus aſtris. Verum iuxta philoſophorum opinionem: A ſupremo coelo, nempe empireo, eius uirtus profluit in cœlum cri-
Gene. 1. poſt prin. ſtallinum: deinde in totum firmamentum. Pręcipue empirei lumen illuſtrat ſo-
Eccl. 43 poſt prin. lem cæteraſq̃ ſtellas: deinceps ſol in firmamento cœli reſplendens glorioſe, ſuum lumen & calorem aliaſq̃ uires communicat elementis & corporibus inferioribus, potiſſimum planetæ Lunę: quæ potenter operatur in elementa, principaliter in corpora humana. Qobrem ueri mathematici uarias aure mutationes: pariter & defectiones corporum humanorum deferunt in Lunę eclypſes & ſituationes reſpectu elementorum aquæ uel terræ. Prętereareliquæ ſtellæ & totum firmamentum iugiter influunt in elementa & cauſant excreſcentiam florum & fructuum ſub uarijs formis & ſpeciebus: quibus fruimur tanq̃ dei donis, mediante ſuperiori influxu conceſſis. Et q̃uis nonnullis fructibus ex influxu ſuperiori in terra creſcentibus utpote frumentis, pomis, caulibus, frondibus, graminibus & ſimilibus frugibus, etiam bruta uescantur: huiuſmodi tamen fructus finaliter utiles ſunt hominibus: qui gratis utuntur brutorum lacte, pelle, uellere, carne & eorum opere.

5. ¶ Nec quippiam refundimus uel deo pro ſua gratia: uel ſuperiori firmamento pro largo influxu: uel brutis uel alijs creaturis pro ſeruitute & fructu: quæ omnia gratis accipimus. Viciſſim nec nos quidem quicq̃ exigere poſſumus a noſtris proximis: quibus benefacere tenemur. Si autem pręlibatorum ſalubrium influxuum firmamenti & largorum fructuum exinde prouenientium caremus: hoc fit noſtra culpa, non defectu aſtroꝝ De onere ecclesie
nec ſuperioris influentiæ. Bonus igitur c. 51. §. 8.
influxus interdum incomodus eſt inferi in fi.
oribus corporibus: quæ non ſemper & ubiq̃ diſpoſita ſunt ad captum uel uſum bonarum influentiarum.

¶ Quanq̃ deus totius naturæ influenti- 6.
am primitus bene ordinauit: homines tamen ſuam originalem naturam peruerterunt: & dederunt cauſam: qua Deus ſuam benedictionem reuocauit a terra, Gene. 3
tam maledicendo in Adæ opere. Quem- f. 83. §. 4.
admodum ſuperior naturalis influentia in me.
participat cum angelica: ita inferiora corpora corruptibilia præſertim humana, in acceptione bonarum influentiarum, ſimul ac admittunt quandoq̃ diabolicas immiſſiones: quæ ſua malitia ſupernum naturalem & bonum influxum corrumpunt & perimunt. Quando uero homines in ordine debito perſeuetaſſent: corpora terrea eſſent pariter ordinata & fructifera: ac etiam capacia ſuperioris influxus, hominibus ſalubriter communicandi. Siquid exinde aduerſi nobis accidit, non ſuperiori influxui ſed nobiſipſis imputandum eſt. Exempli gratia: Cum ariolus incantatione excitat grandinem, tonitruum, fulmen uel quiduis aliud portentum: illam tempeſtatem oportet naturaliter fieri: ut ariolus arte & auxilio ſui dæmonis ac permiſſione dei, cauſet a terra frigidos & humidos aſcendere uapores: ad quos ſuperior calor deſcendit. Eadem contraria, nempe frigidum & calidum, in aere humido coniuncta, ſuperueniens cœleſtis influxus ab inuicem ſeparat: & cogit utrũq̃ ad ſuam ſperã reuerti, nẽpe igneum calorem ſurſum, aqueum frigus deorſũ. Ex eodẽ cõtrario motu naturaliter generatur tempeſtas. Damna autem inde ſecuta, non ſuperioribus influentijs, ſed ariolo dæmoniq̃ ſuo: uel in na-

turali tempeſtate, inferioribus propin- quis elementis uel alijs obiectis imputanda ſunt.

7. ¶ Superiores influentiæ operantur in homine ſecundum ſui corporis diſpoſitionem aut morum compoſitionem. Siquidem in eo, ceu colerico, calor prædominatur: tunc a ſuperiori influxu naturaliter commouetur aut in ſpiritu ad bonum ſcilicet iuſtitiæ: aut in corpore ad malum ſcilicet uindictę. Si in eo, ceu ſanguineo, aeris humiditas prædominatur: tunc in ſpiritu mouetur ad bonum gaudium: in carne uero ad laſciuam lætitiam. Si frigida aqua eum flegmaticum reddit: inclinatur in ſpiritu ad pacem & ſinceram quietem erga ſuum proximum: in carne uero ad accidiam & bonorum operum remiſſionem. Si in eo præualet terrea ſiccitas: qua melancolicus eſt & naturaliter inclinatus in ſpiritu ad bonam imaginationem & prouidentiam: in carne autem ad carnalem cogitatum & malam triſtitiam uel ad odium erga proximum. Superior itaq; influxus ad bonum hominis ordinatus eſt: ſed eius liberum arbitrium non cogit. Idcirco homo rationis dictamine ſuam carnem & malum appetitum coercere debet ac ſponte ſequi ſpiritum & bonam inclinationem, relicta carne. Nam inter carnem & ſpiritum hic aſſidua reſtat pugna: cum diuerſæ ſint naturæ: tendit quidem ſpiritus ſurſum: deorſum autem caro: quę eſt mortalis: ſpiritus uero immortalis. Siquidem homo in paradiſo immortalis perſtitiſſet: Huiuſmodi pugna in homine orta non fuiſſet: ſed caro ſpiritui inconcuſſe obediuiſſet. At nunc inter carnem & ſpiritum continuatur affectus contrarius: ut Paulus refert: Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum & ſpiritus aduerſus carnem: hæc enim ſibi inuicem aduerſantur: ut non quęcunq; uultis ſcilicet carnaliter, illa faciatis: q ſi ſpiritu ducemini, non eſtis ſub lege: hoc eſt: non ſubijciemini pœnæ legis. Gala.5.

8. ¶ Si ergo alicuius natura deflectitur ad dimicandum uel laſciuiendum: ad furandum uel ludendum aut ad aliud malum: illa corrupta quidem natura prouenit ex mala conſuetudine aut ſocietate: ex diſciplina ſcurrili aut leuitate carnis & mentis: non autem ex influentijs ſuperioribus: licet eiſdem bonis influentijs peruerſus homo abutatur ad uoluptatem: debet tamen ratione & uoluntate libera: omni malo appetitui & concupiſcentiæ carnali præueniendo prorſus reſiſtere. Quare communi adagio dicitur: Aſtra influunt ſed non neceſſitant: Mouent quidem carnem, ſed non cogunt ſpiritum nec eius liberum arbitrium. Præmiſſis igitur rationibus quilibet peccator ſuam malitiam ſeu culpam ſolummodo ſibijpſi & ſuæ peruerſæ uoluntati aſcribat & incutiat. Siquid mali inde contigerit: id minime poterit in deum aut ad aſtra aut in diabolum transferre. Tametſi homo ad peccandum aliqualiter alliciatur: a nemine tamen neceſſitatur: niſi quantum ipſe agit libero arbitrio. Quod potenter in homine dominatur & regit. Qui autem præſumit & fingit aſtrorum influxu quemquam cogi ad peccandum: is blaſphemat deum & eius creaturam, nemini occaſionem peccandi prębentem: malitia quidem hominis ſufficit ſibijpſi, non indigens aliquo ad peccandũ impulſore. ſ.41. De onere eccleſie c.52. §.9.

9. ¶ Quo lucidius præmiſſa intelligas: ſcito hominis periculoſas inclinationes eſſe ſeptem: tres in anima: quatuor in carne: e quibus ſeptem peccata mortalia profluunt. Primæ tres hominis inclinationes tendunt ſurſum contra deum: penes ſe contra proximum: deorſum ad bona temporalia. Et prodeunt a peruerſo hominis ſpiritu ex proprio ſuo nihilo abſq; exteriori allectione ſeu influentia: niſi quatenus diabolus cooperatur. Quare illa ſpiritualis inclinatio gignit ſuperius ſuperbiam: penes ſe inuidiam: inferius auaritiam. Eadem tria mala dicuntur peccata capitalia, a capite hominis progredientia: nempe a ſpiritu peruerſo: qui ulterius declinat de malo ad malum uſque ad malum mortis perpetuę: iuxta ſcripturam: Inclinata eſt ad mortē domus eius & ad inferos ſemitæ illius. Reliquæ inſuper ſ.36.§.11. in fi. Prouer.2.

quatuor

quatuor inclinationes ſunt carnales, ex quatuor deriuatæ elementis: quibus humanum corpus compactum eſt: fatente ſapiente: Sum quidem & ego mortalis homo & in uentre matris figuratus ſum caro, coagulatus in ſanguine ex ſemine hominis: & ego natus accepi communem aerem & ſimiliter decidi in terram. Ecce ſapiens aperte demonſtrat, humanam carnem, ante animæ infuſionem, nondum eſſe uiuidam, ſed prius figurari & ex quatuor elementis in matris utero compaginari. Primo per ſanguinem denotatur ignis elementum: per ſemen elementum aquę: reliqua duo elementa aer & terra nominatim exprimuntur. Ex igne itaq; incenſio uenit atq; irritatio iraſcendi: ex aere delectatio nutriendi: ex aqua generandi: ex terra inclinatio quieſcendi. Siquidem hijs quatuor affectionibus ordinate ac moderate indulgemus, ſunt ſalubres: alioquin nociuæ. Vis itaq; iraſcibilis exercenda eſt ad tranſgreſſorum correptionem: non ad uindictam: iubente propheta: Iraſcimini & nolite peccare. Nutrimento indulgendum eſt ad ſuſtentationem corporis: non ad commeſſationem & ingurgitationem. Cōcupiſcentia gignendi reſtringenda eſt caſtitate, aut moderanda limite matrimonij: non explenda uoluptate. Quieti tandem uacare poſſumus ocio decenti & recreatione animi: non torpore accidiæ.

Sap. 7 in prin. ſ. 13. ſ. 5. et ſ. 10

Pſal. 4.

10. ¶ Quanq; cuncta cogitatio & ſenſus humani cordis ab adoleſcentia ſua (teſte ſcriptura) intenti ſint atque proni ad malum: non tamen tales a creatore nec a naturali influentia prodeunt neq; inculpandi ſunt, donec liberum hominis arbitrium in malum conſenſerit. Deus quidem ab initio ordinata homini indidit deſideria: quæ ipſe homo peruertit in brutales affectiones. Spiritus igitur ſanctus præcipit: Ne quiſ cum tentatur, dicat, quoniam a deo tentetur: Deus enim intentator malorum eſt: ipſe autem neminem tentat: unuſquiſq; uero tentatur a concupiſcentia ſua abſtractus & illectus: deinde concupiſcentia cum conceperit, hoc eſt: ſi hominis arbitrium illuc flectitur, parit peccatum. Hic nota, mala opera primordialiter profluere ex concupiſcentia carnali: non a deo nec ſuperiori influxu: non ex neceſſitate nec coactione: ſed ex ipſo homine: Carnis igitur opera nuncupantur. Quippe deus nemini mandauit impie agere & nemini dedit ſpacium peccandi. Quare concluditur, peccatum imputandum eſſe ſoli libero arbitrio hominis: qui omnes inclinationes & tentationes culpabiles declinare poſſet: adiuuante & præcedente ipſum diuina gratia, nemini deneganda qui eam ordinate quærit. Nota appellatione dictæ cogitationis intelligitur carnalis concupiſcentia: ex qua oriuntur actuales cogitationes & fantaſiæ, ad malam cupiditatē ſemper inclinatæ. Eadem autem appellatione non compræhenditur cogitatio ſpiritus: quæ bona eſt, pugnans contra carnis cogitationem. Paulus igitur docet: Spiritu ambulare & deſideria carnis non perficere: quoniam caro concupiſcit aduerſus ſpiritum ut ſupra ſ. vij. in fi. Sicut enim caro cordi malas ſuggerit cogitatiōes: ſic ſperandum eſt, ſpiritus bonas cogitationes in cor mittat. Qui itaq; carnis cogitationes euitare uelit ſectetur hanc pſalmiſtæ doctrinam: Beatus qui timebit & allidet paruulos ſuos ad petram: hoc eſt: Qui carnalem cogitationem & inchoatam tentationem (dum noua eſt atq; parua) mox reprimit & allidit ad petram, nempe Chriſtum: qui per ſeipſum ac per ſuos diſcipulos & prophetas nos adhortatur ad cordis munditiam & malarum cogitationum reſiſtentiam. Ipſe quidem mundos corde beatos eſſe aſſerit. Ait quoq; apoſtolus: Auferte malum ex uobis: Item Eſaias: Lauamini, mundi eſtote: auferte malum cogitationum ueſtrarum ab oculis meis. Ex ſingulis præmiſſis ſatis conſtat, truculentias noſtras, non ex cœleſti influxu accidere, ſed ex malo nihilo: cui inhęremus. Hactenus de ſuperiori parte puræ corporalis creaturæ.

Gene. 6 in prin. Gene. 8 in fi.

Iaco. 1. in me.

Gala. 5. ante fi. Eccl. 15. in fi.

ſ. 47. ſ. 5 et ſ. 51. ſ. 8.

Gala. 5. ante fi.

Pſal. 136. in fi.

Math. 5 1. Corin. 5 Eſaie. 1. in me.

VIGESIMVM SEXTVM CAPITVLUM. De corporali plaſmate inferiori.

A Circulo lunæ deorſum per om-
nia elementa & quicquid in eis
compræhenditur, eſt inferior
pars mere corporeæ creaturæ, in multos
gradus diuiſa: quibus inferiora corpora
exaltanda aſcendunt uſq; ad hominis ſta-
tum, qui rurſus ordinatur in plures gra-
dus: prout elucidabitur infra xxvij. §. v.
Primus quidem gradus corporeę creatu-
ræ eſt mera & nuda elementalis eſſentia
ex nihilo creata: profluens tamen & de-
pendens ab eſſentia diuina. Vlterius ele-
mentata diuiduntur & ſucceſſiue ſubli-
mantur. Nam quædam infima ſunt abſq;
ſpeciali effectu: uti ſabulum, lapis, lutum,
nix, glacies. Quædam ſuperius exiſtunt,
ut ſal, plumbum, ferrum, cuprum, argen-
tum, aurum & conſimilia corporalia: quę
elementali diſpoſitione & minerali uirtu-
tute extrinſece augmentantur & intrinſe-
ce ſublimantur. Quædam ſuperant metal-
la, ſicut gemmæ ſpeciales uires a ſuperio-
ri influentia accipientes. Cum autem eæ-
dem res elementales ſint ſteriles: ſuper eas
igitur ordinantur duo altiora gradilia,
nempe uegetatiua & ſenſitiua: quibus nu-
da creatura corporalis induitur: donec ad
humanam naturam aſcenderit excluſiue.
Siquidem deus ſeipſum uegetans, intrin-
ſece fertilis eſt atq; uiuidus & ſenſibilis:
extrinſece igitur ſuam creaturam fecit
fertilem, uiuam & ſenſibilem: quemad-
Eccl. 24. in me. modum ipſe dominus ait: Ego quaſi uitis
fructificaui ſuauitatem odoris & flores
mei fructus honoris & honeſtatis. Ecce
deus per exteriores creaturas uult indica-
re ſuum interiorem diuinum & honori-
ficum fructum. condit enim creaturam
atq; dotat in finem ſui honoris dilatandi:
Eccl. 24. in fi. eo dicēte: Rigabo hortum plantationum
& inebriabo partus mei fructum: Deus
itaq; nudam elementariam creaturam ue-
getauit atq; fructiferam fecit.

¶ Sicut præmiſſi tres gradus corporeæ 2.
naturæ ſucceſſiue ordinantur: ſic quili-
bet gradus in ſe ordinem habet: una ſpe-
cies ultra aliam: & quodlibet elementa-
tum completur in aliquo ſupremo. In
primo gradu ſcilicet elementalis eſſen-
tiæ, infima eſt terra: deinde aqua & aer:
ſupreme eſt ignis. Item in ordine me-
tallorum ſummum eſt aurum: in gem-
mis carbunculus. In ſecundo gradu ſci-
licet uegetatiua, ſupremum locum ſine
dubio obtinuit arbor uitæ in medio pa- Gene. 2.
radiſi plantata. In tertio gradu, nempe
ſenſitiua, inter aues aquila aut Fœnix
excellit: In quadrupedibus forte leo. In
aquaticis brutis forſitan pariter ordo eſt,
ſed nobis incognitus. Demum cuncta cor-
porea creatura ſimul concluditur in ho-
mine: q eidem ordinatim præpoſitus eſt:
ut ſua ratione & libero arbitrio ac bonis
operibus, pro ſeipſo & omni creatura ſibi
ſubiecta, deo grates agat perſoluatq; debi-
ta: in quibus ipſę & cæteræ creaturæ deo
obligantur.

¶ Supra primum gradum eſſentiæ, ſunt 3.
reliqui duo gradus ſcilicet uegetatiua &
ſenſitiua, quaſi duę formæ: per quas cor-
pora inferiora pullulant & fructificant:
necnon uitam & ſenſum adipiſcuntur
propria uirtute & natura: quam a deo ha-
bent, corruptibilem tamen: quoniam eo-
rum forma creſcit & decreſcit, eo ꝙ ele-
menta ibi exiſtentia adinuicem contra-
riantur, nempe ignis contra aquam: aer
contra terram: qua de re ſimul in uno ſub-
iecto diu ſtare nequeunt, ſed ſunt aliquan-
do ſeparanda: tametſi ad tempus, iuxta na-
turam cuiuſq; rei uiuentis, mutuo concor-
dent & fructificent. Superior enim uirtus
cœleſtis profluit in elemēta ut poſſint in in-
diuiduis ſubiectis, nempe in radicibꝰ, her-
bis, brutis ſimilibuſq; rebus, mutuo con-
iungi & uniri. Quód autem herbę de-
cidunt, animalia moriuntur & cætera
elementa diſſoluuntur ac annihilantur,
non cau-

non cauſatur a ſuperiori influxu, ſed ab
elementorum groſſicie & contrarietate
ac aliquãdo a malitia hominũ. Verum nõ
nulla elementata hominem intoxicant uel
damno uel incomodo afficiunt. Hoc fit
culpa ſolius hominis, non dei neq; cuiuſ-
uis creaturæ opera, Nam ex originali na-
tura & primeuo ſtatu, debebat homo ſu-
pra elementa in paradiſo permanere, mi-
nime caſurus in hunc terreſtrem locum,
communibus brutis preparatum, prout
aqua piſcibus. Poſtꝙ autem humanum ge
nus contra naturam originalem & ordi-
nationem dei, huc deuenit, ſuum bonum
eſſe naturale, in malum eſſe brutale com-
mutatur: quo noſtra uegetatiua & ſenſiti
ua conformantur animalibus inſipienti-
bus, Nec eædem formæ ammodo liberæ
ſunt, ſed ſubiectæ elementali corruptioni,
contra ordinem humani ſtatus. Et quãuis
utriuſq; uitæ tã uegetatiuæ ꝙ ſenſitiuę for
ma ſit corpori annexa & non mere ſpiri-
tualis; eam tamen non ex elementis ſed ex
propria anima hõ accipit; bruta uero ſuã
uegetatiuã & ſenſitiuã habent ex cœli in
fluẽtia; quod eo apparet. Arbore inciſa ſeu
boue mactato, euaneſcit ibi utraq; tã uege
tatiua ꝙ ſenſitiua, remanentibus nihilo-
minus elementis in inciſa arbore & in
mactato boue. Pariter permanent ele-
menta in demortui hominis corpore eius
autem ſpiritus in ſe continet utranq; ui-
tam, uegetatiuam habitu & ſenſitiuam
actu.

4. ¶ In ſecundo principali gradu ſcilicet
uegetatiua conſiſtunt tres uirtutes: ut po-
te nutritiua, augmentatiua & generatiua.
Præterea uegetatiua ſub ſe continet qua-
tuor alias uires ſcilicet nutrimenti appe-
titiuam, retentiuam, digeſtiuam & expul
ſiuam ſuperfluitatis indigeſtę. Vltra eaſ-
dem uires naturales ualent quædam radi-
fi.19.§.11 ces, herbę, arbores & alia fertilia ex in-
ante fi.: 2 fluentia cœleſti accipere uim uariorum
effectuum: quibus, ceu materialibus, me-
dici & aromatarij uti conſueuerunt.

5. Tertius gradus eſt ſenſitiua, quæ conſi-
ſtit in ſenſibus corporalibus & in uita
ſenſibili, omnibus animalibus indita. Quæ
quidem animalia ſenſata dant extrinſe-
ce intelligere intrinſecam dei ſenſualita-
tem. Attamen in deo non eſt talis ſen-
ſus, qualis in creaturis ſenſibilibus: ſed mo
re diuino nobis occulto & incompræhen-
ſibili: quemadmodum apoſtolus interro-
gat: Quis enim cognouit ſenſum domini? Roma. 11 in fi.
Et ſapiens: Senſum tuum quis ſciet? ni- Sap. 9 in fi.
ſi tu dederis ſapientiam. Sed nihilominus
coſenſu, quem deus nobis dedit, uerum 1. Ioban. 5 in fi.
deum debemus agnoſcere atq; credere
eius intrinſecam fœcunditatem & ſenſua
litatem. Alioquin deus ſterilis & inſenſi-
bilis ſuam creaturam nequaꝗ; fertilem uel
ſenſibilem feciſſet. Sicut enim eſſentia
uel uita duplex eſt, nempe æterna & tem
poralis; ſic & ſenſus duplex eſt, unus diui-
nus; alter creatus; ex diuino reſultat crea-
tus; ex creato cognoſcitur diuinus.

¶ Quis creatura non penitus annihi 6.
letur: utpote in nihilum primum non re s.21.§.2
digatur: tamen per ſecundum nihi-
lum frequenter deterioratur & priua-
tur bono: quod ultra eius naturam deus
gratioſe dederat aut concedere ei conſti-
tuerat: & ſic creaturæ bonum eſſe, in ma-
lum commutatur: nempe memoria in ob
liuionem; ratio in ignorantiam: & uolun-
tas; quæ ſurſum ad deum erat ordinata,
ui corruptæ naturæ ſe deorſum uertit
ad carnem & perpetuam nihileitatem.
Hinc cæteræ quoq; hominis uires debi-
litantur & ad tempus extinguuntur. Dei
autem fertilitas ſeu ſenſus in æternum non
ceſſat nec deficit nec intermittitur: prout
creatura ſepenumero ſterilis eſt atq; in-
ſenſata. Imo tandem omnes ſuos ſenſus
prorſus amittit: quoniam creaturæ fru-
ctus & ſenſus conditi ſunt ex nihilo ſteri-
li & inſenſato, Hac cauſa omnium anima
lium ſingulares formæ, unacum ſuis ſen-
ſibus; intereunt & in communem ſenſum
(e quo prodierant) redeũt & concludun-
tur: Exceptis hominibus: quorum corpo
ra in ſui reſurrectione die extrema recupe
rabunt ſuos ſenſus, de cætero in æternum
duraturos: quoniam hominum ſenſus in
diuino æterno ſenſu dependent.

r. ¶ Quemadmodum hominis creata eſſentia & uita a diuina increata eſſentia & uita oritur: ita homo ſuum uiſum & auditum reliquoſq; ſenſus corporales a diuino habet ſenſu: mediante tamen ſua anima: quæ immediate a deo accipit ſuam ſenſualitatem: quam & corpori cõmunicat. Cætera uero animalia particulares ſuos ſenſus accipiunt a communi ſenſu naturę. In hanc profluit ſenſus angelorũ: qui ſuã ſenſualitatẽ immediate a deo habent: pro ut ſpirituum humanorum ſenſus pariter a deo immediate deriuantur. Porro uegetatiua ſeu fœcunda uita innumeras habet formas, genera & ſpecies omnium & ſingulorum florum, radicum, herbarum, arborum & frugum. Altior ꝙ uegetiua eſt ſenſitiua: cuius pariter ſunt uaria genera & ſpeciales formæ, nempe auium, piſciũ, & quadrupedum: quorũ ſine numero exiſtunt in aere, in aqua, ſupra & infra terrã. Eędem multifarię formæ & ſpecies animalium ſubſunt uni formæ & ſpeciei hominum: quorum quidem multi ſunt numero: uniuerſus autem hominum numerus ſubeſt unico numero deitatis. Deus inſuper mere corporalem creaturam condidit fœcundam, uiuidam & ſenſibilem: ut inde cognoſcamus deum intrinſecus eſſe æternum, fœcundum, uiuum & ſenſibilẽ. Cum autẽ ſimplex corporea creatura nequeat ſuum creatorem uel cognoſcere uľ colere: neceſſarium igitur eſt eam uniri naturæ ſpirituali: qua mediante, corporalis natura coaptetur, ut ualeat deũ agnoſcere & ad ipſum tanq̃ ſuum principium & ultimum finem pertingere. Ideo ſequẽter dicendum erit de creatura mixtim ſpirituali & corporea.

VIGESIMVM SEPTImũ Capit. De creatura ſimul corporali & ſpirituali.

POſtq̃ omnipotens creauerat puram ſpiritualem creaturam, intellectu ſuum creatorem cognoſcẽtem: ac etiam mere corpoream creaturã, exterius quidem ſenſibilem ſed expertem diuinæ cognitiõis: q̃m natura mere corporalis incapax eſt rationis & arbitrij: quo minus ſuum creatorem nec exterius nec interius agnoſcere neq; ei pro condigno ſeruire neq; ueritatem pro congruo addiſcere poterat. Ad totius igitur plaſmatis complementum, deus formauit quoddã corpus excellens: quod capax eſſet naturę ſpiritualis ac idoneum cum ſpiritu commiſceri: nempe hominem ceu creaturã mixtam. Cuius corpus miniſterio angelorum formauit deus & per ſe ſpiritum ei infudit ac ita unicum humanum condidit genus. Quod quatuor cõſtituitur principijs, duobus corporalibus, duobus ſpiritualibus. Primum corporale inicium deus dedit in Adam & Eua, ceu in radice. Secundum fit dei ordinatione: qua ex Adam & Eua carnaliter propagantur oẽs reliqui homines: qui radicaliter fuerunt in Adam & ex eo ſucceſſiue naſcuntur. Ambo uero ſpiritualia principia hominis a deo producuntur. Vnum primeua ordinatione dei: qui immediate purum ſpiritum creat & corpori humano immittit ac naturalem hominem componit: uti ſcriptum eſt: Formauit deus hominẽ de limo terrę & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitæ & factus eſt homo in animam uiuentem. Gene.2. Quãuis poſt Adam & Euam reliqui homines ex parentum ſemine in matrice ad membrorum liniamenta & humanam effigiẽ, per communis naturæ influentiam, formentur: eadem tamen natura corpus humanum nec uegetare nec ſenſatum reddere poteſt: ſed ſpiritus, quem deus creando corpori infundit, eidem corpori uitam & ſenſum confert. Cum autem ipſe ſpiritus a carne coinquinetur & mortificetur: alterum igitur ſpirituale iniciũ dat deus: utpote mediante Chriſti merito, humanum ſpiritum in baptiſmo ſpiritualiter reſuſcitat atq; mundat. Humanum itaq; genus ex omnibus creaturis deus elegit ad complementum & ſublimationem totius corporalis facturæ.

¶ Quemadmodum Luciſer, ceu decor et ſuperior ultra omnes angelos & ſpiritus cœleſtes, a deo electus fuit atq; conſtitu- a.

tus;

tus: ita homo eſt ornamentum & ſupræ-
mus omnium corporalium creaturarum:
Imo in Chriſti perſona eſt concluſio & ful
cimen totius plaſmatis tam ſpiritualis ꝙ
corporalis. Per illum enim hominem Chri
ſtum (teſte ſcriptura) homines & iu-
Pſal.36 menta ſaluabūtur ideſt perficientur. Iam
quoqꝫ humana natura excellit meram cor
poream, habens in ſe ſpiritum, angelicæ
naturæ conformem & naturaliter immor
talem. Attamen ſub angelica natura uno
gradu inferior eſt humanus ſpiritus, eoꝙ
mortali corpori unitur: prout Dauid ad
Pſal.8. dominum inquit: Minuiſti eum paulo-
He.2.§.8 minus ab angelis: ſed gloria & honore co-
ronaſti eum & conſtituiſti eum ſuper ope
ra manuum tuarum. Eiſdem operibus in
telliguntur omnes corporales creaturæ:
quibus homo prælatus eſt. Nam ſi opera
corporalia ſint mortalia, merito ſubijciun-
tur ſpiritui humano immortali.

3. ¶ In natura humana deus coniunxit cor
pus & ſpiritum multis ex cauſis. Primo
ut humana creatura interiori intellectu
deum cognoſcat, credat, timeat, laudet,
diligat & adoret: necnon exterioribus ui
ribus ſentire ualeat. Secundo quia mere
corporalis creatura ſuum creatorem neqꝫ
ſcire neqꝫ cognoſcere poteſt. Vni igitur
electæ corporali naturæ nempe homini
indidit ſpiritum: per quem corporalis
creatura ad ſui creatoris cognitionem de-
Gene.2 post prin. ueniat. Vnde ſcriptura dictat: Non enim
pluerat (ſcilicet ſua influentia) deus ſu-
per terram: ideſt: ſuper terreſtrē creatu-
ram: & homo non erat qui operaretur
terram. Tertio ut corporalis creatura in
homine abilitetur ad legendum intus &
Apoca.5. in prin. foris librum dei: utpote intelligat ęter-
nam ueritatem exiſtere intrinſecus in deo
& temporalem forinſecus in eius plaſma-
te. Vel deum agnoſcat interiori ſpiritu, fi-
de, ſpe & charitate: ac exterioribus bonis
moribus & pijs operibus. Quarto cum
corporalis creatura (quam deus ex nihilo
bonam fecit) ſuo creatori dignas grates re
ferre nequeat: decet igitur eandem irra-
tionalem creaturam id refundere ſaltim
per hominem: qui ſolus inter omnia cor-
poralia creata rationis compos eſt & ideo
obligatus, pro ſe & omni corporali crea-
tura erga deum gratus ſit gratiaſqꝫ exhi-
beat. Ne ingrati ſimus, inſinuat nobis do-
minus: interrogans: Nonne decem mun-
dati ſunt: & nouem ubi ſunt? Ibi taxat in- Luce 17
gratos. Quinto natura mere corpora-
lis expers eſt quarundam ſublimium uir
tutum nempe ſapientię, iuſtitiæ, charita-
tis & ſimilium. Huiuſmodi igitur uirtu-
tes uoluit deus exhibere & communica-
re corporali creaturę, in homine uirtutis
capace: ut deus per creaturas corporales
timeatur, ametur, laudetur & undiqꝫ glo-
rificetur: quo eædem corporales creatu-
ræ deo propius apropinquent: prout ſpi-
rituales creaturæ deo ſunt propinquæ.
Sexta cauſa commixti creati eſt, ut per
unionem diuerſarum & contrariarū na-
turarum (nempe corporis et animæ) cre- 3.99.§.3
datur & deſignetur multo altior & dif- in fi.
formior unio, nempe plaſmatoris & ſui
plaſmatis in perſona Chriſti: quo median
te ſpes eſt etiam cæteras creaturas cum
deo unitum iri.

¶ Ad complementum creatoris & to- 4.
tius plaſmatis eſt facta unio inter princi-
pium & finem. Verbum quidem dei eſt
principium omnium creaturarum: qua-
rum finis & concluſio eſt CHRISTI
humanitas: ſiquidem homo eſt ultima
creaturarum ac indies adhuc humani
creantur ſpiritus. Quippe omnem cor-
poralem creaturam deus ordinauit ad
hominem: deinde omnes homines ad
CHRISTVM: et ſic omnes creaturæ
per Chriſtum ordinatę ſunt ad deum.
Hoc modo humana natura mediat inter
corporalem creaturam & Chriſtum: &
Chriſti humanitas inter deum & homi-
nem. Pariter ſpiritus hominis mediat in-
ter ſuam carnem & gratiam Chriſti. item
ſacerdos inter ſacramentum & homi- Pſa.109.in
nem. CHRISTI quoqꝫ ſpiritus ſeu ani
ma mediat inter ſpiritum diuinum & an-
gelicum. Sic igitur Chriſtus (quemadmo
dum Dauid preuidit) eſt finis omnis con-
ſummationis: utpote totius plamatis cōſum
mati. Nam ipſe conſummat oēs creaturas:

corporales quidem ſacro ſuo corpore, an-
gelicas ſua ſanctiſſima anima: & humanas
ſua humanitate: Et ſic per Chriſtum plaſ
ma uniuerſum deo colligatur. Conue-
niens deniq; eſt atq; idoneum ut Chriſtus,
media in trinitate perſona, mediator quo-
q; ſit inter deum & omnes creaturas: utriq;
enim parti conformis eſt atq; connatura-
tus: utranq; naturam diligit, diuinam ceu
creantem, humanam ceu creatam. Na-
tura humana compræhendit ſpiritualem
& omnem corporalem naturam cum ſuis
gradibus. Id ita intelligas. Omnes corpo-
reæ creaturæ ſunt adamuſſim ordinatę et
adinuicem orbiculatę uſq; ad hominem:
cui tanq̃ ſuperiori ad ſeruiendum colligã
tur. Congruum igitur eſt ut homines cha
ritate & obſequio pariter mutuo ligentur:
nihilominus inferioribus creaturis ſibi obe
dientibus, erga deum beneuolentiam exhi
bituri: Ne ſoli homines ſedetiam eædem
corporales creaturæ, ceu hominum con-
ſortes per meritum ſupræmi hominis ſci-
licet Chriſti, in corporibus humanis ad
deum deducantur, ibi æternaliter permã-
ſuræ.

5. ¶ Sicut nuda corporea creata inter ſe con
8.26.§.1. gruentem habẽt ordinẽ gradusq; uarios:
ſic humanum genus in plures gradus ſeu
ſtatus bifarie ordinatum eſt: utpote ordi-
ne naturæ & ordine legis. Vel ita uno mo
do in hominibus ſingulis: alio modo in to
to genere humano generaliter. Imprimis
licet uniuerſi homines in natura ſint ęqua-
lis ſtatus: in uno quoq; tamen homine ui-
res naturales diuerſificantur & alternato
ordine inuicem excedunt. Pedes tenent
inferiorem locum, tanq̃ membra ruſtica
luto immerſa & cætera membra portan-
tia. Deinde ſunt exterius cõtemptibilia ge
nerandi & egerendi membra. Inte
rius membra nutritiua, retentiua & dige
ſtiua: item augmentatiua & corroſiua.
Similiter manus ad exteriora neceſſaria
opera. Illa membra immediate corpo-
ri appropriantur: ideo ſub capite ſunt lo-
cata. In capite autem habentur membra:
per quæ ſpiritus, ceu hominis ſpirituale
caput, corporis organis exercet ſuperio-
res uires & ſenſus hominis: nempe in ore
guſtum: in naribus odoratum: in auri-
bus auditum: in oculis uiſum, extremo in
toto corpore & omnibus membris tactũ.
In ſuperiori capitis loco reponitur cere-
brum cum ſuis cellulis: per quas ſpiritus
ſuas interiores operatur uires, nempe fan-
taſiam & memoriam: ſagacitatem & in-
tellectum. Principaliori inſuper loco. ſ. in
corde reſidet uoluntas ſpiritus, libera nec
ullo membro innodata.

¶ Secundo modo toti humano generi
deus tres ꝓpoſuit ordinationes. Prima eſt
naturalis: a qua nemo eximitur: quilibet
obtinet ſuum diſtinctum ſtatum & dimẽ
ſionem: unum ex alio ſucceſſiue propaga
ri oportet. Cuius pater aut auus quiſq; ſit,
ab æterno ordinauit deus. Cui omnia fu-
tura præſentialiter nota ſunt: nihilomi-
nus permittens unicuiq; liberam arbitrij
actionem. Deinde generaliter ordinata
eſt obedientia: Propterea deus (a quo eſt
omnis poteſtas) ſuperioritatem præſtituit
duplicem, ſpiritualem ſcilicet et ſæcularẽ,
cum diſtinctis gradibus & diſcriminibus,
omnes ad obedientiæ aſtringens frænũ:
Quo ſe exuunt infideles, præſertim hære
tici. Iſta ordinatio, cum diſcrimine ſpiri-
tualis & terrenæ poteſtatis obſeruatur in
ſola eccleſia: a fundamento uſq; ad ſummũ
ex uiuis lapidibus ædificata. In qua Papa
& imperator capita ſunt totius Chriſtiani
tatis, in ſe habentis multa officia, ſtatus &
gradus ſpirituales & ſæculares a Papa &
imperatore uſq; ad ultimũ Chriſtianum.
Hic ordo non accidit a natura ſed ex diui
na diſpenſatione: in ſpiritualibus quidem
immediate a Chriſto: In temporalibus ue
ro ſubditorum cõſenſu uel ſtatuto per ele
ctionem uel genealogiam ſuſcipitur quis
in principem aut rectorem terrenum: in
dominum aut ſeruum: in ſuperiorem aut
ſubditum. Tertia ordinatio eſt diuina ele-
ctio in eccleſia triumphante: in qua (iuxta
euangelium) manſiones ſunt multæ: illuc
tamen ſoli electi perueniunt, ſinguli ad lo
cum permanentem, pro uoluntate & di-
uiſione dei: qui dat unicuiq; ſecundum
ſuum meritum.

¶ In

Marginal notes (right column): beside "Principaliori inſuper loco": ſ.§. 8. et ſ.41.§.6 et. §. 8 in prin. — beside "Secundo modo": 6. — beside "eſt obedientia": Roma. 13 in prin. — beside "In qua Papa": ſ.91.§.10 in prin. — beside "manſiones ſunt multæ": Johan.14. in prin. — beside "uiſione dei": 1. Cor. 12 poſt prin.

7. ¶ In iamdicta tertia ordinatione ſaluator noſter non modo hominum, uerũetiã angelorum omniumq; creaturarũ eſt caput ſupremum atq; pręceſſor: nõ uti deus ſed uti homo: caput enĩ ceu corporis partem: eiuſdem naturæ eſſe conuenit: totius igiť plaſmatis caput concreatum eſſe oportet. Ephe.5. post me. Deus autem ſuę creaturæ dominus atq; creator eſt, non pars aut cõſors eius. Chriſtus itaq;, ceu pars uniuerſalis eccleſiæ, eſt Colo.1. in me. uerum caput eiuſdẽ eccleſiæ, nempe omnium angelorum & cœlicorũ: necnõ animarum in purgatorio cunctorumq; iuſtorum in terris ac cæterarum creaturarum non peruerſarũ. Siquidem peruerſę creaturæ ſunt acephalæ, uelutidęmones & dãnati ac iniuſti ſuper terram: qui a deo & eius eccleſia ſeparati, ſine capite ſunt & miſeri. Quis Lucifer eorũ pręceſſor eſt atq; dominus itruſus: eos tamẽ a malo ſaluare nequit: qui & ipſe captus eſt. Præterea nititur Lucifer homines leues capere & captiuos ducere in ſuam ciuitatẽ ac incorporare malorum conſortio, nuncupato malignantiũ eccleſia: quã deus odit. Pſal.25 Nihilominus Chriſtus Iheſus ceu uniuerſalis dominus, rector & iudex, nunc quotidie ſingulariter & infuturo extremo die uniuerſaliter habet iudicare & punire omnes & ſingulos iniquos: non obſtante q; ipſe ſolius eccleſiæ ſanctorũ, non malignantiũ caput eſt. Poſt Chrm̃ uirgo Maria eſt collũ corporis eccleſiæ. Nam per Mariam omnis diuina gratia ad nos deſcendit: prout Ecc.24.ſ.6. in prin. omnes ſalubres influxus a capite per collũ in cætera membra profluunt. Membra autem corporis eccleſiæ uniuerſalis ſunt omnes angeli & electi in cœlo & in purgatorio ac interra, quilibet pro ſuo ſtatu. 1.Pet.2. in prin. hoc pacto eccleſia dei ex multis uiuis lapidibus ſuperædificatur.

8. ¶ Ad conſeruandũ ſupraſcriptas duas ordinationes & ad obtinendum tertiam, deus indidit humano ſpiritui quatuor pręclaras uires ſeu conditiones: quibus homo uteretur deorſum, retrorſum, antrorſum & ſurſum. Prima ſpiritualis uis eſt deorſum influendi in corpus, illud uegetando: incrementũ & ſenſum ei pręſtando ſuoſq; ſenſus per corpus educẽdo, iuxta cuiuſq; membri qualitatem: utpote uiſum & auditũ per oculos & aures: pariter in cæteris ſenſuũ organis. Propter huiuſcemodi corporalem operationẽ ſpiritus humanus appellatur anima & homo imago terreſtris. 1.Corint.15. ante fi. Quemadmodum cõmunis corporalis ſeu uegetatiua & ſenſitiua aĩa influit in oĩa animantia: ita humana anima ſuas inferiores uires participat ſuo corpori, illud uegetando & ſenſibile reddendo. Vnde putatur, humanus ſpũs ſit dũtaxat anima & mortalis cum corpore, qui tamẽ eſt ſingularis & immortalis ſubſtantia. ſ.18.ſ.3 Hoc eo conſtat q; idem ſpũs adhuc tres excellentes continet uires, nempe memoriam, intellectum & uoluntatem, extra corpus operatorias. Quis memoria & intellectus operentur p cerebrum: a quo etiã partim dependent: uoluntas tamẽ eſt prorſus libera neq; ad corpus neq; ad quoduis membrum colligata. Interior itaq; homo nuncupatur ſpũs ut ſe diuino ſpiritui, nõ ſuæ carni uniat. ſ.ſ.ſ. in fi. dicitur quoq; anima, quia ſuum corpus animat. Vocatur inſuper ſpiritus propter liberum arbitrium: quod in homine dominatur ut dñs, pariter & anima uocatur propter rationẽ: quæ tanq; domina cõregnat una cum arbitrio. Spiritu diligimus & uiuimus in deo: Anima appetimus & uiuimus in natura: Corpore ſetimus & uiſibiles ſumus. Spiritu ſponte uniri debemus cum diuino Chriſti corpore: Per animam naturaliter coniuncti ſumus mortali corpori Ade.

9. ¶ Secunda uis, nempe memoria & fantaſia, eſt homini a deo cõceſſa ut retrorſũ cogitet atq; pertractet, unde & quid ſit aut quorſum deſtinetur: pręſertim ſe eſſe tenuem creaturã, ex nihilo hominẽ factũ, ut ad diuinę maieſtatis honorẽ, ad proximi comodũ & ſibi ipſi ad ſalutẽ uiuat. Tertia uis eſt intellectus, antrorſum dirigẽdus: homo, n., puidere & intelligere debet, qd faciendũ uel obmittendũ: quid bonũ uel malũ ſit: quomõ bonum aſſequi & malũ euadere poſſit. Intellectu igiť hõ imbutus eſt ut hanc pclarã diſcat ſcientiã & diſciplinã: qua ſeipſum & deũ cognoſcat. Quarta &

prema uis hominis eſt liberũ arbitriũ in quo amor quieſcit & quo homo libere nõ coacte uelit facere facienda & obmittere non facienda: necnon charitatem & uolũtatem ſurſum dirigat ad deum ceu ſummum bonum ſuper omnia diligendum, timendum, colendum & glorificandum, pronuſq; ubiq; caueat, ne deũ offendat, ſed debitum ei (quantum poteſt) rependat. Irrationales quidem creaturæ coguntur neceſſitate naturæ ad ea quæ faciunt: homo autem ultra cætera animalia uno gradu altius eleuatus eſt ut ſua acta ſint bona atq; uoluntaria. Quapropter præmiſſis tribus uiribus, nempe memoria, intellectu et uoluntate libera uti debet ſibi ipſi in commodum & ſalutem, preſertim honeſtatẽ & ſtatum debitum obſeruando: quo finẽ prædeſtinatum nempe uitam æternam conſequatur.

10. ¶ Quælibet nanq; creatura conatur in eſſe permanere & finem conſequi præfixũ: uelut experimur in elementis: ſiquidem ignis flamma ſurſum tendit ad ſuam ſpheram. Aer incluſus exalat in aerem propatulum. Aqua uſq; in mare profluit: ponderoſa terram petunt: uegetatiua ferunt fructum ſui ſimilem. Animalia ſibi uendicant ſuam formam atq; uitam: donec pro ſuæ naturæ qualitate debitum finem attingãt: tunc mortem non fugiunt, ſed flectuntur ad primam materiam, ex qua fuerant formata. Verum homo ſedulo ſtudet educari temporaliter & permanere in corpore ordinato: ſed ſpiritualiter ſuſtentari & ad deum, ceu ad ſuum propinquiſſimũ principium (a quo immediate hominis ſpiritus emanauit) iterum reuerti minime curat. Et ſic homo confundit diuinum ordinem & naturæ curſum, imitans carnem et brutalem ſenſualitatem: exteriori homini inſudando & ſui interioris hominis obliuiſcendo. Derelinquit bonam humanam & rationalem naturam & inhęret ſibi aduerſę beſtiali & corruptę naturę, negligit ſalutem & quęrit labem: redimit exterius corpus & innodat interiorem ſpiritum; ne is redeat ad deum qui dedit illum. Eccl 12. poſt me.

VIGESIMVM OCTAuum Capitulum. De ſpiritu humano.

SEmine parentis in matrice per naturam ad membrorum liniamenta formato, mox deus purũ ſpiritum ex nihilo creat: corpori formato immediate infundit hominemq; condit in animam uiuentem: hoc eſt: idem ſpiritus corpus ſuum uegetat & facit illud creſcere atq; ſentire. Quippe poſt Adam & Euã corpora humana formantur per communis naturæ influxum: ulterius autem formatum corpus non influxu generali: ſed proprio ſpiritu regitur & mouetur. Cæterum humano ſpiritui deus duplicem concedit uitam, naturalem ſcilicet & ſpiritualẽ: in uita naturali ſpiritus immortalis eſt: in ſpirituali mortalis. Naturalis uita eſt ipſius ſpiritus propria, profluens a ſpiritu in corpus: quo homo uegetatur & corporaliter uiuificatur quãdiu corpus uitalis influentię capax eſt. Cum autẽ corpus deſtituitur & uitalis influxus exors fit: tunc ſpiritus a nexu corporis ſoluitur: carnem relinquẽs: ceſſatq; eſſe homo. Corpus quidem moritur, ſed ſpiritus nihilominus naturaliter uiuit, ſiue ad infernũ, ſiue in cœlum euolauerit. Altera ſpiritus uita eſt gratioſa, beata, immortalis & deifica: eo conceſſa ſpiritui ut carni ſuę parem immortalitatẽ & beatitudinem a deo impetret. Huiuſmodi ſpiritualis uita habetur pro bene eſſe & bene uiuere: prout uulgus opinaſ bonã uitã eſſe laute uiuere & frui cupitis uoluptatibus. Similiter humanus ſpiritus eſt bonæ uitæ, quando deus ſecum & ipſe cum deo eſt: unde hic partim lætificatur & infuturum gaudio replebitur: fatente propheta, Satiabor cum apparuerit gloria tua.

f.19.ſ.1 c.70.ſ.2. et.91 ſ.9 poſt prin. — Gene.2. Sap.10 in prin. — Pſal.16 c.19.ſ.4 in fi. ſ.48.ſ.4. in fi.

2. ¶ Eadẽ ſpiritualis uita a ſolo emanat deo: cuius gratia, ceu ſpiritualis uita, illabitur in ſpiritum humanũ ut uiuat: prout corpus uiuit dum ei ſpiritus naturalem uitam confert. Abſq; diuina gratia humanus ſpiritus mortuus eſt uſq; adeo ut nihil pro cõdigno erga deum agere uel expedire ualeat:

lcat: prout corpus abſq; ſpiritu mortuum eſt atq; immobile. Maioris beneficentiæ eſt habere uitam ſpiritualem in ſpiritu, ꝙ̃ naturalem in corpore. Eadem uita naturalis eſt gratia gratis data: in qua deo nihil repugnat: nam homo uiuificatur abſq; ſuo ſcitu, uoluntate & cooperatione. Gratia uero ſpiritualis uitæ eſt gratum faciens: cõceditur quidem, non contra hominis uoluntatem: ſed a peruerſa uoluntate ſæpenumero reſiſtentiam patitur. Quapropter deus initio adiuuat hominem, ut huiuſmodi ſpiritualem gratiam acceptet: diuinæ iuſtitiæ non reſiſtat, ſed deo gratus fiat. Illam ſpiritualem uitam CHRISTVS ſua morte nobis obtinuit: & eſt tanto carius ęſtimanda ꝙ̃ uita naturalis, quanto humanus ſpiritus melior eſt corpore. Nimirum potiſſima gratia & miſericordia cenſetur eſſe ꝙ deus homini reſtituat ſpiritualem uitam: quam malitioſe abiecit nec gratanter recuperat: & tamẽ lubens cuſtodit ſuam uitam corporalem: quę lõge minoris precij eſt ꝙ̃ uita ſpiritualis. Porro quando ſpiritus humanus a deo auertitur: tunc idem ſpiritus & deus abinuicem ſeparantur & homo priuatur diuina gratia tanꝙ̃ ſua ſpirituali & ęterna uita: incidit præterea in mortem ęternam & indignationem Dei. Iniquus itaq; homo eſt ſpiritualiter mortuus & naturaliter uiuus.

3. ¶ Inſuper tres mouentur quęſtiones. Primo utrũ hominis anima ſit naturæ ſpiritualis, an corporalis? Secundo utrũ anima naturaliter ſit immortalis: an cum corpe moriatur? Tertio utrũ homo ſit tripartitus in
E.17.§.3 ſpm̃, animam & corpus? Ad primum reſpondetur: animã hominis eſſe ſpũalis, non
Jaco.1. in ſe. cum ſimilibus. corporalis naturę: in ſcriptura igiẽ uocatur & eſt ſpũs: Quod & naturaliter ꝓbaẽ ſic. Quicquid homo ab extra depręhendit &
§.68.§.3. in memoriã uel intellectum recõdit: id ab omnibus corporeis denudat ꝓprietatibus. Exempli gratia: Quoddã caſtrũ eſt lapideum, magnum, pulchrũ, coloratum, luminoſum, munitũ & bene ſituatum: nomineq; ſingulari appellatum. Siquidem tu idẽ caſtrũ cũ dictis ſuis alijſue circumſtãtijs corporalibus concipis in mente uel memoria uel intellectu: aut eius nominis memineris: tunc ab eodem caſtro abſtrahis oẽm corporalem formam atq; materiã: quæ in capite tuo corporaliter contineri nequit: ſpũaliter igitur in tuo interiori ũbo uel cogitatu uel ratione eſſe oportet caſtrũ cum ſuis circumſcriptionib. abſq; omnibus accidẽtibus & conditionibus corporalibus: quæ extra te caſtro corporaliter condependẽt: ſed intra te ſpũaliter mente concipiuntur. Quemadmodũ ab extra per os ſumis materialem panẽ cum ſuis nutritiuis qualitatibus: is panis intra te digeritur: id eſt, commutatur in carnis & ſanguinis tui qualitates: ita quando ab extra per uiſum uel auditum in te aſſumis materiale caſtrũ cum ſuis corporalibus qualitatibus: tunc idem caſtrũ cõmutatur in qualitates ſpirituales: quod intra tuam mentem neq; magnũ eſt uel paruum: neq; nigrum uel album: neq; hic uel alibi ſituatum: ſed in te abſtrahitur a corporali dimenſione & forma: pro qua aſſumit ſpiritualem dimenſionem & formam. Vnde manifeſte conſtat tuam animam & mentem eſſe ſingularem ſubſtantiam, nempe naturalem ſpm̃: alioquin res corporeas i ſpirituales trãſferre mẽte tua nequires ut ammodo non ſint tenues uel ſpiſſæ: non curtæ uel proceræ: non ponderoſæ uel leues, non rotundæ uel quadratæ: non frigidæ uel calidæ: non coleratæ uel aliter qualificatæ: non appræhenſibiles uel figuratæ: non corruptę uel dilaceratæ:
ſed abſq; omni corporali forma ſpirituales §.68.§.4.
proprietates mente tua concepiſti.

¶ Veruntamẽ Spiritus unitur corpori ut 4.
perficiatur homo naturalis. Idem ſpiritus naturali amore & inclinatione afficit corpus ad conſeruandum ſe hominẽ. Sua igitur natura & uirtute uegetat & uiuificat corpus: cui etiam ſenſum ac motum tribuit omniaq; eius membra replet, unũquodq; ſecundum ſuam diſpoſitionem. Sicut corpus plura membra, uenas alioſq; diſtinctos neruos habet: qui omnes apte conne- 1.Corin.12 in me.
xi, unum dumtaxat corpus componunt; ſic pariformiter humanus ſpiritus, unus quidem eſt, ſed multa continget officia atq; uires iuxta diſparitatem membrorũ: quot

membra corporis, tot diſtincta officia & uires ſpiritus. In quolibet membro eſt ſpeciale officium: quod ſpiritus operatur per membrum tanquam inſtrumentum. Sicut aliquis pluribus officijs aut artificijs imbutus eſſe poteſt: ad quæ tamen diſtinctis regiſtris indiget aut uarijs fabrilibus utitur: ita humanus ſpiritus ad ſua exequenda officia & opera, habet uaria corporea membra ceu regiſtra & inſtrumenta: nam omnia corporis opera effluunt ex ſuo ſpiritu per membra. Oportet igitur ſpiritum diſtinctim habere tot officia, uires & potentias, quot opera per hominis membra uariatim aguntur.

5. ¶ A corporalibus membris ſpiritualium membrorum proprietates potes conijcere hoc modo. Membra corporalia proprietatem bonam aut malam, recentem aut debilem recipiũt ex influxu principalium membrorum. Quorum ſunt tria corporalia: uidelicet epar, cor & cerebrum uel caput: & tria ſpiritualia ſcilicet caro Adæ & ſpiritus humanus ac CHRISTVS: qui eſt caput corporis eccleſiæ. Primum (Collo. 1. in me.) epar mittit per neruos in corporis membra groſſam humiditatem: ex qua creſcũt & nutriuntur ſanguis, caro, oſſa, cutis & pili totumque corpus. Pariter ex Ada traducitur caro rudis & groſſa in ſua membra, nempe in omnes homines: prout ſapiens fatetur: In uentre matris figuratus (Sap. 7. in prin. & 15. §. 9. in me.) ſum caro ex genere terreno illius qui prior factus eſt. Secundo cor per arterias mittit in membra naturalem calorem, ſpiritũ uitalem nuncupatum: quo omnia membra eſſentialiter uiuunt. Sicut modo cor (J. 33. §. 2 ante fi.) membra facit uitalia: ſic anima, a deo infuſa & ſedem in corde habens, ſuum corpus una cum membris naturaliter uiuificat. Tertio caput, cætera membra ſuperexcellens, in eadem inferiora membra demittit ſalubres influxus: nempe ſenſum & motum: ſine quo bono capitis influxu membra egrotant. Conſimiliter a capite noſtro CHRISTO eius adiutorium & gratia emanat in ſua membra, utpote in Chriſtifidelib. omnes ſalutem conſecuturos: qui huiuſmodi ſalubrem influxum a CHRISTO acceptant. Quod ab epate & corde communicatur membris, deſeruit naturali ſuſtentationi corporis. Quod caput corpori tradit, conducit ad bonam diſpoſitionem corporis. Si autem a corpore in caput ſuperflui uapores aſcendunt: tunc e capite deſcendunt fluxus mali: quibus membra debilitantur aut indiſpoſita & clauda aut alias inutilia fiunt: tametſi adhuc ex influxu epatis & cordis uiuant, infirma tamen. Ita quoque ſi ab homine peccata ad caput noſtrum CHRISTVM aſcendunt: homo perdit ſalubrem CHRISTI influxum & inde debilitatur atque perit. Etſi adhuc ſuum corpus ab Ada & naturalem uitam a ſuo ſpiritu habeat: caret tamen CHRISTI gratia & ſpirituali diſpoſitione.

¶ Corporale membrum habet duplicem motum: unum groſſum: quo pronum mouetur deorſum ad terram: ex qua formatum eſt. Alter eſt ſubtilis ex capitis influxu: quo membrum mouetur ſurſum aut aliorſum pro nutu capitis. Conſimiliter homo ceu ſpirituale CHRISTI mẽbrum, duplicem motum habet: unũ groſſum ſecundum corruptam naturam, quo ſemper reflectitur deorſum in nihilum ex quo creatus eſt. Secundum motum habet ultra ſuam naturam ex gratia & influxu CHRISTI ſui capitis: quo mouetur ſurſum ad deum: dextrorſum ad proximum: antrorſum iugi prouidentia: retrorſum reatu peccatorum: deorſum humilitate & patientia. Caput autem noſtrum IHESVS CHRISTVS ſemper diſpoſitus eſt atque paratus ſuum pium influxum gratiæ nobis ſuis egenis membris impartiri. Viciſſim nos ſedulo pręparare debem9 ad acceptandum huiuſmodi ſalubrem Chriſti influxum & gratiam necnon nr̃a membra diuinę ſeruituti mancipare. Si uero huiuſmodi gratiam neglexerimus: criminales rei ſumus noſtri interitus. (1. Corin. 12) qui. n. bonum Chriſti influxum non conſequit̃, is efficit̃ claudũ & inabile membrũ ſui capitis Chr̃i ac adoptiuũ membrũ diaboli. (Roma. 6. ante fi.) 6.

Præte,

Prætereа Chriſtifideles tanq̃ paria & u.
nita in CHRISTO commembra, mu.
tuo ſe inuicē exhibeant: alioquin non ſunt
ueri Chriſtiani nec fideles fratres aut com
membra ſub capite CHRISTO & in
corpore eccleſiæ. Ex præmiſſo documen.
to facile intelligis homini reſtare triplicem
exiſtentiam diſtinctam: una eſt groſſa &
carnalis, propagata ex Ada ceu epate hu
mani generis. Altera eſt ſubtilis procedēs
a corde, nempe a ſpiritu: quem deus dedit
homini ut ſe ad bonum præparare ualeat.
Tertia uenit a CHRISTO ceu a capi.
te: cuius gratia & ſalus in membra ſubie.
cta profluit. Hactenus de prima quæ.
ſtione.

7. ¶ Secunda quęſtio. An humanus ſpiritus
immortalis ſit: an una cum corpore defici.
at: ac ſi omnis religio ſit ficta: prout Scepti
ci opinanẽ. Ad quam uiam diabolus mul.
tos, pręcipue nonnullos potentiores, ſedu.
xit: quaſi totus homo morte pereat, con.
ſpuit in ſeductos talem ſuggeſtionem: So
lus deus ſua natura ſit immortalis: qui exi.
ſtit æterna uita & immenſa eſſentia: om.
nis autem creatura mortalis eſt & peritu.
ra: ex inanitate ad uitam & ex nihilo ad eſ.
ſe producta: quare eam emori & ad non
eſſe redigi oporteat: quaſi nec cœlum nec
infernus exiſtat. Idipſum contingeret ſi
deus a ſuo plaſmate eſſentiam & uitam au
ferret: quam tamen nunq̃ auferet: nam
quicquid creat & creaturæ confert: hoc
Sap.1. in fi. non eripit: homo ſeipſum præcipitauit in
mortem: quam deus non fecit. Diabolus
autem ſuis ſuggerit ut credant ſpiritũ ho.
minis cum corpore extingui. Vnde pecca
ta minime abhorrent: deum & eius iudi.
cium contemnunt, opera bona omittunt:
mala perpetrant: uoluptatibus incũbunt,
inquientes: Curabimus habere quo uiua.
mus: nil ultra nobiſcum deferemus. Hoc
adagium brutis attribuendum eſt, non ho
minibus: quos ad timorem dei educari: &
ad eius cultum allici & a diaboli laqueis re
ſolui oportet. Contra dictam erroneam o.
pinionem adhibentur plęræq; probabiles
rationes: quib. demonſtrari & elici poteſt
naturalis immortalitas hũani ſpiritus: qui
non moritur cum corpore, ſed poſt eius
deceſſum uiuus permanet.

¶ Prima immortalitatis ratio eſt ꝙ huma. 8.
nus ſpiritus exiſtit naturæ non corporeæ
ſed ſpiritualis & incorruptibilis: uti præ.
mittitur ſup. §. iij. Et eſt Paulominor q̃ an pſal.8.
gelica natura: Siquidem tua anima ſpiri. & .27.§.2.
tus eſt, oportet eam eſſe immortalem ſecũ
dum conditionem naturę ſpiritualis: eius
enim natura a nullo pendet quod corrum
pi poſſit: prout corpus humanum colliga.
tum eſt ſuo ſpiritui, ſed ſpiritus non colli.
gatur ad corpꝰ: tametſi cum eo unitus ſit.
Corpus igitur abſq; ſuo ſpiritu uiuere ne.
quit. Sed ſpũs in alio ſęculo abſq; corpore
uiuit bene uel male, ſibi ad perpetuam ſa.
lutem uel continuam pœnam, & deo ad
perpetuum cultum uel iudicium. Vnde
Paulus ſcribit: Corpus quidem mortuum Roma.8.
eſt propter peccatum ſcilicet originale: poſt prin.
ſpiritus uero uiuit propter iuſtificationem
ſcilicet CHRISTI. Spiritus CHRISTI
ſuſcitauit IHESVM (nempe eius cor.
pus) a mortuis, teſtimonium reddens ſpi.
ritui noſtro, ꝙ & ipſe ſit immortalis: qui &
uiuificabit mortalia corpora ueſtra pro.
pter inhabitantem ſpiritum eius in uobis.
Si ergo cum ſpiritu tuo ſpiritus CHRI.
STI habitat, tunc extremo die tuum cor.
pus miſericorditer ſuſcitabitur ad æter.
nam ſalutem. Si autem ſpiritus CHRI.
STI cum tuo nõ eſt: ſuſcitabitur quidem
corpus naturaliter, ſed ad mortem perpe.
tuam: neq; ulterius tuũ ſpiritum CHRI.
STVS uiſitabit: quia cum exierit ſpiritus, Sap.16.
non reuertetur: ideo in æterna morte per.
manebis. Duplicem igitur nota humani
ſpiritus manſionem: unam naturalem in
ſuo corpore: alteram gratam in deo: ubi
hic temporaliter per amorem & in futuro
ſæculo æternaliter per contemplationem
habitare poteſt, in quantum hic deo & nõ
carni adhæſerit. Si autem ſpiritus abſq; dei
charitate a corpore deceſſerit: priuaẽ utra
q; habitatione nec in corpore nec in Deo
manſurus, ſed in exilio pœnam luiturus uſ
q; ad extremum diem: quo ſibi corpus ſuũ
naturaliter reunietur ad æternam damna.
tionem.

9. ¶ Secundo humanum ſpiritum eſſe im-
mortalem ex natura & dei conſtat ordina
tione:qua cauetur ut homini ſeruiant om-
nes corporeę creaturę: inter quas ſunt ſol
& luna cęteraq; totius firmamẽti aſtra,ſuo
influxu homini inconcuſſe ſeruientia:quę
in ſuis uiribus,motu & ordine non defici-
unt nec ceſſant. Incredibile igitur uidetur
ꝙ deus tam excellentes, incorruptibiles &
indiſſolubiles creaturas ad obſequium or-
dinaſſet hominis, ſi in eo non eſſet aliquid
permanens utpote immortalis ſpiritus:alio
quin ſerui excellerent dominum: contra
Prouer.19 ſapientis ſententiam: Non decet ſeruum
poſt prin. dominari principibus. Congruit igitur ut
homo ceu dominus, cui ſeruitur,in ſe con
tineat aliquid, quo cæteras ſibi ſeruientes
creaturas excedat. Illud ſane eſt eius ſpiri
tus,immortali natura præditus & ſpiritua
libus potentijs, nempe memoria, intelle-
ctu & uoluntate dotatus: quas præter ho-
minem nulla alia corporalis creatura obti-
net. Eiſdem profecto potentijs deo omni-
potenti ſine intermiſſione ſeruire homo a-
ſtrictus eſt: quemadmodũ ſuperiora cor-
pora ipſi homini iugiter obſequuntur:ut
eorum influxu uitam ſemper continuare
& deo ſeruire ualeat nunq̃ moriturus.

10. ¶ Quo obrem deus primordialiter homi-
nem collocauit in paradyſo: ubi firmamẽ
tum ſalubrem influxum ſine obſtaculo
communicaſſet homini:qui ibi non ſolum
natura in ſpũ: uerũ etiã habitu in corpore
immortalis permanere ualuiſſet. Cum au
tem homo propter peccatum e paradiſo
expellẽdus erat:ideo detruſus eſt ſub præ
ſentia elementa:ubi ſuperius firmamẽtum
in ſuo bono & firmo influxu per turbida
elementa:interdum per hominum maliti-
am aut per alia accidentia impeditur:quo
homo ſuperiori bono influxu partim pri-
uatur & prout cætera animalia eiſdem e-
lementis ſuiſq; aſperis & corruptiuis qua-
litatibus ſubijcitur, tandem corporaliter
c.15.§.9. moriturus: quoniam ſuum corpus eſt cõ-
ante me. poſitum ex quatuor elementis inuicẽ con
trarijs. Quæ quidem contrarietas cauſat
diſſolutionem omnium elementatorũ. Ele
mentis itaq; in hominis corpore labefactis
ſeu reſolutis, hominis ſpiritus ulterius ne-
quit ſuam uitam naturalem corpori diſſo
luto participare nec in eo diutius manere,
ſed abſcedere cogitur. Idipſum dicitur
mors ſcilicet corporis, non autem ſpiritus:
qui in ſua ſpirituali & immortali natura il-
luc euolat quorſum meruit: ibi permanſu
rus uſq; ad extremam reſuſcitationem ſui
corporis: cui tandem naturalem uitam ite
rum communicabit.

¶ Tertia ratio immortalitatis animæ eſt ꝙ 11.
homo uoluntate aut ordinata aut peruer-
ſa deum ſuper omnia diligit & debite co-
lit, uel offendit & dehoneſtat: quo conſe-
quit̃ ęternã aut remunerationẽ aut corre-
ptionẽ. homo.n.ex uoluntarijs opibus aut
bonis aut malis naturaliter eſt iudicãdus.
Oportet igitur in homine aliquid eſſe im
mortale: quod huiuſcemodi iudicium ex-
cipiat: nempe liberum arbitrium: quod nõ
extinguetur tanq̃ radix bonorum uel ma
lorum operum. Cum autem in hoc ſæcu-
lo omnia prope opera bona & mala lance
debita non compenſantur: ergo conſequi
tur, humanum ſpiritum: qui ſuo arbitrio
hic bene uel male egit: immortalem eſſe:
quo alibi uel in cœlo uel in inferno recipi
at iuxta meritum uel demeritum, quicqd
hic erga deum non reſarciuit. Alioquin
hominum ordo rumperetur, cæterarum
creaturarum ordine integro permanen-
te: quod eſt credibile: quoniam homines
ex operibus bonis uel malis nihil cõdigni
reciperent contra diuinam largitatem &
iuſtitiam.

¶ Quarta immortalitatis ratio ex omni- 12.
bus colligitur creaturis, a deo ad ſuam fi-
naliter conditis laudem & gloriam: quas
homo loco ſui & aliarum irrationalium
creaturarum ſine medio & dilatione deo
reddere tenetur. In homine igitur neceſ-
ſarium quiddam eſt, nempe immortalis
ſpiritus: qui mortua carne, interim homi
nis uicem exæquatur: utpote diuinam
maieſtatem continue & indeſinenter co-
lat & glorificet aut laude in cœlo aut iu-
dicio in inferno. Quẽadmodum commu-
nis cor-

nis corporalis natura continue prona eſt ad ſeruiendū homini ceu ſuperiori: ita homo continue & ęterne tenet ſeruire deo, tanq̄ ſuo propinquiſſimo & ęterno ſuperiori. Siquidem tota natura corporalium creaturarum ad unicam humanam tendit naturam: exigit igitur deꝰ atq̧ natura, ne totum genus humanum alioꝛſum tendat, q̄ ad ſolam diuinam naturam. Porro humano corpori, ſuo pondere ad ima petenti, deus ſpiritum infudit rationalem: ut per eum homo ſe ſurſum uertat ad ſupremum ſpiritum ſcilicet diuinum: nam cuiuſq̧ rei natura eſt tendere ad ſuum proximum principium: prout infans ad matrem: nec non ad ſuum ſupremum finem: ut aqua fluens ad altum oceanum. Q̄obrem rationalis ſpiritus nequaq̄ ociari, nedum ceſſare debet, donec ad deū ceu ad ſuum propinquum & primarium principium ſupremumq̧ finem perueniat: illuc deduci ſpiritum corpore ſolutum deus ordinauit. Unde liquet ſpiritum hominis nō commori cum corpore: iſtud, n, ob debitū humanę carnis (non ſpiritus) naturaliter ad terram flectitur.

13. ¶ Quinta huius immortalitatis ratio clare elicitur ex hominis uiribus: quas ſpiritus, ceu corporis anima, per ipſum corpus interius exteriuſq̧ demonſtrat: præcipue in trinſeco cogitatu & intellectu: extrinſeco uiſu, auditu, ſermone, greſſu cęteriſq̧ uiribus ſenſibilibus cum profectu aut defectu corporis iuxta qualitatem ipſius corporis & ſuorum membrorum. Cuius caput ægrotat, eiuſq̧ memoria uel intellectus hebetat. Oculorum uel aurium defectu uiſus uel auditus debilitatur. Pariter contingit in reliquis inferioribus uiribus: quæ extrinſece apparent iuxta diſpoſitionem corporalium membrorum: per quæ ſpiritus ſuas uires exercet. Poſtq̄ humanum corpus defectibile eſt atq̧ mortale: exiſtunt igitur defectuoſę & caſuræ ipſius ſpiritus uires corpori colligatæ & per idem corpꝰ agitandę. Attamen uires ſeu potentię: quę per corpus uſitantur ſed corpori non innectuntur: nempe ratio & memoria: cerebri defectu in opere quidem corporali debilitantur, ſed in ſpiritu nō extinguūtur: ideo in ſpiritu remanent, etiam corpore mortuo. Imo ratio uel memoria ſæpenumero apparet uiua & ſatis incolumis in corpore morituro, intantum ut languens quandoq̧ plus intelligat uel memoretur, q̄ centum corpore ſani. Cuius cauſa eſt: quia intellectus & memoria interius in ſpiritu uiuunt & ualeſcunt, nec cum corpore ægrotant nec moriuntur: tametſi ſua exterior operatio per corpus mortuum ulterius non eniteat. Præterea ſuprema ſpiritus potentia nempe uoluntas debilitate corporis nec inualidatur nec deficit: cum corpori non ſit connexa. Infirmus aut moriturus eandem uoluntatem odiendi uel amandi habere poteſt, quam habuit tempore ſanitatis: huiuſmodi deniq̧ uoluntatem augere, diminuere uel mutare poteſt infirmus q̄diu eſt ſuperſtes: ſua infirmitate nil impediente. Frequenter ægroti uoluntatem habent reconualeſcendi & dolores deteſtantur: quam quidem uoluntatem eis nemo auferre nec uiolenter tranſmutare poteſt: licet aliquando ſanis perſuaſionibꝰ in melius uertatur: ut ſi impatiens iam uelit aliquid aut nolit: hanc poſtea uoluntatem conſulta ratione mutat: nihilominus manet eadem uoluntas inconcuſſa: quæ ideo uocatur libera q̄ hincinde mutabilis eſt & nullibi ligata, ſed ſoli deo affigenda.

¶ Q̄ autem uirtus liberi arbitrij cum ſuo amore & odio in ſolo ſpiritu conſiſtat & nullibi a corpore dependeat, eo apparet, 14.
quia nullius membri uel organi indiget, quemadmodum aliæ uires: uiſus enim oculorum indiget: ſic & de cæteris. Imo quanto maiori ſenectute uel defectu corpus humanum laborat, tanto plus augetur uoluntas ad bonum uel malum: in amando uel odiendo. Quo ſenes frequenter deuotiores ad deum uel auidiores ad temporalia fiunt, q̄ fuerint ætate anteriori. Ea deniq̧ uoluntas morte non extinguitur ſed obfirmatur uſq̧ adeo ut decætero non ſit mutabilis: ſiquidem bona uoluntas diuinæ immutabili uoluntati con-

ſormatur: mala autem uoluntas in ſeipſa
prorſus induratur, Quapropter ultimę ho
minum uoluntates & teſtamenta legibus
confirmantur: præſumitur enim ſpiritus
humanus maneat in ea uolũtate, qua hinc
deceſſit, Hoc uerum ſi ultima uoluntas
ratione conſulta exprimitur: alioquin te-
ſtamenta inſipientum non admittuntur,
Cum ergo hominis uoluntas cum ſuo cor
pore nec deficiat nec extinguatur ſed ſem
per firma permaneat: præſumendum eſt,
eam cum corpore minime mori, Potiſſi-
ma itaq; ſpiritus potentia, nempe uolunta-
te uiua permanente: neceſſario ſequitur
etiam ſpiritum tanq̃ uoluntatis principa-
Luce 24. ante fi. lem uiuidum eſſe, Spiritus quidem car-
nem & oſſa non habet: Ideo inpalpabilis
& eius diſceſſus nobis ignotus eſt: iuxta ſa
Eccle 11 pientis dictum: Ignoras quæ ſit uia ſpiri-
Eccle 12. in me. tus, Item reuertatur puluis in terram ſu-
am unde erat, & ſpiritus redeat ad domi-
num qui dedit illum, Quare idem ſapiens
Eccl 38. in me. hortatur te, ut in requie mortui requieſce-
re facias memoriam eius & conſoleris il-
lum in exitu ſpiritus ſui, Quam quidẽ me
moriam & conſolationem ſpirituſſanctus
fieri per ſapientem nequaq̃ præcepiſſet,
ſi una cum corpore deficeret humanus
ſpiritus, Cui nemo eripere poteſt ſuam
propriam naturalem uitã: quam ſane cor-
pori accomodat: q̃diu eiuſdem uitæ ca-
pax eſt: ab eo autem languente, eadem ui
ta retrahitur & ipſum corpus mori cogi-
tur, propria uita carens. Quippe homines
ſpiritum & uitam recipiunt immediate a
1. Cor. 2. ante fi. deo, non a mundo, ueluti bruta: quæ non
habent ſpecialem uitam nec ſpiritum, igi-
tur brutorum demortuorum uita redit in
communem naturæ uitam: ueluti aqua in
mare. Homo autem prędditus eſt ſingu-
lari ſpiritu, uitam propriam naturaliter ha
bente: ſiquidem is deo adhæret, unus ſpiri
1. Corin. 6 in fi. tus eſt & adipiſcetur uitam ſupernaturalẽ
& æternam.
15. ¶ Tertia quæſtio. Utrum tres ſint in ho-
ſ.10.§ 8. c.J.38.§.8 in prin. mine partes, nempe ſpiritus, anima, cor-
pus? Ad quod ſonare uidentur hæc Pau-
1. Theſſ. 5. in fi. li uerba: Deus pacis ſanctificet uos ut in-
teger ſpiritus & anima & corpus in aduẽ-

tu domini ſeruetur. Pariter & in Iob. In Job 12. ante me.
cuius manu anima omnis uiuentis & ſpiri
tus uniuerſæ carnis hominis, Additur quo
q; iſtud ſaluatoris elogium: Triſtis eſt a- Matth. 26 Mar. 14.
nima mea uſq; ad mortem, Spiritus quidẽ
promptus eſt, caro autem infirma. Hic
dominus tria exprimit, nempe animam,
ſpiritum & carnem. Sic & uirgo Maria
diſtinxit ſpiritum ab anima dicens: Ma- Luce 1.
gnificat anima mea dominum & exulta-
uit ſpiritus meus in deo ſalutari meo. Ibi
duo & duo compræhenduntur, uidelicet
anima & ſpiritus: domin9 & ſalutaris, duo
quidem uerba ſunt: ſed unum ſolum deſi
gnant. Quemadmodum dominus deſi-
gnat dei potentiam: ſalutaris dei miſericor
diam: ita in homine anima & ſpiritus, unũ
ſunt, licet diuerſa importent. Spiritus qui-
dem exprimit ſpiritualem ſubſtantiam ho
minis: qui ſe auxiliante gratia ultro erige-
re debet ſurſum ad deum. Idem inſuper
ſpiritus dicitur anima inquantum natura-
liter reflectitur ad corpus: quod et uegetat,
ſenſificat, regitatq; in uita conſeruat. Ipſa
tamen anima poſt corpus nõ eat ſed illud
ſecum ſurſum conducat: alioquin hominẽ
peruertit. Sic quoq; eſt domini uerbum in
terpretandum: Triſtis eſt anima mea in-
quantum naturaliter declinat ad carnem
mortalẽ, Inq̃ntum autem ſe ſponte ad deũ
uertit, ſpiritus eſt promptus: tametſi caro
ſemper infirma maneat uſq; ad mortẽ. Ni-
mirum igitur dominus hominem dumta
xat in duo diſterminat, inquiens: Quod na
tum eſt ex carne, caro eſt, & quod natum Joban. 3. in prin.
eſt ex ſpũ, ſpũs eſt. Q; intelligimus & uo-
lumus, ꝓuenit ex ſupiori parte ſpũs: q; aũt
uiuimus & ſentimus, ex inferiori. Quare
homo duobus ſolummodo fulcitur, nẽpe
carne & ſpiritu: qui & anima nuncupatur.
¶ Singulariter notandum eſt. Quando li- 16.
bere ad deum te conuertis, tunc diceris u-
nus ſpiritus cum deo: a quo tuus prodijt
ſpiritus: quem ideo rurſus ad deum diri-
gere debes: iuxta illud: Qui adhæret deo, 1. Corin. 6 in fi.
unus ſpiritus ſit cum eo. Voluntate autem
tua ad carnem auerſa: tunc tuus ſpiritus
dicitur anima, ſpiritualiter quidẽ mortua,
licet naturali potiatur uita & eam corpori
tuo com

tuo communicet, donec moriaris. Idem igitur eſt anima & ſpiritus: qui aut infernum aut cœlum petit: corpus ſepelitur: nemo certus eſſet quorſū anima (ceu tertia hominis pars) tendere haberet. Præterea corpus quoq; bipartitum eſt: una parte compræhēditur ſubtilis humiditas & ſanguis: & nuncupatur ſpiritus uitalis, ſurſū ad uitæ conſeruationem tendens: in altera ſunt crudę elementales qualitates, deorſum ad diſſolutionem tendentes. Eſt tamen unum ſolum & idem corpus: quemadmodum anima & ſpiritus idem ſunt, quod ad diuerſa tendit.

17. ¶ Quis ſuperior pars ſpiritus & rationis (ſinderiſis dicta) in conſcientia ſæpe moleſtatur, ꝙ inferior pars, nempe anima carni perperam conſentit: nihilominus tamē idem ſunt ſpiritus & aĩa. Sic intelligendo, Quādo humanus ſpiritus, ſua ui ſuprema nempe libera uoluntate, reflectitur ad carnem: in qua male agit contra conſcientiam & ſinderiſim: tunc uoluntas arguitur per inferiores potentias, nempe per memoriam & rationem, a deo uel ab angelo excitatas ad deteſtationē mali: quod uoluntas conſentiendo carni cōmittit et ideo ab eis repræhenditur. Eo reſpectu con-
5.71.§.4 ſcientia hominis reſultat, ex duabus potētijs ſcilicet memoria & ratione: quæ dum intelligunt deliberatum malum uoluntatis, eam increpant ceu ſubditi ſuum ſuperiorem. Siquidem uoluntas libera acquieſcit cōſcientiæ & ulterius in malum opus non conſentit, peccatum manet ueniale: quod ulteriori conſenſu fieret mortale.

8.10.§.9. Porro bonus in ſuis membris ſentit legem peccati: ſed ei non conſentit: ueluti & Chriſtus carni nō cōdeſcendebat. Malus aliquādo in ſua conſcientia conſpicit ſcriptam eſſe legem diuinam: ei tamen nō obedit. Sicut quandoq; iuſtus per carnem irritatur ad malam uoluptatem contra legem: ita iniquus per conſcientiam admonetur ad legis obſeruantiam. Nullus adeo eſt peruerſus quē cōſcientia nō interdum mordeat & non maliť ſe eſſe melioris conuerſationis. Quilibet rationis compos fateri cogitur, uirtutis uiam ſalubriorem eſſe ꝙ uitam diſſolutam. Etſi eam deteſtetur, illam tamen ſectatur ex leuitate uel inueterata conſuetudine. Q autem quemq; ſua concupiſcentia contra conſcientiam uincit & carnē ſequi bonūq; ſpiritū, nēpe dei imaginem relinquere allicit, ſua ꝓpria malitia in cauſa eſt: alias nemo.

VIGESIMVM NONVM Capitulum. De imagine humana.

Exterior dei imago eſt homo: in- 6.7.§.3 in fi.
terior mūdi imago pariter homo 8.10.§.2. in prin.
eſt. Exterius in corpore portamus interiorem mundi imaginem: interius in mente debemus exteriorē dei portare imaginem: paulo inſinuante: Sicut
portauimus imaginem terreni, ita porte- 1.Corin.15. ante fi.
mus & imaginem cœleſtis. Terrena qui- 5.§.9 ante fi.
dem imago gerit typum totius mundi: ſecundum illius diſpoſitionem, corpus humanum formatum eſt: ea de cauſa homo microcoſmus appellatur. Cæterum in macrocoſmo ſunt ſpiritus angelici, necnon ſuperiora & inferiora corpora. Superiora ſcz cœli, ſtellæ totumq; firmamentū ſunt corpora firma, incorruptibilia & angelico influxu regenda. Corpora inferiora, nempe elementa & in eis contenta, reguntur quidem a ſuperiori influxu: ſunt tamen mutabilia & corruptibilia. Porro ſicut idē magnus mundus ordinatus eſt ut corpora digniora ſuperiorem: uiliora inferiorē obtineant locum: ſic & in minori mundo uidelicet in homine mēbra ſunt diſpoſita: caput quidē ſuperius: pedes cęteraq; membra a capite dirigenda inferius locata. Ita a capite uires deſcendunt in oĩa corporis mēbra uitalia quēadmodū ſuperius firmamentū ſuo lumine & calore, acetiā cęteris occultis uiribus, influit in inferiora elemēta & elemētata: quæ ſuas intrinſecas uires a ſuperioribus habent.

¶ Quis humanum corpus primeua origine a deo ſit creatū: a natura tamen plan- 2.
tatur & ad ſui perfectionem deducitur. Sicut terra tanꝗ matrix concipit arboris ſemen: quod uirtute ſuperioris influentiæ, ab elementis fomentū & incrementū

ſummens, producit radicem, ſtipitem, ramos, folia, frondes, fructus & nouum ſementum ac alia: ſic humanum ſemen concipi a matrice: in qua uirtute ſuperioris influxus, ſemen fouetur & augmentatur, donec diſpoſitum fuerit atq; interioribus & exterioribus membris organiſatū: nempe in hominis formam compoſitum: tūc animam rationalem immediate creatam eidem formato ſemini deus infundit: quę corpori unitur & homo perſonalis efficitur: Non inſpecto an mater in matrimonio uel inceſtu ſemen conceperit: acſi colonus in ſuo uel alieno agro ſeuerit, dei etenim & communis naturæ influentia ſemper operatur ordine ab euo inſtituto. Qui quidem ordo nullatenus impeditur: etiam ſi proles ex maledicta copula generetur: prout modo contingit prohdolor inter monachos & moniales: inter ſacerdotes & ſacerdotiſſas, ad ſuum interitū perperam connubentes: nihilominus deus ꝑmittit creſcere corpus humanum: cui tandem formato etiam nouum ſpiritum infundere dignatur.

3. ¶ Primogenito peccatori uidelicet Cain deus purum infudit ſpiritum: quem ilico ſua caro infecit. Quæritur ergo cur deus creet peccatores: quos præſcit fore in malum peruerſos: acſi deus ſponte producat malum? Ad quod plura excogitantur reſponſa: e quibus unum refero. Deus in ſe immenſus eſt omnibus ſuis perfectionibus: quas extra ſe in creaturas deducit, dimenſe tamen & in tantum quantum fieri poteſt. Exemplū habes in numero: cuius primus terminus non minor uno eſſe ualet, eo ꝙ ipſe deus immenſa eſt unitas: ideo minus uno dari nequit. Vnde præſumitur, numerum alicubi in ſumma multiplicatione eſſe terminandum: ne numerus ſit infinitus: ſoli enim deo conuenit innumerabilem eſſe in ſua infinitate. Eſt namꝙ ſcriptum: omne opus corruptibile in fine deficiet: prout deus non poteſt creare quicꝙ altius humanitate Chriſti, perſonaliter unita filio dei: ultra quem nulla creatura eſſe poteſt: niſi fulciretur infinitate: quæ ſoli deo conuenit. Quippe deus coęqualis eſt in ſingulis ſuis perfectionibus: eius enim uoluntas aut operatio non minor eſt ꝙ̄ diuina ſapientia aut potentia. In diuina autem idea comprærhenduntur omnia quæ ex nihilo creari poſſunt: inter quæ & peccatores continentur. Siquidem eos in pręſcientia deus habuit, creare potuit: ſi potuit, uoluit: ſi uoluit, actu igitur creauit ipſos: alioquin diuinæ perfectiones eſſent inæquales: nempe diuina uoluntas & oꝑatio curtarentur & in creando minores eſſenr ꝙ̄ diuina præſcientia, ſapientia, aut potentia, quæ quidem inæqualitas non cadit in deum immenſe coæqualem. Hac ratione deus ſuum plaſma non uoluit amputare: ſed iuxta ſuam potentiā perficere, minime obſtante peruerſitate hominū: qui ſi bonitatis capaces fuiſſent, eos proculdubio bonos feciſſet. Deus nihilominus ob ſuum opus eſt laudandus: homo ob ſua peccata puniendus, ſibi ſoli in damnum: non in præiudicium diuinæ omnipotentię, ſed ad complementum diuinæ iuſtitiæ. Porro Chriſtus aiebat de Iuda: uæh homini illi per quem filius hominis tradetur, bonū erat ei ſi natus nō fuiſſet homo ille: ac ſi diceret: Iudam punitum iri dumtaxat ad ſuum damnum & in nullius alterius præiudicium: Profecto dei uoluntas & ſui plaſmatis ordinatio eſt: ut homo ſe conuertat ad dominum deum ſuū: non ad nihilum, de quo productus eſt. Si autem huiuſmodi ordinationem tranſgreditur: tunc proruit in alteram dei ordinationem: qua homo pro ſua tranſgreſſione uenit puniendus, nullam enim ſue deuiationis cauſam deus dedit. Quinimo ubi deus peccatores non crearet, derogat ſuę diuinæ omnipotentiæ & primitiuæ ordinationi. Vbi peccatores non puniret, obuiat ſuæ iuſtitiæ & ſecundariæ ordinationi. Nequaꝙ̄ igitur inculpandus eſt deus, per potentiam creās peccatores: quos per iuſtitiam punit.

¶ Originali natura homo non habet ſine medio ſuperiorem præter deum: cidē igitur obnoxius eſt atq; iure aſtrictus, ueluti creatura creatori: opus ſuo magiſtro: filius patri: ſeruus domino: inferior ſuperiori: 4.

Marginalia: f. 18. §. 1 in prin. — f. 66. §. 7 in fi. — f. 94. §. 7 in prin. — Eſaie 45. — f. 19. §. 2 in fi. — Eccl 14. — f. 40. §. 7 in prin. — Matth. 26 — Luce 22. — Oſee. 14. in prin.

riori: reus iudici: ſponſa ſponſo: præcipue uti amatus ſuo amatori. Talem itaq; præſumitur deus initio condidiſſe hominē: qui iā dicta obligata homagia, mente recta & uoluntate libera, potuerat deo exhibere & obſeruare: nec ei quicq̄ obſtaculi impreſſiſſe, quod diuinum honorem aut hominis profectum uiolenter impediat. Præſumitur deniq; (quoniam deus ſupremus eſt ſpūs et ad eius imaginē homini q̄q̄ uiuentem ſpiritum inſpirauit: necnon ſpiritualem hæreditatem ſeu mercedem, nēpe æternā uitam, promiſit) q̄ hominī principaliter commiſerit cultum diuinum & temporalibus non aliter imcumbere, niſi quatenus corporis conducant neceſſitati. Deus præterea hominem libero dotauit arbitrio: quo poſſet ei libere ſeruire: ac eum ſuper omnia amare, & ſic ſe deo uinculo perpetuo coadunare: Atqui homini nil melius rectitudine libere uoluntatis: qua deus ipſum ſaluat: econuerſo nil peius prauitate uoluntatis: quā damnatur: Præterea ultra libertatem arbitrij homo præ cæteris creaturis præditus eſt multis prærogatiuis: de quibus infra, xlix, § iij. Ex quibus acquirit gaudium: quo alia animantia carent. Creaturæ rationis expertes non delectantur in ordinis prælatione ſeu in ſimili prærogatiua. Sol non afficitur gaudio q̄ lucidius ſplendeat uel ſupra lunā locatur. Proles regis in cunis non ſpecialiter gaudet nec triſtatur a prole ruſtici: donec intelligentia ſucceſſerit. Nec leo uel aquila: nec carbunculus uel balſamus de ſuo prærogatiua præ alijs naturis excellentiori gaudent.

5. ¶ Solus homo ad gaudium deſtinatus eſt: ut intelligens gaudeat & ſuum gaudium in deum dirigat uice ſui ipſius & omnium creaturarum rationis incapacium, quæ licet ſentiant, tamen neſciunt neq; intelligunt ſibi bene uel male eſſe: ideo nec lætari nec triſtari poſſunt: ſolus igitur homo & nullum aliud animal triſtatur. Q̄ uero quædam animalia mœrorem uel alacrimoniam ſimulent: hoc fit ſolo motu communis naturæ, profluens in uiuentia & commouens unumquodq; pro ſua qualificatione. Huiuſmodi alacrimonia: quam bruta ſimilitudinarie oſtentant uel quam ſol cæteræq; ſtellæ ex ſua ſerenitate: uel flos & muſcus ex odore (ſi ratione potirentur) haberent: eorum uice ſolus homo gaudet. Quare merito ad amorem & gratitudinem erga deum inflammari debet: memor tantæ prerogatiuæ ſibi pre alijs creaturis conceſſæ. fateri quidem cogitur, in ſuum comodum omnes creaturas eſſe ordinatas: nam aſtra superni firmamenti continuo motu naturali influxu agunt in elementa: ſe inuicem mouentia, nec ocioſa: quouſq; finem determinatum attingunt. Hæc omnia fiunt ad hominum obſequium. Bruta e terra nutrimentum quærunt ut homini frugi ſint: capita prona ad humum inclinant, ſo li homini obſequentia: ut is mentem ſurſum ad cœlum ſubleuet & ſeruiat ſoli deo: qui in natura ordinauit ut inter omnia animantia ſolus homo erectus incedat: caput ſublime habeat faciemq; uenuſtam: ad monſtrandum hominem eſſe dei imaginem: in qua deus reſplendere debeat.

¶ Inter omnia animalia ſolus homo manibus potiē, ut bonis inſudet operibus: deo ad gloriam: proximo ad utilitatem: ſibi ipſi ad ſalutem: prout Paulus Theſſalonicenſibus ſuadet: Operemini manibus ueſtris, nimirum bona, non mala opera. Porro bona opera hodie tanto ludubrio habentur ut ſimul etiam exteriores ceremoniæ aboleantur, in dei dehoneſtationem & noſtri damnationem: quoniam noſtra membra ſolis carnalibus commercijs: non diuinæ ſeruituti accomodamus. Cætera deniq; hominis membra deus bene diſpoſuit atq; decoro adoptauit ordine: ut homo honori & laudi eſſet deo ceu optimo opifici, in ſuis operibus glorificando. Si igitur homo, ueluti filius uel ſeruus dei, hæreditate uel mercede potiri deſiderat: in negocio & obſequio dei tanq̄ patris & domini operetur: alienis mundi uel carnis negocijs minime implicatus: ne ſpirituali hæreditate mer 6.

1. Theſ. 4. in fine.

cede orbetur & unacum ſuo temporali
præmio hic accepto deputetur tartaro.
Math.6 in prin. Sincerum itaq; dei opus eſſe homo perſe-
ueret; delectationem & lætitiam (quem-
admodum dei imaginem decet) in nego-
cijs ſpiritualibus quærat: non in carnis de-
ſiderijs ſpectantibus ad beſtias: quarum
naturam humana excedit: ideo homo ſen
ſuali naturæ innixus merito repræhen-
ditur.

7. ¶ Quanq; nos homines, ceu rationales to-
tius mundi imagines, uice irrationalium
creaturarum, erga deum (ita ut præmitti
tur) exhibere deberemus: in aduerſum ta-
men nitimur: inclinati contra ordinem ra-
tionis ad carnem & naturam beſtialem;
quoniam in nobis nil apparet quod ratio-
ni congruat aut filios dei deceat, ſed inſani
mus ceu beſtiæ rabidę & ſpurij degene-
res: uacui timore & amore dei: omni de-
niq; honeſtate & obedientia: nec fidem
nec fiduciam habemus in deum, ceu no-
ſtrũ & totius plaſmatis creatorem, domi-
num, patrem, redemptorem, iudicem &
ſaluatorem: quem non ſolum contemni-
mus, ſed multimode & temere offendim9
tentantes deum e ſuo regimine pellere:
nam iure naturę ipſum deceret regnare
in omnium hominum cordibus ſine obſta
culo cuiuſuis arbitrij: quod pariter ſe diui
no arbitrio conformare deberet: prout
Math.6. quotidie oramus: Adueniat regnum tu-
um, fiat uoluntas tua. Sed in nobis permit-
timus noſtram regnare uoluntatem con-
tra diuinam: quam immerito de ſuo pro-
ſcribimus regno & id nobis iniuſte uendi
camus, tirannice dominantes. Quis ergo
affirmare poteſt nos eſſe congruam aut
dei aut ſui plaſmatis imaginem?

8. ¶ Conſidera modo q; praue homo in ſe
cuſtodiat dei imaginem. Quando deus
ſua largitate extra ſe uoluit producere
creata, ab æterno aliam formam non ha-
buit præter ſeipſum. Suum igitur plaſma
ſecundum ſeipſum & ad ſuam ſimilitudi-
nem formauit ac omnes intrinſecas immẽ-
ſas perfectiones extrinſece & dimenſe ex
hibuit in creaturis, iuxta menſuram capa-
citatis cuiuſuis creaturæ. Angelus enim
abſq; additamento eſt ſimplex, conſtans et
purus ſpiritus, ſpiritui diuino ſummo im-
mutabili & puriſſimo conformior, q; hu-
manus ſpiritus: qui non ſimpliciter & ſo-
litarie cõſtans ſed ad corpus ordinatus eſt.
Attamen deus ad ſuam imaginem condi-
didit neq; angelũ ceu puram ſpiritualem
naturã: neq; cęlum uel ſidus ceu mere cor
poralẽ naturã, ſed hoẽs oẽs & ſingulos, ceu Gene.1
ſubiectum utriuſq; naturę, in ſe claudentes
Chri humanitatẽ; quæ prorſus unitur in-
teriori æternę imagini, nempe filio dei.
Porro imago uel tranſpictura uel trãſſum-
tum compræhendit omne quod eſt in pri
ma originali forma unde tranſummitur.
Angelus autem non omnes præſefert dei
ſimilitudines, niſi aliquas, nempe ſpirituali
tatem, memoriam, intellectum, liberã uo-
luntatem & ſimiles uirtutes. Homo uero
omnes dei ſimilitudines portare debet in-
terius & exterius. Siquidem deus fœcun
dus eſt intrinſece naturaliter, extrinſece
uirtualiter. Interius nãq; ex natura & na-
turali amore gignit æternam immenſam
imaginem, ſ. filium dei: exterius producit
omnem creaturam ex potentia & ordina
ta charitate. Homo quippe & non ange-
lus, ex natura fœcundus eſt. Debet quoq;
intra ſe, charitate erga deum directa, gig-
nere omnes uirtutes: necnon exterius cul
tu diuino & charitate erga proximum or
dinata, totis uiribus bona opera perficere.
Pręterea inter carnalem patrem & filium
exoritur ſingulariter naturalis amor, ad ſi-
militudinem naturalis amoris inter diui-
num patrem & filium: qui amor ſpiritus
ſanctus appellatur. Et quãuis angeli pari-
ter mutuo ſe diligant: is tamẽ amor non eſt
naturalis, ueluti inter patrẽ & filium: ſed
ordinatus ueluti inter proximos ceu bo-
nos amicos.

¶ Præmiſſo modo ſolus homo præ cęte- 9.
ris creaturis eſt integra ſimilitudo & com
pleta imago dei: qui eſt æterna eſſentia:
ad ſimilitudinem iſtius diuinæ eſſentiæ,
omnem creaturam ex nihilo factam in eſ-
ſe produxit. Deus quoq; in ſe eſt fœcun-
dus & uita immortalis ſeipſum uiuificans:
propterea quaſdam ſupinas creaturas ue

getat.

getat, uiuificat, fructificatq;. Potitur deni-
Rom. 11. in fi. q; ſenſu nobis incognito: cuius compara-
tione indidit animalibus ſenſum & ſenſua
litatem. Eſt preterea ſapientia æterna: qua
intellectum & ratione non ſolum in ſpiri-
tuali, uerumetiã in corporali natura, nem-
pe in homine creauit: tametſi ratio in no-
bis propter peccata obſcurata eſt. Deus in
ſuper eſt immenſa uoluntaria charitas &
charitatiua uoluntas; quę ipſius ꝓpria eſt,
a nihilo dependens q; in ſeipſa: ad cuius ſi-
militudinẽ in creatura rationali produxit
amorem & liberum arbitrium, ordinauit
tamẽ, ne huiuſmodi creatũ arbitriũ in ſeip
ſo hæreat ſed diuinæ uolũtati ſubijciatur.
Item deus in ſe immenſo gaudio plenus
eſt: cuius ſimilitudine rationali creaturæ
certo ordine pręparauit gaudium perpe-
tuum, eſt tamẽ mutabile: nam ſiquis ordi-
nem tranſgreditur: gaudium tranſmutatᷣ
in triſtitiam: quæ ſimiliter non brutis acci
dit, ſed ſoli homini, in ſe imaginem dei de-
turpanti & ſimilitudinem dei penitus ex-
tinguenti. Vnde patet quamlibet creatu-
ram præ ſe ferre quaſdam, non aũt omnes
ſimilitudines dei: excepto homine: in quo
omnes ſimilitudines diuinæ eluceſcere de
berent: ideo eſt imago dei & ſui plaſmatis,
ac omnium creaturarum complementũ:
indutus ſpũali & corporali natura acetiã
F. 41. §. 8. & §. 1. in prin. ꝓprietate creaturaꝝ corporaliũ: utpote eſ
ſe, uiuere & ſentire. Hinc homo imago ter
reni mundi dicitur. Imago autem dei eſt
reſpectu memoriæ, intellectus & liberi ar-
bitrij: quod eſt ſingulare ſignum diuinæ
imaginis. Hoc pacto omnes dei ſimilitudi
nes in hominem ſunt impreſſe, tanq; dei
imago ſeu ſigillum in ceram. Eadem hu-
mana cera debet in ſe impreſſas dei ſimili
tudines accipere: hoc eſt ſe conformare di
uinis uirtutibus ac etiam imaculata imago
& ſimulacrum dei permanere neq; decęte
ro fieri imago diaboli.

10. ¶ Si ita homo pura dei imago permanere
uelit, neceſſe eſt, primitus ſeipſum cogno
ſcat & ſui cognitionem ab imo ſue nullita
tis addiſcat: & meminerit, quemadmo-
dum fructus ex terra producti, iterum in
terram redeunt: ita hominis corpus ex ter
ra eſt & iterum in terram reuerteť; prout
glacies uel nix ex aqua congelata, rurſus
in aquam reſoluitur. Spiritus igitur domi
ni hominem alloquitur: Reuerteris in ter Gene. 3 ante fi.
ram de qua ſumptus es, quia puluis es & Eccle 12
in puluerem reuerteris. Nec tamen ho-
mo ſeipſum ex terra formare nec iterũ in
terram redigere ualet: ſed ſolus deus potis
eſt: qui hæc per uim naturæ fieri conce-
dit. At ſpiritus infuſionem reſeruat ſibiip-
ſi tanq; potentiſſimo: cuius poteſtati & ſa-
pientiæ omnia ſunt ſubiecta. Perpende er-
go te non ſolum ex nihilo creatum, ſed
etiam ex uili materia nempe terra & pul-
uere formatum. In huiuſmodi uili re, in-
cipias addiſcere ueritatem ac te & tuam
terream naturam cognoſcere. A qua qui-
dem infima creatura terre poteſt aſcende
re homo in ſeipſum: deinceps a ſe uſq; ad
deum: in quo omnis reperitur ueritas.
Hoc modo ueritas de terra orta eſt, quan Psal. 84
do homo ſeipſum humiliter cognoſcit:
tunc terra noſtra dabit fructũ ſuum: quo
homo peruenit ad cognitionẽ ſublimiorẽ,
nempe dei. Hic eſt fructus terre ſublimis
(de quo in Eſaia & in euangelio) qui ex Eſaie 4 Mat. 4
minimo grano ſinapis maior fit omnibus ante fi.
oleribus.

¶ Præterea ſi de te ueram cognitionem 11.
habere deſideras: non incipias a loco excel
lentiori: quanto aliquid ſublimius eſt, tãto
minus in eo tui cognitionem adipiſceris.
Poſtq; autem homo præ cæteris terrenis
creaturis altioris eſt naturæ: eo minus in
ſeipſo ſui cognitionem addiſcere poteſt.
Vnde fit ut nemo ſeipſum bene nouerit:
ſed ferme quilibet de ſe plus præſumit
q; in ueritate eſt. Et inquit ſapiens: Via
ſtulti recta in oculis eius. Et iterum: Eſt Prouer. 11. Prouer. 14
uia quæ uidetur homini recta, nouiſſima
autem eius deducunt ad mortem. Prop-
terea ad tui cognitionem recordare te eſ- Ezech. 22
ſe terram immundam & nõ compluitam:
quam deus appendit ſuper nihilum & ſca Job. 26.
bellũ pedum eius fecit, iuxta ſcripturam: Matth. 5
Quid ergo ſuperbis tu terra & cinis: Qz- Eccl 10. Mat. 8.
obrem Chrs turbę precepit diſcumbere
ſuper terram: poſtea ſaturauit eam. Sicut

ipſe dominus primum deſcendit in inſe-
Ephe.4. riores partes terræ: deinde aſcendit ad dex
teram patris: ſic primum ſe humiliet ac in
ſe deſcendat qui ad deum aſcendere deſi-
Pſal.112. derat: tunc dominus ſuſcitat a terra inopē
& de ſtercore erigit pauperem. Præterea
Job.14. homo cogitet ſe de immundo ſemine con
Job 5. in prin. ceptum eſſe & ad laborem natum, primi
tus uiribus corporis deſtitutum: ſucceſſu
Gene.41 in fi. temporis in hac terra paupertatis ad uiri-
lem ętatem creuiſſe. Hinc facile conſide-
rat, in ſe eſſe uegetatiuam: qua uegetan-
tur gramina, folia, herbę, arbores & reli-
qua uegetabilia: quæ propria uirtute &
natura, diuinitus eis indita, ſuum fomen-
tum & incrementum ab elementalibus ac
cipiunt. ·/ xxvi: §.iiij.

12. ¶ Vlterius homo cognoſcere poteſt per
ſuos ſenſus in ſe eſſe uitam ſenſitiuam: quā
habent ſingula animalia: quæ ſimiliter ui
dent, audiunt, guſtant, odorant & com-
muniter ſentiunt ſecundum maius & mi-
nus. Vltra id perpēdit homo inſe eſſe quid
dam excellentius ac melius prę cæteris
animalibus: nempe ſingularem inuiſibi-
lem ſpiritum: cui adhæret uis rationatiua:
in qua conſiſtit, memoria, intellectus et uo
luntas: quibus bruta carent & ob id homi
Pſal.8. nibus ſubiecta ſunt. Hinc potes elicere in-
compręhenſibilem omnipotentiam dei:
qui ex tam uili & ima re ſcz terra, forma-
uit tam nobilem & excellentem creaturā
ſcz humanum corpus, idoneum ad ſpiri-
tum rationalem & imaginem dei. Conſtat
itaq; humanū genus omnibus corporeis
creaturis eſſe prælatum & dignificatum
ac præditum libero arbitrio: cui in natu-
ra non pręualet quicq̄ quod ipſum impe
diat uel cogat, citra deum: qui homini libe
rum arbitrium concedit quidem: ſed nō
neceſſitat. Imo liberum dimittit: quaſi ſig-
naculum ſui deifici arbitrij liberrimi. Ab
eodem etenim æterno arbitrio emanat ar-
bitrium creatum: quod homini concedi-
tur & libertate dotatur eatenus ut a nemi
ne captiuari poſſit, niſi ſeipſum dedat. Si-
quidem ſe tradiderit deo: ab eo capitur ca-
ptura ſalubri & liberatͣ abſoluiturq; a uin-
culis iniquis, conſtrictus uinculis gratiſſi-
mis. Si autem humanum arbitrium ſe ſub
diderit carni propriæ aut alienæ creaturę:
in uincula cadit peſſima: a quibus non re-
dimitur: niſi ipſum deus liberet diaboloq;
eripiat ſeu abripiat: utpote captiuam du-
cat captiuitatem. Hinc ſurrepſit quorun- Ephe 4. in prin.
dam pręſumptio, acſi homo non habeat li
berum arbitrium: quod ſane intelligen-
dum eſt de eis: qui ſua culpa uel inuetera-
ta conſuetudine ſe carni dedūt: illi per car
nem & mundum ac per diabolum pro
eorum nutu abducuntur quorſum libue-
rit. Atqui animantia arbitrio carentia ne-
ceſſitate conſtringi poſſunt per hominem
aut per communem potētiam & curſum
naturæ.

¶ Ecce tu es ſingulare opus maximi dei: 13.
qui ex paruo ſemine tui genitoris, natura
mediante, tot dotes tuo corpori impendit:
ordinauit atq; produxit: nec minimū qui-
dē pilum tui parentes, in generando te, ad
dere potuerunt: ſed ſine ſcitu & coopera-
tione eorū omnia adiecta ſunt tibi. Quin-
imo ſepe contra parentum uoluntatem cō
cipitur proles. Frequenter probi coniu-
gati deſiderant prolem: quam forſitan im
pediti generare nequeunt. Porro totius
genealogiæ origo eſt a ſolo deo: Paulo
ſcribente: Neq; qui plantat eſt aliquid ne-
q; qui rigat, ſed qui incremētum dat deus, 1.Corin.3 poſt prin.
Pariter dici poteſt. Neq; pater ſemē emit-
tens neq; mater concipiens cauſa eſt pro-
lis conceptæ uel generatæ: ſed deus: qui
mediante natura, proli prębet formam &
incrementum nutrimentumq;: tandem in-
fuſione ſpritus corpus prolis uiuificat &
dei imagine inſignit. Hæc omnia deus
ſemper operatur: fatente domino: Pater Johan.5. ante me.
meus uſq; modo operatur & ego operor.
Ex pręmiſſis conſpicis te ex nihilo & in-
fima terra ad ſublimem ſtatum nobilis hu
manæ naturæ elatum, ac firmiter cre-
dendum ad altiorem ſtatum, nempe ad
cœleſtem, te eſſe deſtinatum atq; euoca-
tum, inquantum in te imago dei inconta-
minata fuerit reperta: potiſſime ſi ſpretis
terrenis mentem ſurſum ad deum erigas:
prout Paulus docet: Quæ ſurſum ſunt ſa Coloſ.3. in prin.
pite & quę ſurſū ſunt quærite: ubi Chri-

ſtus eſt

ſtus eſt in dextra dei ſedens, non quę ſuper terram. Vt ab infimo ſtatu perueniamus ad ſupremum, a deo nobis præparatum. De quibus ſtatibus modo ſequitur.

TRIGESIMVM CAPITVLVM. De ſtatibus humani generis.

ANimalia communia inter ſe complectuntur diſtinctas naturas & ſpecies: ueluti equinam, bouinā, caninam &c. ubiq; tamen dumtaxat unū ſtatum ſui originis & communis animalis eſſentię: qua formantur, generantur, uegetantur, ſentiunt, creſcunt & decreſcunt, iuxta communem naturæ influxum. Econtra omnes & ſinguli homines indifferēter potiuntur una tantum natura & ſola ſpecie humana: ſex autem ſtatibus, tribus in præſenti mundo, tribus in alio. Primum huius mundi ſtatum nempe paradyſi & boni eſſe homo perdidit ceciditq; ex bono & ordinato eſſe, in eſſe malum. Hinc ſubſequitur ſecundus deordinatus & diuinę indignationis ſtatus in pręſenti infœlici ſæculo: ubi inueſtigandus eſt tertius ſtatus reconciliationis & gratiæ diuinæ, per paſſionem Chriſti in eccleſia militante recuperandę. Vltra eoſdem huius mundi tres ſtatus reſtant in alio ſæculo ſimiliter tres ſtatus. Vnus eſt tartarus: in quem cadūt: qui hic tertium ſtatum ſcilicet gratiæ non ſunt adepti. Secundus eſt in eccleſia dormienti ſeu pœnitenti ſcilicet purgatorio: in quo temporaliter defecantur & purificantur humani ſpiritus: qui hic quidē gratiam conſequuti, ſed maculis culpę non totaliter exuti, hinc migrauerunt. Poſtq̃ uero ijdem ſpiritus integre purgati fuerint, uel abſq; macula, gratia diuina fulciti, hinc deceſſerint: tunc nanciſcuntur in alio ſæculo ſtatum tertium cœleſtem: qui eſt ſextus & ſupremus omnium ſtatuum. Ex quibꝰ tres uidelicet ſecundus, tertius & quintus tangunt ſolum hominis ſpm̄, diuina priuatum grā: quam hic recuperare aut in purgatorio redintegrare debet. Reliqui tres

f. ſ c. in prin. Gene 4.

ſtatus, ſ. primus, quartus & ſextus ſpectāt ad totum hominem in ſpiritu & corpore: qui in paradyſo temporaliter debuerat habitare. Poſthęc ęternaliter pœnam luiturus aut cœleſti mercede fruiturus. Attamen in corporibus humanis differens non reperitur ſtatus: cum eadem corpora unis ſint naturæ & corruptæ carnis ab Adam prouenientia, culpabilia & mortalia: omniā q; unum cenſentur eſſe corpus & genus, in quantū humanam cōcernit naturam. Et q̃uis cauſis accidētibus corpora humana diſcriminentur: uno exiſtente maiore aut robuſtiore aut uenuſtiore q̃ altero: Imo in eiuſdem hominis corpore interdum apparet diſparitas: in quo unus pes claudus uel curtus eſt: alter rectus uel proceꝛus: Eſt tamen idem & unum corpus omnium hominum, inter ſe ratione corporis non diſtantium.

¶ Qūobrem antedicti ſex diſtincti ſtatus ſunt toti homini attribuendi: potiſſimum humanis ſpiritibus: qui uarias accidentales habent differentias ſuarum potentiarum, nempe memoriæ, intellectus & uoluntatis: quibus potentijs cauſatur diſcrimen hominum: quorum unus altero eſt doctior, aſtutior, diligentior, melior aut peior. Quo fit, per liberum arbitrium unꝰ bonum, alter malum appręhendit ſtatum: quo homo aut extollitur aut deprimitur: aliquando etiam in ſua conditione mutatur: in natura tamen nō omnino aboletur, naturalis homo permanſurus q̃diu adeſt humanæ naturę radix: tametſi ex eadem radice frequentius mali q̃ boni fructus creſcant. Nam homo de ſe, extra accidentem bonitatem, eſt nudus & uilis: poteſt tamen alieno ſuffragio ueſtiri & bonus effici. Huius accipe ſimilitudinem. Vbi lana filanda & texēda deſtinatur ad ſcarletum pro regia ueſte: eadem lana diuiditur in plura penſa: quæ ſucceſſu difformia fiunt: quorum unum ad filandum tractabile & idoneum eſt pro ſcarleto: alterū penſum eſt intractabile & uix ad filtram aptum. Prioris igitur penſi lana in ſcarleto ad regem: poſterioris uero lana in filtra ad agricolam peruenit: tametſi utrumq; pen- 2.

ſum unius lanæ & naturæ ſit. Item pannus non tinctus unius eſt materiæ: poſtꝗ uero in plures ulnas diſcinditur & tingitur: una panni ulna reſpectu coloris uel ſarturæ fit inſignior uel maioris æſtimationis ꝗ altera ulna eiuſdem panni. Conſimili modo humanum genus deſtinatum eſt ad deum: ſed nihilominus unus hō ſua conuerſatione præ altero extolli uel deprimi poteſt: ut diſciplinatus ad deum: indiſciplinatus ad diabolum perueniat: tametſi uterq͂ unius humanitatis & eiuſdem naturę ſit: unus tamen eſt tractabilior altero.

3\. ¶ Inſuper humano generi primordialiter pręordinata ſunt duo loca ſublimia: deinde tria ima. Ad primum quidem ſublimem locum ſcilicet paradyſi erat homo prędeſtinatus, altiora petiturus nempe cœlum ceu ſupremum locum & æternum gaudium. Si autem homo a paradyſi ſtatu caderet: erat ei præparatus primus inferior locus, nempe hic orbis terrarum: in quo per uiam gratiæ & dignam pœnitentiam conaretur aſcendere ad ſupremum cœli locum: illuc enim per uiam paradyſi occluſam ulterius deuenire nequibat. Siquidem hic uiam gratię (quæ ad cœlum dirigit) apprębenderit, ſed in cœlum admitti non ſatis idoneus habetur: eſt ei in alio ſæculo deputatus ſecundus inferior locus, nempe purgatorium: in quo macula humani ſpiritus & obſtaculum cœleſtis ingreſſus aufertur. Tertius & infimus locus eſt infernus, totius mali puteus: propinquus ęterno nihilo: præparatus diabolo & ſequacibus eius: qui nec pœnitentiam agūt nec gratiā cōſequuntur. Cæterū cum deus dederit homini contingentem naturam, utpote corpus & animam: uitam & ſenſus, intellectum & uoluntatem una cum cæteris neceſſarijs uiribus: tunc homini præſtitutę ſunt duæ uiæ: una ſurſum ad dei ciuitatem: quam ſequi debet: altera uia tendit deorſum ad diaboli ciuitatem: quam deuitare debet. Deus igitur tibi præcepit: De omni ligno paradyſi comede: acſi dicat, diuina præcepta cuſtodi & bona fac opera. De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas: alioquin morte morieris: hoc eſt: bona pręcepta ne deſtruas ſed declina a malo: alioquin mortaliter cades in infernum.

Matth. 25 in ſi.

ſ. ſ. a.

Gene. 2

¶ In ſupradictis ſex ſtatibus ſunt duo boni, duo mali, duo intermedij: alternatim unus in præſenti, alter in alio ſæculo. Primus præſentis ſęculi ſtatus bonus ſcilicet innocentiæ & paradyſi fuit iuſtus, ęquus & humanę naturę conueniens. Nam hominis eſt ut recte uiuat: ſpiritualia neceſſaria prouideat: bene intelligat: diſcrete uelit: ueraciter credat: firmiter ſperet: ordinate diligat ac in omnibus uirtutibus ſit conſtans. huiuſmodi opera ſunt ueſtimēta hominis nuptialia. Et beatus eſt qui cuſtodit ueſtimenta ſua, ne nudus ambulet & uideant turpitudinem eius. Hunc primeuum ſtatum habuerunt Adam & Eua: poſt eos ſola Chriſti humanitas ex natura & ſua genitrix Maria ſpeciali gratia, ſine originali peccato concepta. Hic ſtatus paradyſi erat certa uia perueniendi ſurſum ad alterum bonum & ſupremum futuri ſæculi ſtatum cœleſtem: ad quem humanum genus ultra ſuam naturam finaliter erat prędeſtinatum. Siquidem in pręfato primo innocentię ſtatu diuinam gratiam & ueſtem homines ſponte acceptaſſent: nec ꝓpria temeritate reiecissent: tunc deo grati & iuſti ac in bono ſtabiliti fuiſſent, tādem peruenturi ad optimum beatitudinis ſtatum. Quem nunc ſolum attingunt electi: qui primum innocentię ſtatum ſeruarūt: nempe dominus IHESVS & Maria, ac etiam qui poſt eos in ſtatu gratię reperti & deo reconciliati atq͂ hic aut alibi integre purgati ſunt. Reliquis ab eodem ſupremo ſtatu prorſus excluſis: quorū caro in Adę perſona nuda facta eſt & confuſione plena: nempe erga deum inobediens: et adhuc hodie cuiuslibet hominis ſpiritus ſuę carni adhęret & deo rebelliſat: quoniam totum genus humanum pro ſuo exceſſu a ſtatu paradyſi in pręſentem diuinæ indignationis ſtatum cecidit. In quem etiam quilibet homo ſingulariter cadit, primitus in ſui conceptione peccato origina-

4\.

Apoca. 16 ante fi.

Ezech. 16 in prin.

originali: deinceps quottidie peccato actu
ali. Proinde omnes homines priuati ſunt
Matth. 22 in prin. ueſte nuptiali primi boni ſtatus: ideo a nu-
ptijs cœleſtibus excluſi: ligatis pedibus &
manibus ſunt miſſi huc in tenebras exte-
riores: ut patet in euãgelio. Relicto enim
bono naturę & congruo humano ſtatu
peruerſo ac ordine catholico deſtructo,
ſunt more brutali in conuerſatione uili &
Iaco. 5. in prin. culpabili: pro amictonuptiali induuntur
ueſtibus a tineis corroſis & in conſcientia
diſciſſis.

5. ¶ Nos eſſe in prædicto peruerſo & malo
ſtatu diuinæ iræ, cogimur fateri & intelli-
gere eo ꝙ noſtra actio & conuerſatio eſt
malitioſa, turpis, uitioſa, iniuſta, temeraria,
plena prauis cogitationibus & fallacijs, ꝑ-
uerſa uoluntate, inordinata amore, muta-
bilis ſpe & uacua fide contra deum & eiꝰ
eccleſiam. Ad nullum bonum inclinati ſed
ad mores beſtiales deflexi, ſequimur car-
nem & carnales concupiſcentias more ir-
rationabilium animalium. Merito igitur
in dei indignatione ſumus, pręcipue ob p̄-
ſentem noſtram infidelitatem: prout ſcri-
Coloſ. 3. poſt prin. ptum eſt: propter hoc, n. uenit ira dei in fi-
lios diffidentiæ. Porro plærique iuſti & fi-
Philip. 2. Roma. 7. deles ſunt iam in medio peruerſæ nationis
alemanicæ & uenundati ſub ſecta Luthe
rana: qui perturbantur plaga dei cõtra ma
lignos permiſſa, utinam eam patienter ſu
2. Corin. 12 poſt prin. ſtineant: quemadmodum Paulus gloria-
batur in contumelijs & perſecutionibus
pro Chriſto. Cum autem tam in bonis ꝙ̃
in malis remaneat peruerſa natura & ra-
dix infectę humanitatis: ex qua ante ſui in
fectionem boni fructus pullulaſſent, ſed
modo nil aliud ꝙ̃ ſpinę & tribuli creſcũt.
Qui quidem mali fructus in baptiſmo a
ſpiritu ſed non a corpore adimuntur. Ma-
la igitur animalis inclinatio a nullo homine
aufertur: quatinus uniuſquiſque perpendat
ſuæ naturæ peruerſionem: uitę miſeriam
& debilitatem; ac etiam ingens exilium &
diuinę indignationis ſtatum: in quo ſuus
ſpiritus ſub carne ſupinus iacet: qui ideo
ad compunctionem & pœnitentiam iure
prouocari debet, iuxta hoc prouerbium:
2. Corin. 12 poſt prin. Virtus in infirmitate perficitur. Præſen-
tem igitur perturbatum & nobis incum-
bentem ſtatum noſtrum malum facile ex-
perimur & ſentimus in corpore, ſed nõ in
ſpiritu: qui a ſuo corrupto corpore maxi-
me aggrauatur & per terrenam inhabita- Sap. 9. ante fi.
tionem deprimitur; alioquin extra corpus
multa cogitaturus: iuxta ſapientis dictum.
Corpus etenim hic ſemper degit in ſtatu
maligno: a quo eius ſpiritus redimi ualet.
Si autem eidem ſpiritui, in huiuſmodi ſta
tu indignationis, ad præſens non ſuccurri
tur: ulterius cadet in quartum ſtatum per-
petuę damnationis: qui eſt in alio ſæculo
primus & peſſimus ſtatus contrariuſque na-
turæ humanæ. Nam ſicut per obedienti-
am homines appręhendiſſent bonam de-
lectationem in paradyſo; deinde ultra ſu-
am naturam, ęternam uitam in cœlo: ſic
per inobedientiam adepti ſunt malam
moleſtiam in hoc ſęculo & contra eorum
naturam, perpetuam mortem in inferno.
Quam incurrunt contra uoluntatem illi
qui uoluntate peccauerunt & a deo nec
reconciliationem nec gratiam impetraue
runt in pręſenti eccleſia: quę eſt hominis
tertius ſtatus; nempe diuinę gratię.

¶ Poſtꝙ̃ humanum genus perdidit pri- 6.
mum innocentię ſtatum, ceu uiam uerſus
cœlum & cecidit in culpam & ſtatum in-
dignationis, ceu in uiam ad infernum: be-
nigniſſimus deus ei pręparauit alias duas
medias ad cœlum uias: unam pœnitentię
ſubeundæ: alterã gratiæ in CHRISTO
quęritandæ. In quibus homo acquirere
poteſt reconciliationem dei & remiſſio-
nem culpæ & debiti ac tandem peruenire
ad ſupremum ſtatum æternę beatitudinis:
ad quam deus ipſum principaliter crea-
uit. In huiuſmodi medio & benigno ſta-
tu ſunt omnes qui meriti CHRISTI
participes fiunt, perſeuerantes uſque in fi-
nem, nempe qui uſque ad mortem catholi-
ce uiuunt. Solus idem ſaluator IHE-
SVS ualet & uult nos eripere a malo ſta-
tu indignationis ac præſeruare a peſſimo
ſtatu damnationis: necnon nos locare ad
catholicum ſtatum gratię & nobis partici
pare cœleſtem ſtatum glorię. Dominus
IHESVS de cœlo proſpicit ſuper nos pſal. 32

exiles homines, tanꝙ reſuſcitator ſuper
mortuos; tanꝙ medicus ſuper infirmos:tã
ꝙ inuentor ſuper perditos: tanꝙ uiædu-
ctor ſuper erroneos;tanꝙ prouidus ſuper
obcœcatos: tanꝙ opifex ſuper ruinoſos:
tanꝙ diues & largus perſoluens pro ege-
nis debitoribus; tanꝙ redemptor captiuo-
rum: tanꝙ creator ſuper creaturam iterũ
in nihilum redactam. Et ut uno uerbo cõ-
Collo. 3. in me. cludam: Omnia in omnibus eſt Chriſtus:
in quo quiſꝗ reperit neceſſaria oportuna.
7. ¶ Quobrem nos uiciſſim debemus reſpice
re in ſolum dominum CHRISTVM
ſuaꝗ præcepta: ut perſiſtamus in præſenti
medio gratię ſtatu: qui partim eſt diffici-
lis: in eo. n. oportet hominem agere pœni-
tentiam & ſuſtinere temporales pœnas,
tribulationes & aduerſitates: inde tamen
expectanda eſt æterna ſalus: iuxta illud:
Eccl 23. in fi. Nihil dulcius ꝙ reſpicere in mandatis do-
mini: longitudo. n. dierum aſſumetur ab
eo. Alter medius ſtatus eſt alibi in purga-
torio: quod initio eſt punitiuum: in fine
fructum lætitię affert. Ibi. n. purgatur &
perſoluitur ordine diuinę iuſtitiæ quicqd
debiti aut maculæ inhęret animę & in prę
ſenti ſtatu gratiæ indeletum reſtat: donec
eadem anima, ſicut angeli in cœlo, ſit puri
ficata & idonea in conſpectu dei præſen-
tari, nam diuinum lumen (in quo electi be
atificantur) tanta dignitate enitet, ut in id
Math. 5. ſoli mundi corde reſpicere poſſunt: euan-
gelio inſinuante. Cum autem in hoc ſtatu
gratię rari hominum ſpiritus etiam electi
ſufficienter purificati uel in gratia perfe-
cti ſint. Exigitur ergo Status purgatorij;
in quo ijdem ſpiritus purificentur: quatinꝰ
cognoſcere & intueri poſſint claritatem
dei: ad quem Chriſtus ait: ut cognoſcant
Iohan. 17. in prin. te ſolum uerum deum & quẽ miſiſti Ihe-
ſum Chriſtum. De purgatorio dicetur in
fra ca. lxxxi. & lxxxij.
8. ¶ Ambo ſupradicti huius ſęculi ſtatus, ut
pote diuinę indignationis: item gratię, prę
ſe ferunt duas uias: de quibus in euange-
Math. 7. lio & Hieremia ſcribente: Ecce ego do co
Hiere. 21. ante fi. ram uobis uiam uitæ & uiam mortis.
8. §. 3. Mortis uia eſt ſtatus indignationis: in quẽ
(nempe in præſens exilium) homo ex pa-
radyſo coniectus eſt. Via uitæ eſt ſtatus
pœnitentiæ & gratiæ ſeu reconciliationis
diuinæ, nobis per CHRISTVM impe-
tratæ & reconditæ in eccleſiam: ubi Chri-
ſtifideles huiuſmodi gratiam quærere &
inuentam acceptare debent. Eandem ca-
tholicam & artam uiam imponit nobis
deus: alteram mundanam & ſpacioſam ui
am perſuadet nobis diabolus: qua ad eius
ducimur ciuitatem, ſitam in uaſtitate in-
fernali circa imum immenſi nihili: ubi ha-
bitant & captiuantur inimici dei. Via ue-
ro catholica homo ducitur ex ſtatu pœni
tentiæ in dei ciuitatem, ſitam in cœleſti pa
tria, prope diuinam eſſentiam & præpara
tam electis ab Abel uſꝗ ad nouiſſimum Gene. 4
iuſtum: qui ceu amici dei ciues erunt per-
petui in cœleſti ciuitate: quoniam hic in
ciuitate militante cuſtodierunt erga de-
um obedientiam: erga proximum pacem:
In dei igitur ciuitate reperiunt requiem
& fœlicitatẽ. Reliqui aũt hic fuerũt erga
deum rebelles: erga ſeipſos uoluptuoſi: er
ga proximum ſeditioſi et impacifici: & ſic
ſe undiꝗ odioſos reddiderunt. In ciuitate
igitur infernali perpetuam pœnam & in-
quietudinem inuenturi. De illis duabus ci
uitatibus Auguſtinus uiginti duos libros De ciui. dei per to.
ſcripſit.
¶ Eccleſia uniuerſalis eſt ciuitas dei au- 9.
rea, tres continens uicos: ad quos recta Apoca. 21
uia dirigit. In uno uico huius orbis ter-
rarum morantur Chriſtifideles pœniten-
tes. In altero uico purgatorij ſunt huma-
ni ſpiritus tamdiu defecandi, donec ido-
nei reddantur ciues ſuperioris uici in ci-
uitate cœleſti. Dauid igitur dominum ex- Pſal. 38 in fi.
quirit: Vide ſi uia iniquitatis in me eſt &
deduc me in uia æterna. Conſimiliter dia
boli ciuitas cõtinet tres uicos ad ꝗs dirigit
uia lata & ſpacioſa. In uno degunt hic om
nes peruerſi. In ſecundo uico, utpote ali
cubi in quodam limbo, habitant qui ſolo
originali peccato obnoxij ſunt. In tertio re
tentantur actuales peccatores condemna-
ti: de quibus pſalmiſta: Contritio & infœli Pſal. 13.
citas in uijs eorum & uiam pacis non co-
gnouerunt. Et Baruch: Deputatꝰ es cum Baruch 3. ante me.
deſcendentibus in infernum: Si in uia dei
ambu-

ambulaſſes, habitaſſes utiq; in pace. De ciuitate autem dei inquit Dauid: Clamauerunt ad dominum & de neceſſitatibus eorum eripuit eos, & eduxit eos in uiam rectam ut irent in ciuitatem habitationis. Præcipitur ergo ne reuertamur per uiam qua uenimus. Sic & magi per aliam uiam reuerſi ſunt in regionem ſuam. Peruerſi autem reuertuntur per uiam carnis, qua huc uenerunt, Vnde dominus inquit: Per uiam qua uenit, reuertetur & ciuitatem hanc non ingredietur: introiturus procul dubio diaboli ciuitatem: in qua captiui puniuntur omnes iniqui a Cain uſq; ad nouiſſimum impium: de quibus dicitur: Væh illis qui in uiam Cain abierunt. Et dominus: Ciuitas plena iniquitate & auerſione: ſecundum uiam eorum faciam eis. Item ipſi non cognouerunt uias meas, quibus iuraui in ira mea, ſi, i. q, non introibunt in requiem meam.

Pſal. 106. in prin. — 3. Reg. 13. poſt prin. — Math. 2. — 4. Reg. 19. in fi. — Iude 1. — Ezech. 7. — Ezech. 9. in fi. — Pſal. 94. in fi.

10. ¶ Nec plures ſunt quam hæ duæ uiæ: nec reperitur media, cui inniteatur libera uoluntas: niſi uiæ bonæ aut malæ: nihil intermediat quam inane & uacuum. Porro ambæ uiæ ſunt prorſus diſſimiles & ab inuicem remotæ, iuxta dictamen ſcripturæ: Sicut exaltati ſunt cœli a terra: ſic exaltatæ ſunt uiæ meæ a uijs ueſtris. Item uia domini recta, noſtræ autem obliquæ & malæ, & ambæ uiæ inæqualis ponderis. Item In uia recta iuſti ambulant, gratia comite: impij autem præuaricantur illam & in uia iniuſta ambulant ſine dei gratia: quæ inobedientibus aufertur. Equidem primam gratiam deus gratis dat naturæ: nec eam ab homine amplius tollit. Secunda uero gratia, hominem deo gratum faciens, porrigitur quidem homini: ſed non datur niſi uolenti & cooperanti: Id dominus proteſtatur in Hieremia: Mane conſurgens conteſtatus ſum & dixi: audite uocem meam: & non audierunt nec inclinauerunt aurem ſuam, ſed abierunt unuſquiſq; in prauitate cordis ſui. Cum itaq; homo gratiam ſibi porrectam refutat uel negligit: tunc dominus manum gratiæ retrahit: quo homo labitur in dei indignationem, id eſt in præſentis miſeriæ ſtatum: in quem totum genus humanum ex paradyſo cecidit & nos peccatores indies cadimus ex gratia in diſgratiam. Sequitur modo de primo ſtatu humani generis.

J. 31. §. 2. in prin. — Eſaie 55. — Ezech. 18 ante fi. — Ezech. 33 in me. — Oſee. 14. in fi. — Hiere. 11. poſt prin.

TRIGESIMVM PRIMVM CAPITVLVM. De ſtatu paradyſi.

Paradyſus fuit primus ſtatus & locus ſublimis, a quo humanum genus cecidit. Altiſſimus totius uniuerſi deus poſt ſe hominem ſupra reliquum corporeum plaſma exaltauit, inquiens: ſubijcite terram & dominamini piſcibus maris & uolatilibus cœli & uniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram. Eadem mouentia ſubiecit deus ſub pedibus hominis, ut ſeruiant ei intuitu rationis & liberi arbitrij. In primo quidem ſtatu erat homo abſq; fomite innocens. Vnde idem ſtatus innocentiæ nuncupatus eſt: ubi homo nondum quicquam commiſerat lugendum: tametſi obligatus erat ad debitum naturale, utpote deum timere, diligere, colere. Homo quippe exaltatus eſt atq; conſtitutus ſuper alias corporeas creaturas: ut ipſe ſoli ſeruiat deo: qui eaſdem creaturas ad hominis ſeruitium ordinauit. Deus inſuper conceſſit homini prudentiam: qua ſuorum inimicorum uerſucias caueat: necnon memoriam, qua ſibi ipſi conſulere poſſit atq; inueſtigare quid ſalubre, quidue ſuſtum fuerit: item & intellectum, quo intelligat deum in omnibus ſequi. Tandem hominis corpus deus tale formauit, quale ſuo ſpiritui abſq; renitentia ſubeſſe, abſq; luxu generare, incorruptibile & immortale permanere potuiſſet: hoc reſpectu: Sicut ſpiritus hominis potuit non peccare, ſic corpus ualuiſſet non cadere in luxum uel corruptionem nec in mortis neceſſitatem. In paradyſo, n. ſenſualitas rationi non præualuiſſet. Præterea deus daturus erat homini donum bifarium: Vnum corporale in paradyſo paratum. Vbi ſi homo obediens perſtitiſſet, tunc in bono firmatus atq; adeptus fuiſſet alterum donum promiſſum, nempe uitam æternam & lætitiam cœleſtem. Ex quo autem humanum genus ambo prædicta

Gene. 1. in fi. — Pſal. 8. — J. 49. §. 1.

dona amiſit:Chr̃s alia ſeptem dona ſpiritus ſancti p̃parauit. de quib.habebit̃ inf.c.44.

2. Gene.3 ¶ In paradyſo deus inſtituit duo leuia pręcepta: in quibus ſola obedientia iniungebatur ſub pœna mortis temporalis & æternę: quo magis homo moueretur exequi dei uoluntatem & fugere propriam. Q̃ diu Adam deo ceu ſuo ſuperiori obediuit, interea eius caro ſpiritui ſubiecta fuit, pariter et inferior creatura obtemperauit Adę tanq̃ ſuo ordinato ſuperiori. Nulla creatura potuerat Adę eſſe rebellioni ſed tantũ tentationi; put eum diabolus in ſerpente ptentauit. Gene.3. Poſtq̃ autem homo ſupremo deo ſuo inobediens fuit, exemit ſe inferior creatura ab hominis obſequio, ut non ſolum caro iniqua ancilla ſuo ordinato domino ſpiritui reſiſtat: ſed etiam firmamentum & elementa ſuis influentijs pariter & bruta ſuis fœtibus ſæpiſſime hominibus incomodent. Plures inſuper malos inobedientiæ fructus modo cernere licet ex infœlici euentu noſtro: quandoquidem tempore acto ſubditi, Lutheranæ libertatis dogmate ducti, in ſuos ſuperiores præſertim eccleſiaſticos inſurrexerunt, inde ſecutis immanibus ſtragibus una cum Chriſtianę religionis ſuppreſſione. Nam inobedientia directe pugnat contra legem dei & diſciplinam eccleſiæ: ideo aſſimilatur idolatrię. 1.Reg.15 poſt me. De qua ſcriptum eſt: Melior eſt obedientia q̃ uictima & auſcultare magis q̃ offerre adipem arietum: quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare & quaſi ſcelus idolatriæ, nolle acquieſcere. Prędictorum amborum pręceptorum in paradyſo æditorum unum fuit naturæ: alterum diſciplinæ. Præceptũ naturæ, nempe de omni ligno paradyſi comede: Item creſcite & multiplicamini: Gene.2 Gene.8 inſtitutum erat pro iugiſuſtentatione generis humani. Præceptum diſciplinę, ne homo de ligno uitę, in medio paradyſi ſtante, ueſceretur, alioquin morte moriturus: erat inſtitutum ad probandum hominis obedientiam: qua uitam p̃miſſam adeptus fuiſſet. Cætera diſciplinę præcepta bonum agendi & a malo declinandi, inſtituta ſunt poſt lapſum hominis: qui ad bonũ ſegnis, ad malũ procliuis eſt: utpote p̃rem et m̃rem honorar̃: nõ falſum teſtimoniũ p̃bere: & id gen9 præceptorũ.

¶ Primum hominem, in originali natura procreatum, deus tanq̃ imaginem ſuam locauit in paradyſum, locum.ſ. principalẽ humanę naturę cõuenientem, ubi homo potuiſſet retinere ſtatum ſuum bonum & rectum: in quo deus ſpecialiter humanum genus ſtabiliendum ſtatuerat. Et nũcupatur ſtatus innocentię eo q̃ homo nondum nocuerat deo nec proximo: quoniam ſuperiores ſalubres influentiæ iugiter operanẽ in locum paradyſi: Ideo homo ibidẽ tam in corpe q̃ in ſpiritu ſuas incorruptibiles & originales uires naturaliter ſeruare & immortalitate ac decenti uoluptate gaudere potuiſſet: quemadmodum ſcriptum eſt: Gratia ſicut paradyſus in benedictionibus, item. Tu perfectus decore, in delicijs paradyſi dei fuiſti. Eccl.4 in me. Ezech.18 poſt prin. Vbi autem ſitus paradyſi, an ſit ſupra orbem aut in orbe terrarum, neſcitur: ſed creditur eſſe locus originali naturæ accomodatus, forte alicubi inter firmamentum & elementa. Atqui domin9 plantauerat paradyſum uoluptatis a principio: Gene.2. poſt prin. in quem poſuit hominem quem formauerat. Ordinauitq; ut homo in paradyſo deum ſurſum quærat, timeat, ultra omnia diligat, colat, ei obediat cunctaſq; opereiur uirtutes, quę bonum hominem naturaliter condecent. 3.

¶ Præterea deus in paradyſo pro hominis nutritione ordinauit cibum humanæ incorruptioni aptum: de quo ſcriptum eſt: De fructu lignorum ueſcimur. Gene.3 in prin. Cuius fructus medio, humanus ſpiritus ſuum corpus incolume conſeruare & in uita naturali perpetim fouere potuiſſet. Sicut anima corpus ſuũ una hora naturaliter uiuificat, ſic omni t̃pe uiuificaret in quantũ corporis diſpoſitio ſemper duraret. Deus nanq; corporis corruptiõem, quam homo ob culpam incidit, non cauſat ſed ad ſuæ diuinæ immortalitatis imaginem initio hominem habitu immortalem fecit: nemo.n. moritur uiuo Deo, ſed quod uiuit: uiuit Deo: Roma.6. qui ait: Nolo mortem morientis. Ezech.18 in fi. item nolo mortem impij ſed ut conuertatur impius a uia ſua & uiuat. Ezech.33 poſt prin. 4.

Humanę

Humanum autem genus, prævaricando in paradyſo naturam corporeæ immortalitatis amiſit ac indies peccando ammittimus ſpiritualem noſtram uitam, quæ eſt deus, Hinc elicitur, mortem eſſe contra deũ & originalẽ naturã acetiã cõtra ſpirituũ hoĩs naturaliter immortalẽ. Nã mors non ſolũ diſſoluit corpus hominis, ſedetiã eius humanitatẽ: quoniã homo mortuus non eſt hõ, tametſi ſuus ſpũs adhuc natura
Sapi. in fi. liter uiuat, Et ſcriptũ eſt: Deus non fecit mortem nec lætatur in perditione uiuorũ: creauit eñi ut eſſent omnia & ſanabiles fecit nationes orbis terrarum, Credendũ igitur eſt: Deus in primo ſtatu hominem ita inſtituerit ut nec intrinſeco animo nec extrinſeco corpore coactus ſit tranſgredi domini præceptũ, ſed libere potuiſſet obtinere bonam uoluntatẽ, obedientiã, charitatem, puritatem aliaſq; uirtutes: quibus a deo ueſtit9 erat in paradyſo, tanq̃ in loco, ubi nulla influentia nocere nec originalis natura diminui nec fomes uel quæuis aduerſitas in homine præualuiſſet,
5. ¶ Q2 deus locauerit primos homines & eorum poſteros locare decreuerit ad ſtatũ meliorẽ ſtatu corrupto: in quo ob culpam noſtram mõ ſumus, ueriſimile eſt
Mar.7. in fi. ex cauſis ſequentibus, Primo deus oĩa bene fecit & iuxta licitum debite ordinauit, Cũ aũt homo ſit principaliſſimus oĩm corporaliũ creaturaꝝ, hactenus i originali natura & debito ordine durantiũ: ſiquidem firmamentum obtinet curſum firmum: bruta & cætera elementa agunt ſecundũ inditã eis naturã: ſolus homo erroneus eſt & metam humani ordinis excedit, inclinatus ad beſtialẽ naturã: ideo præſumitur hominem in peruerſum ordinẽ cecidiſſe ſua culpa, non inſtituto dei: qui inicio hominẽ (cui oĩa corporalia ſubiecerat) proculdubio bonũ fecit atq; poſuit in locũ humano generi congruũ, Alioquin ſi deus ipſe hominẽ in præſens exilium prædeſtinaſſet: cõtra diuinũ morẽ, oĩm rerũ ordinẽ prepoſteraſſet: q̃d eſt incredibile, Ergo hõ ſuũ malũ ſibiipſi, non deo, imputare habet,
6. ¶ Secundo præſens hominis ſtatus non congruit cõmuni ordini corporaliũ rerũ: quas deus bene ordinatas creauit finaliter ad ſuum honorem: quo nomẽ eius ſanctificetur: nẽpe ut bonitas, potentia, ſapientia & cætere diuinæ intrinſecæ pfectiones exterius ſanctificenẽ, i. manifeſtentur & glorificetur, Ad quã laudẽ ſolus homo aptus eſt inter omnes creaturas corporales: quæ rationis expertes perficere nequeunt diuinum obſequiũ, Ad quod exquendũ etiã homines minus idonei apparent, inclinati deorſum ad peruerſam uoluntatẽ & inordinatũ amorẽ: ad propriũ comodũ & omnẽ malitiã magis q̃ ſurſum ad debitũ dei ſeruitiũ, Ergo præſumitur hoẽs fuiſſe ordinatos ad altiorẽ ſtatum, q̃ in quo iam exiſtunt, Quis unq̃ cogitare poteſt: deu contra ſuum honorẽ, hominem incõpoſitu & dei inimicũ, imo errantẽ, iniuſtũ, beſtialẽ, ubiq; impurum & ad oĩa mala inclinatũ, creaſſe & ad ſtatũ corruptum locaſſe, Sed potius credendũ eſt, deus ceu ſapiens plaſmator, inicio bene cõdiderit hominẽ, ceu ratione & uirtute præditã creaturã, Nimirum ſi deus nos ad beſtialem naturã deſtinaſſet: non prohiberet nos fieri ſicut equũ & mulum quibus non eſt intellectus. Psal. 31.
¶ Tertio cum uniuerſa corporalia ſint facta non ſolum principaliter ad dei honorẽ, ſedetiã ſecundarie ad hoĩs comodũ, minime aũt cõſtat hominẽ corporalib. reb9 ſatis dominari neq; eaſdem res hominẽ ceu diuinæ imagini bene cõducere uel ſaluti eſſe: ſed magis bonũ hoĩs impediunt & malũ ꝓmouent: nã huiuſmodi reb9 hõ frequẽter abutitur: utpote neglecto cõmuni bono diuinoq; cultu ad ꝓpriũ honorẽ et uoluptatẽ: quã nulla ſalus ſed damnum ſequitur æternum, Ex quibus iterum claret ꝙ deus hominẽ ordinauerit in meliorẽ ſtatum q̃ nunc eſt: præſertim primis hominibus facultatẽ eſſe conceſſam incõcuſſe deo ſeruiẽdi & bona opa faciendi ac per ea cõſequendi ſupremum ſalutis ſtatum: Ad diuerſum euidenter apparet in homine proprium amorẽ & comodũ ſibi uendicante, necnon ſponte ad mala opera ſe inclinãte, Igitur q̃libet rationis capax intelligere cogitur, homines nõ eſſe in ſtatu primeuo ipſis congruo: a quo ſua culpa ciciderunt,

7.

8. ¶ Quarto. Primus & dulcis ſtatus humani generis ſentitur ex truculento noſtro ſtatu & fellica malitia. Quod modo animarum eſt, preſumitur antea dulce fuiſſe: & quanto ſuauius aliquid eſt, in tãto acerbius mutatur. Vinum natura calidum corruptione ſui tranſmutatur in acetum natura frigidum, ex ſuaui uino ſit acetum acidum; ardua acredo aceti eſt argumentum originalis uini meraciſſimi, etiam nõ guſtati. Ex noſtro itaq; turbato ſtatu intelligitur tranquillitas originalis ſtatus primitus bene a deo ordinati, tametſi nemo noſtrum huiuſmodi originalem ſtatum guſtauerit. Aſt per amarum arguitur dulce; per diſturbatum intelligitur diſpoſitũ: nulla res cenſetur mala uel corrupta, niſi prius fuerit bona uel ordinata. Hoc pacto oportuit bonam & tranquillam fuiſſe originem humani generis: quod iam reperitur malum & corruptum.

9. ¶ Quinto. Omnipotens deus & tota natura requirit quandã, ex uniuerſo corporali plaſmate, creaturam ſapientem, rationalem, animaduertentem & ubiq; bene diſpoſitam: quæ uelit & poſſit deum cognoſcere, timere, diligere, colere, glorificare & ſequi: quo quidem legittimo medio reliquæ corporales creaturæ rationis expertes deo uniantur. Inter eaſdẽ autem creaturas ſolus homo intellectu præfulget: ideo præſumitur deſtinatus eſſe ad id officij ut pro ſe & ſuis concreatis debitum deo perſoluat. Ad quod obſequium homo non ſolum inutilis factus, ſed etiam econtra totus eſt inuerſus: utpote inſipiens, irrationalis, furioſus, rebellis, inobediens, proprio amore affectus & indiſciplinatus: ut manifeſte appareat q deus, ceu ſupremus architector, pro neceſſitate totius corporalis plaſmatis, non talem hominem fecerit ſed congruum ordini totius uniuerſi: quem quidem ordinem homo culpabilis tranſgreditur: & omnis alia corporalis creatura obſeruat ab infimo uſq; ad ſummum. Propterea totum plaſma clamat in hominem: qui peruertens totius naturæ ordinem, non perſoluit officium ſibi pro ſe & omni creatura iniunctum: utpote deum ſuum communem creatorem nõ cognoſcit nec colit, non timet nec ſuper omnia diligit, non obedit nec grates agit: maxime debito modo non ſeruit deo, & tamen creaturæ inferiores continuo ſeruiũt hoĩ: ut pro ipſis deo pariter cõtinue ſeruiat. Tali deordinationi cauſam dedit ſolus homo: Qui ſi a ſuo caſu præſeruatus fuiſſet, id opus eſſet dei optimi opificis: qui hominem bene fecit ab inicio: poſtea ei gratiam & in bono perſeuerantiam porrexit: quam ſi homo nõ acceperit ſed ceciderit (prout indies cadit) id opus eſt propriæ nihileitatis: ex qua homo bene creatus, ſed in bono nondum eſt ſtabilitus. Igitur uideamus qualiter humanum genus a primo ſtatu gratiæ in ſecundum ſtatum diuinæ iræ ceciderit.

CAPITVLVM TRIGESI mum ſecundum. De hominis caſu a primo ſtatu paradyſi.

HOminis caſus eſt bifarius: unus a ſtatu innocentiæ & bono eſſe, in noxam & malum eſſe: altera ſtatu gratiæ in dei iram. Vtrumq; caſum redemptor noſter ſua paſſione ſuſtulit, deo nos reconcilians & inſtituens, per ſacramentum baptiſmi accedendum eſſe ad ſuæ paſſionis meritum, nempe ad utriuſq; redemptionis effectum & gratiam. Ad tollendum uero ſecundum caſum, quando baptiſatus ſuo peccato actuali iterum cadit in nouã dei iram, inſtitutum eſt ſacramentũ pœnitentiæ: de qua in c. lxx. dicetur. Hic ſcribam de ſolo primo caſu humani generis, e paradiſo pulſi & in erumnam huius terræ proiecti ob ſuam inobedientiam, in perſona Adæ deo exhibitam: quæ imputatur non ſoli Adæ ſed toti generi humano, in ſingulis ſuis indiuiduis, ad inobedientiam ſpecialiter inclinato. Q; autem totum genus humanum inobediẽtia afficiatur, cernitur in membris genitalibus: quę frequẽter ratiõi & libero arbitrio non parent: cui tamen cætera corporis membra pro uirili obediunt & hominis uoluntatem pro poſſe exequuntur. Econtra geni

tra genitalia quandoq; mouentur contra
rationem et uoluntatē arbitrij: quandoq;
non parent cupidini laſciuientis. Eo con-
ſtat nos homines, per rebellia & impura
mēbra genitos, impuros eſſe atq; ad om-
nem inobedientiam inclinatos: ut merito
ſilij inobedientię nuncupemur, pro cōmu
ni noſtra rebellione iuſte plectendi, iuxta
Deb.2. in prin. illud: oīs inobedientia accepit iuſtā mer-
cedis retributionē. Genus itaq; humanum
ſuā originalem naturā peruertit in beſtia-
lē. Porro duplex eſt hominis natura; una
pura & perfecta hominibus decens: a qua
tamen cecidimus in alterā impuram & in
decentem naturā: in qua modo ſumus, in
ſpiritu interiori obcœcati & uenenati: in
carne exteriori cupidi & mortales. Vtro-
biq; cōtra originalē naturā, ſurſum ad deū
ordinatā, inclinamur deorſum ad naturā
corruptam: puta ad carnalia & terreſtria
brutis, non hominibus, preparata. Propte
rea omnes homines ex natura altera pro
Ephe 2. in prin. creati, ſunt filij iræ: ut Paulus ait: eramus
natura. ſ. corrupta filij iræ.
2. ¶ Principio deus pro neceſſitate corpora-
J.37.§.10 in prin. lium creaturarum, genus humanū apud pa-
radyſum ſatis decēter hoſpitauit & ex om
ni parte bene ordinauit. Peritus quippe
opifex a fundamento diligenter diſponit
opus ſuum, non diſruptum, non ruinoſū:
ne opus ſibi dedecori ſit. Præterea deus hu
mano generi in perſona Adæ multa alia
porrexit bona, unacum gratia huiuſmodi
bona acceptandi & in eis perſeuerandi: p̃-
ſertim ut homo poſſit eſſe obediēs, bonꝰ,
iuſtus, ſapiens, caſtus, largus, fortis & uir-
tutibus cæteris prēditus. Siquidē eandem
porrectam gratiam homo acceptaſſet &
in uirtutibus ac in ſtatu innocentiæ perſe-
ueraſſet: tunc inclinatus fuiſſet ſurſum er
ga deum & dextrorſum ad uirtutes & bo
na opera: libere non coactus deum timuiſ
ſet, amaſſet, coluiſſet in omni diſciplina.
Caro. n. ſpiritui, ceu ſuperiori ſuo, obediſ-
ſet uſq; adeo ut eam ſpūs libere & benegu-
J.371.§.2. bernaſſet: quēadmodū adhuc hodie libere
regit, ſed male. Inſuper in paradyſo hō iu
giter permanſiſſet in flore iuuentutis &
uenuſtatis, incolumis & robuſtus, impaſ-
ſibilis, prudens, intelligens, mitis & omni-
bus uirtutibus refertus, ſine inedia & de-
bilitate, ſine dolore & morbo. Tales & ſimi
les prærogatiuas obtenuiſſent iuſti homi-
nes in paradyſo & ſtatu innocentię. Quod
co dephrehenditur, quia in præſenti miſe-
rabili & corrupto ſtatu, ꝑ̃bi homines, abſq;
ſpeciali culpa ſua, non ſolum præſcriptis
prærogatiuis carent, ſed etiam plura inco-
moda & tandem mortem ſuſtinere cogū-
tur. Quæ profecto incomoda non proue-
niunt ex originali generis humani natura:
quę ſemper appetit hominē in uita perma
nere fugitq; mortem: quæ hominem diſ-
ſoluit; ergo oportet humana incomoda
ꝓuenire ex hominū primeua culpa. Alio-
quin contra humanam naturam & origi-
nalem ordinem eſt ſenectus, infirmitas, de
formitas, dolor, debilitas & ſimilia mala:
quæ homo inuitus ferre cogitur. Et q̃uis
ſancti martyres libēti animo paſſi ſint: mor
tem tamen ſponte ſuſtinuerunt, non ad cō
temptum humanæ naturæ, ſed ad hono-
rem paſſionis Chriſti & confirmationem
Chriſtianæ fidei; potiſſimum ad conſequē
dam æternam uitā, nobis ad bonum exē-
plum & imitationem.
¶ Ex præmiſſis intelligere & confiteri co 3.
gimur, humanū genus non eſſe in ſua ori
ginali natura neq; in conditiōe ſpirituali ſi
bi addicta: utpote erga deū nō i nmore &
obedientia, nec in amore & cultu debito:
neq; erga ꝓximū i pace & quiete, nec in cō
fidētia & fraterna dilectiōe. Nā huiuſmo-
di bonā naturā nobis ꝓpoſitā ꝑuertimus et
cecidimus i ſtatū corruptū p̃ſentis calami-
tatis: ubi aſſumimus conditiones beſtiales,
imo prorſus diabolicas: oēm ordinatā cha
ritatē linquentes: ſegnes & obliuioſi erga
deū: inquieti & odioſi erga proximum: in
nobiſmetipſis imaginē dei deturpantes.
Propterea a nobis iuſte ablata eſt origi-
nalis natura & prēuia dei gr̃a, nobis ceu
adoptiuis filijs primitus porrecta ſed ꝑ nos
repudiata: ideo ulterius non ſumus filij
dei neq; cohæredes Chriſti: ſed tanq̃ ſpu-
rij ab hæreditate cœleſti merito excludi-
mur omniq; gratia priuamur, pœnam
æternam luituri. Verum qui in ſeipſo dei

ſmaginem commaculat & cœleſtem pa-
trē temerarie offendit, & generat a filiatio-
ne dei & efficitur latro peſſimus; qui iure
exhæreditandus eſt & perpetuo plecten-
dus tanq̃ perpetuus reus & inimicus dei.
Nam qui carnalem lædit genitorem, iure
exhæreditaur: ergo & nos multo iuſtius
priuamur cœleſti hæreditate. Quo magis
carnalis pater erga filium pius eſt & mi-
tis, largus & miſericors: eo minus eſt a fi-
lio offendendus. Minime igitur offendere
debem⁹ deū: q̄ nr̄ pientiſſimus, mitiſſim⁹,
largiſſimus & miſericordiſſim⁹ pater, imo
etiam beneficentiſſimus dominus fortiſq;
redemptor eſt: eritq; ſtrictiſſimus iudex:
qui pro noſtris reatibus ad pœnam nos
potenter manutenere ac æternaliter pu-
nire poteſt tanq̃ malefactores & inimi-
cos ſuos captiuatos, exutos diuina gratia
& dignos omni plaga.
4. ¶ Homo uirtutes humanas amiſit: condi
Pſal. 48. in fi. tiones brutales acquiſiuit: Vnde Pſalmi-
ſta: Homo cum in honore eſſet, non intel
lexit, comparatus eſt iumētis inſipientib.
& ſimilis factus eſt illis. Imo immanior eſt
homo omni bruto: quod in ſuo originali
natura perſeuerans, nuſq̃ aduerſus deum
ſtrepit, quemadmodum homo: qui ſolus
inter omnia corporalia creata ordinem ori
ginalem tranſgreditur: contra deum &
omnem legem nititur, ex propria malitia
& præſumptione, deo ingratiſſimus. Ex
quibus profecto uicijs facile conſideratur,
homines non eſſe in ſtatu congruo: in quo
innocentia ſeruata fuiſſent: ſed præſumi-
tur, ob eorum præuaricationem a ſtatu
innocentiæ in noxam ceciderint, truſi in
hanc terram: quam deus brutis, nō homi
nibus præparauerat. Homo itaq; ſuum in
teritum & peruerſionem (quam in ſemet-
ipſo minime cognoſcit) in exemplis ex-
trinſecis perſpicere poteſt: quanto quid
altius, ſuauius uel melius eſt, ſi peruertitur,
tanto baſſius, acerbius & deterius fit. Dul
Eccle. 11 ce lumen & delectabile eſt oculis uidere
ſolē: At ſole obſcurato nil in cœlo horri-
bilius apparet: id cernitur in eclypſi ſolis
integra. Pariter quāto ſuauius eſt uinum,
in tanto acidius conuertitur acetum: in
quo caloris gradu fuit uinum, in eo frigo-
ris gradu eſt acetum. Quanto altior quis
ſedet in fortunæ rota, tanto profundior
erit diſſortunatus: caſus ex alto grauius læ
dit. Hoc pacto homo eſt deſpectiſſimus
omnium creaturarum: ſuper quas ordi-
natus erat: nunc autē inuerſus ſubter om-
nes creaturas abijcitur. Altus itaq; origina
lis ſtatus remotiſſimus eſt a præſenti no-
ſtro ſtatu: in quo inutiles ſumus fructifi-
care quicq̃ boni, ideo excidendi & in ig- Luce 3. post prin.
nem mittendi. Sicut acetum non condu-
cit ad quæ, dum uinum eſſet, conduce-
bat, nempe ad delectationem potus & læ-
titię, ſed nunc redundat in acerbitatem: ſic
homo peruerſus inutilis eſt ad cultum di
uinum & gaudium cœleſte: ad quod de-
ſtinatus erat: ſed redactus eſt ad triſticiā
æternam & ad acrimoniam ſupplicij.
¶ Spreto tanto exilio noſtro, obliuiſci- 5.
mur præſentis miſerię, immemores noſtri
caſus deplorandi: ſequimur inanem læti-
ciam & uanam gloriam: rem temporalē
& carnis uoluptatem quæritantes: poſter
gamus pœnam nobis imminentē: extrin-
ſece nullam maculam æquo animo feri-
mus: intrinſece patimur grauamina ſpiri-
tus periculoſiſſima, inſtar frenetici: qui fu-
riam ſuam ignorans plus ſibi nociua q̃ uti
lia apppetit. Præterea hominis memoria
labilis eſt: intellectus hebes: uoluntas di-
ſtorta & a bono auerſa uſq; adeo ut malū
pro bono eligat: damnabilia pro ſalubri-
bus appetat: totum quidem hominem de
bilitauit originale malum. Sicut febris adi-
mit guſtum & odoratum: febricitans quo
q; putat dulce eſſe fellicum eiq; ſola nocua
ſapiunt: ſic defectu originalis mali ſola dā-
nabilia, nulla ſalubria ſapiunt homini, qui
ſpiritualiter mortuus eſt, inſcius quid boni
perdiderit & in quę mala inciderit indies
q; magis incidit: nec ſui damnationem prę
meditatur. Præmiſſa omnia ſunt argumē-
ta mortis ſpiritualis: nam quemadmodum
corpus mortuum nil ſentit: ita ſpiritus ho-
minis mortuus eſt, qui in ſe ipſo malum
ſuum non ſentit. Quāuis enim ſpiritus hu
manus ſit naturaliter immortalis, poteſt
tamen incurrere mortem ſpiritualē quā-
do ſe

do ſe uertit a deo: qui eſt ſpiritualis uita hominis: etſi deus uertit ſe ab homine, is inde ſpiritualiter moritur & ſtatu ſupræmo, nempe a beatitudine cœleſti, excluditur: tandem poſt mortem temporalem in mortem perpetuam caſurus.

6. ¶ Homo itaq; primo caſu amiſit uitam ſpiritualem, pariter & dei ſimilitudinem, manente adhuc uita naturali unacum dei imagine, maculata tamen. Quã diu naturalis uita durat, poteſt homo reuerti & mediante dei imagine in baptiſmo nanciſci dei ſimilitudinem: quam actuali peccato iterum amittimus, ſed per pœnitẽtiã ſemper recuperamus: Qui aũt in hac uita caſus ſui reparationẽ neglexerit, cadit ulterius in mortẽ æternam. Similiter dãnabitur q negligit per pœnitẽtiã recuperare ſtatum gratiæ: quẽ in baptiſmo adeptus erat ſed per peccatũ iterũ amiſerat. Nam ĩ pręſenti ſæculo redeundũ eſt per pœnitentiã ad

Iob 7. ſtatũ gratię. Quippe pręſens noſter ſtatus carcer eſt reſpectu liberi ſtatus paradyſi. Vbi homo habitaſſet in uaſe ſuauiſſimæ libertatis & innocentiæ: quã ultro a ſe abiecit: ideo captus & cuſtodiendus eſt in pręſenti carcere, ceu in acetabulo acerbiſſimę

Pſal. 141. noxæ. De qua cuſtodia Dauid animam ſuam deduci deum precatus eſt. Reuertamur igitur ad patrẽ cœleſtem, quemad

Luce 15. modũ filius prodigus; qui diſſipauit ſubſtantiam ſuam uiuẽdo luxurioſe & cœpit egere cupiebatq; implere uentrem ſuum de ſiliquis: in ſe autem reuerſus uenit egẽs ad patrẽ ſuum: qui eũ clementer ſuſcepit, quia perierat & inuentus eſt.

7. ¶ Humanitas corrupta ęquiparatur adulteræ a marito fugiẽti in lupanar. Vbi multa incomoda ſuſtinet: utpote ſcãdalum et ignominiam: famem & ſitim: nuditatem & omnem infamiam: tandem ſepelienda in ſterquilinio. Nihilomagis ſuijpſius immemor præmeditatur ſuum exilium, in quo nunc eſt: neq; tranquillitatẽ: qua honeſte gauiſa fuiſſet in domo ſui mariti. Conſimiliter nos reliquimus deum creatorem noſtrum & fornicati ſumus cum nihileitate ęterna: propterea e paradyſo pulſi: quotidie a ſtatu gratiæ cadimus ad ſtatum miſeriæ, tandem in inferno ſepeliendi. Harum tamẽ noſtrarum obliuiſcimur ęrumnarũ. Ex quibus quidem aperte conſtat totum genus humanum originaliter peccaſſe: alioquin non uniuerſi & ſinguli homines communi pœna plecterentur: ſed quilibet ſingulariter in ſtatu innocentiæ tentatus fuiſſet: & qui tentationem ſuperaſſet, tot bona nactus eſſet, quot mala iã pati cogitur. Exempli gratia: malum hominis eſt inclinatio uicioſa, nempe ad inobedientiam & cupiditatem: ad amorem proprium & cæteram malitiam, præterea homo eſt inſipiens, ignarus, debilis, decrepitus, egenus, infirmus & mortalis, uanus & furioſus, contra ordinẽ naturę et humanam prouidentiam: a quibus incomodis omnibus liber in paradyſo fuiſſet.

¶ Præmiſſa humana peruerſio cœpta eſt in hominibus primis: q ſuo peccato actuali irã dei & pulſionem e paradyſo meruerunt, truſi in hanc terram, pro habitatione brutorũ: non hominum, præparatã. Quo totũ genus humanum cecidit a ſtatu innocentiæ in culpã originalem: a bono eſſe in malũ: ab immortalitate in mortis neceſſitatem: ſummarie a ſpiritu in carnẽ. Omnes itaq; homines in Adam ſunt infecti, aliter tamen q̃ angeli peruerſi: qui licet ſint eiuſdem naturę, non tamen per ſui ſuperioris nempe Luciferi exceſſum: ſed unuſquiſq; ſua uoluntaria tranſgreſſione ſingulariter cecidit a primeuo ſuo ſtatu & a bona angelica natura ad ſtatum peruerſum & naturam diabolicam & a luce in tenebras. 8. / 8.14.§.4. in me.

Nam unus angelus non prouenit ex altero, quemadmodum homines reſpectu carnis abinuicem procreantur. Ideo in caſu Adæ (a quo uniuerſa caro humana pendet) tota natura humana cecidit: conſequenter ſingulus homo ſuo ſtatu primitus ſibi deſtinato orbatur. Ita intelligendo: Adam uoluntaria tranſgreſſione ſuam carnem & animam damnificauit: per hoc inficiendo omnem carnem, quę ĩ eo ceu radice originaliter exiſtebat. Deinde ſicut unica anima Adæ omnem carnem humanã intoxicauit, ſic econuer-

ſo unica caro humana corripit omnes & ſingulas animas: indiſſoluta permanente originali dei ordinatione: qua quælibet anima ſuæ prędeſtinatæ carni coniungenda eſt ut homo fiat. Vna nanq natura alteram in ſuam conditionem trahit: ad inſtar arboris plantatæ, quæ inicio eſt dupli cis naturæ, agreſtis reſpectu trunci, & nobilis reſpectu rami inſerti. Vtra natura pręualet, inde naſcitur fructus agreſtis uel dulcis. Pariter ſpiritus humanus ceu ramꝰ inſeritur corpori ceu trunco: quod nobilem ſpiritum in ſuam crudam trahit naturam. Primitus creat deus ſpiritum immaculatum: ꝙ cito idem ſpiritus ex natura & originali diuina ordinatione corpori cõiungitur, ſtatim inficitur & ad dei obſequium inutilis redditur. Hoc eſt originale peccatum: e quo hominibus omne malum procedit.

CAPITVLVM TRIGESIMUM TERTIUM. De malo hominis.

Malum hominis bifarium eſt, culpę ſcz & pœnę. Hinc quottidie oramus deũ ut liberet nos a malo. Culpę malum ſurgit a nihilo infinito: & eſt inchoatum per Luciperum: qui inicium eſt totius mali: prout deus eſt inicium omnis boni. Poſtꝙ ſupræmus ſpiritus Lucifer ex nihilo finito a deo creatus eſt: ilico aduerſus deum ſe attollens, cecidit in nihilum infinitum: a quo hauſit malum ſuæ culpæ: nempe ſuperbiam contra deũ, inuidiam contra futurum Chriſtum & auariciam circa omnem creaturam: quã ſibi arrogauit & plus debito concupiuit, ſic quoq in ueritate nõ ſtetit: nam peruerſa mente contra deum & diuinum ordinem temerarie incepit nouum regnum malignum: & conſtituit ſe capitalem inimicum dei: cui nomen & gloriam auferre & ſibi uendicare attentauit: ac aſſidue conatur propriã gloriam augere & diuinam diminuere utpote extinguere diuinum cultum: ad quem creatura ſuo creatori & redemptori obnoxia exiſtit.

Math. 6.

Iohan. 8.

2. ¶ Iuxta naturam originalem duo bona erant homini neceſſaria: tum ut eius ſpiritus immediate deo adhæreat & obſequatur: carnemq ſuam poſt ſe trahat: tum alterum conſequutum fuiſſet ꝙ corpus hominis impaſſibile & immortale ac ſalubrium influentiarum capax permanſiſſet. Ambobus iſtis bonis humanum genus deſtitutum eſt ob culpam ſuam: & ad diaboli inſtigatiõem in duo mala redactum. Imprimis homo bono eſſe priuatus, cecidit in malum culpæ uoluntarium: quo diſiungitur a deo: cui nec ſeruire nec carnem propriam compeſcere poteſt. Imo eadem caro ſuo fomite concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus præter ſuam naturam originalem, flectitur ad carnem. Hoc malum diabolus inimicus dei & ęmulus hominis inſeruit in radicem humanam: prius tentando Euam ceu debilius genus: per eam poſtea uicit Adam: qui fortaſſis Euam inordinate amauit: quo leuius eius falſo conſilio acquieuit. Profecto callida aſtutia uſus eſt diabolus, primitus interrogans, cur deus prohibuerit ueſci de fructu ligni in medio paradyſi: denuo fraudulenter promiſit, nequaꝙ morte moriemini, ſed in quocunq die comederitis, ex eo aperientur oculi ueſtri & eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum. Hinc elicitur, Euam, ceu uoti cupidam a diabolo tripliciter tentatam: primo cum procliui curioſitate ſciendi bonum & malum: Deinde cupidine fiendi dea: tandem uoluptate uidendi lignum bonum eſſe ad ueſcendũ. Propterea Eua cum toto genere muliebri plagata eſt tribus malis: primo nuda erubuit: ſecundo eſt ſub poteſtate uiri: tertio in dolore parit. Adam quoq pro ſuo tranſgreſſu unacum maribus triplici pœna percuſſus eſt: utpote nudus erubeſcit: item in opere ſuo terra maledicta eſt: & in ſudore uultus ſui laborat: prout hæc patent Gene. iij. Maledictio itaq uenit ſuper Adam ob ſuum peccatum actuale et ſuper ſuos poſteros ob infectam carnem: quæ tota eſt in culpa. Ex qua profluit triplex noxa: nempe peccatum originale, ueniale & mortale: de quibus infra. c. xxxiiij. & xxxvi.

Gala. 5.

De onere eccleſie c. 3. in prin.

Gene. 3.

¶ Malum

3. ¶ Malum culpę ſurrepit trifarie ſcꝫ ante peccatum, in peccato, & poſt peccatum. Ante peccatum eſt fomes: qui ex ſpiritu Adę poſt tranſgreſſionem meauit cõmuniter in omnẽ carnem, & rurſus a carne ſingulariter in quemlibet ſpm̃ humanum: cui in baptiſmo quidem fomitis culpa remittitꝰ: eius tñ mala inclinatio durat in carne: in q̃ homo dei auxilio fomitẽ ad bonum pœnitẽtię dirigere poteſt: alioquin in malum ipſius redundat. Secundũ malũ eſt ipſum peccatũ in peccato originali aut ueniali aut mortali: q̃ ſemꝑ ſunt mala: inter ea mortale eſt malũ grauiſſimũ. Poſt peccatum, actu peccati ceſſante, adhuc tria ſequunꝰ mala. Primo ira dei per peccatũ cõtra peccatorẽ excitaꝰ: ſcd'o peccato irritaꝰ caro ad ulterius peccandũ & tandẽ ad prauam peccãdi cõſuetudinẽ: tertio ꝑ peccatum deturpaꝰ hoĩs ſpũs. Cui ex uno mortali eueniũt quinq; mala: primo diuina grã recedit a peccatore: qui inde ſpũaliter moriꝰ & bonum eſſe amittit. Secundo baptiſatus peccator, tanq̃ morbidũ membrum, ſcindiꝰ a Chr̃o & eius merito priuaꝰ. Tertio peccator infinitũ lędit deum, ideo infinite erit puniẽdus: quia ꝑ mẽſura peccati erit & plagarꝫ modus. Quarto Culpa poſt ſe relinquit reatum, in ſpũ tamdiu pendẽtem, donec per ſatisfactionẽ deleatur hic aut in futuro ſeculo: alioquin peccator ꝑpetuo punieꝰ. Quinto poſt peccatũ perpetratũ augeꝰ inclinatio ſpiritꝰ ad carnẽ opa q; carnalia. Et q̃uis pcm̃ ꝑ baptiſmũ & pœnitentiã remiſſum eſt, inclinatio tñ mala nullo ſacr̃mento tolliꝰ: qm̃ hoc malo totum genus humanũ ſimul plagatum eſt & nõ ſinguli hoĩes: qui cõmuniter patiuntur idẽ malum: qd' in ſingulis ꝑſonis ꝑ actum augeꝰ: ſiquidẽ poſt plures peccãdi actus peccator deuenit in cõſuetudinẽ uel etiã in ꝑuam peccãdi obdurationẽ. Aleatorem ul' fornicarium nõ pudet ludere uel ſcortari: homicida magis ſitit ſanguinẽ humanum. Quo crebrius quis peccat, eo magis afficitur ad peccãdum ac eo minus a malis actibus deſiſtit. Hominum opa bona uel mala ſunt eiuſmodi cõditionis ut poſt ſe ſemꝑ relinquunt ſimilitudinẽ in homine: qui demum per reiteratos actꝰ abuſum inducit. Et grauius malum nõ eſt q̃ cõſueſcere in peccatis. A quibꝰ homo ſe uehemẽti conatu & corpis caſtigatione, mediante diuino auxilio, exoluere debet: alioq̃n in peccatis cõſuetis peribit. In preſenti ſeculo ꝑ peccata incurrimus malum ſtatũ irę diuinę: poſt quẽ ſeqtur peſſimus ſtatꝰ pœnę infernalis.

[Margin: ſ.58.§.5 in prin. — ſ.74.§.10 poſt prin. — Deute.25. in prin.]

4. ¶ Cõtra primum malum, utpote culpæ, ꝑſertim qd' relinqtur poſt peccatum, ordinatum eſt alterꝫ principale malum, ſ. pœnę: q̃ in ſe bona & a deo eſt: ſed peccatori i malum redigitur. Qd' ex ṽbis dñi elicitur de Iuda loquentis: uę hoĩ illi per quẽ filius hoĩs tradetur: bonum erat ei ſi natꝰ nõ fuiſſet homo ille. Hinc intelligitur bonã & iuſtam pœnã peccatori in malum dirigi: infligitur, n. homini aut hic in medicinã aut illic in purgationẽ aut in inferno in ſatiſfactionẽ pœnalẽ. Qui uoluntarius uoluptate peccat, nec ſcire uult peccatum eſſe malũ: is inuitus ſupplicio punitur ut ſciat q̃d ſit malum. Noluit ſentire malum culpę, ideo cogitur ſentire malum pœnæ. Homo per uerſa uoluntate cõtra deum & ſine deo fecit nihilum culpabile: uiciſſim deus ſua iuſtitia cõtra peccatorẽ ordinauit aliqd pœnale: qd' adhibetur peccatori aut in medicamen ſalubre aut in plagã tp̃alem ul' perpetuam. Quicunq; igitur tranſgreditur ꝑceptorꝫ ordinem quem deus homini dedit: is labitur in ordinem diuinæ iuſtitiæ. Cum autem totum genus humanum trãſgreſſu ſuo ex originali ſtatu lapſum ſit in ſtatum corruptum: in q̃ oẽs homines depereunt, ad finẽ ipſis deſtinatum nunq̃ peruenturi. Ideo clemẽs deus ordinauit uiam iuſtitię & pœnitentiæ: qua abiectus homo poſſit uenire ad eundem finem ad quem creatus eſt. Ecce q̃ miſericorditer deus cum homine agit, ſua neceſſaria pie ordinando. Primum ſtatum, humanæ naturæ conuenientem, propoſuit: a quo homo in malum culpę lapſus, iterꝫ medicatur per pœnam: quæ ſi patienter ſuffertur, ordinata eſt hic ad ſtatum gratię, illic ad ſtatum gloriæ. Hac cauſa Chriſtus cõuertit aquã in uinum: nempe temporalem pœnam in lætitiam ſempiternam.

[Margin: Math.26 ante me. — Johan.2. in prin.]

5. ¶ Ex natura primitiua & ordine originali homo eſſe debebat abſq; malo in ſtatu innocentiæ; a quo cecidit in utrunq; malum ſcilicet in culpam & in pœnam: quib. omnia mala noſtra includuntur. Malum culpæ progreditur a peruerſa ſpontanea uoluntate: malum pœnæ infligitur aduerſus propriam uoluntatē. Malum culpę cōmittit homo animo libenti; malum pœnæ patitur animo inuito. Malum culpæ non imputatur hoī abſq; ſuo conſenſu: quē nemo inflectere poteſt q̄ ipſe homo. Nimirū hominis uoluntas ſeipſam ſpōte peruertit & perimit ac in culpā adigit: propterea inuita cogitur pati malum pœnę. Qd' eſt bifarium: unum ꝓfluit ex peccato originali utpote hoīs debilitas & mortalitas: alterum accreſcit ob peccatum actuale, ueluti mœſtitia ſpiritus & dolor corporis in pręſenti aut futuro ſęculo. Malum debilitatis ineſt oībus hoībus ob peccatū originale: qd' cōmittit homo ſtatim in utero m̄ris uiuificatus, q̄ſi dep̄henſus in ſtatu corrupto ſibi incōgruo. Quobrem infantes nōdū nati ac etiam longe poſt ſui natiuitatē, ante uſum liberi arbitrij & actualis peccati, ſūt in malo debilitatis ꝓpter malum culpæ; ad quā infantes ſunt inclinati, tametſi culpā actualem non cōmittant; ſed poſtq̄ adoleſcunt & uſum liberi arbitrij nanciſcuntur, illico oſtendunt prauam inclinationem peccandi carniſq; fomitem, ſicut ſcriptum eſt: Sēſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua. Malum ita q; culpæ eſt in Infantulis, licet non actu, tamen habitu: propterea pueri non baptiſati iuſte reijciuntur. Gene. 8 in fi.

6. ¶ Contra malum delectabilis & uoluntariæ culpæ ordinatum eſt malum luendæ pœnæ: quam cum dolore inuitus ſuſtinet homo, qui uoluntarie contra dei uoluntatem cum delectatione peccauit. Idem malum pœnę non aufertur ab hominis ſpiritu, q̄diu eſt in malo culpę. Quam quidem culpam redēptor nr̄ ſua paſſione abſtulit a ſpiritu, non a carne hominis: quem modo redemit, nō ab omni, ſed a grauiſſima pœna æternæ damnationis. Et hoc in quātum homo per baptiſmū ſeu alia uia fuerit particeps meriti Chriſti: tunc tranſit ab ira dei in gratiam eius. Chriſtus nanq; nullum ſuſtulit malum ſpecialiter a carne humana: quæ non aliter q̄ mediante ſuo ſpiritu ad meritum Chriſti peruenire poteſt: quo facto, demum caro a ſuis malis redempta eſt, uirtute paſſionis Chriſti. Qui neq; ſpiritum neq; carnem hominis libera uit a malo pœnæ, quippe in carne dimiſſum eſt utrunq; malum ad exercitium ſpiritus: qui continuo colluctari debet aduerſus carnem & ſanguinem: necnon crucem ſuam tollere & ſequi dominum: patienter deniq; pati malum pœnæ & mortis, omni tamen conatu mortem ſpiritualem & ęternam euitet malumq; culpæ uincat. Ephe. 6. in me.

7. ¶ Ratio & ęquitas exigit, ut ad honorem & imitationem Chriſti (qui pro ſalute noſtra pœnam & mortem ſponte tulit) pariter & nos mortem & malum pœnæ ſpōte feramus; q̄ noſtram erga eum dilectiōem manifeſtemus, queadmodum & ipſe ſuā charitatem exterioribus opibus miſericorditer oſtendit: innocentē mortē ſuſcepit & ꝑ alieno reatu malum pœnę uolūtarie paſſus eſt. Multo ęquiore animo homo ſuam obnoxiam mortē oēmq; pœnam, ꝑ ſuo ꝓprio reatu, ad honorem dei & ſibiipſi ad ſalutem, ſponte ſubire debet. Sapiens ait: Sperat iuſtus in morte ſua. Nam pœnam patientia ſubleuat, impatientia aggrauat. Si uerus Chriſtianus eſſe uelis, neceſſe eſt, poſt Chriſtum tuam crucem portes: eidē obuies in charitate, patientia & mititate: malum pœnæ & aduerſitatis ęquo animo feras: ut in patientia poſſideas animā tuam & beatitudinem conſequaris: pollicitante domino: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiā. Notabiliter mutat deus utrunq; malum in bonum hominis: utpote uoluntarium culpę malum erit inuoluntarium: & inuoluntarium pœnæ malum erit uoluntarium. Hoc modo ambo mala fiunt meritoria: nam bonus homo inuitus peccat & ſponte pœnitet. Ecce mirabilem mutationē dexterę excelſi in malo iniquo. Ad qd' homo ante ſui conuerſionē uolūtate inclinatus fuit: poſt cōuerſionē aūt toto conatu odit & fugit illud: ſibi deniq; diſplicet Prouer. 14 in fi. Luce 21. Math. 5. in prin. Pſal. 76 in me.

fomes

fomes carneus. Præterea malum pœnæ prius ei moleſtũ fuit atq; odioſum & crudele: quoniam nĩl terribilius morte, quæ eſt contra uitam: ideo naturaliter fugienda; tamen diuina gratia tantum operatur ut pœnam malum ueri Chriſtiani patiẽter ac ſponte ſuſtineant. Eccl 33. in me.

8. ¶ Poſt baptiſmum remanet in baptiſato malum corporis penes bonum ſpiritus, ex cauſis ſequentibus. Primo ſi corpus non eſſet in malo pœnæ, homo non ſentiret ſuum præteritum caſum, nec modo ſe in ſpiritu a malo culpæ eſſe liberatum, eo q̃ ſpiritus adiumento ſit corpori pariter liberãdo. Secundo Chriſtus mutat malum corporis in bonum ſpiritus: nam ipſe ſua paſſione & morte immenſum bonum operatꝰ eſt: ut homo q̃q; patienter & ſponte exerceatur in bonis operibus. Tertio ſicut paſſio Chriſti in honorem dei & utilitatem humani generis ſpõte ſuſcepta, fuit medium & inſtrumentum redemptionis hominũ, & ſatisfactionis omniũ delictorꝝ: ſic deus uult hoĩem pati, pœnitere, mori aliaſq; tp̃ales pœnas patienter ferre, ad honorem dei & imitationem Chriſti, necnon ꝓximo ad exemplũ ac ſibijpſi ad ſalutem & meritũ. Quarto cõducit homini in ſe ſentire fomitem, ceu ſuum inimicum: qui eum mortificat: niſi ei reſiſtat cum auxilio dei. Cuius intelligit grãm, qua poſſet eundem inimicum uincere. Deo igit̃ grates agere debet atq; ſupplicare: q̃tinus ab huiuſmodi ſuo inimico eum decetero defendat & eum in malo tentationis ſuccumbere non permittat. Ex præmiſſis alijſue cauſis dignat̃ deus in baptiſmate, uirtute paſſionis Chr̃i, a ſpũ hominis, nõ a carne, tollere malum culpæ: remanente pœnę malo tam in ſpiritu q̃ in carne: ut tamen neutrum malum ulterius in ſpiritu regat.

9. ¶ Poſt Adæ caſum humana caro fomite ſuo ſuperabundat & cupida eſt regere atq; ſupprimere, imo prorſus perimere ſuũ ſpm̃: qui condeſcendit ac euitat om̃e quod contrarium eſt carni ceu charę ſuæ dominę Euę. Eadem caro nõ ſolum eſt deſtructrix ſpiritus: ſed etiam inimica dei: qui purum creauit ſpm̃: quem caro ad ſe trahens coinquinat, ceu ſcortum ſuum amaſium. Quocirca infideles carnis cultores formidant mortem & temporales pœnas omne q̃ corpori aduerſum. At malignus ſpiritus operatur in filios diffidentiæ. Ephe 2. in prin. Fideles autem non debent malum corporis temporale timere, ſed pro pœnitentia patienter tolerare & ſubijcere ſpiritui: qui per baptiſmum a malo culpę liber factus, habet carnem regere & poſt ſe trahere eiuſq; pruritum ſupprimere: paulo ſcribente: Non ergo regnet peccatum in ueſtro mortali corpore ut obediatis concupiſcentijs eius: ſed neq; exhibeatis membra ueſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibete uos deo tãq; ex mortuis uiuentes, & inf. Roma. 6. in me. An neſcitis cui exhibetis uos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam. Gratias aũt deo, qui fuiſtis ſerui peccati, obediſtis autẽ ex corde in eam formam doctrinæ, in qua traditi eſtis. Liberati autem a peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. At qui adhęret meretrici, unum corpus efficitur. 1. Corin. 6. ante fi. Rurſus Paulus: Qui ſecundum carnem ſunt, quę carnis ſunt ſapiunt: Prudentia carnis mors ẽ et inimica deo: legi. n. dei nõ eſt ſubiecta. Roma. 8. in prin. Qui aũt in carne ſunt: deo placere nõ poſſunt, & inf. Si ſecundũ carnẽ uixeritis, moriemini: ſi autem ſpũ facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Item Nos aliq̃n conuerſati ſumus in deſyderijs carnis noſtræ, facientes uoluntatem carnis & cogitationum: eramꝰ natura filij iræ, ſicut & cæteri. Ephe. 2. in prin. & in fi. Et inf. Sed Chr̃s ſoluens inimicitias in carne ſua & faciens pacem, reconciliauit ambos in uno corpore deo. Ergo ſpiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis: hæc. n. ſibi inuicem aduerſantur. Hactenus Paulus. Gala. 5. ante fi.

10. ¶ Quanq̃ Chriſtus ſua paſſione huiuſmodi intrinſecas lites ſedauit: non tamen omnia mala extirpauit: ſed in homine interiores & exteriores aduerſitates reliquit: non ut fomes regnet, ſed homo ſe exerceat atq; curet ut ſpiritus ſuus in agone certet: contra fomitem inimicum ſuum obtineat: carnem caſtificet & eam captiuam cuſtodiat uſq; in finem: non enim coronabitur niſi 1. Thim. 1 in prin.

qui legittime certauerit, Nemo excuſatur
acſi nequeat carnis malum uincere: niſi re
ijciat auxilium dei & arma ſpiritꝰ ſibi por
2. Cor. 6. post prin. recta: quæ enumerat Paulus, dicens: exhi-
beamus nos ſicut dei miniſtros, in multa
patientia, in tribulationibus, in neceſſitati-
bus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in
ſeditionibus, in laboribus, in uigilijs, in ie-
iunijs, in caſtitate, in ſcientia, in longanimi
tate, in ſuauitate, in ſpiritu ſancto, in chari
tate non ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute
dei: per arma iuſtitiæ a dextris & a' ſini-
ſtris, Talia & ſimilia arma militiæ noſtræ
2. Corin. 10 in prin. non ſunt carnalia, ſed potentia dei, ad de-
ſtructionem munitionum conſilia deſtru-
Gala. 5. in fi. entes. Paulus inſuper concludit: Qui au-
tem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixe-
runt cum uitijs & concupiſcentijs,
Quę hominem premũt ob
peccatum originale:
de quo ſequit̃,

CAPITVLVM TRIGESI-MVM QVARTVM.
De peccato originali.

Originale peccatum eſt commu-
nis radix, actuali Adę peccato ſe
minata in totam humanam car-
nem, inde commaculatam & ad malum
inclinatam. Primo quidẽ ſtatu genus hu-
manum in Adam accepit a deo bonam &
immortalem naturam: ibi expectaturꝰ o-
ptimum ſtatum ęternę beatitudinis, Adã
uero bona ei conceſſa natura abuſus & p̃
ceptum dñi tranſgreſſus, ſua inobediẽtia
ordinem uniuerſi corrupit et originales ui
res amiſit: oblitus dei & hebes intellectu,
uoluntatẽ ſuã deorſum flexit. Et q̃uis A-
dam ſciuerit diabolum ex ſerpẽte locutũ,
inimicum dei eſſe: cũ aliter perſuaſerit q̃
Gene. 3 deus admonuit: nempe Quocũq; die come
Gene. 3. deris ex eo, morte morieris, Qđ diabolus
negauit dicens: nequaq̃ morte moriemini:
acſi deus mentitus eſſet: Tñ Adam libero
arbitrio diabolum ſecutus, deum ſpreuit,
ueritatem poſtergauit, mendaciũ promo-
uit, Propterea non ſolum grauiter deliqt
& ſuam perſonam noxa ęternæ damnatio
nis conſtrinxit, ſed etiam omnes ſuos poſte
ros uidelicet totam humanam naturã ue-
nenauit, ſeduxit cauſamq; dedit quominꝰ
homo poſſit deo exhibere debitum amo-
rem nec dignum honorem uel cultum:
quemadmodum creaturam ſuo creatori
exhibere deceret, Adam itaq; diuinam or
dinationem & decorem uniuerſi plaſma-
tis interrupit. Hinc originale oritur pecca-
tum: quo omnes homines natura corrupti
auertunt ſe a deo ad carnem ꝓpriam ac ſe
reos conſtituunt, dei mandata pręuarican
do: ſeipſos .n. eximunt a dei cultu, carni ꝓ-
prię & diabolo ſeruientes: & ſic in toto u-
niuerſo deordinationem cauſant.

¶ Etſi homo inſcius in peccatum origina- 2.
le cadit: illud tñ ei imputat̃ ob peruerſam
naturam humanã, qua unuſquiſq; induit̃:
Vtꝑ in infantis perſona actu natura non
peccat: Attamẽ in perſona Adę manifeſta
uit ſuã malitiã. Natura deniq; delinquit in
infante: q̃a deo nõ exhibet q̃d debet, Pro-
pterea unicuiq; aſcribit̃ originale delictũ:
ueluti qui malitioſe ebrius fit, luere cogit̃
quicquid in ebrietate (licet ignarus) deliq̃
rit. Conſimiliter humana natura ſuffuſa in
Adam, ceu in ſuo initio, ſcienter peccauit:
ideo perdidit intellectum & inuenit ſomi
tem: quem oẽs homines hęreditãt & in eo
ignari peccant, Ipſis ꝓfecto iure imputat̃
originale peccatũ: quod Adæ ſcitu incœp
tum eſt: tametſi illud poſteri hoies neſcij
cõſumant, Hoc pacto genus humanũ cen
ſetur eſſe terra inanis & uacua, Primitus Gene. 1 in prin.
.n. per Adę peccatum ad nihilum declina
uit: bonam naturam dereliquit: æternę be
atitudinis indignum & penitus nudum
ſe fecit, Vnde ſcriptum eſt: Cum co- Gene. 3
gnouiſſent ſe eſſe nudos, Adam inquit ad
dominum: timui eo ꝙ nudus eſſem & ab
ſcondi me.

¶ Huiuſcemodi nuda & inanis ac per- 3.
uerſa natura nuncupatur fomes: & eſt
peccati incitamentum, defluens a primis
parentibus in omnem eorum prolem: quę
cõmaculat quemlibet humanum ſpiritũ,
q̃ntotius carni corruptæ infunditur. Hinc
originale peccatũ: unumq; malum ex alio
oritur

oritur: tot enim originalia peccata quot
homines in utero matrum concipiuntur.
Actualia autem committuntur innumera
bilia. Ita totus mundus repletur malis. Por
ro originale malum non profluit ex Adæ
ſpiritu, ſed ex communi corrupta huma-
na carne: in qua idem malum materialiter
conſiſtit, ſicut lues in uaſe: in ſpiritu autē
ſicut in obiecto formali. Qui modo in uas
lutoſum ceciderit, commaculatus erit do-
nec extrahatur & abluatur. Peccatum igi
tur agit in ſpiritum, non in carnem: quę ca
ret arbitrio bene uel male operandi: tam-
etſi ſpiritus ſua carne pro nutu utatur ad
uirtutes uel ad uitia. Ipſe uero originale cō
trahit peccatum a carne immunda: cui na
turaliter coniungitur ex primitiua dei or-
dinatione: quam nemo impedire poteſt.
4. ¶ Tota culpa originalis peccati in poſte-
ros migrantis, a plærisq; transfunditur in
ſolos Adam & Euam. Ego uero arbitror
non ſolum Adam aut Euam, ſed totam
humanam carnem, eſſe occaſionem pecca
ti originalis: ut omnis qui ex ea carne per
Adæ lineam procreatur, reus ſit & parti-
ceps originalis mali: ad quod, ceu ad nihi-
lum, unuſquiſq; homo per ſe ſecundū car-
nem ſuam inclinatur. Quippe deus Adā
& Euam a diabolo tentari permiſit ut fa-
cto prothoplaſtorum conſtet humanum
genus, ex nihilo procreatum, magis ad
carnem & proprium comodum, q̄ ad de-
um & rempublicam eſſe inclinatum. Ne-
mo negare poteſt, quin ſi ipſe loco Adæ
uel Euæ in paradyſo fuiſſet, tam cito uel
citius Ada cecidiſſet, conſiderata leuitate
omnium & ſingulorum hominum: quorū
nullus ſine peccato eſt. Nihil min9 uel eti
am plus, q̄ Adam uel Eua, deliquiſſet qui
libet homo tentatus: exceptis Chriſto &
Maria, ad nullum unq̄ malum inclinatis.
Humanitas Chriſti naturaliter capax fuit
perpetuæ originalis innocentię: quā Ma-
ria per gratiam adepta eſt. Ambę itaq; per
ſonę in labem originalis mali non ſunt la-
Pſal.26 pſe: de quibus Dauid narrat: pater meus
& mater mea dereliquerunt me, dominus
autē aſſumpſit me: At Chriſtus ultro ſub
ijt malum pœnæ: quod Maria, per naturā

carnis concepta, naturaliter paſſa eſt: ſed
in conceptu ſpiritus eius a labe originali De onere ecclesie
gratioſe pręſeruatus eſt. Cęteri ſpiritus hu c.18.§.12. in fi.
mani carni corruptę coniuncti, contrahūt
originale malum, utpote inclinationem ad
nihilū: quod eſt contrariū diuinę eſſentię.
¶ Homines quidem in crebrum, labūtur 5.
malum: a quo nos liberari quottidie ora-
mus. Primus lapſus eſt in peccatum ori-
ginale: de quo Iob interrogat: Quis poſ- Iob.14. in prin.
ſit facere mundum de immundo conce-
ptum ſemine? Alterum eſt q̄ ſenſus & co Gene.8 in fi.
gitatio humani cordis in malum ſcilicet a-
ctuale prona ſunt ab adoleſcētia ſua. Ter
tio pigri ſumus & ſtulti ad bona opera ut
ex nobis nullus utilis fructus ſurſum pul-
lulet: ſed noſtrum agrum totum repleue- Prouer.24 in fi.
runt urticæ & operuerunt ſuperficiem ei
us ſpinæ: & maceria lapidum, utpote uia
in cœlum nobis obruta eſt. Quarto amen
tamur intellectu: Corpus enim quod cor- Sap.9. in fi.
rumpitur, aggrauat animam & terrena in
habitatio deprimit ſenſum multa cogitan
tem: Nam ſemper aduerſus ſpiritum con- Gala.5.
cupiſcit caro. Quę poſt Adæ lapſum ſua
ferina & beſtiali conditione exuperat uſq;
adeo ut exilis ſpiritus nequeat ad ſe trahe-
re crudam carnem: contra diuinum ordi-
nem coacte inclinatus ad eandem carnē:
qua ipſe ſpiritus maculatus & deo ingrat9
fit: quia imperitus neq; timorem uel obedi
entiam, neq; honorem uel diſciplinam deo
exhibet, quemadmodum ex natura ob-
ſtrictus eſt. Idipſum eidem ſpiritui, p̄ pec-
cato originali imputatur. Pluribus deniq;
alijs carnis commertijs ſpiritus a deo trahi-
tur in mortem perpetuam: a qua nos Chri
ſtus ſua temporali morte liberauit, in quā-
tum eiuſdē ſuę mortis participes fuerim9.
¶ Præmiſſorum inductione apparet pec- 6.
catum originale principaliter progredi ex
communi deordinata natura humanę car
nis, non ex Adæ pręuaricatione qua ſu-
am perſonam, non poſteros ſauciauit. Nā
abſurdum eſſet ut peccatum patris noſtri
Adę, poſt pœnitentiam ei remiſſum, nihi-
lominus nos filij ſui portemus atq; luam9:
dum ſcriptum ſit: Filius non portabit iniq- Ezech.18 poſt me.
tatem pr̄is (nempe pœnam pro aliena cul-

pa) Imo filius, qui iudiciũ & iuſtitiã ogat⁹ erit, uita uiuet, utpote hic in gra, illic in gloria, anima q̃ peccauit, perit in ſua, nõ in aliena malitia. Alioquin uideret, ac ſi de⁹ iniuſte damnet innocentem ꝑ reatu alterius. At unuſqſq; ſuã ſuffert culpã hoc ordine. homo naturaliter deberet eſſe innocẽs: ad qđ hominis caro ex ſeipſa inepta eſt, et uſq; ſpũs ad carnẽ deordinatã plurimũ inclinat⁹ ut ſuo arbitrio & amore deorſum carni a ꝑpriat ac a deo elonget. Vnde quilibet homo ꝑprio ſpũ & carne, ab innocentia in noxam cadit, indignus porrecta ſibi gratia in innocentia permanendi.

7. ¶ In homine eſt liberum uoluntatis arbitrium ceu Adam & intelligentia ſenſitiue ceu Eua. Quẽadmodum in paradyſo primitus Eua perſuaſione ſerpentis tẽtata & in uoluptatem ducta: poſtea Adam uetito fructu abuſus eſt: ita cuiuslibet hominis Eua, nempe ſenſitiua uel inferior pars animæ in carnem deflectens, primo per fomitem tentatur & a ſerpente, forte a carne aut a mundo uel diabolo obſuſcatur. Quę fomitis tentatio, tanq̃ pœna peccati, progreditur quidem a culpa: per ſe autem nõ eſt peccatum ſed materia & exercitium dimicandi cum peccato: quoniam primus motus non eſt in poteſtate noſtra. Ergo ſtrenue eſt contra fomitem pugnandum. Quando uero memoria ſeu intelligentia

Gene. 3. hominis, tanq̃ Eua, uidet lignum, utpote pruritum carnis bonum eſſe ad ueſcendũ & pulchrum oculis aſpectuq; delectabile: tunc appræhendit fructum ligni, i. concupiſcentiam, & comedit, forte ſentit delectationem carnis ſibi placitam. Hoc eſt peccatum ueniale q̃diu huiuſmodi delectatiõ in Eua, i. in ſenſitiua quieſcit. Nam ubi hominis ſenſitiua cogitando uel intelligendo uoluptatem quęrit in aliqua creatura extra deum: ibi peccatum ueniale eſt: niſi per uoluntariam delectandi perſeuerantiam tranſiret in peccatum mortale. Deinde intelligentia aut ſenſitiua (quæ eſt inferior pars animę) affert fructum uetitũ ſuo ſuperiori, ſ. libero uoluntatis arbitrio. Cui⁹ officium eſt delectatione excludere: ubi autem ſimul comedit, conſentiendo in carnis delectationem & legis tranſgreſſionẽ, ibi peccatum mortale committitur: quod ſola peruerſa uoluntate perficitur. Peccatum itaq; ſeminatur in memoratiua & intellectiua: creſcit in delectationis ſenſitiua & matureſcit in uoluntate, item aggrauatur operis executione: inflictatur praua conſuetudine ac induratur deſperatione uel præſumptione. Hactenus oſtenſum eſt, peccatum originale, i. delectationem carnis & leuitatem humani ſpiritus ad carnẽ inclinati, in Ada nõ eſſe ortam & cauſatã, ſed dumtaxat oſtentatam & inchoatam.

¶ Licet deus ab æterno præſciuerit humanitatem fore incapacem diuinæ grãe, in ſtatu innocentiæ permanendi, & lapſuram ad ſtatum noxium: nihilominus tamen primos homines in paradyſum primi ſtatus locauit: ne quis cauillari poſſit, in nemine probatam eſſe humanitatis inconſtantiam. Quæ modo clareſcit in Ada & Eua, a ſtatu bono in malum cadentibus & peruerſam naturam ad ſuos tranſmittentibus poſteros: qui oẽs & ſinguli ex carne corrupta maculam contrahunt. Cuius ita q̃ caro indomito ſpiritui coniungitur: ille una cum ſuo ſpiritu & carne in perpetuã cadit mortem: quia anima, quæ peccauerit, ipſa morietur. Cuius autem ſpiritus ſe a carne ad deum uertit, ille ſpiritus ſuam carnem, mediante auxilio diuino, in gratiam reducere poteſt: licet eam poſt mortem naturaliter non uiuificet uſq; ad nouiſſimum diem. Porro caro totius humanitatis mortalitatem contraxit in Adam. Cuius ſpiritus per tranſgreſſionem amiſit gratiam & uitam ſpiritualem: per conſequens infecit omnem carnem: quæ in Adæ natura extiterat. Si igitur tuam carnem in iudicio extremo a perpetua morte ad æternam uitam reſuſcitari uelis: curare debes ut tuus ſpiritus, dum tuæ carni uitam naturalem hic impartit, penes ſe ſpiritualem uitam nempe gratiam dei obtineat uſque ad finem ſui exitus: demum poterit poſt nouiſſimum diem carni tuæ tam ſpiritualem quãm naturalem uitam ſuam perpetuo impartiri: alioquin ſpiritus tuus, ſpirituali uita hic uacuus,

in die

Marginal notes (right column): 8. (beside "¶ Licet deus…"); Ezech. 18 (beside "cadit mortem: quia anima, quæ peccaue-")

in dię extremo tuam carnem ſolummo-
do naturaliter uiuificat ad æternam dam-
nationem.

9. ¶ Originale delictum abſq; ſenſibili dele-
ctatione committitur: ideo ſola priuatione
æternæ beatitudinis, abſq; ſenſibili dolore,
luitur. Veruntamen idem originale adi-
mit homini non ſolum primitiuã naturam
& ſtatum innocentiæ, ſed etiam cœleſtẽ hę
reditatẽ & aditũ ſupremi ſtatus: ad quem
hõ finaliter deſtinatus erat. Vnde ſcriptũ
Sap. 12 poſt prin. eſt: Quoniam iniqua eſt natio eorum & na-
turalis malitia ipſorum: & quoniã non po-
terat mutari cogitatio eorum imperpetuũ,
ſemẽ. n. ſcz humanũ erat maledictum ab
inicio. Ideo redacti ſumus in pręſentẽ ual-
lẽ ærumnarum & mortalitatis: ubi ſi actuale
peccatũ addiderimus originali; tunc incur
rimus mortẽ perpetuam & malũ inferna-
le: & quantũ accumulatur originale ma-
lũ peccatis actualibus, tantũ augetur ma-
Sap. 12. in prin. lum infernale. Attamen prius ſcriptũ eſt:
ſed patribus iudicans dabas locũ iræ. Nã
pius deus peccatores nõ abrupte in infer-
nũ mittit, ſed antea temporali pœna hic ad
pœnitentiã, puocare & iuſtificare dignatꝰ:
Gene. 22 in fi. iuxta promiſſionẽ Abrahæ factam: benedi
centur in ſemine tuo omnes gentes terrę.
Chriſtus eſt Abrahæ ſemen per euange-
lium in totũ terrarum orbe ſeminatum. Il
le igitur, in quo idem ſemen per fidẽ fru-
ctificat, erit particeps benedictionis diui-
Joban. 11. ante me. næ: Chriſto promittẽte: qui credit in me:
non morietur in æternum.

10. ¶ Deus neq; originale neq; aliud malũ no
ſtrum cauſat: tametſi purum ſpiritũ carni
maculatę creando infundat, ſcz iuxta ſuã
æternam & perfectã ordinationẽ: quę exi
git ſpũs & carnis puritatẽ ac etiã hominis
iuſtificationem: necnon unius humanę car
nis ex altera productionẽ & infuſionẽ ſin-
gulorum ſpirituum in carnem proportio-
J. 39. §. 1 in fi. natã. Quæ ordinatio tanꝗ accomodatiſſi-
ma uia hominũ propagandorũ, in cõſilio
altiſſimę trinitatis concluſa, non debet tol
li neq; impediri quouis hominũ exceſſu.
Sicut diuinus ordo creandi homines, ſic
eoſdem procreandi ordo ſeruandus eſt.
Pariter ſeruatur ordo diuinæ iuſtitię: quę
requirit emendationem originalis mali:
quod non eſt a deo, ſed ab inmunda car-
ne & ſpiritu peruerſo ſerpit. Nam omnis
caro humana non fuit capax gratiæ, in pa
radyſo pura & iuſta permanendi. Singuli
deniq; humani ſpiritus reperiuntur plerũ-
q; minus idonei ad gratiam ſe præſeruan-
di a labe carnis: licet poſſint eſſe capaces
gratię a labe per baptiſmum redimendi.
Abſurdum igitur eſſet, diuinã ordinatio-
nem & iuſtitiam infringi & carnem con-
tra ſuam prauitatem emundari, aut homi-
nes alia uia ꝗ per genealogiam procrea-
ri. Propterea peccatum originale iure dã-
natur, quãuis ignoranter & abſq; actuali,
non tamen abſq; habituali uoluntate com
mittitur. Spiritus autem peruerſitas eo
præſumitur ꝙ ad ſeipſum contra deum
& debitum ordinem inclinatur, ꝗ cito ad
uſum intellectus peruenerit: ideo infanti-
bus & cæteris rationis expertibus pecca-
tum originale imputatur.

¶ Originalis itaq; culpa ſpiritũ maculans, 11.
non eſt a deo nec a natura homini prima-
rie conceſſa, ſed a uicio carnis & a libidine
gignendi: Ad hoc Auguſtinus: Non pro Auguſt. de
pagatio ſed libido, in qua concepti ſumus, nup. et con cupiſcentia
tranſmittit originale peccatum ad poſte- li. 1. c. 23.
ros. Hoc reſpectu proxima cauſa tui ori-
ginalis mali eſt tuus genitor: qui huiuſmo
di cauſam nõ ex ſeipſo: ſed ex cõmuni cor
rupta natura contraxit: quod. n. natũ eſt Joban. 3. in prin.
ex carne, caro eſt. Ergo tuum malum hæ-
reditaſti a parente. Licet ei in baptiſmo ſit
remiſſum originale, tamen carnaliter, non
ſpiritualiter te genuit: ideo a ſua carne &
communi natura tranſmittitur originale
in tuam carnẽ: qua tuum ſpiritum cõma-
culas. Sicut. n. circumciſus generat filium
cum præputio & ex grano pulto ſemina-
to creſcit granum cum palea: ſic baptiſa-
tus generat non baptiſatum. Chriſtus
uero ſpiritualis pater & ſua ſponſa eccle-
ſia ſpiritualis mater in baptiſmate rege-
nerant ſpiritum, non carnem: in qua etiã
poſt baptiſmum fomes remanet. Eadem
caro ſubiacet beſtiali naturæ: in qua
gignitur coitu concupiſcibili: quo ca-
ruiſſent homines in ſtatu innocentiæ:

ubi caſta fuiſſet hominum natiuitas & caro ſine concupiſcentia; nec ſpiritus humanus coinquinaretur fomite, De quo iam ſequitur.

CAPITVLVM TRIGESIMUM quintum. De fomite.

ſ.eo. ſ.12 IN peccato originali ſunt duo, ſ. in ſpiritu reatus: in carne fomes: qui eſt ſemen ſeu radix in carne poſt peccatũ homini ad pœnam tanꝙ uirus relictum: per quod humana caro in ſua primaria natura defecit & corruptam adepta eſt naturam: qua incenditur, irritatur, commouetur & inclinatur homo ad concupiſcentias & peccata: præcipue fomes inducit peccatum originale. Quod licet procedat ex carne, onerat tamen ſpiritum: in quo poſt peccatum perpetratum offendix, ueluti poſt uulnus inflictum dolor debilitās, relinquitur. Ille fomes eſt primus motus neceſſitans & pẽdens in homine ceu pœna, manans ab originali peccato: quo caro prurit & uiolenter ſe inclinat more beſtiali ad concupiſcentiam, beſtijs non hominibus conuenientem. Proterea hominis eſt, contra fomitem, ceu ſuum inimicum, continue pugnare: ne in eo regnet carnis malum ab Adam traductum: quod ad ſe ſpiritum trahit, Porro militia eſt uita hominis ſuper terram: quoniã ſpiritus humanus inhæret corruptæ carneæ naturæ, & rurſus caro ad ſe allicit ſpiritum uſq; adeo ut animalis homo non percipiat ea quæ ſunt ſpiritus dei. Corpus deniq;, quod corrumpitur, aggrauat animam & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem.

Gala.5. — Job.7. in prin. — 1.Corin. 2. in fi. — Sap.9. ante fi.

2. ¶ Baptiſatus redimitur ab omni culpa & pœna ſpiritus, ſed non a malo carnis. Nimirum ex corrupta natura homo duobus præmitur malis, nempe fomite carnis & ignauia ſpiritus: qui carne moleſtatur quaſi in pœnam, eo ꝙ diuinę maieſtati debitum honorem non exhibet. Huiuſmodi tamen paleatam pœnam deus permittit poſt baptiſmum durare, non ad augmentum mali, ſed ad exercitium ſpiritus aduerſus carnem & eius fomitẽ propugnantis, Victa tandem carne, triumphat ſpiritus in uirtutibus: pro quibus forte pugnauit, utpote caſtitate, patientia, temperantia, obedientia aut conſimilibus. Vbi autẽ ſpiritus carni condeſcendit, ibi ſpiritus relabitur in malum culpæ ac etiam pœnæ hic temporaliter, illic perpetuo luendæ. Nam licet carnis concupiſcentia morte finiatur, in ſpiritu tamen culpa ſemper manet; ideo eius pœna durat inæternum, Qui ſolo peccato originali infecti ſunt, priuantur cœleſti uiſione abſq; dolore: qui uero actualia peccata commiſerunt, æterno plectentur cruciatu.

¶ Carnis fomes in ſe immundus eſt, eo ꝙ irritat ad peccandum & coinquinat ſpiritum ad carnem inclinatum. Hinc oritur peccatum originale: quod in baptiſmate una cum ceteris peccatis actualibus remittitur: poſt baptiſma eſt fomes ceu relicta cicatrix peccati remiſſi, Falſo igitur malignus ſpiritus, per ſuos prophetas, plebi perſuaſit, fomitem in ſe ſemper eſſe peccatum: per conſequens homini impoſſibile eſſe dei præcepta obſeruare: ſed omnia opera eſſe culpabilia ob carnis concupiſcẽtiam: quaſi probi & impij æquales ſint debitores dei: cui facile improperari poteſt ac ſi cogat homines ad peccandum, At illud dogma eſt falſiſſimũ, Siquidem fomes eo peccatũ eſt ꝙ ſubminiſtrat peccati occaſionem: pariter erunt peccata aurum & argentum, gemmæ & nonnullæ aliæ creaturæ, potiſſimum fœminæ ſpecioſæ: per quarum formam uel nitorem uel comoditatem homo frequenter prouacatur ad peccandum, Ideo Paulus docet, ut deponamus omne pondus & circumſtans nos peccatum: & ut mortificemus membra noſtra, quæ ſunt ſuper terram, Huiuſmodi tamen prouocatio in ſe non eſt peccatum, exiſtẽs in carne quaſi morbus: quo ſpiritus pugnet contra fomitem & obtineat uirtutes uitiaq; expellat, Virgo enim eſſe cenſetur quæ carnis illecebras bello ſuperat & comprimit, Nam ſi nuda concupiſcentia eſt culpanda eo ꝙ carnem debilitat; tum febris aut alia cor-

3. — Hebr. 12. in prin. Collo. 3. in prin. — ſ.36. ſ.10 in me.

poris

potis infirmitas pariter eſſet peccatum:
Matth. 26 Mar. 14. tum etiam Chriſtus fuiſſet notatus pecca-
to, quādo confitebatur ſuam carnem eſſe
infirmam, quaſi fugientem a morte, quam
ei pater iniunxerat.
4 ¶ Si carnis illecebra peccatum eſſet, in ho-
mine non remaneret poſt baptiſmum: quo
1. Corin. 6. in me. oia peccata delentur, Paulo ſcribente: Ali
quādo fuiſtis, ſ. peccatores: ſed abluti eſtis
& ſanctificati & iuſtificati. Item quid dice
mus, manebimus in peccato ut gratia abū
Roma. 6. in prin. & in fi. det? abſit: quicūq; baptiſati ſumus in Chri
ſto Iheſu, in morte ipſius baptiſati ſumus,
& infra, nunc uero liberati a peccato. Ad
Mich. 7. in fi. hoc Micheas: Deus reuertetur & miſere-
bit noſtri, deponet iniquitates nr̄as, & pro
iiciet in profundū maris oia peccata nr̄a.
Ezech. 36. ante fi. Item Ezechiel: Effundā ſup uos aquam
mundā & mundabimini ab omnib. inqui
namentis ueſtris. Ex præmiſſis claret: ſiq-
dem in baptiſmo uniuerſa peccata ablui-
tur, fomitē in baptiſatis remanentem non
eſſe peccatum: alioquin dicti prophetę &
Paulus nō aſſeruiſſent, per aquā baptiſmi
De reg. iuris oia peccata eſſe diluta: qui.n. omnia dicit,
nihil excludit. Cōſimiliter fomes eſt in ho-
minibus iuſtis: euangelio referente: Za-
Luce 1. in prin. chariā & Eliſabeth fuiſſe iuſtos ante deū
ſine querela: quibus fomes (quo ambo ut
homines proculdubio innodati fuerunt)
non eſt reputatus in peccatū. Ad diſcipu-
Iohan. 13. poſt prin. los quoq; electos dn̄s dixit: Vos mūdi eſtis
nempe a peccatis: tametſi habuerint fomi
tem: a quo ulterius erant mundandi, iux-
Iohan. 15 in prin. ta euangelium: omnē, qui fert fructum,
purgabit eum ut fructū plus afferat, q. d.
q̄uis mundus eſt.
5 ¶ Paulus fomitē nuncupat peccatū eo q
per actum carnis ſpiritum allicit ad cōſen-
ſum peccandi. Verba Pauli ſunt hæc: Si
Roma. 7. ante fi. autē quod nolo, illud facio, non iā ego ope-
ſ. 30. ſ. 14 in me. ror illud ſed quod habitat in me, peccatū
ſ. fomes: ſcio. n. q̄a non habitat in me, hoc
eſt in carne mea, bonum. Ecce Paulus ꝓ-
teſtať, q ipſe non ſe, ſed fomes, ex peccato
originali innatus, moueat ipſum ad malā
concupiſcentiā. Ideo exiſtimat Paulus ſi-
bi non eſſe imputādum primum motum
concupiſcentię: quæ in carne mouetˀ abſq;

conſenſu ſui ſpūs: q̄uis idē ſpiritus huiuſ-
modi motū patiatur. Quapropter Paulus
primos motus paſſiones peccati, nō actio-
nes uocat, dicens: Cū eſſemus in carne, paſ
ſiones peccatorꝝ, quę ꝑ legē erāt, operabā-
tur in membris nr̄is ut fructificarent mor-
ti: nunc autem ſoluti ſumus a lege mortis.
Quod uero ſcriptum eſt, caro concupiſcit Gala. 5.
aduerſus ſpm̄: non eſt intelligendū, quēli-
bet hominē eſſe ſeruū peccati: ſed ne ſer- Roma. 6.
uiat concupiſcibili carni: iuxta Pauli do- poſt prin.
ctrinā, deſtruatur corpus peccati, ut ultra
nō ſeruiamus peccato. i. fomiti. Paulus de
ſuper gratias egit q romani liberati a pec
cato, facti ſint ſerui iuſtitiæ. Ecce Paulus Roma. 6 ante fi.
romanos poſt pœnitentiā iuſtos reputa-
uit, q̄uis in eis manſerit fomes: qui ſi pec-
catū ꝓprie eſſet, eos nō iuſtos appellaſſet.
Concluditur ergo fomitem in ſe non eſſe
peccatū ſed cauſam peccati: quēadmodū
enſis, quo homicidium cōmittitur, nō eſt
peccatum, ſed homicidij inſtrumentum.
¶ Ceterum concupiſcentiam carnis ſequi 6.
prohibitum eſt, ſed eam omnino uitari im
poſſibile: neq; deus quicq; impoſſibile pce
pit: ſcriptura dicente: mandata eius grauia 1. Iohan. 5
non ſunt. Quibus nil grauius, ſi eſſent im- in prin.
poſſibilia. Quare concupiſcentia non eſt
inhibita, dum ea carere nequaq; ualeamꝰ.
Et inquit Auguſtinus: Deus nihil impoſ Auguſti. in
ſibile præcipit q̄a iuſtus eſt, neq; damnat ſer. 61. de
quemq; de eo quod euitare nequit, quia tempore
pius eſt. Sed concupiſcentiam mente
non ſequi eſt præceptum & libero arbi-
trio poſſibile. Quod itaq; quis pro dele-
ctatione concupiſcentiæ ſponte cogitat, lo
quitur aut facit: hoc peccatum eſt: ma-
lum autē, quod quis contra uoluntatē pa-
titur, ei in peccatum nō reputatur. Fomes
igitur carnis ſine conſenſu mentis non eſt
peccatum: ſed incitatio & circumſtantia
peccati. Qui reſiſtit carni, bene non male
operatur: tametſi fomes adhuc in eo habi
tet. Vnde apoſtolus ait: Nihil ergo nunc Roma. 8.
damnatiōis eſt his qui ſunt in Chriſto Ihe in prin.
ſu, qui non ſecundum carnem ambulant.
Si nihil damnationis, igitur nec culpæ nec
peccati quicq; in eis erit: cum nemo ni-
ſi culpabilis damnetur. In pleriſque

Exo.19. in me. cũ ſimilib. deniq; ſcripturæ locis inhibetur peccatum ſub pœna mortis: ideo fomes non eſt peccatum; quia nequit prohiberi neq; a carne tolli, niſi per mortem.

7. ¶ Notandum ꝙ fomes poſt ſe relinquit mortalitatem: qua homo temporaliter mori cogitur: non propter peccatum, quod exigit mortem æternam: ſed propter fomitem ceu ſemen peccati: alioquin infantes baptiſati & omnibus criminibus exuti non morerentur. Cum autem fomes ad peccandum ſtimulet, paulatim eſt medendus & ſupprimendus aſſiduo exercitio & arduis operibus. Propterea boni Chriſtiani uita nuncupatur phaſæ, i. tranſitus Exo.12 poſt prin. domini: ut eat de uirtute in uirtutem & Pſal.83 interior homo renouetur de die in diem. 2.Cor.4. in fi. Qui igitur in ſupprimendo fomitem diligentiam facit & in carnis concupiſcentia diſplicentiam habet: is diuino iuuamine nõ peccat neq; uenialiter neq; mortaliter. Cui autem fomitis pruritus minus diſplicet, is peccat uenialiter. Et eſt quaſi impoſſibile, concupiſcentia non affici & in ea ue prouer.20 poſt prin. nialiter non peccare. Nemo quippe dicere poteſt: mundum eſt cor meum: purus ſum a peccato. Si dixerimus, quoniã peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus 1.Iohan.1 in fi.; Eccle.7. ante fi. & ueritas in nobis non eſt. Non eſt enim homo iuſtus in terra qui faciat bonum & non peccet. Hinc Dauid ad dominum: Pſal.142. in prin. Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens.

8. ¶ Quando autem fomes, qui eſt inimicus noſter & concupiſcentiæ incenſor, ex neglectu alicuius in domum mentis ſuæ irruerit & eius euam, utpote memoriã aut intelligentiam, ad uoluptatem mouerit: peccatum manet adhuc ueniale: donec ſpiritus libera uoluntate illum domeſticum inimicum fomitem admiſerit & cum eo Matth.10 ante fi. contra euangelium pacem inierit, ſcz conſentiendo in concupiſcentiam: tunc peccatum fit mortale: quod alioquin ſine cooperatione liberi arbitrij non committeretur. Recepto in domum mentis inimico dei nempe peccato, ſtatim a mente fugit optimus amicus, nempe deus: qui eſt uita ſpiritus. Itaq; idem ſpiritus per malam radicem fomitis in peccatum mortale cadit: Matth.7. in me. mala enim arbor malos fructus facit. Ediuerſo quemadmodum concupiſcentia in peruerſis cauſat mala opera, ita gratia diuina in conuerſis parit bona opera, in charitate radicata. Iuſti nãq; ſua opera in mala concupiſcentia pullulare non ſinunt: in ipſis fortior eſt dei gratia cũ ſuis uiribus, ꝙ fomes cum ſuis incitamentis: ut patet hac ſententia: Multo magis gratia dei & Roma.5 poſt me. donum in gratia Chriſti in plures abundauit ꝙ præuaricatio Adæ. Iacobus inſuper ait: unuſquiſq; tentatur a concupiſcẽ Iaco.1. tia ſua, abſtractus & illectus: deinde concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum. ſ. ueniale, præparans mortale: peccatum uero cum conſumatum fuerit, ſ. conſenſu, generat mortem id eſt mortale peccatum.

¶ Interea dum concupiſcentia in memoria & intellectu uerſatur, parit peccatum ueniale: donec uoluntas in eam conſenſerit: tunc propter inuerſum arbitrium, erit mortale, etiam opere non ſecuto. Huiuſmodi concupiſcentiam in cogitatu & cõſenſu uerſatam fatetur Paulus eſſe culpabilem, dicens: Peccatum non cognoui niſi per legem: nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, non concupiſces Roma.7. poſt prin. .ſ. uxorem aut rem proximi. Paulus inſuper nos admonet: ne peccatum regnet in Roma.6 in me. noſtro mortali corpore ut obediamus cõcupiſcentijs eius. Ecce Paulus non prohibet fomitem neq; cõcupiſcentiam carnis: ſine qua nemo eſſe poteſt: ſed ne mẽs ſeu uoluntas ei obediat. Vnde clareſcit, conſenſum concupiſcibilem proprie eſſe peccatum, non naturalem fomitem, poſt peccatum originale, tanq; plagam, relictum. Quocirca extremis duobus præceptis: Exo 20. Deute.5. Non concupiſces domũ proximi tui nec deſiderabis uxorem eius: prohibetur non fomes ſed cupiditas ſeu conſenſus liberę uoluntatis: quæ ſeipſam captiuat in concupiſcentia, carni uſq; adeo inhærente ut eidem carni nec adimi poſſit nec inhiberi. 9.

¶ Porro fomes & concupiſcentia carnis, 10. ab Ada & corrupta natura profluens, corporaliter propagat ueterem exteriorem hominẽ:

hominem;econtra gratia Chriſti in baptiſ
mo ſpiritualiter recreat nouum interiorē
hominem:qui ſuum cor ſurſum ad deum,
non deorium ad carnē protendere debet.
Hæc eſt noua creatura,quando quis uete
rem hominem & priorem inclinationem
exuit & nouam uitam induit: iuxta Pau-
2.Corint. 5 in fi. li dictū : Si qua in Chriſto noua creatura,
uetera tranſierunt; ecce facta ſunt oīa no-
Ephe.3. ante fi. ua,Item deus det uobis uirtutē corrobora
ri per ſpiritū eius i interiori homine Chri-
ſtum habitare per fidē in cordibus ueſtris
in charitate radicati. Itē deponite ueterē
Ephe.4 ante fi. hominē qui corrumpit̄ ſecundū deſideria
§.60.§.3. ante fi. erroris; renouamini aūt ſpū mentis ueſtrę,
& induite nouum hominē qui ſecundum
deū creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate ue-
Collo.3. poſt prin. ritatis,Itē expoliantes uos ueterē hominē
cum actionibus ſuis & induentes nouum,
eum qui renouatur in agnitione dei ſecun
dum imaginem eius qui creauit eum.
11. ¶ Fomes eſt carnis cōcupiſcentia & incli-
natio ad ſuipſius dilectionem; quæ nō co
modius uincit̄,ꝙ̄ dilectione dei,tuā igitur
cōcupiſcentiā ſurſum uerſus ſpm̄ dirigas;
quo ardentius deum diligas & malā con-
cupiſcentiā in bonam cōmutes. Nam ex
concupiſcentia ad ſpiritum reflexa cre-
ſcit uirtus ordinate charitatis; ſi autem ad
carnem tanꝙ̄ ſuam parentem inclinatur,
creſcit uitium proprij amoris, Ideo docet
1. Cor. 10. in prin. Paulus ut non ſimus concupiſcentes malo
rum: ſicut & illi concupierunt, Hic non ꝓ
hibetur fomes(quē nemo abijcere poteſt)
ſed mens peruerſa carni adhærens. Nam
fomes & cōcupiſcentia, ex carne pullulās,
non eſt in nr̄a poteſtate,tanꝙ̄ primus mo-
tus; ſed eundē motum ſurſum ad ſpm̄ aut
deorſum ad carnē,i,ad uirtutē uł ad uitiū
dirigere,ſtat in poteſtate liberi arbitrij.
12. ¶ Supra §.i,dixi in originali eſſe duo,nē-
pe fomitem & reatum. Fomes quidē eſt
in carne(quę non peccat)reatus aūt eſt in
aīa(cui peccatū imputat̄) Fomes dūtaxat
Deut.21. i poſt prin. morte extinguitur:reatus uero per baptiſ
mum remittitur : uti dicitur: Auferetur
Exo.32 in fi. ab eis reatus ſanguinis. Sed percuſſit dn̄s
populū pro reatu uituli. Hoc eſt : peccato
prætereunte,reatus in hoīe remanet excu
tiend9,ſicut febris aut uulnus in corpore:
uel ſicut auaritia in mente. Nam qui a pec
cato abſolutus eſt,ſecurus quidē redditur
ab æterna pœna : ſed in eius aīa remanet
reatus,i. uinculū & obligatio ad pœnam
temporaneā, pro qualitate peccatoꝝ re-
miſſoꝝ ſuſtinendā. Neq; uulnerato ſuffi-
cit ad ſalutē ut tantūmodo ſpicula de eius
corpore euellatur; ſed etiā ut uulneri reme
diū adhibeatur, Verū oēs peccatores pœ-
nitentes ſunt pares quantū ad noxę dimiſ
ſionē: At impares ſunt quoad reatus dele
tionē, Diuina etenim lex (quæ quodāmo
do in angelorum mentibus cōſcripta eſt) §.13.§.7 in fi. c
exigit nullā iniquitatem linqui impunitā, §.52.§.3 in prin.
ſed aliquali ſatiſfactione eſſe diluendum,
Ideo quotidie oramus: Dimitte nobis de
bita nr̄a. Neq; prius in cœlū aditus nobis §.42.§.1.
patebit, ꝙ̄ huiuſmodi debita quoquomō
fuerint integre perſoluta.

CAPITVLVM TRIGESI
mum ſextū. De peccatis in comuni.

PSeudo interpretes docēt hoc uo
cabulū(peccatū) uno dumtaxat
modo recipiendum, nō pluri ſig-
nificatione exponendum eſſe, Quo impe-
ritis perſuadeant, omnia etiam iuſtorum
opa eſſe ęqualiter mala & inculpāda utq;
nemo bona opa ꝓmoueat malaq; fugiat.
Pro cuius ergo intellectu ſcias,in ſcriptu-
ra uerbum peccatum dupliciter ſumi,ſcz
proprie & improprie. Proprie peccatum
eſt originale,ueniale, mortale. Improprie
uocatur quādoq; peccatū aliquid,quod in
ſe non peccatū ſed ex peccato eſt:aut pec-
catū illicit aut delet. Propriū peccatū , ex
peſſimo nihilo manās & rurſus ad nihilū
declinans , reſiſtit deo eſſentialiter bono.
Quocirca peccatū habet̄ pro inimico dei,
corrūpens hominē & eius bonū ſtatū: et ſe
quens imenſum nihil: quod imenſe cōtra-
riū eſt diuinę imēſitati eſſentiali, Poſt Adę
lapſum peccatū obtinuit hominē:q unacū
ſpū & carne a peccato captus eſt , donec
ſpūs in baptiſmo redimit̄:carne nihilomin9
fomitis captiua ꝑmanēte:iuxta illud Pauli Roma. 7. poſt prin.
ego aūt carnalis ſum uenūdatus ſub pecca
to,hominis itaq; inimicus fomes eſt;quem

aſſiduo conflictu uincere debet, Fomes
præterea eſt dei nuncius, non inimicus,
quemadmodum peccatum mortale, ſimi-
le nihilo: quod hominis mortem operatur
& diuinæ paci contrariatur: ideo deo &
homini inimicum.

2. ¶ Peccata ſunt deo multipliciter aduerſa
& hoſtilia. Imprimis cõcupiſcentia carnis
extrinſecum bellum gerit contra interio-
rem ſpiritum tanq̃ dei habitaculum. Eadẽ
concupiſcentia in ſe quidem eſt mala, ſed
homini nondum imputanda. Deinde pec
catum originale pendet in ſpiritu tanq̃ in
domo diuinæ manſionis. Inſuper ſpiritus
in domum intromittit huiuſmodi dei ini-
micum: quod eſt peccatum ueniale. Cum
quo tandem ſpiritus concordiam init &
amicitiam contrahit: quo peccatum capi-
tale perficitur. Siquidem humanus ſpiri-
tus ab huiuſmodi domeſtico inimico redi-
mi uelit, indiget adiutore fortiori, nempe
Chriſto: qui ait: Si fortior eo ſuperueniẽs
Luce 11. ante me. uicerit eum, uniuerſa arma eius auferet.
ſ.38.§.4 in me. Peccatum itaq; paſſione Chriſti uictum
eſt & indies per Chriſtum expellitur.
Hinc Chriſtus nũcupatur peccatum eo q̃
peccatũ interemit. Apparent itaq; quinq;
peccati ſignificata, duo impropria & tria
propria.

3. ¶ Primo improprie peccatum eſt domi-
nus Iheſus, qui tulit noſtra peccata & pro
eis pœnitentia ſua diuinæ iuſtitiæ ſatiſfe-
cit & quottidie per ſacramẽta uirtute ſuę
paſſionis nobis peccata relaxat tollitq; &
perimit. dñs præterea iudicabit & uin-
dicabit omnes peccatores. Hoc mõ Pau-
2.Corint.5 in fi. lus Chriſtum appellauit improprie pecca
tum, dicens: obſecramus pro Chriſto, re-
conciliamini deo, eum qui non nouerat
peccatum, pro nobis peccatum fecit ut
nos efficeremur iuſtitia dei in ipſo. Petrus
1.Petri.2. in fi. deniq; inquit: Peccata noſtra ipſe pertulit
in corpore ſuo. Hoc eſt: Ipſe luit pœnam
pro noſtris peccatis debitam. Quemadmo
dum in ueteri teſtamento, quod oblatum
erat pro peccato, nuncupatum eſt pecca-
Oſee.4. in me. tum: ut in Ozea: peccata populi mei co-
medent. Ibi per peccata denotantur dona
pro populi peccatis oblata. Ita peccatum
nominatur Chriſtus: qui peccatum non
fecit, ſed ſeipſum pro peccatis noſtris diui-
næ iuſtitię obtulit ut nos iuſtificet. Alterũ
improprie peccatum eſt fomes: qui habe
tur quaſi peccatum, eo q̃ ex Adæ pecca-
to traducitur cauſaq; originale peccatum
& ad peccata actualia irritat. Ergo ſicut
ſermo, per linguam expreſſus, lingua aut
ſcriptura manu exarata, manus uocatur,
ſic fomes a carnis concupiſcentia impro-
prie peccatum nominatur, eo q̃ originale
& actuale peccatum fit per fomitem. de
quo ſupra. c. xxxv. §. iiij. & v.

¶ Secundo membro principali cenſetur 4.
proprie peccatum: eſſe originale, ueniale,
mortale aut induratũ. Primitus originale
eſt proprie peccatũ: quo ſpiritus hominis
reflectitur ad carnem, non ad deum: cui
non præſtat debitum nec honoris nec ob-
ſequij. Eſt ergo originale peccatum omiſ
ſio debiti, non commiſſio facinoris. Quip
pe illo debito omnes homines, ex Adæ
natura procreati, conſtringuntur, donec
per baptiſmum conſequantur meritum
paſſionis Chriſti: qui originale malum re
mouit, ac omne debitum, pro defectu ho-
minum, diuinæ iuſtitiæ perſoluit. Ex quo
enim ſpiritus humanus a ſua carne origi-
nale malum ignorans contrahit: ab eo igi
tur inſcio idem originale in baptiſmo tolli-
tur: in carne uero fomes remanet: baptiſa
to tamen ſolum ꝓ plaga, non in peccatũ,
reputatur. De hoc originali dictum eſt ſu
pra c. xxxiiij.

¶ Deinde ueniale proprie peccatum de- 5.
lectabili ſenſu aut cogitatu committitur.
Quod quidem peccatum non difficulter
fuiſſet euitatum in paradyſo: ibi carne ſpi
ritum ſequente. Modo autem quottidia- De pe. diſ. 1. tres ſunt
na ſunt minuta peccata: quæ prope ne-
mo ſubterfugere poteſt: nam fraudulen-
ter ſerpunt a carne in ſpiritum: a concu-
piſcentia in appetitum. Quando huiuſmo
di motus principio ſupprimitur & uinci-
tur, tunc captat uirtutem: ſi autem in me
moria & intellectu ſenſim fouetur, abſq;
conſenſu tamen: erit peccatum ueniale:
quoniam appetitus carnis brutis, non ho-
minibus conuenit. Spiritus igitur hominis
brutali

brutali appetitu ad carnem ſe mouēs, de-
teriatur, aggrauatur & obcæcatur. Quē
quidem motum difficillime effugit homi
nis ſpiritus: cuius arbitrium non tantam
poteſtatem habet ad malum fugiendum,
quantam ad perpetrandum. Ideo appeti
tus, imaginatione & intellectu admiſſus,
generat peccatum ueniale: quod leuiter
fit & facile dimittitur, quaſi uenia dignū.
Qui autem in actum cupitum uoluntate
conſentit, is criminaliter peccat. Vnde in
peccato ſunt conſideranda duo: unū eſt
proprius amor, penes dilectionem dei ex
iſtens: alterum contemptus dei. Primo ſi
homo ſeipſum uel aliam creaturā inordi
nate amat, dei ſui creatoris & redēptoris
ac diuinorū pceptorū immemor, nō tñ te
merarius cōtemptor: is inclinatus ad ma
lum & indiſpoſitus ad bonum, peccat ue
nialiter, non mortaliter: niſi ſe ſponte uel
diutius fantaſtica uoluptate delectaret:
inde oriretur peccatum accidiæ. Qui ita
ꝗ primæ inclinationi tempeſtiue reſiſtit
et in carnis concupiſcentia diſplicentiam
habet, ac ea ſuppreſſa bonam ſpiritualem
concupiſcentiam excitat & malam car
nalem expellit: illi ueniale peccatum re-
mittitur: ut tamen habitam uoluptatē au-
ſteritate condigna luat.

6. ¶ Minuta delicta ſunt multifaria: quoties
Diſ.25.unū in fi. aliquis in cibo & potu aut ſomno plus ꝙ
neceſſe eſt, delectationem quærit: plus lo
quitur ꝙ oportet: plus tacet ꝙ expedit:
importunus erga pauperes: tardus erga
incarceratos & infirmos: rancoroſus con
tra aduerſarios: qui diſcordes concorda-
re negligit: qui abſq; prolis conſideratio-
ne coniugem cognouerit: qui ſubditum
nimis exaſperat: qui curioſe auſcultat aut
legit aut recitat inutilia noua & otioſas fa
bulas: qui adulatorie blanditur: & qui ſi-
miles inanes & leues caſus committunt:
illi omnes frequenter in minuta peccata
De pe.diſ.1 quē penitet. poſt prin. incidunt. Conſimiliter peccata, quæ per
operationem erant criminalia, fiunt per
confeſſionem uenialia: nam per pœniten
tiam peccata, quo ad culpam & mortem
æternam, ſunt remiſſa & ulterius dimit-
tenda quoad pœnam temporalem, con-
templationibus & bonis operibus diluen
da. Porro peccatum ueniale dicitur, quia
facile ueniam conſequitur: ſed nihilomi-
nus dilui & homini diſplicere debet: quo
niam deo diſplicet quaſi exceſſiuum diui
næ ordinationis & incongruum originali
naturæ humanæ. Attamen minuta pec-
cata abſq; capitalibus nō dimittunt: quē-
admodum unum capitale ſine alio nō tol
litur, ſed capitalia delicta quandoq; rela-
xantur, minutis peccatis remanentibus.

¶ Cæterum Deo omne peccatum 7.
diſplicet, ſed non perſona uenialis pecca-
toris: qui nōdum totus a deo auerſus eſt,
quemadmodum capitalis peccator: qui
peruerſus ſeipſum ultra deum amat &
per conſequens necat. Minutus autē pec
cator aliquātula erga deū dilectione ad-
huc ſcatet, quippe ignita charitas per mi-
nuta peccata lędit: quo gratia diuina in
homine diminuit, ſed non penitus extir-
pat, quin fauilla gratiæ maneat poſt pec-
cata minuta: ſine quibus nullus mortaliū
eſſe poteſt. Hmōdi tamen delicta homi-
nem iniuſtum non reddunt neq; diuina
gratia deſtituunt: teſte Euangelio: quod
Zachariā & eius coniugem iuſtos corā Luce 1
deo & ſine querela fuiſſe narrat: quos ta
men ceu homines pręſumit peccata mi-
nuta commiſiſſe & nihilominus in iuſti-
tia perſtitiſſe. Nam uenialia hominē qui
dem inquinant, uulnerant, debilitant, ſed
non mortificant nec exuunt eum uita ſpi
rituali: quam per pœnitentiam homo re-
parare & a ſua infirmitate reconualeſcere
ſuaſq; maculas abſtergere poterit. Quod
mortali peccatori non contingit, ut de ſe
a morte ſpirituali reſurgat. Sicut uinum
in acetum uerſum, omnes uini uires amit
tit: uinum uero acidum aut pendulū aut
turbidum, aliqua uini uirtute ſeruata, po
teſt de ſeipſo reſtaurari: ſic & minutꝰ pec
cator penes ſe retinet aliqualem dilectio-
nem & gratiam dei: qua mediāte, integrā
gratiam a deo impetrare poterit. Imo de-
uotio hominis tam incenſa eſſe poſſet, ut
omnia ſua minuta peccata, etiā obliuioni
tradita, unacum reatu integre deleantur.
Quippe diuinæ charitatis cultor odit ge-

quid cum a deo ſeducit. Diſplicent igĩ
peccata minuta ad ſeductionem accomo
da: ꝗuis ea homo neq; euitare neq; firmũ
propoſitum huiuſmodi leuia peccata de
cætero omittendi habere poteſt: quoniã
ſunt ineuitabilia & non in arbitrio aut po
teſtate hominis, ut peccata capitalia. Ad
impetrandum itaq; ueniam ſuper uenia-
lia, ſufficit diſplicentia humanæ infirmita
tis, uiolenter deducentis hominem in pec
cata minuta.

8. ¶ Minuta peccata remittuntur trifarie:
Primo per ea quæ gratiam conferunt, ut
omnia eccleſiæ ſacramenta. Secundo per
illa, quibus impedimenta deuotionis &
gratiæ tolluntur: ueluti aqua benedicta,
Epiſcopalis benedictio & ſimilia: quorũ
uſum, eccleſia inſtituit ad promouẽdum
bona & reprimendum mala. Specialiter
extrema unctio porrigitur ad delendum
uenialia. Tertio per exercitia humilitatis
ut eſt tunſio pectoris, ieiunium, depreca-
tio, eleemoſyna & ſimilia opera charitatis
incentiua.

9. ¶ Sequitur de peccatis capitalibus: quan
do quis temerarie diuertitur a deo & ab
eius iuſtitia ad ſeipſum uel aliam creatu-
ram, abutendo propria uoluntate cõtra
dei uoluntatem: tunc proprie committĩ
peccatum mortale, hoc diſcrimine. Quan
totius quis in carne concupiſcentiam uo
luptatis ſibi beneplacitam ſentit: ilico in
ſenſu & cogitatu incipit peccatum minu
tum: quod durat, donec uoluptas per in-
tellectum innoteſcit libero uoluntatis ar
bitrio. Q; ſi in uoluptatis opus non cõſen
tit, peccatum manet ueniale: niſi in mala
cogitatione ſe diutius oblectet: tum deli-
ctum deſidiæ incurrit. Ex eo colligitur,
peccatum capitale, ex carnis concupiſcẽ-
tia progreſſum, principio eſſe minutum,
uſq; dum uoluntas conſenſerit: tunc matu
reſcit in peccatum mortale. Hoc fit per
præcepti omiſſionem aut interdicti tranſ
greſſionem. Primitus peruerſi angeli præ
ceptum ipſis iniunctum omiſerunt, non
deum ſed ſeipſos ſuper omnia diligendo.
Deinde homines in paradiſo interdictũ
Dei tranſgreſſi ſunt, guſtando fructum
uetitum. Angelus prius omiſit præceptũ
implere: poſtea homo interdictum fregit
Caſus itaq; hominis incitatꝰ eſt a caſu dia
boli: qui propria malitia ſpiritum Adæ ue
nenauit: Adam tamen non coactus de-
glutiuit illud uenenum: quo poſtea into-
xicauit totam humanam carnem: in qua
quilibet homo huiuſmodi uenenum ne-
ceſſario contrahit. Sic unum malum pro
ducit aliud. Prima fronte ſpiritus Adæ
malum ſponte a diabolo accepit: quo car
nem ſuam infecit. In idem malum, nem-
pe fomitem, coacte cadit quælibet caro
ab Adam propagata. Conſimiliter cuiuſ
libet hominis caro ſuum uenenum & cæ
tera mala ſuo communicat ſpiritui. Hinc
homo contrahit peccatum originale ca-
ditq; in peccata actualia. Humanus tan-
dem ſpiritꝰ de nouo inficit ſuam carnem
peccatis tum capitalibus tum minutis.
¶ Peccatorum actualium unum eſt inici 10.
um: duplex radix: triplex fomentum: ſe- Eccl.10.
ptiforme caput. Initiũ omnis peccati eſt ante f.
ſuperbia: qua peccator ſeipſum, non de-
um, ſuper omnia colit. Duæ radices ſunt
peruerſa dilectio & formido iniqua: uelu
ti fornicarius inordinate amat concubi-
nam & Zelotes timide ſuſpicatur de Lec
catrice. Auarus amat bona temporalia et
formidat perdere eadem. Concupiſcen- 1. Johan.2
tia carnis, concupiſcentia oculorum & ſu in me.
perbia uitæ eſt triplex fomentum totius
mali quod in mundo eſt. Capita ſunt ſe-
ptem peccata mortalia, ſponte pullulan-
tia ex dictis duabus radicibus, ex una cre
ſcunt tres inordinati amores: Primus eſt
intrinſecus, quando homo cupit & quæ-
rit non cupienda nec quærenda, utpote
ſe ſuperbe extollens, proximum deſpici
ens & dei mandata contemnens. Alter in
ordinatus amor eſt extrinſecus: quo aua-
rus, plus ꝗ decet, cupit. Tertius inordina-
tus amor declinat deorſum dupliciter.
Qui immoderate nititur ſuam carnẽ nu-
trire delicatis epulis & potu aut indebito
tempore nempe ieiunij: is committit gu-
lam. Qui autem cupit ſuam prolem in-
ordinate producere: is luxurioſus eſt. At
tñ concupiſcentia coeundi, utpote nudꝰ 6.32.q.3 ante f.
fomes,

ſomes,non eſt peccatum,ſed plaga. Voluptas autem exinde prodiens in memoriam & intellectum parit peccatum minutum. Si uero conſenſus opus adimplẽdi acceſſerit, peccatũ erit capitale, iuxta illud: (Math. 5 in me.) Qui uiderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Ideo beatus Petrus (1. Pet. 2. poſt prin.) nos obſecrat ut abſtineamus a carnalibus deſiderijs,quæ militant aduerſus animam. Ex altera radice,nempe formidine, inſurgunt tria,ſcilicet,inuidia,ira & accidia: quibus hominis uires peruertuntur. Primo obfuſcatus intellectus inuidi, contriſtantis de proximi fortuna uel ſalute. Secundo ira mutat pœnam iuſticiæ in uindictam. Tertio accidioſus timet laborem ſubire & negligit debita expedire. Iamdictæ ſeptem tranſgreſſiones ſunt ſeptem peccata mortalia, libero conſummata arbitrio. Quod nobis deus dedit ut illud libere dirigamus in ipſum deum & in omne quod ad deum ſpectat. Quo facto, nil mali ex humano arbitrio defluit. Qui autem ſuũ arbitrium ab omnipotente uertit & dirigit ad nihilum ex quo eſt: ille capitaliter peccat & peribit imperpetuum.

11. ¶ Tranſgreſſio diuini præcepti uocatur peccatum mortale eo q̃ ligat & ducit hominem in mortem ſpiritualem & in prauam conſuetudinem,teſte ſcriptura: (Pro. 18 in prin.) Impius cum in profundum uenerit peccatorum,contemnit,ſed ſequitur eum ignominia & opprobrium. Et ait Gregorius: Vnum mortale, pœnitentia non ſublatũ, ſuo pondere facile trahit in aliud peccatum. (Roma. 6 ante f.) Immo peccatum ſeruit iniquitati ad iniquitatem: ueluti ſuperbia generat inuidiam: arrogans enim proximo fortunato inuidet: aduerſus eundem fortunatũ inuidus leuiter incitatur ad diſcordiam & iracundiam, ſi ſe aliter cõtra proximum uindicare nequit. Tunc etiam male triſtatur cum tędio, cogitans alia uia complere ſuam ſuperbiam. Quæ indiget multis opibus: quas ſuperbus auide quærit. Opibus acquiſitis incumbit gulæ. Sicut poſt auariciam ſequitur opulẽtia: ſic poſt opulentiam ſequitur gula: & poſt gulã luxuria: nam repletus uenter in carnis cõcupiſcentia ebullit. Præmiſſo modo ſeptem peccata capitalia generantur unum (ſ.25.ſ.9) ex alio, exorta a ſeptem hominis affectibus: de quibus ſupra. Præterea unumq̃dq̃ facinus generat ſuum ſimile in homine: qui eo procliuior fit ad crebrius perpetrãdum mala, tandem in cõſuetudinem peccandi ſeductus & conſcientia euacuatus.

12. ¶ Omne peccatum fit directe contra deum patrem aut filium aut ſpiritumſanctum. A patre omnia emanant præcepta: qui contrafacit, in patrem peccat. Pariter in patrem eſt peccatum eorum qui Chriſti perſonam offenderunt: ideo dominus patrem pro ſuis crucifixoribus rogauit, dicens: pater dimitte illis. (Luce 23) Secundo Chriſtus ſua paſſione cœleſti patri ſatisfecit, p̃ omnibus & ſingulis peccatoribus eiſque gratiam & remiſſionem impetrauit. qui huiuſmodi gratiam ignorans negligit aut leuitate ſua præuaricatur: is dicit uerbum (Mat. 12 in me. ſ.70.ſ.7 ante f.) contra filium, i. in filium peccat & remittetur ei per gratiam ſpiritusſancti: qui pietatis fons eſt & ſua benigna influẽtia peccatores admonet & iuuat ad pœnitentiam. Qui autem ſua malitia & peruerſo arbitrio ſe reddit incapacem huiuſmodi diuinæ influentiæ & admonitionis: is peccat in ſpiritum ſanctum. Pagani itaq; peccãt in deum patrem: Chriſtiani in filium: indurati in ſpiritumſanctum. Baptiſmate tolluntur peccata in patrẽ: cõtritiõe dimittitur in filium culpa: cuius debita pœna relaxatur hic per pœnitentiam: illic per purgatorium. Peccata autem in ſpiritum ſanctum, iuxta Euangelium, non remittuntur (Mat. 12 in me. Luce 12. poſt prin.) neq; in hoc ſæculo neq; in futuro. Deus neminem præter ſuam uoluntatẽ capillis cœlum trahit. Hominis eſt ſe præparare ut capax ſit diuinæ inſpirationis. Ab eo autem: qui in ſpiritum ſanctum peccat, utpote qui temerarie deum offendit & gratiam ſpiritusſancti oblatam repudiat neq; poſt diuinas admonitiones emendatur: gratia dei & amor ignitus retrahitur: quo peccator impœnitens erga deum refrigeſcit & in ſenſu reprobo induratur ac merito ęterna beatitudine pri

tiatur: quia reus eſt æternæ præuarica-
tionis. Nam qui deum relinquunt, a deo
iuſte derelinquuntur: neq; auxilium neq;
Roma.1. in fi. gratiam habituri: deus enim tradidit illos
in reprobum ſenſum, ut faciant ea quę nō
conueniunt. Hoc modo deus indurauit
cor Pharaonis.

Pro.7. in prin.

13. ¶ Indurationem peccatorum moderni
pſeudomagiſtri inculcant deo, quaſi ten
tator ſit in malum hominis. Ad ſuam pra-
uam opinionem torquentes hanc ſenten-
Pro.16. in prin. tiam: uniuerſa propter ſemetipſum ope-
ratus eſt dominus, impium quoq; ad diē
malum. Hinc ſumunt leues homines ſuę
malitiæ excuſationem, acſi ad peccādum
ſint coacti. Sed ex iamſcripta ſententia
non eſt intelligendum malos ad damna-
tionem eſſe creatos uel ut homo abuta-
tur dei creatura, ſed fruatur ad ſalutē pro
priam & ad proximi commodum: utpo-
te carnem & ſanguinem dirigat ad cul-
tum diuinum: uoluptatem & lætitiam ad
beatitudinem: bona temporalia ad com-
modum proximi. Si autem huiuſmodi
rebus impius abutitur ad concupiſcenti-
am carnis aut incommodum proximi: hu
ic cedit in malum: cuius ipſe cauſa eſt, nō
Iaco.1. deus: qui ſuam creaturam ad bonum, non
ad malum ordinauit: neq; tentator malo-
rum eſt, multominus author. Alioquin di
Roma.2. in prin. uitiæ bonitatis eius contemnerentur: &
Math 19. in me. tamen unus dumtaxat & ſumme bonus
1. Ioh.1. eſt deus: eſt deniq; lux in quo nullæ ſunt
tenebræ, ſcilicet peccatorum. Ideo horrē
dum eſt dici aut credi deum eſſe autho-
rem uel tentatorem mali: qui ſolus & im
menſe bonus eſt ac fons totius bonitatis:
cui nihil mali aſcribi neq; boni detrahi po
teſt. Ipſi homini omnia ſua mala ſunt im-
putanda: qui uoluntarie eligit inobedien
tiam pro obedientia. Quem autem diui-
na ſapientia præſcit in futurum iri indu-
ratum ac diuinæ gratiæ ſemper incapa-
cem fore: illi ſubtrahit gratiā ulterius non
fruſtra porrigendam, ex occultis dei iudi
ciis: quorum multa ſunt, ſed nullum iniu
ſtum. Tali ſubtractione gratiæ intelligi-
tur, quaſi deus peccatorem indurauerit,

Quæ quidem induratio non aliter fit, ac
ſiquis diceret, ſol indurat ceram eo q; ſu-
per eam non ſplendeat.

¶ Hæc Pauli uerba: Cuius uult miſere- 14
tur & quem uult indurat: intelligēda ſunt Roma.9. in me.
q; capacibus diuinæ gratiæ Deus ſuam
miſericordiam impartitur, non autem in
capacibus: qui eo indurantur, ueluti ſcri-
ptum eſt: Domini enim ſententia fuerat Joſue 11. in fi.
ut indurarētur corda eorum. Ideo in Pau
lo ulterius: Deus uolens oſtendere iram
& notam facere potentiam ſuam, ſuſti-
nuit in multa patientia uaſa iræ, apta in in-
teritum, ut oſtenderet diuitias gloriæ ſuę
in uaſa miſericordiæ, utpote in homini-
bus gratiæ capacibus. Hic Paulus ta-
xat hominem induratum eſſe a ſeipſo,
non a Deo: qui prohibet indurationē di-
cens: Circumcidite igitur præputium Deut.10
cordis ueſtri: & ceruicem ueſtram ne in- ante fi.
duretis amplius. Nam Iudæi noluerunt 4. Reg. 17 post prin.
audire dominum, ſed indurauerunt cer-
uicem ſuam iuxta ceruicem patrum ſuo-
rum: de quibus in Hieremia: Percuſſiſti Hiere.5 in prin.
eos & non doluerunt, attriuiſti eos & re-
nuerunt accipere diſciplinam, ſed indura
uerunt facies ſuas ſupra petram, & nolue
runt reuerti. Quod autem Deus, quem
uult, indurat: intelligendum eſt de nimia
clementia Dei. Quemadmodum pius pa
ter aut clemens dominus ſuum malum
filium aut ſeruum corrigere differt: quo
idem filius uel ſeruus latrocinatur, hoc ſo
let patri improperari acſi filium deturpaſ
ſet. Iſtud autem intelligendum eſt de ni-
mia patris indulgentia, non de eius uo-
luntate ſeu eruditione. Ita Deo pro ſua
diutina indulgentia & lenta correptio-
ne aſcribitur acſi peccatoris malitiæ &
indurationi cauſam præſtet. At nulla Roma.9.
apud Deum eſt iniquitas; dictante ſcri- Deut.32. in prin.
ptura: Deus fidelis & abſque ulla iniqui- Ia.40. Ps.11. in prin.
tate iuſtus & rectus. Conſimiliter illud
Eſaię præconium: Quare errare nos feci- Eſa. 63
ſti domine de uiis tuis, indurasti cor no- in fi.
ſtrum ne timeremus te: Exponit Ihe-
ronymus hoc medio; DEVS indurat
peccato-

peccatorem prorogando ſupplitium. Deus miſeretur peccatoris, per aduerſa eum inſtigando ad pœnitentiam, iuxta ſcripturam: Viſitabo in uirga iniquitates eorum (Psal.88 post me) & in uerberibus peccata eorum. Ergo cõcludi oportet, ꝙ deus non eſt malitiæ cauſa neq; tentator neq; autor: qui (iuxta ſapientis dictum) mortem, ideſt, peccatum (Sap.1. in fi.) non fecit: nec lætatur in perditione morientium, utpote ad mortem perpetuam damnandorum. Præterea peccatoris induratio & in peccatis captiuatio non eſt diuinæ diſpoſitionis, ſed permiſſionis ad ſupplitium inſignis malefactoris: (Math.24 in prin.) cuius captio hic initiatur, illic ꝑpetuo duratura.

CAPITVLVM TRIGESIMVM SEPTIMVM. De captiuitate humana.

AD intelligendam hominum captiuitatem ſciri prius oportet, qua libertate homines gaudere debeant: In ſcriptura reperitur trifaria libertas: una naturæ: altera gratiæ: tertia gloriæ. Deus homini in paradyſo naturalem conceſſit libertatem: a qua lapſo generi humano Chriſtus alteram attulit gratiæ & ſpiritus libertatem: poſt quam electi cõſequentur finalem cœleſtis gloriæ libertatem. Prima naturę libertas erat originali humanæ naturæ congrua: ut eadem prędıtus homo nemini eſſet ſubiectus: non (Roma.13) quidē ꝙ deo aut cuiuis ſuperioritati, a deo emananti, rebellet: ſed ꝙ hominis arbitriũ, tanꝙ dominus ſuarum uirium, bonum ſit atq; liberum, ad imaginem liberæ diuinæ uoluntatis, nemini ſubiectę neq; a quoꝙ dependentis ꝙ a ſeipſa. Cui homo inniti debet cum ſua libera uoluntate: quæ eidem conceſſa eſt potiſſimum ad honorem dei: deinde ad ſui proximiq; ſalutem, ac etiam ad concluſionem cæterarum creaturarum. Porro naturalis libertas in paradyſo fuit perfecta & illæſa, non ſolum uolendi, ſed etiam uoluntatem exequendi. In Adæ itaq; uoluntate fuit facultas præceptum diuinum ſeruandi uel renitendi aut id opere exequendi. Adhuc quilibet rationis capax naturaliter poteſt uelle & nolle: aliquid diligere uel odire: laborare uel ociari: bene aut male agere: iuxta illud Pauli: figulus habet poteſtatem luti (Roma.9. in me.) ex eadem maſſa facere aliud quidem uas in honorem, aliud uero in contumeliam. Ita habemus poteſtatem manducandi & (1.Corin.9. in prin.) bibendi aut ieiunandi. Sed dumtaxat uelle, non autem ſemper perficere. Huiuſce modi naturalem poteſtatem Adam colliſit atq; diminuit: ut nos uelle quidem poſſimus bonum aut malum: ſed bonum pro noſtra uoluntate exequi nequimus: nam (Roma.8 in me.) uanitati homo ſubiectus eſt non uolens: ideo concupiſcentiam carnis ſuſtinere & minuta peccata committere cogitur contra ſuam uoluntatem: fatente Paulo: ꝙ perficere bonum non inueniat, de quo infra (Roma.7 circa fi.) xxxix. §. xiiij.

2. ¶ Veruntamen deus neutiꝙ inſtigauit hominem ad ſui arbitrij peruerſionem: alioquin dediſſet licentiam tranſgrediendi ordinem debitum & libere peccandi aduerſus diuinam uoluntatem. Incredibile autem eſt, deum quicꝙ ordinaſſe quod liberam uoluntatem, homini conceſſam & ad imaginem diuinæ uoluntatis creatam, deturpet, coinquinet uel extinguat. Imo ſane pręſumendum eſt: deus pie porrigat homini gratiam: qua ſuum liberum (Di.32. §.2. in fine.) arbitrium bene conſeruet ac diuina præcepta libere perficiat. Quobrem deus inſtituit præceptum obedientiæ: quam homo uolũtarie deo exhibere debebat. Poſtꝙ autem a ſe iugum obedientiæ in paradyſo abiecit: deſtitutus eſt libertate naturali & captiuatus in ergaſtulo terreſtri. Vbi humanus ſpiritus triplici uinculo cathenatur, nempe in carne ſua: in peccato & in diabolo: donec adeptus fuerit baptiſmum: per quem idem ſpiritus a peccato & diabolica captura, ſed non a carne redimitur uirtute paſſionis CHRISTI: qui ſua diuina libertate & corporali morte in baptiſmo eaſdem ambas captiuitates a baptiſato tollit: iuxta dictum Pauli: qua libertate CHRISTVS nos liberauit. (Gala.4 in fi.)

Pſal.141. Et Dauid precatur ſuam animam deduci de huiuſmodi cuſtodia, ad libertatem ſcilicet alteram, quæ eſt diuinæ gratiæ: quam baptiſati obtinent quādiu pœnitentię hic incumbunt: quibus profecto ſupplicantibus, deus præſtat auxilium, quo eorum ſpiritus etiam a carne tandem liberentur: Paulo teſte: ubi ſpiritus domini, (2.Corin.3 in fi.) ibi libertas. Qui uero poſt baptiſmum actu peccat, is perdit ſpiritus libertatem & de nouo fit ſeruus peccati & diaboli. Caueat igitur Chriſtianus, ne iterum in ſeruitutem ſpiritualem cadat: ſed eccleſiæ libertus & ciuis cœleſtis ciuitatis permaneat. Hoc conſequitur, ſi ſuam uoluntatem non propriam ſed communem facit & diuinæ uoluntati accomodat. Quæ quidem diuina uoluntas eſt ſecura patria omnium electorum.

3. ¶ Qui itaq; propriam uoluntatē abnegat & diuinę uoluntati ſubdit ac ad deum ſe conuertens, diuinum ſibi porrectum auxilium non refutat: is eodem auxilio emācipabitur a ſeruitute diaboli & carnis, adepturus diuinam reconciliationem atque gratiam: quę in his terris loco paradyſi eſt uera noſtra patria: quemadmodum figuratum eſt: quando Iacob poſtulauit a (Gene.30. in me.) ſocero ſuo ut eum dimitteret reuerti in ſuam patriam. Quam quidem patriam uix tertius obtinet, uti ſcriptum eſt: ab uno (Eccle 16. in prin.) ſenſato inhabitabitur patria & a tribus impijs deſeretur. Vnde Paulus nos admonet: (Gala.5. in prin.) ne iterum iugo ſeruitutis contineamur. (Gala.5. in me.) Enimuero uocati ſumꝰ in pace et in libertatem ſcilicet Chriſtianam, tantum ne huiuſmodi libertatem in occaſionem demus carnis. Hoc eſt ne ulterius peccati aut diaboli mācipia ſimus neq; ſumamus occaſionem carnalis libertatis: ſed per charitatem ſpiritus inuicem ſeruiamus ac noſtris ſuperioribus obediamus. Quocirca ſubditi, qui ante biennium & triennium, aduerſus ſuperiores pręſertim eccleſiaſticos ſeditioſam libertatem ſibi uendicarunt: non fuerunt legitime liberi: ſed maligni ſerui a diabolo obſeſſi: contra omne ius liberta- (1.Corin.7.) tem prętendentes & ad altiorē ſtatum aſpirantes: quos deus uti ſeruos uocauit.

Huiuſmodi homines non ſunt aliter liberi ꝗ̄ ſidefragi uel hiſtriones: qui diſſoluti aduerſus ſuperiores licentia ſua male abutuntur, contra honeſtatem & deum: a (Roma.13.) quo eſt omnis ſuperioritas. Iniqua eſt igitur libertas, quam iam quidam rebelles doctores prędicant non eſſe parendum pręceptis ſuperiorum tanq̄ conſtitutionibus hominum: diſſoluunt homines ab obediẽntia debita & ligant eos cum diabolo. Eandem iniquam libertatem belle depinxit Petrus, dicens: Subiecti eſtote quaſi li- (1.Petri.2. ante fi.) beri & non quaſi uelamen habentes malitię libertatem: ſed ſicut ſerui dei: Subditi eſtote in omni timore dominis, non tantum bonis ſed etiam diſcolis. Nihilominus tamen libertas ſpiritus retinenda eſt, nempe ut liberum arbitrium non approprietᷣ, ſed libere ſubijciatᷣ diuino arbitrio, in eo perſeuerando uſq; ad finem: tunc ſequetur glorię libertas.

¶ Proprium arbitrium iure habet nemo 4. extra deum: cui nil mali ineſt: ergo eius arbitrium nihil mali uelle uel eligere poteſt: prout proprium hominis arbitrium nil boni eligere ualet. Si diuina uoluntas poſſet uelle aliquid iniuſtum aut inordinatum, non eſſet conformis diuinę iuſtitię neq; cæteris diuinis perfectionibus: in quibus quicq̄ uitioſum aut deordinatum eſ- (E.11.Sa. in prin.) ſe nequit. Econtra in creatura ex nihilo creata nullum aliud bonum exiſtit præter id quod deus ei infundit. Ideo propria hominis uoluntas mala eſt atq; nulla: quēadmodum cæteræ eius uires, utpote ueritas, ſapientia, iuſtitia: item uita & ualitudo ac id genus, uanæ & uacuæ ac nullæ ſunt, in quantum eas homo ex ſeipſo tanꝗ̄ ex nihilo haurit. Quando uero illas uirtutes homo uoluntarie acceptat ex donis ipſis porrectis & diuinitus infuſis, tum bonę cenſentur ac ualidę. Qui igitur uoluntatem ei conceſſam non ſibi ſed deo appropriat, is bene utitur ſua uoluntate: huiuſmodi uoluntas cenſetur libera & ex deo eſſe. Propria autem uoluntas non eſt iuſta neq; libera, ſed iniqua & capta in ſemetipſa.

¶ Quippe

5. ¶ Quippe humanum arbitrium ꝓ ſuo modulo eſt mutabile: qꝛ ex nihilo creatũ: ideo flexibile, tendẽs aut debita uia ſurſum ad ſuum creatorem, in quo liberum manet; aut uerſa uia deorſum ad nihilũ, e q̃ creatum eſt & in quo captiuať per carnem & diabolum. Mortales itaq;, deflexum arbitrium habentes, ſunt pariter mutabiles ac inconſtantes, donec in bono ſtabiliẽtur aut in malo indurentur. Hominis igitur uoluntas (ſicut cæterę uires) in hijs terris bona aut mala eſſe: iam hoc, poſtea aliud eligere uel refutare: iam bene, tunc male uelle poteſt. Electi cœlici ſponte & conſtãter uolunt bonum. Infernales, propria uoluntate indurati, nihil boni ſed ſemper malum cupiunt. Q̃obrem dñs docuit orare Matth.6. J.13.§.5 in fi. ad deum: fiat uoluntas tua: nempe creata, ſicut in cœlo & in terra; ut terreſtres homines ſuam uoluntatem, a deo ipſis cõceſſam, bene dirigant & cum diuina uoluntate conforment: non ſibi approprient, neq; captiuent ſeu annihilent. Nam nihil peius eſt q̃ dei uoluntatem poſtergare & propriam fouere: creaturæ ſubijcere & non offerre deo: qui eandem homini dedit ac liberam fecit ut homo ſponte, non coacte, deum ſuper omnia diligat.

6. ¶ Diuina uoluntas, libere dominans omnium rerꝫ, ad ſui imaginem fecit hoĩs uoluntatem: ut interiorem ſpiritum & exteriorem carnem libere regat ac dominet̃ inferiorum rerum corporalium, propter hominem creatarꝫ. Nam libere uoluntatis eſt ea regere quæ ſibi ſunt originali ordine ſubiecta: ut tamen cum uirtute & ratione regat: ne in ſe diuinæ uoluntatis imaginem contaminet. Cum autem humanę uoluntatis regimen magis ad carnem q̃ ad ſpiritus rationem deflectitur: quo bonum eſſe hominis in malum conuertitur: diuina imago deformatur: carnis concupiſcentia exuberat. Hinc manifeſte apparet ſpiritum unacum ſua uolũtate a carne eſſe captum. Auſterior captiuitas non reperitur q̃ propriæ & cupidæ uoluntatis; Eccl.14. post prin. cuius oculus inſatiabilis eſt, appetens res immenſas ac inueſtigabiles, ſeparata a dei charitate; qua ſola & nulla alia re, uoluntas & ſpiritus hominis adimpleri poteſt. Psal.16. in fi. Qui igitur liberum ſuę uoluntatis arbitriũ ad ſeipſum flectit & a deo uertit, ſpiritua li uinculo duplici captiuatur inſcius; ſemel in ſua iniquitate, quaſi in carcere proprio: nam propria uoluntas cathena eſt, Ezech.33. post prin. qua humanus ſpiritus ligatur uſq; adeo ut ad malum cogatur & in bono impediať. Imo propriæ uoluntati tam in proſpero q̃ aduerſo ſucceſſu frequenter malum obuiat. Siquidem id, quod indebite appetit, conſequitur, in malum pœnæ ruit; ſi non conſequitur: in malum triſtitię. Huiuſmodi ꝓpria incarceratio eſt intollerabile onus & ferreum iugũ, quod homo ſibimetipſi imponit: ut deus eũ in alterã cadere captiuitatẽ nempe diabolicã permittat, dicens: Iugũ ferreũ poſui ſup collũ cunctarꝫ gentiũ, ut ſeruiãt regi babylonis: uñ & Paulus Hiere.28. in fi. ꝓhibet nos iterꝫ iugo ſeruitutis contineri. Gala.5. in prin.

7. ¶ Præmiſſa ſecunda captiuitas eſt Luciferi mala uoluntas: qua primitus ſeipſum cepit: ex ea deinde cõmunẽ confecit carcerẽ omniũ peruerſorꝫ: quos Paulus auiſat ut 2.Thim.2 in fi. reſipiſcant a diaboli laqueis, a quo captiui tenentur ad ipſius uolũtatem. Hoc pacto homo captus eſt & utrobiq; conſtrictus, ſ. in ſeipſo ac in ſuis peccatis, ceu in captiuitate peculiari: pariter etiam in cõmuni captiuitate diaboli; qui hominem ita captum in ſuum traxit ditionẽ: dictante ſcriptura: Iniqui ſunt uinculis tenebrarꝫ compediti. Sap.7. in prin. Atqui diabolus arrogat ſuum dilatare regnum, dei autem regnum deprimere. Poſtq̃ igitur calluit, ſui loco homines eſſe deſtinatos ad cœleſte regnũ, e quo ipſe pulſus erat: omni conatu tentat hoĩes cœlo indignos reddere & a deo auertere: malitia uincire & in ſuũ carcerẽ deducere: ſicut ſcriptũ eſt: Ecce miſſurus eſt diabolus aliquos ex uobis in carcerem ut tentemini. Apoc.2. post prin.

8. ¶ Homo recuſans obedire deo, ſui iuris factus eſt atq; diſſolutus: quẽ tanq̃ uagũ, derelictum & acephalum capere diabolus ſe intromiſit: initio Euam, ꝑ Euã Adã, per utrunq; ſuos poſteros, nempe totum genus humanum cepit. Hinc nos unacũ noſtro arbitrio, ad malũ, non ad bonũ inclinato, in uinculis diaboli ſumus. Et ſapiẽs

Eccl 38. ante fi. aſſerit, beatum eſſe, qui in uinculis eius
non eſt ligatus : iugum enim illius iu-
gum ferreum & uinculum illius uincu-
lum æreum eſt. Propterea orare de-
Tho. 3. poſt me. bemus cum Sara, ut de uinculis imprope-
rij huius deus abſoluat nos. Vnuſquiſq; de
ſiderat liber & ſui iuris eſſe, non mancipa
ri a diabolo: Eius tamen ſeruus ceu capti-
ui captiuus fit, qui ſuam uoluntatem con-
format cum diabolo: cuius opera facit; ꝑ-
ut filia regis nubens ſeruo unacum ſua
prole fit ſerua: Etſi non ſpōte ſeruiat, ſer-
uus tamen ei placens, ipſam in ſeruitu-
tem & ignominiam redigit.

9. ¶ Pro faciliori intellectu humanæ captiui-
tatis agnoſce hoc accomodatum exem-
plum. Quidam rex apud ſuam uillam ho-
ſpitauit ruſticam rationis expertem: eam
cum ſua prole rationalem facturus ꝑ non
nullos diſertos ſeruos: quos ſucceſſiue ſin
gulos cum ſingulis filiabus dictæ ruſticæ
matrimonialiter copulare decreuit ad ſa-
ne informandum & bene diſciplinandū
filias eaſdem. Quo facto rex ordinauit, ut
tandē quilibet ſeruus cum ſua bene edu-
cata muliere in palacium regis ſuſcipiať,
ueluti filius adoptiuus in regali hæredita-
te ſucceſſurus. Si autem ſeruus ratione
abutens ſuam ſtultā coniugem bene eru-
dire neglexerit: rex ſtatuit, ut tunc ſeruus
mulctetur. Primus ſeruus, ignauiam ſuæ
prędeſtinatæ coniugis ſecutus, ſpreuit re-
gis edictum. Qua propter prioris uille ho-
ſpitio priuatur, capitis pœnam expectatu-
rus: interim cum ſua ruſtica rapitur in car
cerem: in quo ambo coniuges genuerūt
filias ignaras, impuras & ægrotas: quibus
perſonaliter cōiunguntur dicti ſerui unus
poſt alium, iuxta regiam ordinationem:
quam ob ſeruorum exorbitantiam diſſol-
ui uel mutari minime licuit. Hinc ſingu-
lus ſeruus, ſuæ imperitæ ſponſæ in tene-
broſo carcere coniunctus, in ignauiam &
ſpurcitiam cadit: a qua nec ſeipſum nec
ſuam ſpurcam ſponſam uel prolem exo-
luere poteſt abſq; auxilio & gratia regis.
Nouam deſuper rex inſtituit uiam: quā
quilibet ſeruus inquirere debet ut a mala
captiuitate perueniat ad optatam liberta-
tem, regiam adepturus hæreditatē: cuius
ius prius perdiderat.

¶ Conſimiliter in regno totius uniuerſi 10.
uilla eſt paradyſus: in qua deus cœleſtis g. 32. §. 8 in prin.
rex hoſpitauit carnem humanam rationis
expertem, ab æterno ordinauit ut eadem
caro in ſuis portiunculis erudiretur per
ſpūs rōnales tanq̄ ſeruos conductos: qui
ſinguli erant ſucceſſiue uniendi ſingulis
carnis portionibus: ut perſonales homines
fierent ignaraq; caro ad dei noticiam ue-
niret. Quod inchoatum eſt in perſonis
Adę & Euæ: quorum rationales ſpiritus,
ſi ſuam carnem bene inſtituiſſent, tanq̄ ad
optiui ad cœleſtem hæreditatem admiſſi
fuiſſent. Poſtq̄ aūt Adam regi cœleſti in
obediens apparuit: ſpiritu carnem ſuam
ſequēte & deum linquente: idem ſpiritus
Adæ paradyſo priuatus, unacum ſua car-
ne in carcerem harum tenebrarum miſ-
ſus eſt. Vbi imperita & ſpurca caro una
ex alia producitur: quia quod natum eſt Johan. 3. in prin.
ex carne, caro eſt. Nihilominus iuxta pri-
meuam dei ordinationem, ſinguli ſpiritus
hūani ſunt uniendi ſuis p̄deſtinatis portio-
nibus impure carnis ut homines in ani- Bene. 2. poſt prin.
mam uiuentem fiant: tametſi a carne inſi-
ciantur. Non enim decuit originalem dei
ordinationem propter peccatum tolli, ac
ſi peccatum ordinationem diuinam ſupe-
rauerit. Nam oportet ut ſpiritus, ceu for-
ma hominis, ſuam carnem ceu materiam
naturali ſocietate uiuificet ac ei ſenſum et
rationem impartiat. Q̄ꝫ cito ſpiritus huma
nus creatur & carni infunditur, immedia-
te reperit flagicioſam & inualidam carnē:
a qua maculam, ignauiam, infamiam con-
trahit, ab omnibus contemnendus mini-
me inſpecto ꝙ inſcius per carnem ſit at-
tractus atq; infectus.

¶ Ex eodem quidem malo nullus huma 11.
nus ſpiritus abſolui poteſt ſine nouo au-
xilio dei: qui dedit nobis uiam euadendi
præſens malum & conſequendi futuram
beatitudinem. Illam uiam, nempe redem-
ptorem noſtrū dominum Iheſum, homo
diligenter inueſtigare & uoluntarie pro-
ſequi debet, donec præſenti tenebroſo car
cere exuatur: inquit enim: Ego ſum uia, Johan. 14. in prin.

nemo uenit

nemo uenit ad patrem niſi per me. Verus
deniq; Chriſticola neceſſe habet & alios
homines præſertim imperitos ac debiles
ad huiuſmodi uiam adducere, maxime
ut baptiſentur, informentur & ex diaboli
captiuitate ad ſpiritualem libertatem per
ueniant. Qui hanc uiam apprehenderit,
neceſſe eſt ut ſtudeat ſeipſum agnoſcere
ac ſcire a quo creatus ſit atq; redemptus.
Et certior fiet, deum eſſe ſuum indubita-
tum ſuperiorem: cui merito obediat, cre-
dat & eum ſuper omnia diligat, necnon
odiat & caueat ea quæ deo ſunt aduerſa.
Spiritus inſuper humanus carnem impe
ritam non ſequatur ſed ſedulo exercitio
coerceat; eius impetum et uoluptatem ex
tinguat; primis motibus obuiat & inuete
ratam peccandi cõſuetudinem deponat.
Tandem nauiter curet deuenire ex uete-
ris Adæ captiuitate ad noui Adæ liberta
tem, conſecuturus finem cœleſtis hære-
ditatis; gratia cuius ipſe homo creatus &
redemptus eſt. Hæc cœleſtis hæreditas
eſt tertia & perfecta libertas gloriæ: in
qua nulla ſit coactio uel captiuitas: nulla
ſeruitus q; dei: cui uniuerſæ creaturæ po-
tiſſimum angeli & homines electi, non co
acti ſed ſponte & perpetim famulantur:
in bona uoluntate adeo fixi & confirma-
ti ut facile ad omne bonum inclinentur,
nihil mali acturi. Huiuſcemodi libertas il
lic nullatenus impedietur; ſed hic nul-
li mortalium conceditur dum eſt in carne
corrupta: a qua liberatus electus libere ac
ceptat diuinã gratiam ei immiſſam: quæ
rurſum ipſius liberq; arbitrium ſtabilitat
in dei beneplacito: teſte Paulo ac dicen-
Roma. 8 in me. te; Ipſa creatura liberabitur a ſeruitute
corruptionis in libertatem gloriæ filiorq;
Dei.

12. ¶ Si autem humanus ſpiritus, ceu ſeruus
rationis capax, prædictam nouam uiam
poſtergat aut negligit aut habitam relin-
quit, nec fide nec baptiſmate inſignitus:
uel etiam inclinatus eſt ad carnem tanq̃m
ad ſuam imperitam mulierem: quam uo-
luntarie ſequitur, amat & cupit delectabi
liter: talis ſpiritus, tanq; ſpurcitia plenus,
non ſolum dimittetur in diaboli captiui-
tate & dei ira ac in ſuis malis tẽporalib9
ſed etiam punietur mortaliter hic ſpiritua-
li, illic æterna morte. Nam ſi ſpiritus ma-
culatur, præter ſuam uoluntatem & ſci-
tum, naturali neceſſitate contaminatę car
ni coniunctus; multomagis deturpetur
quando ex propria malitia, contra natu-
ram ſpiritualem, uoluntariæ & ſcienter ei
dem carni peccando ſe unit & conſor-
mat. Propterea tota irrationalis carnis ma
litia aſcribitur rationali ſpiritui; cui uelut
naturali ſuperiori commiſſa eſt carnis di
ſciplina & ſui appetitus ſuppreſſio. E con
tra ſpiritus uafris carnis conditionibus u-
ſus, in eius malitiam libera mente conſen-
tit: ideo merito plectendus eſt. Porro caro
e paradiſo pulſa & in temporalem caligi
nem iure detruſa: poſt ſui reſuſcitationẽ
una cum ſpiritu ſuo ulterius condemna-
bitur ad æternam pœnam; quia eundem
ſpiritum ad peccandum irritauit. Pariter
& ſpiritus perpetuam luet pœnam: qui
libero arbitrio ſeipſum & ſuas uires nec-
non carnem & ſua membra non bene in-
ſtruxit nec debite rexit; ſed uoluntarie in
carne peccauit; ideo ſua uoluntas indura-
ta et ęternaliter capta eſſe cogetur. Cum
autem circa liberum arbitrium multa e-
ueniunt dubia, peruerſos in ſua malitia a-
nimoſiores & probos in ſuis operibus pu
ſillanimes reddentia, neceſſarium
duxi aliquid ſcribendum
eſſe de libero ho-
minis arbi
trio.

TRIGESIMVM OCTA-VVM CAPITV-LVM. De libero arbitrio.

ARbitrium autem eſt bonũ aut
malum: bonum eſt ſolius Dei;
qui dominat̃ utrobiq;, nẽpe cre
atarq; uoluntatum, bonarq; in gratia, mala-
rum in iudicio. omnis q̃ppe rationalis cre
atura diuinã ſequi debet uolũtatem: alio-
quin mala eſt eius uoluntas atq; puniẽda,

Aeternum dei arbitrium eſt natura liberum, non coactum, ſed firmiter immutabile, quod deus ſemel uult, hoc fit & maMalac.3. post prin. net firmum in æternũ: eo affirmante: Ego enim dominus & non mutor. Intrinſecũ itaq; diuinæ uolũtatis arbitrium æternum eſt atq; immenſum: ſemper præſens, nunquam præteritum neq; futurum: ſiquidem deus ubiq; eſt: non circumſcribi neq; minui poteſt: non mouetur loco, in ſeipſo æternaliter ſtabilitus. Eius uolũtas intrinſeca omni tempore & actione æqualis eſt exitu: licet effectu interdum inæqualis uideatur. Hæc inæqualitas cauſatur ex diuerſitate obiectorum, diuinam influentiam recipientium: nam deus aliter non uult quam æterno uoluerit. Pari modo penſandæ ſunt cæteræ perfectiones dei: qui æternaliter immutabilis eſt, nunquam inſipiens nec iniuſtus: non impotẽs nec uitioſus: ſed ſemper ſapiens & iuſtus: omnipotens cæteriſque uirtutibus plenus. Eius libero arbitrio moderantur uniuerſa abſq; omni impedi-
1.Tim.2. tione. Et ſi hoc elogium: deus uult omnes ſaluos fieri: in damnatis non uerificetur: eſt tamen intelligendum non de finali ſed ordinata uoluntate dei: qui ſolos iuſtos, ſuam uoluntatem diuinę uoluntati in charitate conformantes, ſaluos fieri uult. Illi quidem arbitrium, in manibus ſuis dimiſſum, bene cuſtodiũt: ideo ad ſalutem idonei redduntur. Quod autem deus quaſi mutari uideatur, fit, quoniã creatura, in quã deus operatur, mutari ſolet: nempe diuina influentia in peccatorem operatur iu-
f.21.§.4. in me. ſte & pœnaliter: ſi idem mutatur ad pœnitentiam: tunc in eum diuina influentia operatur pie & miſericorditer: eſt tamen una ſola & eadem influentia: tametſi diuina operatio appareat diuerſa ſecundum diuerſitatem hominis ceu obiecti: in quod deus operatur.

2. ¶ Dei uoluntas (prout aliæ diuinæ perfe-
f.45.§.1. in prin. ctiones) eſt trifaria: una intrinſeca in Deo & ex Deo progrediens: qua altera dei uoluntas extrinſece nobis pateſcit, in diuinis ſcilicet uerbis & operibus ac creaturis. Ad ſimilitudinem eiuſmodi diuinæ uoluntatis ordinauit deus ſuam tertiam uoluntatem in rationabilibus creatam perſonis: quæ ſunt mutabiles, igitur earum uoluntas pariter mutabilis eſt: tametſi diuina (ad cuius ſimilitudinem cæteræ uoluntates creantur) nunquam deficiat. Enimuero in hominis uoluntatem, iuxta ſui capacitatem, influit multum aut parum aut penitus nihil diuinæ gratiæ, ſuper omnes creaturas, ſine perſonarum acceptione, æqualiter influentis: unde ſapiens ait: hominis eſt animam præparare & domini gubernare linguam, & inf. Cor hominis diſponit uiam ſuam: ſed domini eſt dirigere greſſus eius. Pro.16 in prin. f.41.§.8. post prin. Deus quippe in homines ſecundum uniuſcuiuſque captum, diuinas immittit uirtutes, maxime uoluntatem: quam dominus abſque limitatiõe liberam, quaſi in homine dominantem, concedit: eo uoluntas in homine principaliter imago dei nuncupatur. Homo quidem ſolo amore, a uoluntatis arbitrio pendente, poteſt appropinquare deo: qui in ſe æternũ habet arbitrium & extra ſe ſimile arbitrium dat homini: 4 Reg.10 in me. ut illud libere ad Deum dirigat: & ſic diuinæ uoluntati humana uoluntas in charitate indiuiſibili uniatur et cor hominis ſit cum corde dei rectum. Sicut diuinum arbitriũ bonum eſt ac liberũ: ſic homo cordis arbitrio libere ad bonũ uti debet cũ dei iuuamine; quod homini non deeſt. f.18.§.5. in me. f.73.§.5. in prin. Nemo igitur hominis uolũtatem beneficam turbare poteſt, quemadmodum frequenter turbatur hominis uoluntas malefica. Homo inſuper ad gratiarum actiones Deo obſtrictus eſt: non ſolum pro gratia beatitudinis promiſſæ: ſed etiam pro libero arbitrio ei conceſſo, ceu ſuprema ui: qua diuinam gratiam libere acceptet: deum præ omnibus diligat & tandem ad finem optatum perueniat.

¶ Humanum arbitrium triplex eſt, ſcz, 3.
naturæ, gratiæ, gloriæ: Naturali arbitrio homo cadit in peccatum & dei iram. Arbitrio gratiæ reconciliatur deo: de hoc dicetur inf. ca. xlij. Arbitrio gloriæ electi deo perpetuum exhibebunt honorem. Quocirca primis hominibus, in ſtatu naturali, ſcilicet paradiſi exiſtentibus, conceſſit deus

ceſſit deus arbitrium inconcuſſe liberũ,
quo aſcenderent ad ſtatum ſupernatura
lem, nempe cœleſtem. Poſtq̃ autem a na
turali ſtatu ceciderunt, ſuæ poſteritatis in
tellectus eſt obſcuratus: ut homines libe-
rum quidem adhuc habeant arbitrium,
ſed prorſus concuſſum. Cæterum Adæ
arbitrium fuit primitus liberum & bonis
refertum conditionibus: utputa ſapiẽtia,
obedientia, timore, amore, fortitudine, im
mortalitate &c. Poſtea totum humanum
arbitrium de ſeipſo peruerſum eſt in con
trarias conditiones utpote in ignorantiã,
inobedientiam, præſumptionem, odium,
puſillanimitatem & ſimiles: Hoc modo
uoluntas creata multa patitur impedimẽ
ta. Principio deus arbitriũ creat bonum,
ac ordinat ut homo huiuſmodi arbitriũ
ſibi comodatum bene dirigat & libere
conformet diuinæ uoluntati Deoq̃ offe-
rat in ſeruitutem. Hæc omnia homo per
uertit. Inde malum naſcitur arbitrium,
quod duplex eſt: unum Luciperi & ſuo-
rum complicum: alterum eſt maliuolo-
rum hominum & cuiuſlibet inſolidum.

4. ¶ Omne malum arbitrij uoluntarij ince-
pit a Lucifero: cui deus bonam inmiſerat
uoluntatem: quam ipſe inſtanti perperã
inuertit & ſibiipſi appropriauit aſſiduéq̃
appropriat, ceu perpetuus dei inimicus:
ubiq̃ tentans malum promouere, bonum
impedire ac dei creaturas fraudulenter ſe
ducere. Eidem Lucifero tanq̃ totius in-
fernalis turbæ duci & ſuæ peruerſæ uo-
luntati adhærent & æquiualent omnium
malignorum ſpirituum uoluntates: ut ſin
guli diaboli, pariter & damnati homines,
cum peruerſa uoluntate hinc diſcedẽtes,
nil aliud q̃ dei contrarium uolunt, quem
admodum & ipſe Luciper. Ideo inter
eos nulla diſſenſio emergit. Veruntamen
Luciper cum deo continue litigat pro
obtinenda propria uoluntate. Sed circa
alienas uoluntates abſq̃ earum conſenſu
contra deum nil proficit: cum deus et ſua
Luce 11 uoluntas fortior ſit diabolo & ſua uolun-
&.36.&.1 tate. Atqui diabolus ſua aſtutia nititur
in fi. oues dominici gregis abigere: cui uiles

homines frequenter obſequuntur. Alte-
rum malum arbitrium ſumpſit initium in
Adam: qui primitus diuinæ adhæſit uo-
luntati: quam poſtea reliquit illectus a ſe-
ipſo & tentatus a diabolo ac etiam perſua
ſus ab Eua: & ſic Adam infecit humanã
carnem. Qua occaſione ſinguli humani
ſpiritus proni ſunt ad peruertendum ſuas
uoluntates. Porro Luciperi uoluntas nũ-
q̃ paruit deo: quemadmodum Adæ uo-
luntas breui tempore obtemperabat. Si
Luciper ſuam uoluntatem uno dumta-
xat momento accomodaſſet deo: ilico bo
næ uoluntatis firmitatem obtinuiſſet.
Cum autem Luciper & cæteri ſpiritus
immundi nullam exteriorem occaſionẽ
tranſgrediendi diuinam ordinationẽ ha-
buerint, quemadmodum humani ſpiri-
tus a ſua carne necnon a mundo & dia-
bolo ad malum inſtigati ſunt: ideo ipſi &
non diaboli pœnitentiam ſui caſus impe
trare poſſunt: donec eorum peruerſa uo
luntas Lucifero totaliter addicta & con
tra deum indurata fuerit.
¶ Quis peruerſi homines ſub Luciperi 5.
poteſtate ſint atq̃ ſocietate: dum tamen in
hac degunt mortalitate, poſſunt median-
te dei adiutorio ſuum arbitrium in meli-
us conuertere. Ideo deus interim arbitri-
um dimittit liberum. Qua libertate, ad bo
num conceſſa, pernicioſi ad malum abu-
tuntur. Quilibet cupit ſui iuris eſſe & ne
mini ſubeſſe: pro ſuo libitu ſibi placita cõ
ſtituendo & diuinas leges friuole tranſ-
grediendo. Quippe deus homini liber-
tatem arbitrij non adimit & nemo alius
adimere poteſt. Igitur peruerſi neq̃ deo
neque legittimis ſuperioribus obediunt:
quilibet capitoſus ſuum arbitrium ſequi-
tur: quot capita tot ſenſus. Hinc emergũt
diſcordiæ, lites, tumultus, iurgia, odia, in-
uidiæ, rancores aliaque diſſidia & uitia:
ut gens exurgat contra aliam. Licet dia- Mar. 13.
bolus cum nemine diſcordet (extra De- Luce 11.
um & ea quæ ad Deum ſpectant) com-
mouet tamen ſuos ſubditos homines in-
ter ſe diſſidere, quo minus ad Deum con
uertantur ac magis a proximi charitate
elongentur. Hoc pacto peruerſorum

uoluntates uniuntur cum uoluntate dia-
boli: quilites & odia, diſſidium & uindi-
ctam inter homines ſeminare ſtudet.
E diuerſo probatorum hominum uolun-
tas conformatur diuinæ uoluntati, inter
homines pacem & unitatem concedenti.
Cui quidem diuinæ uoluntati obediunt
uniuerſæ angelorum et beatarum anima
rum uoluntates. Nam omnes & ſingulæ
ordinatę uoluntates mutuo uniuntur, tã-
tų̃ ſint una eademq; uoluntas. Quicquid
enim deus uult: hoc uolunt omnes angeli
hominesq; iuſti. Erronei autem mortales
ſunt in ſua uoluntate mutabiles: ideo do-
Math. 6 c.37.§.1. minus orare nos docuit: fiat uoluntas tua
ſicut in cœlo & in terra, utpote ſicut in cę
leſtibus perſonis, ita etiam in terreſtribus
hominibus.
6. ¶ Liberum arbitrium eſt ſuprema uis ho
Deſcriptio liberi arbitrij. minis: qua ſe ſponte ad bonum inclinare
poteſt cum dei adiutorio: ſine quo arbi-
trium hominis eſt malum appropriatũ.
Sicut caſu Adæ principales hominis ui-
res, partim debilitatæ ſunt, partim totali-
ter ſublatæ: ſic liberum uoluntatis arbitri
um eſt infirmatum: totum tamen non ex
tinctum: ſed adeo ſubtus carnem lapſum
ut ſua natura uel ui propria, ſine noua dei
gratia, nequeat declinare ad dextram, nẽ
pe eligere bonum & omittere malũ: eſt
nanq; in ſe totum erroneum, eligens ma-
lum pro bono, carnalia affectando, ſpiri-
tualia abhorrendo & ſe in carne propria
captiuando: ideo ad ſiniſtram frequenter
claudicat. Tale tamen claudum arbitriũ
nihilominus nuncupatur liberum: ueluti
claudus uocitatur homo, tametſi ad dex
tram recto pede incedere nequeat, niſi p
alium ſuſtentetur. Conſimiliter claudum
arbitrium erigi nequit neq; recta uia am-
bulare, niſi inniteatur diuinæ gratiæ: quę
eſt anſa: quam arbitrium libere & ſponte
apprehẽdere debet: ut ex captiuitate ma
la redimatur & ad finem ordinatum tra-
hatur. Deus equidem ſuum adiutorium
homini porrigit atq; confert, inquantum
homo acceptat in ſuo arbitrio: quod tam
eximie eſt naturæ ut poſſit diuinam gra
tiam uel apprehendere uel refutare ſine
quouis impedimento: niſi a ſola ſua praui
tate impediatur. Liberi ergo arbitrij incli l.5.§. in me.
natio ad bonum aut malum pendet ali-
cubi in occulta ſcrutinia ſeu meta, infra
hominis naturam & eius nihileitatem.
Cenſetur uero liberum eo q̃ homo libe-
re & uoluntarie arbitratur & eligit bonũ
facere, non malum, ad ſimilitudinem di-
uini arbitrij: quod nequaq̃ ad malum in-
clinatur, necdum malefacit. Manichæi ob
ijciunt: hominis arbitrium non eſſe liberũ
eo q̃ propria ui ſolum ad malum & de ſe
nunq̃ ad bonum naturaliter flectetur.
Quibus replicatur, hoc conceſſo: tũc nec
homo eſſet homo: qui propria uirtute &
de ſe non uno momento homo eſſe po-
teſt. Nulla profecto creatura aliquid eſt
abſq; gratia dei & diuino eſſe: in quo cu-
iuſlibet creaturæ eſſe dependet. Pari mo
do arbitrium hominis abſq; diuina gratia
non eſt liberum neq; bonum: ſed ex eadẽ
gratia fit bonum & liberum. Siquidẽ de-
us humano arbitrio dedit libertatẽ: hanc
ei Manichæus eripere nequit.
¶ Deus homini bonitatẽ arbitrij eo por- 7.
rigit, quo perueniat ad altiorem ſtatum,
ſcilicet, cœleſtem: a quo maligni ſpiritus
lapſi ſunt: ideo nituntur intricare cauſam
liberi arbitrij: quod eſt lapis: in quo diabo Eccl 27 in fi.
lus offendit conſcientias hominum corrũ
pendorum, donec deſcendant in profun- Exo.15 in prin.
dum inferni quaſi lapis. Etenim diabolus
libero arbitrio nimium aut confert aut au
fert, ad ſeducendos homines perplexos,
hinc inde uacillantes & mediam uiam ex
cedentes, ad arbitrij lapidem offendũtur.
Plures quondam hæreſes inter ſe contra
riæ fuerunt exortę: quarum tres hodie re
uireſcunt. Prima eſt Pelagianorum & Io
uinianorum, fingentium hominem pro-
pria ui ſui arbitrij poſſe euitare malum et
perficere bonum: dei gratia non aliter re
quiſita q̃ ad faciliorem bonorum operum
executionem. Hac nimia ſpe, homines
præſumunt non eſſe neceſſarium orare:
ne nos deus inducat in tentationem: qua- Math. 6
ſi eam noſipſi euadere ualeamus.
¶ Secunda hæreſis eſt Manichæorũ, ue- 8.
tus teſtamentum & Prophetas abnegan
tium ex

Iohan.10. in prin. dium ex hijs domini uerbis: omnes quot-
quot uenerunt, fures ſunt & latrones: &
æſtimantium in homine eſſe duas men-
tes, bonam ſcilicet & malam: bona ſit ſpi
ritus ſurſum tendentis ad dominum: ma-
la ſit animæ deorſum inclinatæ ad carnẽ:
quaſi ſpiritus & anima duo ſint: de quo
ſupra c.xxviij.§.xv. Aiunt inſuper, quic
quid manat ex anima ceu mala mente, to
tum eſſe peccatum: quod nemo euitare
poteſt, arbitrio hominis in peccatis capti-
uato & ad peccandum coacto. Præterea
dogmatiſant hominem prorſus nihil age
re neq; cooperari: ſed dũtaxat pati, quic-
quid ſecum deus fecerit: quemadmodũ
lignum in manu fabri aut limus: quo fi-
gulus pro ſuo arbitrio utitur, nullum ha-
beat liberum arbitrium: ita nec homo.
Hoc falſo dogmate exuunt hominẽ om-
ni libertate, affirmantes nihilominus Chri
ſtianos eſſe liberos. Quomodo ergo liber
tas & non libertas conueniunt in uno ho
mine? Per huiuſcemodi abnegationem,
liberi arbitrij, inducuntur homines ad ſe-
gniciem circa diuinum cultum: dicentes,
& quid occupamur bene agere, quod in
ſolius dei prędeſtinatione pendet & nihil
in noſtro opere uel arbitrio. Vnde tertia
emergit hæreſis Vuicleſi & Lutheri ſuo-
rumq; ſequacium, aſſerentium liberũ ar-
bitrium prorſus nihil eſſe ꝙ figmentum
ac omnia fieri ex neceſſitate & dei præ-
deſtinatione: nil autem ex cauſis acciden
tibus: acſi Iudæi coacti, non liberi, Chri-
ſtum crucifixerint. Singulæ itaq; hæreſes
a ueritatis tramite exorbitant, metam me
diæ ac rectæ uiæ tranſgredientes, contra
Luce 6 post prin. præceptum domini dicentis: ſurge & ſta
in medio. Per præmiſſas tres hæreſes li-
berum arbitrium dilaceratur: imo ho-
die per falſos Chriſtianos omnino ex-
tinguitur, præſumentes: ſicut DEVS
hominem præter ſuam uoluntatem crea
uerit, ſic eum abſque ſua uoluntate ſal-
uet.

9. ¶ Verum quidem, Deus naturalia con-
cedit homini ſine ſua uoluntate: quam an
te creationem ſui non habuit. Superna-
turalem autem beatitudinem Deus non
dat homini inuito, ſed beniuolenti: prout
omnes & ſinguli orthodoxi, media ueri-
tatis uia incedentes, communiter fatẽtur
& ſimul concludunt. Nam omnipotens
ad ſuæ diuinæ uoluntatis imaginem, cre-
auit in homine uoluntatem talis naturæ,
qua ſe ad bonum uertere, iſtud eligere
& tandem cum Dei adiutorio adipiſci
poſſit. Huiuſmodi creatam uoluntatem
in ſua libertate Deus impedire non uult:
nec quiſquam alius impedire ualet, præ-
ter propriam nihileitatem: quam homo
uincere debet mediante gratia ei a Deo
porrecta. Præmiſſo modo, bonum homi
nis accidentale conſiſtit in libero penden- c.§.6 post me.
te ſuo arbitrio: quorſum illud flectitur ad
bonum aut malum, ad ſuum creatorem
aut ad nihilum, ex quo creatus eſt: illor-
ſum Deus hominem impellit, nempe ad I.39. §ib.
ſalutem uel ad ſupplicium. Quicquid
boni homo operatur, fit ex libero arbitrio
cum Dei adiutorio: malum autem homo
operatur ſolo ſuo proprio arbitrio & per
uerſo. Dominus quidem Deus condu-
xit hominem ueluti ſeruum ſpontane-
um: ſed ſæpius ſeruit diabolo uoluntate
peruerſa. Hominis igitur arbitrium iu-
ſtum eſt atq; liberum, inquantum ſubij-
citur diuinæ liberę uoluntati. Vbi uero
homo ſibi ſuam uoluntatem appropriat
& dei uoluntati nõ accomodat: ibi uolun
tas non libera eſt: ſed in ſeipſa capta: in hu
iuſmodi autem captionem a nemine co-
acta ꝙ a ſuo proprio uelle uel nolle.

¶ Cæterum quilibet homo facultatem 10.
habet ſuam uoluntatem diſponendi &
pręparandi ad gratiam: non autem ſem-
per exequendi: domini enim eſt linguam Pro.16.
gubernare: hoc eſt gratiam conferre exe-
quendi bonam uoluntatem: ut ſi in men-
te uelis loqui quod lingua exprimere ne-
quis: iam uelle loqui tuum eſt: ſed ut ex-
primas, eſt Dei. Omnia quippe mem-
bra & uires impediri poſſunt atque co-
gi: ſola uoluntas libera eſt: quam Deus
non cogit nec quiuis alius cogere po-
teſt. Cæteræ hominis uires ſæpenu-
mero interrumpuntur: ſiquidem Balaam

Num. 24 in me. uoluntatis erat maledicere filijs Iſrahel: ſed lingua eius coacta fuit benedicere. Pro. 16. Voluntas adhuc erat libera ad maledicẽdum: ſed contra uoluntatem lingua ad benedicendũ ducta eſt, uel Balaam mutauit uoluntatem, aiens: non potero præterire ſermonẽ domini ut uel boni quid uel mali proferã ex corde meo: ſed quicquid dominus dixerit, hoc loquar. Licet uoluntas non neceſſitetur: perſuaſione tamen ad bonũ dirigi uel ad malum ſeduci poteſt. Et licet quis non conſequatur quod uelit, minime tamẽ ſuę uoluntatis libertas infringitur. Tu uis ditari: ea tua uoluntas durat, etiã ſi ſis in egeſtate: quæ effectum diuitiarum tollit, non affectum Inuitus inops es, ſed non coactus lubens inops eſſe. Voluntas itaq; a nemine q̃ a ſe ipſa pendet, utpote in uelle aut nolle: ſed uoluntatis executio ſtat in uoluntate diuina, uel pendet in defectu naturę uel in extrinſeco ſeu intrinſeco impedimento. Quare obrem homo non ſemper opere conſequi poteſt quod uult: alioquin nulla uirgo ſuæ pudicitiæ ſecuritatem haberet, ac pleraq; homicidia fierent per uindictã uoluntariam. Siquidem uelis orare, ieiunare, eleemoſynam dare aut ſimilia opera ut dei gratiam adipiſcaris: uoluntas tua certa eſt, ſed gratia dei incerta: tuum eſt uelle: dei eſt gratiam conferre: ut ſcriptũ Sap. 9. ante fi. eſt: quis poterit cogitare quid uelit deus? cogitationes enim mortalium incertæ. 2. Cor. 8 ante me. Ideo Paulus conſulit dicens: Hoc uobis utile eſt, qui non ſolum facere ſed & uelle cœpiſtis: nunc facto perficite ut quem admodum promptus eſt animus uoluntatis: ita ſit & perficiendi.

II. ¶ Liberum arbitrium eſt naturæ mutabilis: quia ex nihilo factum: ideo deorſum ad carnem deflexum, uel cum auxilio diuino ſurſum ad deum aſpirans: ubi inuenit gratiam: cuius uirtute arbitrium regit hominis ſpiritum: qui rurGala. 5 ſus contra carnem ſponte pugnat ac fomitem uincere & peccata extirpare conatur. Porro uoluntas frequenter mutatur, ut quod iam uelim, poſtea nolim: hoc fit, non aliunde ſed ex mea inſtabilitate. Ex humana profecto inconſtantia apparet liberum eſſe arbitrium in homine: qui pro ſuo libitu illud mutat: nam ſtultus ſicut luna mutatur. Eccl. 27 poſt prin. Ea, quæ ſubtus uoluntatem conſiſtunt in natura humana, uelut dormire, edere, bibere & ſimilia, non ſemper poſſunt pro nutu mutari: in iſtis enim homo cogitur pati naturæ operationem. Quæ autem nude in uoluntate pendent, ea mutari poſſunt: nunc uolo obſequi proximo: tunc uolo nocere eidem. Exemplum habes in Petro: qui uoluntarie promiſit CHRISTVM non Mat. 26 ante me. ſe abnegaturum etiamſi oportuerit eum ſimul commori. Eandem uoluntatem ſtatim poſtea, ex timore, non neceſſitate mutauit, uolens potius mentiri q̃m mori. Tandem ſuam uoluntatem iterum mutauit: uoluit enim potius ſponte mori, quam a CHRISTI fide diſcedere. Sic etiam multi de populo Iſrahel elegerunt magis mori, quam in- 1. Macch. 1 in fi. fringere legem Dei. Inſuper liberum arbitrium regit hominis & ſuorum membrorum naturam & uires conditioneſque: in quibus ſe libere uolendo exercet: ſed exercitium uoluntatis non ſemper effectu exequi poteſt. Mori homo non uult: ſed contra uoluntatẽ mortem ſubeat oportet, ex natura ſcilicet corrupta. Quibuſdam uero naturalibus defectibus uoluntas reſiſtere poteſt, nempe concupiſcentiæ carnis: quã & ſi homo ex natura corrupta pati cogitur: eidem tamen uoluntas reſiſtere & non adhærere poteſt. Mala cogitatione ſeu inſpectione ſpecioſæ fœminæ maſculus cadit in concupiſcentiam: ſed in ſuo ſtat arbitrio, eidem concupiſcentiæ ſponte conſentire uel fortiter contrauenire. Siquidẽ facultas reſiſtendi non eſſet in arbitrio hominis, quaſi coacti cõſentire malæ concupiſcentiæ: Chriſtus immerito ſtricte prohibuiſſet & pro adulterio intrinſeco computaſſet: quando dixit: Quiuiderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam Math. 5 poſt me.

in corde

in corde ſuo. Liberi igitur arbitrij eſt aliquid affectare uel abnuere.

TRIGESIMVM NONVM CAPITVLVM. An mortales habeant liberum arbitrium.

Gene. 4 §.§.10. in prin. DIffidentia liberi arbitrij ab initio mundi hactenus durat, cœpta in Cain: Qui contra fratrem uehementer iratus eſt & concidit uultus eius, & a domino interrogatus: cur id faceret? proculdubio ſe excuſauit acſi arbitrium ſuum non eſſet liberum ſed ipſe coactus ad iraſcendum in fratrem & appetendum peccatum. Cui deus reſpondit: Sub te erit appetitus peccati & tu dominaberis illius. Vnde clareſcit hominem cum auxilio dei poſſe malum appetitum uincere ex libero arbitrio. Hoc priſci & moderni hæretici negant, dogmatiſantes liberum hominis arbitrium prorſus eſſe ficticium: adducentes quaſdam ſcripturas; quas ſuo more ad literam retorquent & male exponunt. Quibus patres orthodoxi reſpondent ut ſequitur.

2. Exo.9 in me. §.55.§.8. ante fi. ¶ Imprimis aduerſarij allegant uerba domini ad Pharaonem dicentis: Idcirco poſui te ut oſtendam in te fortitudinem meam & narretur nomē meum in omni terra. Acſi Pharaonis induratio non in ſuo arbitrio ſteterit ſed in deo. Qui tamen huiuſmodi indurationi non aliter cauſam dedit, ꝙ iudex: qui inſignem latronem iudicare procraſtinat, ut ex diuerſis locis inſpectores conueniant, uiſuri arduum iudicium: quo cæteris, ad latrocinandum inclinatis, timor incutiatur, ne malum cōmittant. Pari modo deus Pharaonem ad peccandum non incitauit nec liberum ei arbitrium abſtulit: ſed eum poſuit & plectere prorogauit: quatenus eius flagellis cæteri erudirentur: diuinaq; poteſtas cūctis innoteſceret & nomen Dei per uniuerſum orbem prædicaretur. Reliquum eſt, quemadmodum diuina operatio ſeu influentia non ceſſat impellere omnem creaturam ad debitum finem, nempe ad §.38.§.9 dei gloriam: cuius gratia finaliter creatura facta eſt: ita Deus ad ſuum honorem compulit Pharaonem, ut Iudæos aduerſitatibus fatigaret, non propterea ipſe deus auctor fuit malitiæ (quam Pharao ultro aſſumpſit) ſed quia Deus unamquamq; creaturam adigit pro ſuo captu: quo augeatur creaturæ proprietas aut ad bonū aut ad malum. Quantomagis malus homo ad bonum euocatur, tanto plus amaricatur, ueluti rabidus canis allectatus. Similiter Pharaonis malitia (quam a ſeipſo habuit) poſt dei influentiam aucta eſt atq; obdurata in officio: ad quod eo dominus uſus eſt aduerſus Iudæos: quos uoluit in fide roborare & ſuam potentiam prodigijs demonſtrare, ut ſuum nomen in omni terra annunciaretur. Roma.9. At Pharao ad ſuam duriciem non eſt coactus: ſicut nec Iudæi ad crucifigendum dominum. Taliter denique adigit deus totum genus humanum ad generandum iuxta primariam ſuam ordinationem: §.34.§.10 in prin. non obſtante originali peccato, poſt hominis tranſgreſſionem incidente. Nam meta, regula, modus ac fundus totius plaſmatis eſt diuina ordinatio: quæ nullo creaturæ facto tolli uel impediri ualet. Ex præmiſſis elicitur, peruerſam Pharaonis uoluntatem a deo non excitatam, ſed ad meliorandum Iudæos eſſe directam: De quo infra xliij. §. xvij.

3. Mala.1. ¶ Secundo contra arbitrij libertatem allegatur iſtud Malachiæ: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Quod non ad literam ſimpliciter ſed typice intelligendum eſt. Per Iacob enim Chriſtifideles deo placentes & ipſum ſuper omnia diligentes repræſentantur: per Eſau autem infideles Deo diſplicentes & odioſi, qui Deum nec diligunt nec norunt. Ad huius figuram Deus dicitur dilexiſſe Iacob & odiſſe Eſau, antequam ambo naſcerentur: quorum futura opera, amore uel odio digna, diuina ſapientia ab euo prognouit. §.40.§.6. in prin. Iacob igitur ob ſuam præ

uiſam uirtutem electus eſt ad gratiam:
Eſau ob ſua futura uitia præcitus eſt
ad pœnam; utriuſque tamen libero ar-
bitrio illæſo permanente: Iacob non ad
bonum nec Eſau ad malum quomo-
dolibet coactus eſt. Diuina quippe
præſcientia ſuperat omnem diſpoſitio-
nem & actionem hominis: qui ſuum ar-
bitrium toties mutare nequit, quin Dei
ſapientia remotius proſpiciat uſque ad
ultimum actum & terminum hominis.
Cuius omnia futura opera ſunt præſen-
tia coram Deo: qui deſuper poteſt ho-
minem eligere aut iudicare, iuxta eius
futuram diſpoſitionem aptam ad grati-
am aut interitum. Enimuero Deus ab
æterno proſpicit hominis opera, quia fu-
tura ſunt: ſed non ſunt neceſſario futu-
ra: eo quod Deus eadem præſciuit.
Nam bona uel mala opera dependent in
uoluntate hominis, non in Dei præſci-
entia: quæ fundatur ſuper futura ho-
minis opera: non ſuper confictam affe-
Luce 10. ctionem dei: qui non eſt acceptor per-
2 Timo. 2 ſonarum. Alias dominus cognouit qui
ſunt eius. Quamobrem ſupradictum
elogium uafre inducitur aduerſus diui-
nam iuſtitiam, acſi Deus ſit tyrannus
& perſonarum acceptor: qui Iacob af-
fectu ſingulari dilexerit & Eſau ranco-
re crudeli oderit: per conſequens uterq;
eſſet coactus, Iacob ad bonum, Eſau ad
malum perpetrandum.

4. ¶ Tertio liberi arbitrij necatores abutun-
Eſai. 45 tur duabus ſententijs: una in Eſaia: ubi
post prin. Deus inquit: Væh qui contradicit facto-
ri ſuo, teſta de famijs terræ, nunquid di-
cit lutum figulo ſuo, quid facis? Altera
Hiere. 18. ſententia eſt in Hieremia: ubi Deus
in prin. comminatur hijs uerbis: Nunquid ſicut
figulus luto, non potero uobis facere?
ecce ſicut lutum in manu figuli, ſic uos
in manu mea. In neutra iamdictarum
ſententiarum libero arbitrio quicquam
adimitur: ſed ſolum ibi taxantur mur-
murantes in deum, cur eos non fecerit
dominos, diuites, potentes aut fortuna-
tos: non contenti permanere in eo ſta-
tu quo uocati ſunt, contra iſtud Pauli:
Vnuſquiſque in qua uocatione uocatus 1. Cor. 7
eſt, permaneat. In magna autem domo in me.
non ſolum ſunt uaſa aurea & argentea, 2. Timo. 2 ante fi.
ſed & lignea & fictilia, quædam in hono-
rem, quędam autem in contumeliam. At
qui huiuſmodi accidentales conditiones
neq; impediunt neq; promouent liberum
arbitrium, eodem quippe ad hominis ſa-
lutem opus eſt unacum diuino auxilio:
abſq; quo hominis arbitrium neq; liberũ
neq; bonum eſſe poteſt. Et licet Paulus
ibidem huiuſmodi auxilium non expri-
mat, ſed ſimpliciter ponat: Siquis ſe emũ- 2. Timo. 2
dauerit ab iſtis, erit uas ad honorem ſan- in fi.
ctificatum & utile domino ad omne op9
bonum paratum. hoc eſt ita intelligen-
dum. Qui ſe in ſuo arbitrio unacum Dei
auxilio ad diuinam gratiam flectit, a pec-
catis emundabitur, idoneus ad honorem
dei: qui tali homine, diuinæ gratiæ capaci
& participanti, utitur ad omnia opera bo
na. Quæ quidem opera ſunt ſolius Dei,
non etiam hominis: tametſi ſuum arbitri-
um libere cooperetur quaſi nudum in-
ſtrumentum: ueluti ſcriptum eſt: Nunqd Eſa. 10
gloriabitur ſecuris contra eum qui ſecat in me.
in ea, aut exaltabitur ſerra contra eum a ſ. 42. ſ. 4. ante ſ.
quo trahitur? Conſimiliter ſeruus eſt ui-
uum inſtrumentum, per quod dominus
ſua agit negocia: quæ ſeruus abſq; auxilio
& ſorte domini gerere nequit, fatendum
tamen eſt ſeruum aliquid cooperari: q̃-
uis totum negocium domini eſt. Homo
itaq; omnipotentis Dei negociorum ge-
ſtor eſſe debet atq; uiuum inſtrumentũ,
quo diuina maieſtas ſua negocia in hijs
terris expediat unacum cooperatione li-
beri arbitrij. Quod tamen ex ſe prorſus
nullius eſt momenti abſque diuino au-
xilio.
¶ Inquit igitur ſcriptura, Non uolentis ne 5.
q; currentis, ſed miſerentis eſt dei: acſi di- Roma. 9.
cat: liberum uoluntatis arbitrium unacũ in me.
concurrẽte gratia diuina nondum affert
homini ſalutem, donec Deus miſereatur
eius cum gratia gratum faciente: quæ ſo
la hominis operatur ſalutem. Hinc patet
ambas priores Pauli ſententias non eſſe
inter ſe

Roma.9. inter ſe contrarias: Nam ad Romanos
J.41.ÿ.5. ſcribit, ex miſericordia dei omnia opera-
in fi. ri:ut tamen hominis uoluntas concurrat,
2.Tim.2. Timotheo nude ſcribit:qui ſe emendaue
rit etc.acſi ſalus hominis in ſua ſtet manu:
ſed intelligi oportet de eo qui ſe in arbi-
trio ſuo ad emundationem pręparat. In
pleriſq; alijs ſcripturæ locis admittitur ho
minis cooperatio in diuinis operibus: Nē
Eſa. 52 in prin. pe in Eſaia: Solue uincula colli tui capti-
Ezech.18 ua filia Syon. Item Ezechiel: Proijcite a
in fi. uobis omnes iniquitates ueſtras & facite
uobis cor nouum & ſpiritum nouum.
Roma.13. Item Paulus: Abijciamus ergo opera te-
in fi. nebrarum & induamur arma lucis. Item
2.Pet.2. Petrus: Deponentes omnē malitiam &
in prin. omnem dolum. Item Iohannes: Omnis
1.Joh.3. in prin. qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe,
hoc eſt pręparat ſe ut eum gratia ſanctifi
cet. Conſimiles paſſus innumeri in ſcrip-
tura reperiuntur: Nam ubique deus fa-
1 Cor.15. in me. cit omnia in omnibus, Ergo in quo-
libet ſcripturæ paſſu occulte comprehen
ditur utrunq;.ſ.diuinum auxilium & hu
manum arbitrium: per quæ deus bona o-
pera agit hominis: ſine cuius adhibita uo
luntate nullum opus deo placet nec ho-
mini expedit. Sublato quidem libero ar-
bitrio & merito hominis, fruſtraretur om
nis inſtitutio pœnæ & pręmij: ſuperflua
eſſent præcepta: quæ deus ſanciuit, & ꝓ-
culdubio eatenus ordinauit, quatenus ob
ſeruemus eadem. E diuerſo ſi homo abſq;
diuino auxilio bene agere poſſet, fruſtra-
retur Chriſti paſſio & gratiarum promiſ
ſio: Eſt igitur concludendum: hominis ſa
lus in ſola diuina gratia conſiſtit, cooperā
te tamen libero arbitrio: quod homo be-
1.Cor.15 ne dirigere nequit abſq; concurrente dei
auxilio. Eo modo eſt deus omnia in om-
nibus.
6. ¶ Quarto Manichæi ingens feſtum faci-
Eſaie 40. in prin. unt ex hoc Eſaiæ præconio: Iheruſalem
ſuſcepit de manu domini duplicia.ſ. do-
na pro omnibus peccatis ſuis, acſi ibi nihil
hominis adſit. At eadem ſententia non cō
tra, ſed pro libero eſt arbitrio: nam unum
donum eſt gratia permittens ſeu concur
rens; quæ iuuat liberum arbitrium ut ſe

præparet ad acceptandum alterum do-
num, nempe gratiam gratum facientem.
Ideo in Eſaia ſtatim ſequitur: Vox clamā Eſaie 40.
tis in deſerto, parate uiam domini. Hoc Luce 1 in prin.
eſt, aperite corda ueſtra & auxilio dei fle
ctite arbitrium ueſtrum ad uiam iuſtitię:
quemadmodum Dauid orauit: Dirige Ps.5.
domine in conſpectu tuo uiam meam.
Item inclina cor meū in teſtimonia tua. Psal.118.c
Ita & nos a deo auxilium requirimus: ſed
nihilominus ex libero arbitrio diligentiā
adhibere debemus. Quinto contra liberꝫ
arbitrium inducitur hoc Hieremiæ præ-
conium: Non eſt hominis uia eius, nec ui Hiere.10. in fi.
ri eſt ut ambulet & dirigat greſſus ſuos.
Verꝫ abſq; dei auxilio: ſed cum eodē au-
xilio prædicta fieri poſſunt ut ſupra §.4.
habitum eſt. Idcirco in Hieremia ſequit:
Corripe me domine: ueruntamen in iu-
dicio, non in furore. Iſto itaq; Hieremiæ
dicto magis approbatur ꝙ improbatur ar
bitrij libertas: ne deus uideat punire nos
immeritos: qui coacte, non libere uiam iu
ſtitiæ tranſgreſſi eſſemus. Cum autē ean
dem uiam ſponte excedimus: neceſſe eſt
ut diuino flagello, utpote iudicio & ad-
uerſa pœna in uiam minemur: Hieremia
alibi dicente. Ceruicibus noſtris minabi- Tren.5.
mur. Sexto infertur Salomonis dictum: in prin.
Cor hominis diſponit uiam ſuam, ſed do- Pro. 16
mini eſt dirigere greſſus eius. Per hoc li- poſt prin.
berum arbitrium non infringitur, ſed po
tius affirmatur: nam homo in corde ſui ar
bitrij libere poteſt aliquid uelle: cuius cō
ſecutio penes deum eſt.
7. ¶ Septimo contra libertatem hominis al-
legatur hęc ſententia: Cor regis in manu Pro.21.
domini, quocunq; uoluerit, inclinabit il- in prin.
lud. Atqui inclinare non eſt cogere, ſed
conducere liberum arbitrium. Præterea
Salomon ſolius regis: non etiam aliorum
hominum coꝝ expreſſit. Credibile quip-
pe eſt, diuinam influentiam plus operari
in rege, ratione ſui ſtatus, ꝙ in cæteris.
Verbo deniq; regis ſubintelligi poteſt li-
berum arbitrium, regens cor iuſti homi-
nis. Quod quidem bonum arbitrium eſt
in manu domini.i. in uoluntate diuina:
quam iuſtus ſequitur iuxta dominicam

Math.6 orationem: Fiat uoluntas tua. Nam ſolius
dei eſt regere liberam hominis uolunta-
tem: quam deus ad bonum inclinat, non
neceſſitat ad malum quod deus nolit.
8. ¶ Octauo aduerſarij roborãt ſe hoc Chri
Job.15 in prin. ſti uerbo: Sine me nihil poteſtis facere:
ſ.77.§.7. in prin. Hoc eſt nullum meritum aut fructum.
Verum quidem, nemo quicquam boni age-
Johan.1 re poteſt abſque gratia Chriſti: nam ſine ip
ſo factum eſt nihil, & ex nihilo per eum
facta ſunt omnia. Sine eius gratia tu non
uno momento eſſe potes: quoniam per
Roma. 11. ipſum & in ipſo & ex ipſo ſunt omnia.
Math.28. Data eſt ei omnis poteſtas in cœlo & in
terra: in ipſo condita ſunt uniuerſa: omnia
Col.1 Ephe.1 que in ipſo conſtant. Deus denique conuiui-
ficauit nos in Chriſto: cuius gratia ſumus
Johan.1.3 ſaluati: de plenitudine eius nos omnes ac
cepimus. Nullum profecto opus noſtrum
coram deo ualet abſque paſſione & merito
Chriſti: Imo abſque eo nec ſumus nec uiui-
mus nec ſaluamur: tamẽ nihilominus me
diante diuino iuuamine poſſumus ac de
bemus noſtrum liberum arbitrium ad
Chriſtum inclinare ac eius meriti partici
Can. 1 pes fieri cum eoque currere, clamando: Tra
in prin. he me poſt te, curremus in odore ungen
torum tuorum. Ad hoc quadrant ſequẽ
Pſal. 126. tia ſcripta: Niſi dominus ædificauerit do-
mum, inuanum laborauerunt qui ædi-
ficant eam: niſi dominus cuſtodierit ciui-
tatem, fruſtra uigilat qui cuſtodit eam.
Math.10. in me. Item nolite cogitare quomodo aut quid
loquamini: dabitur enim uobis in illa ho
ra quid loquamini: nõ enim uos eſtis qui
loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri loqui
tur in uobis. Vtrobique diuina gratia ope-
ratur per eos, qui libero arbitrio domum
ædificant laborando, aut ciuitatem cuſto
diunt uigilando, aut populo prædicant lo
quendo, atque dicunt: iuuante deo ædifica-
ui uel cuſtodiui uel prædicaui: quemad-
Act.4 modum Petrus ipſe prædicauit ex ſpiri-
tuſancto, etiam poſt admonitionem Chri
ſti, ne cogitaret quid loqueretur. Pariter
cæteri Concionatores libero arbitrio ſtu
dere habent ſermones ad populum pmẽ
dos, non nude expectantes diuinam gra-
tiam gratis datã: quæ nõ ſemp præſto eſt
unicuique p nutu. Nemo inſup pſumat ſu-
am domũ refici aut ciuitatem aſſecurari
abſque copatiõe hoim: qui talia negocia ex
diuina gratia gerunt. Fruſtra expectabis
tuam domũ ędificatum iri, abſque lignis ſeu
lapidibus appoſitis & oparijs cõductis. In
conſulte ergo differs tuæ ſalutis opam na
uare, ſi ad eã tuã uoluntatẽ nõ libere ad.
¶ Nono Paulus ponit quod non ſi- (aptes, 9.
mus ſufficientes cogitare aliquid a nobis 2.Cor.3 poſt prin.
quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex
deo eſt. Imo dñs Iheſus cõfeſſus eſt, ſe nõ Johan.5 poſt me.
poſſe a ſeipſo facere quicquam. Multominus
nos fragiles homines a nobiſipſis quicquam
boni agere poſſumus. Doctores deſuper
tradunt in opere hominis eſſe tria. ſ. prin-
cipium, medium, finem: hoc eſt, cogitare
.i. pręparare: deinde uelle: tandem perfi-
cere: primum et tertium eſt a ſola dei gra
tia. Mediũ utpote uelle eſt pariter a gra-
tia concurrente, unacum libero arbitrio
cooperante. Ibi itaque in opere principale
eſt auxilium dei, liberum autem arbitriũ
eſt dumtaxat acceſſorium, commotum
per gratiam pręuenientem, deflexum p
gratiam concurrentem & perfectũ per
gratiam gratum facientẽ: per conſequẽs
noſtra ſufficientia eſt ex ſola gratia diui-
na: Omnes tuas uires unacum libero ar-
bitrio a ſolo deo habes: quid gloriaris quaſi 1.Cor.4 Phil.2
non acceperis? Quamuis libere poſſis uelle & poſt prin
nolle: tamen deus in te operatur uelle. Su
pra annotatos nouem & plures alios paſ-
ſus in ſcriptura obſcuros contra liberum
arbitrium retorquere ſolent Manichæi
& eorum ſequaces. Viciſſim pro libero
arbitrio multa ſunt aperte in ſacra ſcrip-
tura comprehenſa: quæ modo ſequũtur.
Cum autem omnis ſacra ſcriptura ab u-
no diuino procedat ſpiritu: qui nil contra
rij docet uel pręcipit: ideo quodlibet ſcri
ptum diſcrete intelligendum eſt iuxta
communem doctorum interpretationẽ
ab eccleſia receptam. Quoties igitur in
ſcriptura iubemur auxilium a deo po-
ſtulare, toties intelligendum eſt ut deus
noſtram debilem uoluntatem adiuuet,
domino nos docente orare: fiat uolun- Math.6
tas tua.

Q; autem

10. ¶ Q₂ autem homini deus liberum conceſ
ſerit arbitrium, pluribus atteſtatur locis
ueteris & noui teſtamenti: quorum aliqua
adducam, Imprimis in ueteri teſtamento
Gene. 4. poſt prin. ff. §. 1. in prin. ait dominus ad Cain: Subtus te erit appe
titus peccati & tu dominaberis illius. In
homine autem extra deum nil dominari
poteſt quam liberum arbitrium: quo unacũ
dei adiutorio homo opus habet ad uincẽ
dum malam carnis concupiſcentiam, Se-
cundo hominem deus alloquitur his uer
Deut. 30. in fi. bis: Conſidera quod hodie propoſuerim in
conſpectu tuo uitam & bonum, & econ-
trario mortem & malum, ut diligas domi
num deum tuum & ambules in uijs eius
& cuſtodias mandata illius ac cærimoni-
as atque iudicia: & uiuas, Sin autem auer-
ſum fuerit cor tuum; tunc peribis, teſtes
inuoco cœlum et terram quod propoſuerim
uitam & bonum, benedictionem & ma-
ledictionem. Elige ergo uitam ut diligas
deum atque obedias uoci eius, Ecce hic de
us dat homini poteſtatem libere eligendi
bonum, Ridiculum eſſet, dari homini ele
ctionem & non liberam facultatem eligẽ
di, Præterea ſpes uitæ fuiſſet fruſtra pro-
miſſa homini non habenti liberum arbi-
trium, quo poſſet bonum facere & malũ
omittere: coactus malum operari, Id qui-
dem neceſſarium malum cogenti, nõ co-
acto, imputandum eſſet, Scimus enim (iu
xta ſcripturam) quoniam iudicium Dei
eſt ſecundum ueritatem in eos qui talia
Roma. 2. in prin. agunt: Deus reddit unicuique ſecundum
opera eius,

11. ¶ Tertio liberum hominis arbitrium cla
Eccl 15. in fi. re probatur in hoc Sapientis Syrach elo
J. 78. §. 6. gio: Deus ab initio conſtituit hominem
& reliquit illum in manu conſilij ſui, utpo
te liberi arbitrij, conſiſtentis in rationis cõ
ſilio, Adiecit mandata & præcepta ſua, ſi
uolueris mandata conſeruare, conſerua-
bunt te, Appoſuit tibi aquam & ignem,
ad quod uolueris, porrige manum tuam;
ante hominem uita & mors, bonum &
malum: quod placuerit ei, dabitur illi: ne-
mini mandauit impie agere & nemini
dedit ſpacium peccandi. Quarto in-
quit deus in Eſaia: Si uolueritis & audie- Eſai. 1. poſt me.
ritis me, bona terræ comedetis: quod ſi nolue
ritis, gladius deuorabit uos, In uerbo uel-
le & nolle comprehenditur liberum arbi
trium: in quo eſt poteſtas uolendi & no-
lendi, Iterum in Eſaia dominus: quærite Eſai. 21 circa fi.
conuertimini & uenite. Si uoluntas no-
ſtra ligata eſt; nulla gaudens libertate; cur
Deus nos hortatur ut conuertamur & i-
pſum quæramus atque ſequamur? Conſi-
miles admonitiones, ut auertamur a ma-
lo et exerceamur in bono, habentur in ue
teri lege quam plures: quæ omnes fruſtran-
tur ſi eas ex defectu liberi arbitrij ſequi
nequimus, Pariter fruſtratæ eſſent om-
nes diuinæ promiſſiones iuſtis & commi
nationes iniuſtis propoſitæ, inquantũ illi
libera uoluntate nunquam fierent iuſti, & iſti
non ſua propria uoluntate ſed neceſſitate
eſſent iniuſti, acſi in manibus amborum
nec bonum nec malum ſit relictum, Mul
to plures paſſus liberum hominis arbitri-
um concernentes in ueteri teſtamento di
ligens lector facile inueniet,
¶ Cæterum in nouo teſtamento arbitrij
libertas frequentiſſime attingitur, Primo 12.
ex natura, iuxta Euangelium: Omnia Math. 7 Luce 6
quæcunque uultis ut faciant uobis homi- poſt me.
nes: & uos facite illis ſimiliter, Velle uero
nequimus, niſi liberum habeamus arbitri
um, Item multis Chriſti diſcipulis retro
abeuntibus & iam non cum illo ambu-
lantibus, interrogauit Iheſus duodecim
Apoſtolos: Numquid & uos uultis abi- Johan. 6 in fi.
re? In uerbo (uultis) dedit intelligere, quod
nolit eos cogere ut præter ſuam uolunta
tem ſecum permaneant: & inſtabiles diſ-
ceſſiſſe non neceſſitate ſed uoluntate.
Irrefragabili notatione liberum arbitriũ
continetur hijs uerbis Euangelicis: de- Joh. 1.
dit eis poteſtatem filios Dei fieri his qui ff. 10. §. 11
credunt in nomine eius. Huiuſcemodi J. 16. §. 4
poteſtas eſt ſolius liberi arbitrij: quod iu-
uante diuina gratia flecti poteſt ad pœ-
nitentiam & fidem: qua homo idoneus
fit ut eum Deus in filium adoptet. Neque
dicta Euangelica uerba trahenda ſunt
ad homines iuſtos: qui prius ſunt ad-
optiui DEI: ſed iniuſtos, carentes

gratia gratum faciente: ſine qua omnes
hominês iniuſti cenſentur, Homo itaque
poteſtatem habet cum ſuo arbitrio & dei
adiutorio, ſe capacem reddere adoptiuæ
filiationis, non φ ex ſeipſo filium dei faci
[.41.§.2. [.77.§.9 [.96.§.3 in prin.] at, ſed patiatur ſe filium dei fieri: hoc eſt
ut ſuum arbitrium eo dirigat quo deus i-
pſum in filium adoptet, Vlterius in Euan-
gelio liberum arbitrium crebro reperit,
maxime in ſequentibus Chriſti uerbis: Si
Math.16. in fi. quis uult poſt me uenire, abneget ſemet
Mar.14 in prin. ipſum, Item, Cum uolueritis, poteſtis pau
peribus benefacere, Item dominus ait ad
Mat.15. quandam mulierem: fiat tibi ſicut uis: Et
Luce 18 in fi. ad cæcum: quid tibi uis faciam, & ille uo
luit uidere. Siquidem homo non poſſet
habere bonum uoluntatis arbitrium, tũc
Chriſtus docuiſſet nos mala opera: & fru
ſtra conſuluiſſet libera uoluntate poſt ſe
uenire: pauperibus benefacere: proximo
obſequi: optaſſet quoq; mulieri & cæco
male fieri. Minime deniq; fuiſſet bona,
nec libera uoluntas eorum: qui ſecundũ
Iob. 12. Euangelium Iheſum uidere uoluerunt:
ante me. quod eſſet abſurdum.
15. ¶ Liberum arbitrium certiſſime ex euã-
Luce 15. gelio apparet: ubi pater filijs ſubſtantiam
contingentem diuiſit. Id iuxta Iherony-
mi ad Damaſum interpretationem intel-
ligitur, φ cœleſtis pater unicuiq; homini
dat liberam arbitrij uoluntatem ceu por-
tionem contingentem: qua domino Deo
ſuo libere ſeruiat. Alioquin quomodo a-
doleſcentior filius ſuam legitimam diſſi-
pare potuit, ſi ea non fuiſſet in ſua manu
liberi arbitrij: quod a deo bonum accepit
& in malum peruertit. Poſtea cœpit ege
re diuina afflictus admonitione: qua acce
ptata, in ſe eſt reuerſus & flens contritio-
ne libere redijt ad patrem: qui miſericor-
dia motus & accurrens cum gratia gra-
tum faciente, cadit ſuper collum eius &
induit eum ſtola & dat ei anulum in ma-
nu eius & calciamenta in pedes ut in gau
dio epuletur. Ex pluribꝰ deniq; alijs Chri
ſti parabolis liberum elicitur arbitrium:
Mat. 23. in fi. ut ibi: quoties uolui congregare filios tu-
os, & noluiſti: utpote pati tuam uolunta-
tem per gratiam dirigi: dominus expro-
brat noſtram peruerſam uoluntatem, nõ
impoſſibilitatem: Nam inquit: Si uis ad Math 19. ante fi.
uitam ingredi, ſerua mandata: et ſi uis per
fectus eſſe, uende quæ habes, Vtrobique
uoluntatem hominis tangit, Item. Siquis Luce 9 ante me.
uult poſt me uenire, abneget ſemetipſũ:
qui enim uoluerit animam ſuam ſaluam
facere, perdet illam. Quippe in ſacra ſcri-
ptura opera bona ſeu mala frequenter iu
xta hominum uoluntatem penſantur.
¶ Rurſus ex nouo teſtamento arbitrium 14
hominis liberum eſſe conſtat: ubi Paulus
recenſet: ſi uolens, ſ. ex libero arbitrio eu 1. Cor. 9 in me.
angeliſauero, mercedem habeo: ideo o-
portuit ſuam uoluntatem bonam eſſe, ali
oquin mercedem non habuiſſet. Cenſet
quoq; eos: qui pie uelint uiuere, perſecu- 2 Timo. 3 ante fi.
tionem pati. Oportet igitur uoluntatem
pie uiuendi patientem eſſe ac bonam &
liberam. Præcipit deniq; Paulus ſic cur- 1. Cor. 9 in fi.
rere pro brauio cœleſti ut comprehen-
damus: ac in agone ita contendere, ut in-
corruptam coronam accipiamus: necnõ 2. Timo. 2. in prin.
ſicut bonum Chriſti militem decet, certa
re & laborare cum diuina gratia: quæ no Sap. 9 in me.
biſcum laborat. Huiuſcemodi curſum,
certamen et laborem oportet fieri ex libe
ro arbitrio, non ex neceſſitate: alioquin
Paulus (uti præmittitur) non præcepiſ-
ſet, Qui etiam fatetur ſe uoluntatem habe
re ad bonum: ſed bonum exequi non poſ
ſe: & ait: Non enim quod uolo bonũ, hoc Roma. 7. ante fi.
facio: ſed quod odio malum, illud facio: [.35.§.5. in prin.
Nunc autem non iam ego operor illud:
ſed quod habitat in me peccatum: ſcio, n.
quia non habitat in me, hoc eſt in carne
mea bonum: Nam uelle adiacet mihi, per
ficere autem bonum nõ inuenio: non, n.
quod uolo bonũ, hoc facio, ſed quod no-
lo malum, hoc ago. Ex hac Pauli ſenten-
tia palam conſtat in hominis poteſtate eſ-
ſe bonum uelle, tametſi illud exequi ne-
queat, Iſtud bonum uelle eſt uirtus, quẽ-
admodum malum uelle uitium. Mala de
niq; uoluntas in bonam mutari poteſt: do
mino ſuos diſcipulos docente: Quicunq; Mat. 20. in fi.
uoluerit inter uos maior fieri, ſit ueſter
miniſter. Per hoc inſtruimur ut arrogan
tem uoluntatem noſtram mutemus in
humilem:

humilem : quæ proculdubio libera erit
ad bonum : alioquin doctrina Chriſti in-
anis eſſet. Cõcludendum eſt igitur ꝙ de-
us dederit homini ſupremam uim, nem-
pe uoluntatem & eandem libertate do-
tauerit: quo liberius uelit deum ultra om
Apo. 22 in fi. nia diligere & gratis accipere aquam ui-
tæ, i, dei gratiam gratis datam abſq; omni
merito: non tamen abſque ſuo arbitrio ad
eandem gratiam deflexo. Inſuper ꝗuis
homo liberam uoluntatem a deo habet,
ac eandē ad deum cum eiꝰ auxilio uerte
re teneatur: nihilominus tamē deus uult
præmiare hominem huiuſmodi gratiam
acceptantem & cum ea libere cooperan-
Luce 15: tem: put patet in ſupradicto filio ꝓdigo.
15 ¶ Omnes ordinationes, admonitiones, ꝓ
miſſiones, cõminationes, diuinæ ſunt caſ-
ſæ & inanes, ſublato libero arbitrio: ſine
quo homo nec bonum nec malum opaī:
ideo nec pręmiandus nec puniendus.
Cum autem præcepta diuina & conſilia
Chriſti inſtituta ſint, ut legitime obſer-
uentur uel uoluntarie ſubeantur, ad con-
ſequendum ſtatum æternæ uitę: ergo ne
ceſſe eſt ut homo liberum habeat arbitri-
um: quo eligat bonum & reſutet malū,
ſecundum inſtitutionem præceptorum
& conſiliorum diuinorum. Quamobrem
Math. 5 in prin. Chriſtus legis obſeruatores conſolatur,
& tranſgreſſores terret, dicens: Gaudete
& exultate, quoniam merces ueſtra co-
pioſa eſt in cœlis. Quæ quidem merces
eſt proculdubio ſolius uoluntatis: extra
quam nulla alia uis uel membrum homi-
nis ad bonum ſe libere inclinat. Inſuper
dominus comminatur hiȷs, qui malū non
neceſſitate ſed ſpontanea temeritate com
mittunt uel bonum obmittunt: dicens:
Math. 25. in fi. ibunt in ſupplicium æternum. Huiuſmo
di conſolatio & comminatio ac tota lex
& promiſſio Chriſti eſſet fruſtrata ſi libe
rum arbitrium pro ſuo nutu non poſſet
ad alterutram partem flecti. De ſe qui-
dem ad malum, licet indebite, flectitur:
ad bonum autem iuuante gratia diuina
poteſt & iure debet homo ſe conuertere:
ne diuinam gratiam ei oblatam negligat
uel acceptam iterum amittat. Chriſtus
ponit bona & mala opera eſſe homi-
num, inquiens: Ex fructibus eorum co- Math. 7 ante fi.
gnoſcetis eos. Si huiuſmodi operum fru-
ctus ex neceſſitate, non ex cooperatione
liberi arbitriȷ pullularent immerito nun-
cuparentur fructus hominum, ſed poti-
us eorum qui homines ad opera coe-
giſſent. Pręterea dominus Iheſus pro
ſuis crucifixoribus orans, ait: pater dimit-
te illis quia neſciunt quid faciunt, multo Luce 23 in me.
legalius eos excuſaſſet, ſi liberum arbitri
um non habuiſſent, quaſi coactos ad cru
¶ Exploſo hominis arbi- (cifigendū. 16.
trio: eius charitas erga deum erit ingra-
ta, ac oīa pręcepta et inhibita euacuata q̄ſi
ad homines nō ſpectātia: Ideo nemo iure
pręmiabiť nec cōdemnabiť. Cur igiť ſcri-
ptura ubiq; pręcipit ut declines a malo et Psal. 36 ante fi.
facias bonum, dum non habeas liberꝫ ar-
bitrium, ſed omnia opereris coactus. Su-
per omnia diligi ſe uult deus: quem dili-
gere nequis abſq; libera uolūtate: in qua
ſola amor conſiſtit. Qui caret arbitrio, de
um libere non poteſt amare nec odire
quemadmodum brutum. Neq; deum a-
mare poteſt rationis capax: quia ſemper
ei timendum eſt ne minime ſit de nume-
ro ſaluandorum, ſed magis præſcitus ad
damnationem: quam orbatus libero arbi
trio nulla uia euadere poteſt. Ecōtra cur
deum non ſuper omnia diligere uelit: qui
credit ſe habere liberum arbitrium: quod
ad deum dirigere & eo mediante grati-
am a deo impetrare ac perpetuam dam-
nationem euitare ualeat. Cur deniq; idē
non omni diligentia ſtudeat ſuum liberꝫ
arbitrium ſedule cuſtodire, ne aliquando
peruertatur: timeatq; ne damnationi ſui
ipſe cauſam præſtet. E diuerſo nullam
ſalutis diligentiam adhibebit qui præſu-
mit ſe abſque ſuo arbitrio & cooperatio-
ne ad beatitudinem eſſe prædeſtinatū.
Multo plura ſcandala committuntur per
inſidiatores liberi arbitriȷ. Nam deſpe-
rati religioſi cum apoſtatis monialibus
fictum matrimonium contraxerunt, ac-
ſi ad hoc neceſſitate ſint coacti, non
ſua temeritate ſeducti. Heu talia &
conſimilia facinora tempore tranſacto

& currenti in alemania turpiter perpetrata ſunt: ut formidandum ſit, ne aliquãdo terra aperiat os ſuũ & abſorbeat flumen quod miſit diabolus de ore ſuo. (Apo. 12 in fi.)

CAPITVLVM QVADRAGESIMVM. An omnia fiant ex neceſſitate diuinæ præſcientiæ?

VViclephus ſuiq; ſequaces, nempe Lutherus alijue ſeductores aſſerunt omnia fieri nuda neceſſitate & prædeſtinatione diuina abſq; arbitrij cooperatione. Deo enim uniuerſa ſunt pręſentia ac nota, cui nihil opertum. Hoc quod præſcit, aliter fieri uel mutari nequit; quoniam deus eſt immutabilis & omnia in omnibus. (Gala. 3) (1 Co. 15) Ea inſuper quæ deus facit, ſingula ſunt bona: etiam ſi aliqua ex eis apud nos uideantur iniqua: nemini tamen licet contra deum murmurare, etiã ſi exiſtimet ſe immeritum damnatum: aiunt (& uerum eſt) nil æquius eſſe dei decreto & ordinatione: ſed addunt omnia hominum opera bona & mala æqualiter et indifferenter corã deo eſſe uitioſa &c. cum pluribus alijs abſurdis articulis per hæreticos introductis: præſertim nil a deo impetrari poſſe: ex quo omnia, quẽadmodum fiunt, ita ex neceſſitate fieri oportet. Effingitur igitur duplex Deus: unus qui cogit & trahit mortales ad malum: alter pro ſuo libitu acceptat aliquas perſonas a malo redemptas. Dicti hæretici faciunt ex primo crudelem Deum & iniuſtum tyrannum: qui homines abſque eorum uoluntate, ſcitu & culpa condemnat iniuſte: quoniã inuiti & coacti in peccata ceciderunt: quos etiam nec Chriſti paſſio nec ſacramenta iuuant, quin continuo peccent. Etiamſi æſtiment ſe diligere uel timere deum: eſt tamen huiuſmodi putatiuus amor uel timor nil aliud q̃ peccatum & opus odioſum: neq; huiuſmodi malum aliter tollatur q̃ ſola fide & ſpeciali miſericordia dei. (Luce 14 poſt me.) Ad firmandum præmiſſum errorem ipſi pſeudo doctores allegant Chriſtum mandaſſe ut homines compellantur intrare.

2. ¶ Non eſt maior blaſphemia q̃ in deum hanc culpam transferre: acſi eius præſcitu omnia rationalis creaturæ mala abſq; ipſius uoluntate neceſſario eueniant: præſertim q; non aliter uiuamus, agamus, & patiamur q̃ deus ab æterno ordinauerit uniuerſa euentura, ſiue ad ſalutem, ſiue ad plagam contingentia. Nullus Iudæus neq; Paganus, nullus Turcus neq; aliꝰ infidelis ſuum putatiuum deum tantę incuſat inſolentiæ, quantæ illi maliuoli hæretici uerum noſtrum deum incuſant, acſi author ſit peccati & totius noſtri mali: (Jaco. 1 in me.) qui tamen non eſt tentator maloꝝ. Humanæ uitæ nil peius tradi poteſt hoc dogmate: quo omnis ſedulitas, opera, uirtus policia & honeſtas aufertur ab hominibus: qui ſtante eodem dogmate, contra hoſtes non pugnabunt: medicinas nõ recipient: concupiſcentias non comprimẽt nec in bonis exercitijs occupabuntur: agricola non ſeret, nec mater prolem alet: iudex maleficos non plectet: nec quiuis alius ſuum ſtatum aut officium digne expediet: unuſquiſq; pręſtolabitur futura euenta, quaſi ſine ſuo labore & cooperatione ex neceſſitate & dei præſcientia fiant. Per hoc excuſantur omnes rei criminoſi: qui ſua crimina a ſe transferent in deum cogentem: quaſi ipſi ſint innoxij & nullo iure puniendi. Deus autem adeo iuſtus eſt ut ab eo nil iniuſtum manare poſſit.

3. ¶ Quocirca Dauid ait ad dominũ: quoniam non deus uolens iniquitatem tu es: (Pſ. 5) Et Paulus: Deus omnes homines uult ſaluos fieri: (1 Tim. 2) Item hęc eſt uoluntas dei ſanctificatio ueſtra: (1 Theſſ. 4 in prin.) ut ſciat unuſquiſq; ueſtrum uas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore. Cur ergo deus uelit creare homines ad nullum bonũ & cogere ad omne malum ac ob id damnare eoſdem: qui tamen alias eſt optimus architector, nullius reprobi operis effector. Quod autem dominus mandauerit homines ad intrandum cogi: (Luce 14) intelligitur eſſe cogendos eruditione, charitate, ardua diſciplina uel pia

admonitione

admonitione;qua docilis homo facile du
citur ut libere recedat a malo per diuinā
graciam: quam licet homo de ſeipſo non
acquirere, tamen ſe præparare poteſt ut
capax ſiat ad acquirendum eandem; pro
Luce 15 Luce 14 ante fi. ut filius prodigus præparauit reditum ad
patrem pariter ſeruus habet ſe pręparare
1.Cor.7 ad gerenda negocia domini ſui,
4. ¶ Quamobrem quæ ſutura & deo cogni
1 Cor.7. ta ſunt, non neceſſitate: ſed libera uolun-
Roma.7. tate eueniunt: Apoſtolus enim inquit,
Phile.1 Qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non ha-
bens neceſſitatem: poteſtatem autem ha
bens ſue uoluntatis. Iterum unuſquiſq;
prout deſtinauit in corde ſuo, non ex tri-
ſtitia aut neceſſitate. Idem ad philemonē;
Sine conſilio tuo nihil uolui facere; uti ne
uelut ex neceſſitate bonum tuum eſſet;
ſed uoluntarium, Ecce Paulus negat ho-
mini imponi neceſſitatem. Non igitur eo
ꝙ deus præſcit, aliquid fit: ſed quia futurū
eſt ideo prænotum eſt deo. Cuius intelli-
gentia ubiq; eſt plena & perfecta: ſemper
præſens: non præterita neq; futura, quod
ante mille annos pręteritum uel poſt mil
le futurum, hoc eſt diuinæ ſapientiæ præ-
ſens: ueluti ſcriptum eſt: quoniam mille
Pſal. 89. in prin. anni ante oculos tuos tanꝗ dies heſterna,
Pſ 15 Quēadmodū deus nullius eget ad potētiā
cæteraſq; perfectiones ſuas: ita nec ad ſuā
præſcientiam: quam ei nunꝗ abbreuiare
uel mutare poteris: quoties tu mutaberis;
hoc totum ſimul præſcit deus uſq; ad ulti
mum punctum: tua leuitate non ſupera-
bis conſtantem dei ſapientiam. Tu es ceu
ſpeculi imago ante oculos dei, uidētis ſin-
gula quæ ante & retro te fiunt: tuis autem
Pſal.149 oculis apparent ſola coram ſe iacentia, Sa-
pientię dei non eſt numerus: igitur in ſua
idea tanꝗ in ſpeculo ſimul perſpicit om-
nium creaturarum actum & habitum, nu
merum uniuerſæ arenę, guttas totius ma
ris, atomos ubiq; in aere, minutas infiniti
temporis, naturam omnium & ſingulorꝫ
Pſal. 146. uegetalium: præterea deus (qui nume-
rat multitudinem ſtellarum & omnibus
eis proprietatem impoſuit) prænoſcit ſpe
cialiter hominum omnes cogitationes, af-
fectiones, leuitates, uerba & opera: quæ

toties mutari nequeunt, quin omnes &
ſinguli hominum actus ſint diuinis ocu- Heb.4
lis ſemper nudi & aperti: quoniam omniū
rerum eſſe a diuina pendet eſſentia.
¶ Stante itaq; dei pręſcientia, nihilomagis 5.
neceſſario eueniunt accidentia a deo pręs
ſcita: alioquin nulla opus eſſet opera aran
di, paſcendi, filios alendi aut ſimilia facien-
di. Nihil ergo eſt negligendū nec procra-
ſtinandum nec expectandum ſuper pręs
ſcita, quaſi neceſſe contingētia: ſed in om
nibus emergētibus negocijs gerendum,
agendum & prouidendum, quicquid ad
dei cultum noſtramq; ſalutem attinet: ſine
conſideratione ꝙ deus ab æterno ſingu-
los noſtros actus, unacum omnibus circū
ſtantijs, ab æterno præuiderit: permittēs
nihilominus homines iuxta liberam uo-
luntatem agere. Idcirco Petrus inquit: Sa 2.Pet.1. in me.
tagite ut per bona opera certam ueſtram
uocationem & electionem faciatis: hæc
enim facientes, non peccabitis aliquando:
ſic enim miniſtrabitur uobis introitus in
æternum regnum domini Iheſu Chriſti.
Quare alioquin Petrus nos prouocaret
ad bona opera: quę neceſſitate diuine pręs
ſcientię, non libera uoluntate eſſemus fa-
cturi? Et ponit ſcriptura: Omne quod 1.Eſdre 7 ante fi.
ad ritum dei cœli pertinet, tribuatur dili-
genter in domo dei cœli. In eadem deni- Luce 15. poſt prin.
ꝙ domo mulier perditam drachmā quæ
rit diligenter donec inueniat: & cum in-
uenerit, congratulatur cum ſuis uicinis,
¶ Præſcientia dei eſt bifaria: una electo- 6.
rum: quæ proprie prædeſtinatio nuncu-
patur: altera eſt damnatorꝫ. Primo deus
ad ſalutem eligendos uocat omnes homi- Math.22. poſt prin
nes, ad diuinam imaginem indifferenter
creatos, E quibus deus dumtaxat eligit
quos ab æterno preuidit ſuam imaginem
incontaminatam conſeruaturos: referen-
te Paulo: Quos autem præſciuit utpote Roma.8. ante fi. &.39.§.5.
uirtutibus decorandos pręnouit: hos pręs
deſtinauit cōformes fieri imaginis filij ſui;
quos autem prædeſtinauit, hos & uoca-
uit, ſ. ad uitam æternam: quos autem uo-
cauit, hos & iuſtificauit: quos autem iuſti
ficauit, illos & magnificauit, ſ. hic in gratia
illic in gloria. Diuina itaq; electio in homi

nis conſiſtit uoluntate: quorſum iſta ſe flectit ſurſum uel deorſum: illuc eſt homo ab æterno prędeſtinatus, ſ. ad ſalutem uel ad pęnā. hoc ſic intelligas. Imprimis deus ex nihilo hominem creat in natura condigna: ipſum ad ſtatum altiorē uocādo et ei porrigendo præuenientem graciam: qua accepta ſuperius trahatur. Homo inſuper penes ſe reperit diuinum auxilium: quo graciam præuenientē acceptare poſſit. Ab æterno præſcit deus, quis hominū in futurū, cōcurrente auxilio uſurus, pręuenientem gratiam admittere & gratam gratiam acquirere uel negligere: retinere uel iterum refutare uoluerit uel noluerit. Obſequentem igitur hominē deus eligit & prædeſtinat ac ad librum uitæ inſcribit: eidem concedens gratiā conſeruātem: qua ad altiora conſcendat. Qui præuenienti gratię nō cōtrauenit nec concurrentem gratiam abijcit, illum deus iuſtificat, addendo gratiā gratūfacientem: tandem cum magnificat in æterna beatitudine. Huiuſcemodi electis, in dei iuſticia pſeueraturis, præparatum eſt cœlorum
Math.25. regnum, Chriſto promittente: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum uobis regnum a conſtitutione mundi. Quicūq; uero ſua culpa uiam iuſticiæ exceſſerint: inuenient paratum infernum: non quilluc a deo ſint præſciti, ſed propter eorum præuaricationem damnationi addi-
Apo.6 in me. cti. Porro infernus ſequitur diabolum: poſt cuius lapſum, non antea, deus præparauit infernū: cuius participes fiunt Luci-
Baruch 3 ante me. 2.Macb.5 ante fi. feri ſequaces, iuxta ſcripturam: deputatus es cum deſcendentibus in infernū. Itē locus. ſ. inferni particeps fact9 eſt populi malorū atq; derelictus i ira dei oīpotentis.
7. ¶ Altera præſcientia eſt damnatorum:
Eccl.23 ante fi. quorum maliciam deus ab euo præſciuit: quemadmodum ſcriptum eſt: domino enim deo, anteq; crearentur, omnia ſunt agnita, ſic & poſt perfectum reſpicit om-
§.19.§.1. §.19.§.3 in me. nia. Diuinæ igitur ſapientiæ uniuerſa prę terita & futura ſunt præſentia. Sicut ſtans in montis ſupercilio præſentialiter conſpicit, quid ſub monte inferiori uia paulatim ſequitur: quod ſedenti in ualle non apparet, donec corā uenerit: Sic omnes uię Pro.16 in prin.
hominum patent oculis dei: qui in ſupremo cœlo præuidet quid cras & poſtero tempore totius uitæ tuę in hac ualle ſis facturus uel omiſſurus: tametſi tu & reliqui homines id tamdiu ignorent donec factū fuerit. Conſimiliter ſtans ſupra rotam circumcurrentem ſimul perſpicit omnia & ſingula in rota condependentia: quæ iacens ſub rota ſucceſſiue uidere uix poteſt poſtq; coram oculis ſuis uerſa fuerint. Pari modo poli dominus ſimul & ſemel conſpicit tuę mutationis & totius uitæ diſcurſum: quem tu paulatim ſentis, primo unū q̄d q; factum poſtq; tibi acciderit. Etſi id in tuo pendeat arbitrio: tamen neſcis quādo et quoties id mutabis: quod deū nō latet. Præſcientia itaq; dei ſimul cōprehendit omnia præterita, præſentia & futura: Deus.n. eſt dn̄s totius tp̄is, quod eum fugere nequit. Diuina ſapientia nō indiget informatione nec dilatione: oīa penetrat abſq; quouis obſtaculo. Attamen præmiſſa dei præſcientia uel prædeſtinatio nullā homini præſtat uel adimit neceſſitatē nec occaſionem ſalutis uel damnationis: quēadmodum nec ego uel neceſſitatem uel occaſionem habeo Saliſburga abeſſe, eo quia tu ſcis me Saliſburgę non eſſe.
8. ¶ Quidam uero erronei ueritatē peruertentes, neceſſitatem incutiunt omnibus futuris contingentibus a deo præſcitis: acſi deus omnes euentus ab æterno ordinauerit & fundauerit ſuper ſuam præſcientiā, nil hominis arbitrio libere permittens: & ſic tuum malum proueniret ex diuina præſcientia, nō ex tua peruerſa uoluntate. Superfluum igitur aiunt eſſe deum pro ſalute noſtra regri aut bona opera aut ardua onera ſuſtinere: libertatem arbitrij prorſus tollentes: acſi nemo ad bonum ſed ſolū ad malum habeat arbitrium. Hac opinione unuſquiſq; ſecundum ſuum ducitur placitum abſq; omni cura, certus de ſui ſalute uel damnatione: quam iamdudum deus in ſua præſcientia præordinauerit, abſq; diſcrimine: nullo habito reſpectu humanorum actuum uel bonorū uel malorū. Similiter etiā p̄edit infirmus mēte capt9, dicens:

dicens:uolo eſu & potu frui ac facere pro meo appetitu:quia omni euentu aut moriar aut uiuam: ut mihi nec medicamine nec abſtinentia opus ſit. Ex huiuſcemodi præſumptionibus multa ſequuntur in conuenientia. Potiſſimum hijs temporibus quidam apoſtatæ & pſeudo curatores,ſua facinora & damnata matrimonia tegendi occaſionem ſumunt ex dogmate diuinæ præſcientiæ: quaſi non liberi ſed coacti duxerint uxores,Q; plures alij ſua peccata in deum transferunt,tanq; authorem noſtri mali:& ſic deum incuſant,ſe ipſos excuſant, in maximam blaſphemiam dei. Cuius largitas electos ſine eorum cooperatione immerito ac ſuperflue ſaluaret:necnon Dei iuſticia præſcitos,ſine eorum demerito & culpa iniuſte damnaret:ex quo ſuos exceſſus, diuina præſcientia coacti,non libera uoluntate commiſerunt. Itaq; immoderata iniuſtitia aſcribitur Deo,acſi ſit perſonarum acceptor iudexq; iniquus, contra omnem ſcripturã:
1. Para.19 in me. qua affirmatur,apud Deum non eſſe iniquitatem neq; perſonarum acceptionem
Roma.2. Gala.2 Ephe.6 Actu.10. Paulus multis locis commemorat Deum non accipere perſonas. Nequaq; igit̃ excuſandi ſumus noſtrorũ peccatorũ Deo ab æterno prænotorum: quæ ſoli noſtro peruerſo arbitrio,& nullatenus diuinæ p̃ſcientiæ imputanda ſunt.

9. ¶ Propria peccamus uoluntate: quam tam crebro & remote mutare nequimus quin Deus cernat remotius:diuina ſapiẽtia noſtram ſuperat maliciam. Porro Deus noſtrum initium(quod nobis nõdum exiſtentibus fuit occultum) ab euo præſciuit;ergo iam præſcit omnes actus noſtros uſq; in finem noſtri: qui pariter nobis occultus,tamen futurus eſt. Præterea Iudæi ad crucifigendum Chriſtum non fuerunt coacti eo q; Deus huiuſmodi crucifixionem ab euo ordinauerat, ſed nihilominus ipſi mala mente ſponte trucidauerunt dñm,bona mente libere patientẽ.
Math.26. Ps.87 Hiere.11 poſt pri. Conſimiliter Iudas nõ eſt coactus ad dñi traditionẽ,q̃uis Prophetæ eãdẽ dudum antea prædixerint:ſed ipſi pphetarũt huiuſmodi traditionẽ eo q; Iudas malo ppoſito traditurus erat dñm. Item non quia Chriſtus prædixit impoſſibile eſſe quin ſcandala ueniant, eo ſcandala ueniunt:ſed Chrs ideo prædixit,quia ſcandala futura erant per maliuolos homines: quibus dñs eſt cõminatus: Væh aũt illi per quẽ ueniunt:utpote cuius peruerſa uoluntate ſcãdalum cõmittit̃. Obijcit̃,prædictum dñi Luce 17 in prin. elogiũ fruſtratum iri, ſi inter oẽs hoies nemo extitiſſet,cuius mente puerſa ſcandalum cõmitteret̃. Poteſt reſpõderi,Inquãtum nullus ſcãdaloſus homo futurus fuerat:Chrs ſcandala non pnoſticaſſet: Cum autẽ deus æternaliter præſciuerit peruerſos homines ultra modum futuros:per q̃s ſcandala fierent: Igit̃ Chriſtus uirtute ſuę deitatis ſcãdala p̃dicere potuit,ſed eis per hoc cauſam dedit nullã. Quippe homo ſola ſua uolũtaria temeritate peccat & in ſuum malum labitur, non inſtigatus diuina præſcientia nec coactus naturali uel accidentali neceſſitate. Verum quidem ab euo Deus decernit,qua iuſtitia omnia prę terita, præſentia & futura hominũ facta diuinæ ſapientiæ ſemper aperta,iudicanda ſint uel præmianda, unicuiq; ſecundũ adhibitam ſui arbitrij deflexionem: & ex nulla aliena cauſa ſeu neceſſitate.

¶ Siquidem homo præſcitu dei aut quauis uiolentia ad peccandum induceret̃, 10.
forſitan peccato non ſponte ſed coacte in uolutus eſſet:tunc ſequetur, omnia Dei præcepta homini eſſe fruſtratorie propoſita. Chriſtus quoq; inſipienter mandaſſet orare,quærere,pulſare & in Dei gratiam ſperare:ſcriptura iubente: ſperate in 1. Petri poſt me.
eam,quæ offertur uobis gratiam: & ſi patrem inuocatis eum qui ſine acceptione perſonarum iudicat ſecundum uniuſcuiuſq; opus. Item ſpera in domino & fac Psal.36. in prin.
bonitatem: & ipſe faciet, & educet quaſi lumen iuſtitiam tuam. Si itaq; peccator in deum ſperare & bonum facere poteſt,neceſſe eſt ut liberũ habeat arbitriũ: ſin autẽ a malo declinare nequit ac in peccatis manere cogitur:tunc Iacobus inepte præcepit:orate pro inuicem ut ſalvemini:ſiquis Jaco.5 in fi.
conuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ ſuæ, ſaluabit animam eius a morte.

Pariter dominus fruſtra promiſiſſet: qui
petit, accipit, qui quærit inuenit & pulſan
ti aperietur, inquantum huiuſmodi acce-
ptio, inuentio & apertio ex neceſſitate ali-
cui competeret abſq; ſua requiſitione. Et-
Luce 12. in prin. enim dominus præcipit ſemper eſſe orā
dum modumq; orandi nobis tradit; ipſe
Luce 11 deniq; in monte & alibi frequenter pro
Mat. 14. ante fi. nobis orauit ut Euangelicis claret ſcrip-
tis. Ad huiuſmodi inſuper domini man-
Deu. 1 & c. 4. & 9 datum ſui diſcipuli orationibus et ieiuniis
inſudarunt. Similiter & Paulus in ſuis epi
Roma. 10. ante fi. ſtolis ſæpe ponit orationibus inſtandum
eſſe. Tot ſcripta, orandi neceſſitatem con
cernentia, a ſpiritu ſancto non emanaſſent
ſi orando nihil a deo impetrare poſſem9.
Præterea ſi omnia ex neceſſitate cōtinge
re oporteat: cur dominus Iheſus ſuis diſci-
Math. 10. in prin. pulis dedit poteſtatem ſpirituum immun
dorum ut eiicerent eos & curarent omnē
languorem, dicens: Infirmos curate, mor
tuos reſuſcitate, lepr oſos mundate, dęmo
nes eiicite. Singuli eorum (ſecundum ad-
uerſariorum opinionem) ſanitatem conſe
quuti fuiſſent abſq; diſcipulorum cura. Si
quidem orationibus noſtris nil proficere
poſſemus, nemo æquanimiter ſuſtineret
aduerſitates: a quibus, tanq; neceſſario ſi-
bi inflictis, nequaq; ſe liberatum iri ſpera-
re poſſet. Quis bene uitam ſuam inſtitue-
ret uel ſuper omnia diligeret deum? qui
ipſum ad malum neceſſarium & ad æter
nam damnationem deſtinaſſet. Quis unq;
bonis operibus incumberet & nō magis
uoluptatem ſequeretur, dum in hac tran
ſitoria uita degit? Quis inuocaret deū no-
ſtrum gratioſiſſimum: a quo nullam gra-
tiam ſperare poſſit? unoquoq; trepidante
ne ſit ex turba eorum qui ad æternā dam
nationem ſunt pręſciti: quibus omnia di-
uina præcepta & promiſſa ſunt fruſtrato
rie & deriſorie propoſita: dum in omnem
euentum ipſi ſint damnandi: quoniā nul-
lus eorum deo placeat: etiamſi omnibus
1. Cor. 9. in fi. ſuis uiribus quis currat, nullum tamē bra
uium comprehendere poterit.
11. ¶ Audi quid de huiuſmodi pſeudo magi
Job 34. poſt prin. ſtris ſpiritus ſanctus promit. Viri cordati
audite me, abſit a deo impietas & ab om-
nipotente iniquitas, opus enim hominis Eze. 36. & 14 ante fi.
reddit ei & iuxta uias ſingulorum reſtitu
et eis. Profecto deus non fruſtra iudicat
nec ſuum peruertit iudicium. Quiſnam
poſt agnitionem non relinqueret uiā dif 2. Pet. 2.
ficilem & conuerteretur retrorſum ab in fi.
eo quod illi traditum eſt ſancto manda-
to: queādmodum contigit in multis Chri
ſti diſcipulis: qui eius uerba ſecundum li
teram, non in ſpiritu intelligere uoluerūt:
cum diceret: Nemo poteſt uenire ad me, Johan. 6. in fi.
niſi fuerit ei datum a patre meo. Item uen Math. 19. in fi.
de quæ habes & da pauperibus, & ueni
ſequere me. Cum audiſſet autem adole-
ſcens hoc uerbum literaliter interpretās,
abiit triſtis. Pariter multi alii retrocederēt
a ſua priſtina deuotione. Vnde inquit Au De uera re
guſtinus: Si non uoluntate malefaciam9, lig. c. 14.
nemo obiurgandus eſt omnino aut mo-
nendus. Correptione & admonitione ſub
latis, Chriſtiana lex & diſciplina omnis re
ligionis auferatur, neceſſe eſt. Tolleretur
deniq; bona policia & ciuilis diſciplina u-
nacum humanis ordinationibus & legi-
bus ſcriptis. Cur ſcriptum eſſet: En pro-
pono in conſpectu ueſtro benedictiōem
& maledictionem, benedictionem, ſi obe
dieritis mandatis domini dei ueſtri: male
dictionem ſi non obedieritis mandatis.
Iniuſte igitur damnaretur qui mandatis
dei obedire nequiret coactus, non uolun
tarie tranſgreſſus: Alioquin miniſter dei Roma. 13 poſt prin.
ſine cauſa gladium portat contra eos qui
malum non agunt ſed patiuntur: illi ſunt
iure impunes: quoniam in eis ceſſat cauſa
temeritatis. Ex præmiſſis concluditur:
Niſi malum committatur uoluntate libe
ra, non coacta: alioquin a natura nec cul- Deb. 10 ſ. 42. & 3
pabile nec pœnale eſt. Homo ergo aut ante fi.
non peccat omnino, aut habet arbitrium
quod libere ad malum flectit & ſic pecca
tum patrat uenitq; puniendus.
¶ Porro ſi præſumis tuam malitiam ne- 12.
ceſſitate, non uoluntate fieri: noli tuā uxo
rem, ſi exorbitat, increpare, neque liberos
uerberare neq; ſeruos caſtigare nec ini-
micis tuis offenſus ſis, nec cum aduerſa-
riis iudicio contendas: nam hi omnes (p
tua opinione) neceſſitate, non uolun-
tate in te

tate in te committunt culpam: quam ip-
ff. de reg. iuris l. ſi c. §. 5 ſis impoſſibile eſt prætersugere. Certe
impoſſibilium nulla eſt obligatio. Si igi-
tur non illorum culpa ſed quadam coa-
ctione quicꝙ factum conſpexeris: modo
non ſunt criminandi ſed potius commiſe-
rendi: utpote ubi intelligis tuum ſeruum
ex debilitate ſeu alio neceſſitatis impedi-
mēto abſꝗ ſua uoluntate tibi obſequium
non præſtare: uel filium mente captum a-
liquid damnificare: uterque immunis eſt:
nam quod natura inuehit, neceſſitatum
eſt ac non puniendum: ut ſi filius tuus eſt
curuus, filia deformis, uxor uetula, aut
ſeruus æger: hijs de cauſis nullum illorū
iure culpare potes. Quod autem peruer-
ſa mente committunt, nempe filius incū-
bit aleæ: filia ſcortatur: uxor dicax eſt, ſer
uusꝗ piger: talia mala ſupplicio digna;
ſunt prohibenda: ne in eis ipſi conſueſcāt.
Manifeſtum autem eſt, mortales præce-
pta diuina tranſgreſſos, nulla neceſſitate
coactos ſed propria uoluntate peruerſos
peccata committere: ideo ſunt iure puni-
endi, ceu uoluntarij malefici. Econtra
electi uoluntarijs uirtutibus decorati nōn
immerito præmiantur: quoniam ad De-
um dirigunt liberum arbitrium: qđ per-
uerſi a deo diuertunt. Tu itaꝗ minime es
excuſandus, acſi neceſſitate non temera-
ria uoluntate peccaueris. Concluditur er
go, hominem preditum eſſe illigato arbi
trio: quod deus liberum fecit: quo ad bo-
num flecti poſſit ac debeat: homo deniꝗ
poteſt, ſed non debet, idem arbitrium ſi-
bi appropriare & flectere ad malū: quod
ſoli ſibiipſi & non deo neꝗ neceſſitati cui-
piam imputare habet.

QVADRAGESIMVM PRIMVM CAPITVLVM. De regimine liberi arbitrij.

Liberum arbitrium eſt ſuprema
uis regens in homine: cuius bo-
nus aut malus euentus in libero
fundatur arbitrio. Ad illius igitur uſum
te doceri oportet, quomodo auxiliante
Deo tuum arbitrium dirigere debeas: ut
ſcias quid uoluntarie & libere diligendū
ſit aut odiendum: eligendum aut repudi-
andum: faciendum aut obmittendum.
Elucidari igitur oportet qualiter ſpiritua
le hominis regimen inſtitui & manutene
ri debeat. Ad hoc attinet quod ſcribitur:
Feciſti nos Deo noſtro regnum & ſacer- Apo.5
dotes & regnabimus ſuper terrā. Quip-
pe iuxta exemplar macrocoſmi: quomo-
do Deus a ſuperiori firmamento uſꝗ ad
inferiora elementa bene ordinauit: pari-
ter bene conſtituit microcoſmum, ideſt,
imaginem terreni, nempe hominem in 1.Cor.15
ſpiritu & corpore, imprimis corpꝰ: quod ante fi.
in natura ultra omnia corpora totius mū-
di poſitum & miro modo ex elementis cō
pactum eſt: cui & organiſato ſpiritum
rationalem infundit: & ſit homo uiuens. Gene.2
Cuius unicum corpus (inquit Paulus) Roma.12 poſt prin.
multa habet membra: omnia autē mem- 1.Cor.12
bra non eundem ſed pluriſarium actum in me.
habent: Et quæ uidētur membra corpo
ris infirmiora eſſe, neceſſariora ſunt.

¶ Quemadmodum in toto macrocoſmo
mundi, nempe cœli & terræ diuina regit
uoluntas: ita ad imaginem illius magni re
giminis Deus concedit unicuiꝗ libero ar
bitrio ſpeciale regimen in microcoſmo cu
iuſlibet hominis. Verum humanus ſpiri-
tus habet quaſdā ſpirituales uires ad cor-
poralium membrorum proportionem
ordinatas & per liberum arbitrium, ceu
ſupremam hominis potentiam, regendas
Iſtud eſt regnum hominis proprium, in-
trinſecus illi inditum: De quo Chriſtus
loquitur: Ecce regnum Dei intra uos eſt. Luce 17 in me.
Et Petrus: Vos eſtis genus electum, rega 1.Pet.2
le ſacerdotium. Vnde dicitur: Tui ſacer- poſt prin.
dotij, nempe ſalutis regnum in intra conſi-
ſtere uoluntate: tametſi a ſolo Deo eſt ſa-
lus: quæ tibi conceditur, ſecundum quod
tuum arbitrium ſe a Deo bene uel male
regi patitur. Quottidie igitur orandū eſt:
Adueniat regnum tuum: ut Deus, non Matth.6
noſipſi nec diabolus in nobis regnet. Re-
gnum autē iſtud initiari debet bonis uir-
tutibus: quo caro debite ſubijcitur ſpiri-
tui: qui ſeipſum & ſuam carnem rationa-

biliter regat Deoq́;, ceu ſuo domino & cœleſti patri, ubiq́; obediat. Ea quippe ciuitas laudabiliter gubernatur: in qua fiũt neceſſariȩ prouiſiones: ſana conſilia: iuſta præcepta & undiq́; bona policia, cum diſcreta Regentium moderatione & Subditorum obedientia. Pari modo fœlix ſucceſſus hominis, qui deteſtatur peccata præterita, intentus ad præſentem ſui emendationem et futuram ſalutem: ſi ſua ratio dat ſanum conſilium: & arbitrium liberum caute dominatur & regnat: ſi diligenter malum a bono ſeiungit ac ſuos ſubditos ſenſus & cupidines ad debitam obedientiam conſtringit. Tunc homo obſeruat bonam policiam & ordinatum regimen: pacificus cum proximo: patiens erga aduerſarium & obediens Deo unanimiter. Alioquin ex effrenata carnis in-

Luce xi post prin ſolentia hominis regnum in ſe diuiſum deſolabitur, cum diſcordia proximi & rãcore cordis ac periculo æternæ damnationis.

3. ¶ Quo facilius intrinſecum hominis regimen intelligas, conſidera regimen materiale: in quo rex ſupremus dominus cum ſuæ reginæ conſilio regnum gubernat: habet inſuper Cameram ad regni neceſſaria: Cancellariam ad negocia: diuerſam familiam ad tuitionem regni. In regno deniq́; ſunt Ciues & coniugati ad multiplicandum terrigenas: Mercatores & mechanici ad uarias merces & comoditates indigenarum: tandem in regno ſunt ruſtici & agricolæ ad alimentum & ſuſtentationem alienigenarum & incolarum. Exemplo huius materialis regni comparari poteſt intrinſecum hominis regimẽ: cuius conditiones & uires ſunt multæ ac diuerſæ: quædam ſuperiores uel inferiores: quȩdam mediæ uel tranſuerſales: ſuperiores regunt: inferiores obſequuntur: humani regni ſolium eſt corpus unacum ſuis membris: Incolæ ſunt ſpiritus & eius potentiȩ. De quibus dicam: & incipio ab inferioribus potentijs: quæ prius relucent.

4. ¶ Prima & infima ſpiritus potentia eſt corporis uegetatiua, ceu humani regni agricola. Sicut ruſticus inſerit ſemen ut uegetet & fructum afferat: ſic a ſpiritu humano uegetatiua profluit in corpus ut illud ad uitam uegetetur. Sub qua uegetatiua ſunt adhuc tres potentiæ, uidelicet nutritiua, augmentatiua & generatiua. Nutritiua ſub ſe continet alias quatuor, ſcilicet, appetitiuam nutrimenti, nempe appetitum edendi & bibendi. Secunda eſt retentiua cibi in ſtomacho indigeſti permanentis, donec tertia nempe digeſtiua aduenerit, cibum in ſtomacho coquens & in membra deſtinans ad hominis incrementum. Quarta eſt expulſiua ſuperfluitatem cibi egerens. Per ſecundam principalem potentiam uidelicet augmentatiuam, ſemen coaleſcit ad propagandum. Demum per generatiuam ſemen prodit ad multiplicandum ſuum genus. Iamdictæ quatuor uires profluunt a ſpiritu in corpus per interiora corporalia organa, ad conſeruationem hominis & ſui regiminis. Sicut enim terrigenæ in regno nutriuntur, augmentãtur & ſuſtentãtur per opera ruſticorum, artificum & coniugum: ſic homo operatione dictarum potentiarum cibo nutritur: incremento fit corpulentus: generatione acquirit prolem. Huiuſmodi & plures alias potentias ſpiritus deducit per aptata corporis organa: quibus adeo eſt annexus, ut ſine eis ſuas potentias exequi nequeat. ſiquidem eſt ſtomachus corruptus, epar infectum uel cætera membra infirma: eo minus aut omnino nihil ſpiritus operatur corporeas neceſſitates. Præmiſſa corporalia membra (inquantum agilia exiſtunt) immediate propenſa ſunt intentum liberi arbitrij, ceu ſui domini, proſequi tanta celeritate quod inter præceptum arbitrij & executionẽ operis nulla intermediat dilatio: tam repente non potes uelle uidere: quin oculi tui mox aperiantur ad uidendum: tam cito non conaris loqui, quin lingua ſit prona ad loquendum: inquantum ualet, Idem in reliquis membris.

¶ Supra uegetatiuam & eius ſubdiuiſas poten- 5.

ſas potentias conſiſtit ſenſitiua cum ſuis
ſenſibus:quos ſpiritus per exteriora cor.
poris membra tanq̄ per inſtrumenta e.
ducit. Hij quidem ſenſus cenſentur in re.
gno hominis eſſe mechanici & ciues:qui
neceſſarijs mercibus regno conſulunt in
uarijs operationibus inter ſe diſſimilibus:
una altiori uel ampliori quam altera exi.
ſtente. Infimum locum pedes tenent cor
pus circumferentes: deinde manus ad o.
perandum. Superiores uero ſenſus ſpiri.
tus exercet per capitis membra:quorum
unum altero eſt altius. Nam per guſtum
in ore ſpiritus percipit quid bonum uel
malum, dulce uel amarum eſt: Hunc ſu.
per excellit naſus: quo ſpiritus odorat
quid bene uel male olet: homo quippe
remotius olfacit quam guſtat, eo quod
naſus ore ſuperior exiſtit:aures uero na.
ſum ſupereminent: ideo ſonus latius audi
tur quam odoriferum ſaporatur, auribus
quidem ſentit ſpiritus bona uel mala uer
ba:lætam aut triſtem uocem. Oculi quo
que auribus ſunt ſublimiores: propterea
quis multo celerius & extenſius uidet q̄
audit:oculis autem concipiuntur lux &
tenebræ: colores & figuræ: ſuperiores
ſtellæ & inferiora corpora. Per totum
inſuper corpus ubicunque attingit uel at
tingitur, ſpiritus ſentit et attrectat qualita
tes elementales, quid calidum aut frigi.
dum, ponderoſum aut leue: humidum
aut ſiccum, molle aut durum ſit. Hij ſen.
ſus ſunt humani regni officiales & mini.
ſtri, ubiq; in regno ad cuſtodiam ſtipati.
In ſuprema & poſteriori capitis parte cō
ſiſtunt occultæ cellulæ memoriæ, ceu ca
mera regni: in quibus ſpiritus recondit
quicquid ſenſu didicit, memoriæq; com.
mendauit. Ibi cuſtodit ſuam ſcientiam
& artificium: ibi exercet potentiam me.
moriæ, quid hactenus fecerit aut decæte
ro facere decreuerit aut faciendum ſit.
In capitis medio ſituatur cerebrum cum
fantaſia, ceu huius regni cancellaria: ubi
literę concipiuntur:conſilia captantur ad
regiminis expeditionem: Ibidem conſi.
dit ſapiens regni conſulatus, nempe ra.
tio. Porro iamdictæ ambæ potentiæ
memoria & ratio ſeu intellectus non nu.
de (ſicuti cæteræ ſpiritus potentiæ) cor.
pori colligantur, ſed immediate ſpiritui
inhærent:tametſi ambæ per corpus exer.
ceantur & ſecum communicent. Indi.
ſpoſitione igitur corporis aut defectu ce.
rebri, frequenter memoria labeſcit aut in
tellectus euaneſcit: uel in uno homine a.
cutior eſt uel debilior quam in alio.
Scriptum eſt ènim: Corpus quod cor. Sap. 9
rumpitur aggrauat animam: A corpo.
re autem ſolutus ſpiritus perſentit quid
ſibi obeſt. Eædem denique potentiæ
uſu aliquando inualeſcunt. Mercator
enim maiorem quam monachus uſum
habet præcogitandi & intelligendi quid
ad lucrum & rem temporalem ſpectat.
Religioſus autem monachus propenſior
eſt quam mercator in hijs quæ ad con.
templationem cultumque diuinum per.
tinent.

¶ Supra rationem & omnes cæteras G.
potentias reſidet in corde hominis arbi. E.17.§.8
trium ſeu uoluntas, nec a corpore nec a in fi.
quouis alio pendens: ſed liberum eſt atq;
prorſus ſolutum: niſi quatenus ſeipſum
peruertit & ligat. At ordinatim ſe Deo
colligare debet. Idem arbitrium eſt ille
uigilans paterfamilias:de quo in Euange Mat. 24.
lio. Cuius eſt gerere, regere & procura. ante fi.
re corpus & animam ac omnia corporis
membra & ſpiritualia officia hominis in
terioris & exterioris. Cum ſua autem ra.
tione: ueluti Adam cum Eua: dominus
cum dña:ſemper conſultare debet quid
faciendum aut declinandum ſit. Id intel.
ligit ratio: eius igitur ſano conſilio libera
uoluntas acquieſcere habet: tametſi, ceu
elata præſes, rationem non ſemper ſequi.
tur ſed aliquando temeritatem commit.
tit:& ſic perficit peccatum. Quod ipſam
uoluntatem ceu matremfamilias domus
humanæ, pro ſe & ſua familia (qua re.
præſentantur ſpiritus potentiæ & corpo.
ris membra) coram deo diluere & pœni
tere oportet. Ad huiuſmodi tamen pœ.
nitentiam poteſt uti eadem familia: quæ
etiam in peccando miniſtra fuit. Pręterea
libera uolūtas ſeu arbitrium, tanq̄ in ſuo

regimine præſidens ac princeps, per di-
ctam ſubiectam familiam utpote per
ſenſus, cogitationes uel ſantaſmata, uarijs
modis ſæpenumero interpellatur: ut ſuis
neceſſarijs motibus uel concupiſcentijs
condeſcendat. Deſuper liberum arbitriū
ſuam rationem conſulere debet quid ſub
ditis ſit conſentiendum uel diſſentiendū:
ciuſq; conſilio inniti: niſi congrua ratione
& ſano conſilio orbaretur: de quo in §.
proximo. Alioquin ſi hominis uoluntati
praua deſideria complacent, committit
ueniale peccatum: quod homini remitti-
tur ſi poſtea cordatus huiuſmodi deſide-
ria reprimit: ſi autem in eis perſeuerat &
ſe contra rationem a Deo & deorſum
ad ſuos ſubditos ſenſus uoluptate uertit;
tunc delinquit mortaliter.

7. ¶ Cæterum omnes & ſingulę inferiores
ſpirituales potentiæ corporeis membris
interioribus aut exterioribus colligantur
adeo, ut in membris indiſpoſitis ſpiritus
per huiuſmodi potentias non perfecte uel
neutiquam operari ualeat: Quod ita pa-
tet. Quantotius ſpiritus creatur & cor-
pori infunditur: ſtatim ſua ſpirituali potē
tia uiuificat corpus: qualiter id diſpoſitū
inuenit, talem hominem conſtituit, ma-
ſculum aut fœmellam, apte aut inepte
formatum: ſtatura grandem aut proce-
rum: paruum aut curtum: fœcundū aut
ſterilem. Poteſt deniq; humana natura
in ſuis membris pati defectum aut obſta-
culum: quo ſpiritus in ſuis ſenſibus & ui-
ribus impediatur: ut ſi corpus in oculis a-
criſiam patitur: ſpiritus nequit perfecte
uti potentia uiſiua. Pariter euenit in re-
liquis membris corporeis: per quæ ſpiri-
tus ſuas uires operari ſolet. Nam & ſi hu-
iuſmodi uires ex ſpiritu profluant, ſunt ta
men annexæ corporeis membris: ideo
non amplius extendendæ q̄ corporis mē
bra ſubminiſtrant. Duæ uero ſuperiores
potentiæ memoria & intellectus nullo
corporeo alligantur organo: Latius igi-
tur efferuntur q̄ omnes ſenſus humani.
Attamē cum in poſterioribus capitis cel
lulis memoria retentatur: ipſa ſæpius de-
ficit uel tota perit ex indiſpoſitione cellu-
larum: quo fit homo letargus uel delirus.
Oportet deniq; intellectum & ſantaſiam
deduci per cerebrum: eo igitur indiſpoſi
to, ſpiritus præpeditur ut nec ſufficienti
ratione nec bona ſantaſia frui poſſit: hinc
fatuitas aut inſania prouenit. Pariter uſus
rationis impeditur, cerebro nondum ma
turato: uelut in infantibus. In huiuſmo-
di itaque opilatis & inſanis ac immaturis
cerebris libera uoluntas ſanum cōſilium
non reperit. Quare ſcoriones & furioſi
ac pupilli pro ſuis commiſſis non ſunt pę
nales: quoniam in eis liberum arbitrium
abſq; maturo conſilio & deliberato ſcitu
in mala opera conſentit. Niſi quis ſua
culpa cauſam dediſſet ueſanię: ueluti e-
brioſus: de quo ſcribitur: Vinum corda Eccl.31
ſuperborum arguet in ebrietatem pota- ante fi.
tum.

¶ Eminentior deniq; ratione, uoluntas 8.
reſidet, ſuprema potentia & potiſſima
uis ſpiritus, ad imaginem diuinæ uolun-
tatis homini data & primordialiter libera
facta: nullibi colligata: prout cæterę po-
tentiæ ligantur: ut libere & magnifice
Deum ſuper omnia diligat: Hanc tamen
ſibijpſi homo peccando appropriat. Por-
ro eadem uoluntas nullo corporis mem-
bro neq; ulla ui ſpirituali mancipatur:
quin ubiq; libere feratur ſine termino atq;
menſura: præſidet in hominis corde ceu c.27.§.5 in fi.
in ſede maieſtatis ſuę, tanq̄ ſpiritus poſitꝰ Ezech.36
in medio noſtri. Vbi in ſcriptura mentio ante fi.
ſit cordis: ibi intelligitur liberum arbitriū: Pro.16. post prin
Quod in corde uerſans diſponit hominis c.38.§.1.4 c.28.§.5
uiam. Item quando pectus tunditur, non
cordis caro (quæ non prodeſt quicq̄m) Iohan.6 in fi.
ſed cordis incola nempe uoluntas corri-
pitur uel excitatur. Ibidem in corde ipſi
uoluntati ceu liberę dominę ſubijcit om-
nis corporea creatura: Siquidem caro cū
ſuis membris quantum ualet, obedire co
gitur uoluntati. Sub carne autem com-
prehenduntur inferiora elementa & in-
fluxus ſuperioris firmamenti: & ſic in car
ne conſiſtit ſimilitudo totius corporalis
plaſmatis: per conſequens omnes creatu
rę ſubijciunt homini & eiꝰ uolūtati. Quę
libere

libere ualet diuinam gratiam oblatam ac ceptare uel repudiare. Per hoc poteſt ꝓ ſe & aliis creatis ſibi ſubiectis, deo auxi-
c.19.§.9 ante fi. liante, ſalutem impetrare: uel ſua culpa ſalutem negligere. Nam omnium corpo-ralium creaturarum qualitates naturales in homine exiſtunt, nempe elementales, uegetabiles, ſenſibiles. Per hominem er-go deus ad ſe trahit omnes creaturas de uno gradu ad aliū: donec corporalis crea tura ad deum perueniat in electis homini bus & demū deo incorporetur in homine Chriſto. Ecce dignitatem humanę uolun tatis: quæ eſt uera dei imago & ſpeculū ſingulare: in quantum diuinum ordinem cuſtodit. Nam ipſa (ut præmittitur) me-diante ſuo corpore, iungit deo cūctas cor poreas creaturas, hoc ordine: Elementa cōpoſita coniunguntur uegetatiuę: quæ ulterius coadunatur ſenſitiuę: & ſenſitiua humano ſpiritui: in quo liberum arbitriū dominatur & dux eſt creaturarum ad deum ducendarum. Omnis itaq; creatu-ra per iuſtum hominis arbitrium ad æter num finem peruenire cenſetur.

9. ¶ Enimuero liberum arbitrium ſtat in ra tione tanq̄ in conſulatu ſibi ſubordinato: quatinus regnum ſuum gubernet expe-diatq; iuxta ſuæ rationis conſilium: quod tamē ſequi non cogitur (licet ſane rationi conſentire teneatur) Porro arbitrium ſeu uoluntas nec eidē rationi nec cuiuis mem-bro uel potentiæ corporali uel ſpirituali alligatur: ſed tanq̄ ſolus dn̄s, præcep-tor & rector ſuperexcellit omnes corporis & ſpiritus uires: quibus pro nutu ſuo im-perat: eiq; omnia membra & ſenſus, ſe-cundum eorum diſpoſitionē & facultatē, obedire coguntur. Si autem incidente in-diſpoſitione nequeant arbitrij uoluntatē exequi: liberum tamen manet arbitrium uolēdi. Quis executio impediatur: ſuum tamen uelle impediri nequit. Superiorē enim non habet præter deum: qui ipſum minime cogit, alius nemo cogere poteſt. Solus quidem Deus arbitrij liberi domi-nus eſt: eidem igitur ſoli principaliter ar-bitrium ſeruire debet. Hoc reſpectu cun cta corporea creata ſubijciuntur libero arbitrio. Et ſi omnes tyranni huius mun di te ad negandum Chriſtum cogere co-narentur, nihil in tuam uoluntatem profi-cerent uſq; ad tuam mortem: prout olim martyres fixa uoluntate in confeſſione Chriſti extincti ſunt. Quippe arbitrium non eſt uere liberum neq; bene uel ordina te regens: niſi ſeipſum, ceu proprium mancipium, dedat deo: a quo regatur. Ergo ſequitur qualiter liberum arbitriū ſe a diuina gratia regi patiatur.

CPITVLVM QVADRAGE-ſimum ſecundum. De diuina dire ctione liberi arbitrij.

Liberum hominis arbitrium ſe regendum ſubmittere debet di-uinæ gratiæ: prout equus per ſeſſorem aut nauis per nauclerum regit. Sic enim Iacobus ait: Perfectus uir poteſt Iaco.3 in prin.
freno circumducere totum corpus (ſub-intellige per diuinam gratiam) ſi autem equis frena in ora mittimus: ad conſen-tiendum nobis omne corpus illorum cir-cumferimus. Et ecce naues cum magnę ſint & a uentis ualidis minent, circumfe-runtur autem a modico gubernaculo, ubi impetus dirigentis uoluerit. Ita eſt li-berum arbitrium, præuenientem accep-tans gratiam & ſe freno auxilij diuini gu-bernari ſinens, circumfertur per gratiam gratum facientem freno rationis ad uirtu tes & bona opera: quatinus totus homo cum omnibus ſuis potentijs & membris in uia iuſticiæ perſiſtat. Dauid igitur al-loquitur dominum: Et ego ad nihil re- Psal.72 ante fi.
dactus ſum & neſciui: iumentum factus ſum apud te & ego ſemper tecum. Ac-ſi diceret: Apud te exhibui me ceu ani-mal beniuolum: ideo ſemper ſubtus te incedo ut tua gratia (ſub qua gradior) me regat pro tua uoluntate. Si autem hominis arbitrium reſpuit frenum & in-ſeſſorem gratiæ: quam etiam ſi inſede-rit, ab ſe abijcit more equi indomiti: quominus eadem gratia ulterius ipſum regat: tunc dictum arbitrium homi-nis diſcurrit & amentat quaſi equus

effrenus & umbraticus a uia recta in uaria ab:rupta, & ruit de una foſſa in aliam, nempe de peccato in peccatum: quouſq; mortem incurrit: ſiquidem hominis arbitrium abſq; diuina gratia ſolummodo malum, nihil boni poteſt uelle nedum exequi. Ad hoc alludit dominus dicens: Verumtamen inimicos meos, qui noluerũt me regnare ſuper ſe, adducite huc & interficite ante me.

Lucę 19 in me.

2. ¶ Verum quidem arbitrium non poſſet ab ſe proijcere gratiam contra uoluntatẽ dei: qui tamen noſtra rebellione offenſus, ab homine manum gratiæ retrahit, permittens illum inſoleſcere & furire more ſuo peruerſo. Q₂ autem quidam pſeudo magiſtri aſſerunt, in hoc hominis arbitrium non eſſe liberum nec ſtare in ſua electione, ab utro ſe regi & duci uelit, an a deo, an a diabolo: ſed ipſi ambo fortes deus & diabolus mutuo pugnent pro hominis arbitrio ſibi ſubiugando. Hæc ſententia eſt manifeſte falſa: cum ex ea præſumeretur hominẽ a deo derelinqui, uel Chriſtum eſſe debiliorem diabolo. Verũ q; eſt incredibile: cum nec de9 Iſrahel derelinquit egenos & inopes: nec Chriſtus eſt debilior diabolo: quem uicit & ligauit atq; iudicialiter condemnabit: unacum illis, qui eius poteſtati ſubiecti ſunt. Niſi quis abſq; ſua culpa eſſet a diabolo corporaliter obſeſſ9, fortaſſis ex infirmitate aut ſpeciali dei permiſſiõe: ille excuſari poſſet.

Eſaie 41. in me. Math.11 Lucę 11. Johan.5

3. ¶ Inueſtigandum ergo eſt, qualiter & quo ordine diuina gratia arbitrium ſeu uoluntatem hominis equitet ac regat. Imprimis deus homini propoſuit tres gratias ſucceſſiuas: primam ſecundum naturam: alteram penes naturam: extremã ultra naturam iuſto tribuendam. Inicio deus adhuc hodie gratis dat gratiam naturalem: ſiquidem homo ſine ſua uoluntate & cooperatione creatur ac in natura ſi eſſentia conſeruatur uſq; ad tempus: demum nouiſſimo die reſuſcitabitur. Secũdo dominus deus in paradiſo alteram ſingularem homini conceſſit gratiam euitãdi malum necnon eligendi & perficiendi bonum: deinde acquirendi gratiam gratum facientem: qua homo adeptus fuiſſet ſuper naturalem & conſumatam gratiam gloriæ. At ipſe in paradiſo amiſit ſecundam gratiam penes naturam ſibi conceſſam: quominus ualeat bonum (licet eligere) non tamen perficere neq; gratiã gloriæ apprehendere, abſq; nouo diuino auxilio gratiaq; gratum faciente: qua homo eſt deducendus ad ſupremum eius finem, nempe ad deum. Poſt lapſum quidem homo, etiamſi propenſus uoluntate, bonum tamen de ſe agere nequit: mala autem opera propria uoluntate eligit & perficit. Attamen uoluntas noſtra ad peccandum non cogitur, ſed ſponte peccamus: Paulo teſtante: Voluntarie peccantibus nobis poſt acceptam noticiam ueritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia. Ergo qui ſponte peccat, inducitur ad peccandum uoluntate, non neceſſitate. Hominis itaq; uoluntas, etiam in natura corrupta, non coacte ſed libere eligit & perficit malum: bonum quoq; pariter eligere poteſt, ſed nõ perficere. Hinc nos ceu carne captiui, indies labimur in malum carnale & peccata uenialia: indigentes dei gratia, nos ad bonum dirigente: ut carne ſubiugata, ad ſpiritualem libertatem nempe ad gratiam gratum facientẽ deueniamus, in ea iugiter pſeueraturi.

Heb.10 poſt me. 6.40.5.11 in fi.

¶ Vt homo eandem gratiam adipiſcatur & per eam dirigatur, requirũtur quatuor, ſcz gratia præueniens & bona inclinatio liberi arbitrij: item gratia concurrens & gratia ſubſequens. Prima gratia præuenit tuum liberum arbitrium, gratis ſemper adſtans ante ianuam conſcientiæ: quæ ſine tuo merito, ſcitu, nutu & opere pulſat te, ut mentem aperias: gratiam gratum facientem intromittas: ut ea in te regat: & tuum arbitrium in ſuo regimine debite dirigat. Poſtq; tua uoluntas bene inclinata præuenientem gratiam acceptat & gratum facientem gratiam intromittit utpote uoluntarius es bene facere: tunc accedit concurrens gratia & iuuat tuam uoluntatem, ut iuſte uelit, præſertim opera mala obmittere & bona per agere, tan 4.

dem

dem gratia gratum faciens in te bene ope
ratur per tuum liberum arbitrium tanq̃
per ſuum inſtrumentum. Secum deniq̃
affert plures alias gratias gratum facien-
Psal.83 tes: quibus de uirtute ibis in uirtutem: ubi
q̃ cum auxilio gratiæ cõcomitantis. Suc-
currit inſuper, te petente, gratia ſubſe-
quens, te præſeruans in gratia gratum fa-
ciente: ne ea deperdita, iterum in mortis
peccata ruas. Præmiſſo modo operantur
tres diuinæ gratiæ una cum tuo libero
arbitrio tanq̃ pediſſequo: nam oportet,
ut idem arbitrium præuenientem gratiã
acceptet & inniteatur cõcomitanti auxi-
lio: quod libero arbitrio eſt adiumento:
ut per gratiam gratum facientẽ bene diri
gatur, demum arbitrium ſubſequentem
gratiam a deo expoſtulare debet. Attamẽ
gratia gratum faciens ſola operatur abſq̃
ſ.39.§.4 & ſ.43.§.11 & ſ.77.§.9 ante ſ. cooperatione liberi arbitrij: quo ipſa gra
tia in ſuo opere utitur, tanq̃ nudo inſtru-
mento. Deus itaq̃ bonum in homine
opus inchoat cum gratia præueniente: di
rigit hominis arbitriũ cũ grã cõcomitan-
te: ut homo conſentiat in gratiam gra-
tum facientẽ: quæ tum ſola opus bonũ
perficit ac deum homini beneuolenti ma
gis gratum & hominem deo acceptiorẽ
reddit. Proinde idẽ homo ſine omni ſua
cooperatione conſequitur ſupernatura-
lem & ſuperabundantem gratiam cœle-
ſtis hæreditatis: mediante tamen in omni-
bus uirtute meriti Chriſti.

5. ¶ Cæterum liberũ arbitrium (uti ſupra
notatur) in ſuis bonis actibus regitur qua
tuor gratijs: præſertim ante & poſt actiã
in opere. Ante opus occurrit gratia præ-
ueniens: qua deus hominẽ admonet mo-
uetq̃ a malo ad bonum: forſitan interius
conſcientię motione aut ſpiritus mæſticia
uel exterius temporali aduerſitate uel ſa-
na doctrina & informatione. Huiuſmodi
grã ſtat cõmuniter (dẽptis obduratis) an
te quemcũq̃ hominem: cui deus eandem
præuenientẽ gratiam porrigit: ut ea me-
diante homo ſuum arbitrium erga deum
flectet: cor aperiat & diuinã gratiã in ſe
ſ.11.§.5 in prin. et ſ.43.§.6 fluere ſinat. Hæc gratia eſt extẽſa dei ma
nus: ſemper præparata hominẽ in bono
cõſeruare: eſt quoq̃ inchoatio & promo-
tio ſalutis: non tamẽ ſufficiens ad obtinen
dum ſalutem, uſq̃ quo eandẽ gratiam por
rectam homo acceperit: tunc demũ abili-
tatur ad duas gratias in ope conſequẽdas:
nempe gratiã cõcomitantẽ & gratiã gra-
tum facientem: quibus liberũ arbitrium
recte & ordinate in ſuis operibus ad ſalu-
tem moderaẽ. Nam cõcomitans ſuccur-
rit ei: qui admonitione præuenientis gra
tiæ, gratiam gratũ facientem admittit eiq̃
ſponte obedit, obnixe deprecãdo ut in ea
deus ipſum benigne cõſeruare dignetur.
Deus itaq̃ omnem gratiam neceſſariam
ad bonam ſpiritualem conuerſationẽ ac
ad internam directionem & ſalutem, ho-
mini impendit: præſertim præuenientem
gratiam ad excitandum liberum arbitriũ
deinde cõcomitantem: qua homo bene
uelit: præterea gratiam gratum facientẽ,
coram deo proficuam ad ſalutem homi-
nis, ne incaſſum bene uelit: tandem deus
præbet homini ſubſequentem gratiã in
bona uolũtate & gratia perſeuerandi uſ-
q̃ in finem: ut finaliter perueniat ad ſupre
mum donum æternę beatitudinis. In hijs
ergo nihil gloriari poteſt hõ nec ſibi aſcri
bere: quoniã oĩs ſalubris ſucceſſus eius a
deo eſt, pauli teſtimonio: Non eſt uolentis Roma.9
nec currentis ſed miſerentis dei. Cuius ſ.30.§.5 in prin.
gratia operaẽ omnia: ad quã quidem gra
tiam liberũ arbitrium ſponte flecti debet.
¶ Ne igitur quiſq̃, ſuo libero arbitrio ni- 6.
mis confiſus, pſũat ſe eodẽ arbitrio pro-
prio poſſe peccatum præcauere: ueluti
Pelagius pręſumpſit: ſed continue oret
deum pro concedenda gratia ſubſequen
te: quo minus inducatur in tentationem. Math.6
Siquidem hominis uolũtas inſtabilis eſt.
Iam.n. grã dei interdum acceptat ad ſalu
tem: poſthac eam iterum reijcit, ſibi ad dã
nationem. A deo quippe occulte inſtiga-
tur ad gratiam acceptandam: ſed a nemi
ne neceſſitatur ut eandem gratiam po-
ſtergat quam a ſuo temerario arbitrio.
Attamen liberum arbitrium non eſt to-
taliter homini ereptum: uti olim Mani-
chęi & hodie quidam hæretici inferũt, li-
berum arbitriũ nil eſſe q̃ fictiũ ad malũ

continue neceſſitatum & ante gratiã ob-
tentam ſemper inculpandum, etiamſi ho
mo omnibus uiribus ſuis bene agere co-
netur. Præterea ponunt, diuinam gratiã
nullatenus poſſe obtineri precibus: neq̃
hominibus concedi: niſi illis quibus deus
ultro fauet & concedit gratiam, tam cito
non interpellatus q̃ exoratus: acſi deus ſit
dominus baburnus et perſonarum accep
tor. Hoc falſo dogmate quilibet peccator
ſtudet ſe excuſare & ſuam culpam trans-
ferre in deum, peccare ipſum cogentem:
de quo ſupra xxix §, xij. E contra omnes
catholici patres concludũt atq̃ dicunt ho-
minis arbitrium non ſemper nec in omni
bus eſſe culpabile, ſed poſſe erga deum
taliter inclinari: ut ab eo, mediante diuino
auxilio, gratia gratum faciens impetretur
Ad hoc pleraq̃ teſtimonia ſacra accomo-
dantur: quorum aliqua adducam. Impri
Luce 18. poſt prin. mis publicanus ſuo arbitrio & dei auxilio
ſponte in templum aſcendit: pectus tudit
atq̃ dixit: deus propitius eſto mihi pecca
tori: hijs uerbis non peccauit ſed impetra
uit gratiam iuſtificantem, teſte domino,
q̃ deſcenderit iuſtificatus in domum ſuã.
Similiter prodigus filius ad patrem re-
Luce 15 uerſurus, ſtatim gratiam meruit: nec pec
cauit. Alioquin Iohannes Baptiſta docuiſ
ſet uiam peccandi: quando peccatoribus,
in dei indignatione adhuc exiſtentibus,
Luce 3 præcepit agere pœnitentiam & parare
uiam domini. Imo ipſe Chriſtus impo-
ſuiſſet peccandi neceſſitatem peccatori-
bus, gratia dei deſtitutis, dicẽs: Niſi pœni
Luce 13 in prin. tentiã habueritis, oẽs pibitis. Si ergo pec-
cator, pueniente grã admonitus, ſuum ar
bitrium ad deum uertit, utpote ad pœni-
tentiã ſe præparat: profecto ipſum deus
adiuuat in gratia gratum faciente acqui-
renda: qua dignam agit pœnitentiam.

7. ¶ Inſuper gratia nuncupatur gratum fa-
ciens eo q̃ hominem deo gratum facit &
reconciliat: nõ autem conceditur inuito.
Ipſa creſcit & augmentatur indies quã-
diu homo eſt bonę uoluntatis: quem etiã
iuſtificat eiuſq̃ opera facit meritoria: af-
fert denique mercedem æternę beatitudi-
nis & hominem ultra ſuam naturam ex-
tollit. Gratia uero naturæ gratis data &
gratia præueniens impenduntur homini
nolenti & inſcio. Cæteræ uero gratiæ,
nempe cõcomitans & gratum faciens ac
etiam ſubſequens, conceduntur homini
beneuolenti, non inuito. Huius exemplũ
habemus in Paulo: qui inicio nec fide nec
amore affecit Chriſtum: ſpirans adhuc Actu. 9. in prin.
minarum & cędis in diſcipulos domini:
prout nonnullos ex eis ad mortem ipſe
condemnauit. Nihilominus præueniente
gratia tactus & cœleſti luce circumful- Act. 17. in me.
lus eſt: utpote cum generalis diuinus influ
xus (qui omnibus hominibus occulte prę
ſto eſt) Paulo manifeſte apparuit & ipſũ
admonuit. Qui mox cadens in terram, id
eſt, in ſeruilem hũileq̃ timorẽ: pręueniẽte
gratia acceptata: uocẽ domini audiuit &
cum dei auxilio gratiam gratum facientẽ
in ſe fluere ſponte permiſit. Quo in filialẽ
timorem deuenit: ſe præparauit ſuamq̃
uoluntatem diuinæ ſubiecit, dicens: Do- Actu. 9 in prin.
mine quid me uis facere? incontinenti do
minus Paulo auxit gratiam & iuſſit ut ſur
geret & ingrederetur ciuitatem, nempe
eccleſiam, dicturam quid eum oporteat
facere. Hic nota auctoritatem eccleſiæ,
præcipue præſidentium eccleſiaſticorum:
quorum doctrinæ & præceptis parere
Paulus iuſſus eſt. Qui deinde auxiliante
gratia ſubſequente a deo copioſam gra-
tiam gratum facientem acquiſiuit: maxi-
me prædicando & abundantius alijs om- 1. Cor. 15 poſt prin.
nibus laborando: prout ipſe fatetur: Nõ
ego autem ſcz ſolus ſed gratia dei tanq̃
principalis, mecum tanq̃ cum cooperã-
te. ſ. laborauit & bona opera perfecit. Ec-
ceq̃ clare hac Pauli ſententia Spiritusſan
ctus innuit: qualiter deus ſuam gratiam
impendit & bona opera perficit, libero ho
minis arbitrio cooperante.

¶ Quobrem gratiam gratum facientem 8.
conſequitur nemo contra uoluntatẽ nec
quiſq̃ ab ea excidit, niſi praua uoluntate
ſua aut craſſa negligentia. Petrus temera- Luce 22. ante fi.
ria uoluntate dominum negauit: quo ce- J. 41. §. 17 ante f.
cidit a gratia iſta: nihilominus ei deus prę
uenientem porrexit gratiã a peccato re-
ſurgendi: quamcito hac gratia dominus
reſpexit

reſpexit Petrum,ipſe recordatus eſt uer-
bi domini & ſponte exiuit: hoc eſt, in ſe
reuerſus reſipuit,propriũ agnoſcens rea-
tum:quem amare defleuit & ſe per hanc
cõpunctionem præparauit ad recupera-
tionem gratiæ gratum facientis:quæ libe
rũ Petri arbitriũ ulterius regendo ad dig-
Math. 16 post prin nam pœnitentiam direxit. Proculdubio
eandem gratiam obtinuiſſet Iudas;quem
Mar. 14. dñs multifariã gratia præcurrendi admo-
nuit ad reminiſcendum & reuertendum.
Quippe contritione & uecordia ac pecca
ti recordatione afficiebatur, profitens ſe
Math 27. in prin. peccaſſe tradẽdo ſanguinẽ iuſtũ. Attamẽ
a ſe proiecit argenteos uidelicet præue-
nientẽ gratiam admonitionis:& abijt ſcz
in deſperationẽ,non acceptando gratiam
gratum facientem neq; inhærendo gratię
ſuccurenti: ſed ſua uoluntate a deo auer-
ſa,ſe ſuſpendit laqueo: q̃ diabolus ipſum
catenauit & abduxit in tentationem. Cui
quidem in principio Iudas non reſtiterat
ſed auariciæ & propriæ uoluntati indul-
ſit: a domino igitur derelictus eſt. Huiuſ-
modi malas tentationes re uincendi doctri
nam ſanam præbent docti: nempe ut alli-
das paruulos tuos ad petram.i. Chriſtum
cuius paſſionẽ recolas & poſt eum crucẽ
tuam patienter baiules: carnẽ inſuper tuã
caſtigare ſtudeas teq; in bonis operib. ſe-
dulo exerceas: ocium deuites & primis
tentationũ motibus obſtes: nec cuipiã uo-
luptati idulgeas. Poſthac firmiter ſperare
potes:etiamſi peccato mortali lapſus,gra-
tiam dei amiſeris: nihilominus eandem
gratiam auxilio diuino & tua conuerſio-
ne(quæ a tua pendet uoluntate)recuperá
re poteris per pœnitentiã & bonam ope-
rationem: quam gratia gratũ faciens ope
ratur cum tuo libero arbitrio: hoc dumta
xat attento, ut diuinæ gratiæ accomodes
idẽ arbitrium tanq̃ inſtrumentũ: q̃ deus
bona perficit opa atq; tollit ſentẽtiam con
tra te peccato[illegible] prius latam: per Hiere-
Hie. 8 in prin. miam dño pollicete: Si pœnitentiam ege
rit gens illa a malo ſuo: agam & ego pœni
tentiã ſuper malo quod cogitaui ut facerẽ
ei. At homo ex ſeipſo ad gratiã pęnitendi
peruenire neq; nec in ea perſeuerare abſq;
cõcomitante & ſubſequente gr̃a dei: quę
ſemp dignatͤ liberũ arbitriũ pie regere &
fouere:in quãtũ ſe regi ſinit & fomẽtũ ac
¶ Quis gratiã gratũ faciẽtẽ p- (cipit. 9.
mereri non ualeat quiſq;: diſponi tamen
poteſt ad eandẽ gratiam ut in ſe reſplẽde-
ſcat: quemadmodũ maculatũ ſpeculũ poli
tur ut in eo ſolis ſplẽdor lucidior irradiat
ita & liberꝫ arbitrium eſt materiale ſubie
ctum & imago,ubi deus in ſuis operibus
fulgere dignatur: conceſſit igitur homini
liberum arbitrium ut ſe libere conuertat
ad deum: qui ſe rurſus gratioſe conuertit
ad hominẽ,quatenus is idoneus & gratiæ
capax reperitͬ. Deus quidem ſuam gratiã
unicuiq; protendit: ſed eandem ſolis beni-
uolis,non inuitis impendit. Nam ſi huiuſ-
modi gratiam & miſericordiam inuitis &
ineptis(in quibus obex manet)paſſim im-
partiretur,obuiaret ſuæ iuſtitiæ: cuius ſen
tentia eſt oẽs & ſingulos peccatores eſſe
puniendos. Vnus deniq; hõ eſt altero diui
næ gratiæ capacior: quippe baptiſatus uł
confirmatus uel ordinatus, occaſione ſui
ſtatus uel officij,aptior eſt ad gratiam ſu-
ſcipiendam q̃ illi qui eiſdẽ ſacramentis nõ
ſunt iſigniti. Quocirca Paulus Timotheo
ceu epõ ordinato, cõmiſit: Noli neglige- 1 Timo. 4 in fi.
re gratiam quæ in te eſt quæ data eſt tibi
per prophetiã cum impoſitiõe manuum
preſbyteri. Iterꝫ admoneo te ut reſuſcites 2. Timo. 1 post prin.
gratiam dei quæ eſt in te per impoſitionẽ
manuum mearꝫ. Pluribus inſuper locis
Apoſtoli adminiſtrauerunt gratiam diui-
nam impoſitione manuum, nempe epiſco
pali conſecratione. Cũ itaq; Chriſtus &
eius eccleſia ſacramenta inſtituerit ad ſalu
tẽ oim̃ hominũ præteritorꝫ, præſentiũ &
futurorꝫ: nemo igiͭ dubitet, quin p manus
ſacerdotũ, in ſacramentorꝫ applicatione, il
lis q huiuſmodi ſacramenta ordinate reci
piunt, gr̃a gratũ faciẽs conferatͬ tã hodie
q̃ olim. Nec tamen non baptiſati ſunt om
nino exortes gr̃æ diuinę. Viciſſim p uerſi
baptiſati uel ordinati idignationẽ icurrũt
maiorem q̃ alij hijs ſacramentis carentes.
¶ Ad cõſequẽdũ huiuſmodi gratiã & bo 10.
nũ intrinſecũ regimẽ, eſt ſubſequẽs ordi-
natio & doctrina cõſiderãda, de9 cũ larga

præuenientis gratiæ influentia continue
Apo.3 ſtat ante ianuã hominis: eius cõſcientiam
pulſando & cum terrore excitando ad ti-
morem ſeruilem. Tu inſuper debes dictũ
pulſum audire & libera uoluntate ianuã
tuæ mentis uerſus deum aperire & præ-
uenienti gratiæ aditum prębere. Ilico ſuc
cedit gratia cõcomitans & iuuans liberũ
arbitrium coaptari ad conſecutionẽ gra-
tiæ gratum facientis. Eſt quoq; tibi ulte-
riori adiumento: quo plures unam poſt
alteram nanciſcaris gratias. In quibus ſin
gulis ſponte & ſedulo obſeruanda eſt da-
ta forma: utpote contritio & confeſſio in
pœnitentia. Similiter in reliquis ſacramẽ-
tis & bonis actibus, iuxta ordinẽ & inſti-
tutionem ſanctę matris eccleſiæ, necnon
iuxta tuam conditionem & neceſſitatem.
Deus quidem cũm ſua gratia tibi ſemper
præſto eſt: dumtaxat exigẽs ut hanc pro
nus accipias: ad eam te abſtites & erga
deum conuertas. Tunc nulla tibi denega
tur gratia, præcipue ad ſalutem neceſſa-
ria: prout deus in ſcriptura crebro repli-
Ezech.18 post me. cat: Si impius egerit pęnitentiam, omniũ
iniquitatum eius non recordabor. Siqui-
dem ergo diuinæ gratiæ uelis fieri capax,
neceſſe eſt ut quatuor facias. Primo tuam
mentem & uoluntatẽ a teipſo ad deum
id eſt, de malo ad bonum uertas. Secun-
do non ſolo habitu ſed etiam actu malum
obmittas & peccare ceſſes. Tertio propo-
ſitum habeas decætero non peccandi,
quantum tibi poſſibile fuerit. Quarto ſe-
dulus ſis in cultu diuino boniſq; operibus.
Et quamuis huiuſcemodi tota præpara-
tio ſit principaliter a deo: tamen oportet
in ea homo paſſibilem ſe reddat (hoc eſt:
reflecti ſinat) & talem auxiliante deo ex-
hibeat: ut in ipſo diuina gratia operari ua
leat. Eadem quippe præparatio dumta-
xat locum præbet diuinæ miſericordię:
qua homini gratia impendatur abſq; lęſio
ne diuinæ iuſticiæ.

II. ¶ Ex præmiſſis alijſue euidentibus cauſis
apparet, hominis operam & diligentiam,
etiam ante acceptationem gratię gratum
facientis, libero arbitrio factam, non fru-
ſtratam neq; culpabilẽ, ſed bonum opus
eſſe: quo gratia a deo ſingularis impetra-
tur: ſuccurrente tamen diuino auxilio:
quod ſemper flexibili uoluntati præſto
eſt. Induratę autem uoluntati: quæ nec di
ſciplinari poteſt nec flecti: præueniẽs gra
tia retrahitur nequlterius cõducitur: quo
niam bonus ſpiritus ex corde propulſus
eſt: propterea homo malitia induratus,
in ſua propria uoluntate continue captus
eſt atq; ſemper peccato obnoxius: prout
Pharao & nonnulli alij deſperati uel præ- E.19. S.2.
ſumptuoſi, ſemper ad malum, nũq; ad bo-
num, intenti fuerunt. Idipſum eſt peccati
ſeruitus quando quis, propria uoluntate
captus, fit ſeruus peccati: ideo omni gra-
tia & opitulatione deſtitutus ex dei iudi-
cio nobis occulto. Quomodo autẽ deus
in omnes creaturas gratioſe & largiter ꝑ
fluat: in ſequenti capitulo patebit.

QVADRAGESIMVM TERTIVM CAPITVLVM. De diuina gratia in genere.

Diuina bonitas non ſolũ in ſe æter-
naliter exuberat: uerumetiam
extra ſe multifario grato influ-
xu emanat. Etſi idẽ multiplex diuinus in-
fluxus dũtaxat unica & non pluralis gra-
tia eſt: diuerſimode tamen appellatur gra
tia, ſecundum hominum participantium
diuerſitatem & capacitatem. Gratia igi-
tur a deo homini exhibenda, eſt ſextu-
plex. Prima naturalis gratis datur: tamet-
ſi cæterę gratiæ pariter gratis concedun-
tur: Hæc tamen gratia naturalis aduenit
ſine ſcitu, uoluntate uel cooperatione ho-
minis: immo quandoq; contra uoluntatẽ
eius. Reliquę gratiæ offeruntur quidem
omni homini: ſed non dantur niſi uolen-
ti. Secunda gratia nuncupatur præue-
niens: q̃ præſto eſt & prompta uoluntati
cuiuſuis hominis. Tertia eſt cõcomitans
& adiuuans liberam uoluntatem: quæ de
bet gratiam præuenientem apprehende-
re cum auxilio gratiæ cõcomitantis, pe-
nes uoluntatem ſtantis. Arbitrium qui-
dem liberum de ſe eſt inualidum: indiget
ergo auxilio acceptandi gratiam præue-
nientem & proſequendi gratiam gratũ fa
cientẽ

cientem. Tale profecto auxilium obuiũ
eſt cuiq; uolenti illud ſuſcipere: quo me-
diante mox conſequitur gratiam gratum
facientem, ad malum obmittendũ & bo-
num agendum. Et ꝗuis hominis arbitriũ
ſit undiq; prauũ, quaſi ex eo nil boni pro-
Math. 7. in me. ſ. §.17. in fi. gredi poſſit: arbor. n. mala fructus bonos
non prodit: Deus tamen arbitrio inſeruit
quandam honeſtatem: quæ nondum to-
ta eſt extincta: ſed eius ſcintilla quædam
adhuc in arbitrio hominis ardet. Idẽ igĩ
arbitrium ſua qualitate & natura capax
eſt (ſi uelit) boni influxus nempe diuinæ
gratiæ: qua in bono proficit. Sicut acer-
ba uua naturaliter receptibilis eſt ſolaris
irradiationis: qua indulcoratᷓ: acerbũ qui
dem nequit eſſe dulce, bonitate tamẽ na
turæ dulceſcere poteſt: ſic prauum arbi-
trium per influxum diuinæ gratię poteſt
meliorari pro bonitate inſertæ naturæ.
2. ¶ Prædicta autem gratia concomitans
(quæ auxiliatᷓ liberum arbitrium ad gra-
tiam gratum facientem) non eſt ſufficiẽs
ad ſalutem hominis: ſed eſt quaſi conce-
ptio prolis in utero matris: quæ nondum
hominem perficit, donec perfecte naſca-
tur: pariter prȩueniens grã diſponit bonũ
Chrĩanum: quẽ concomitans gratia con
cipit & grã gratum faciens gñat ad ſalu-
tẽ. Itidẽ cõtingit in baptiſmo: ante quem
Chrĩanus ꝓparatᷓ in exorciſmo: concipitᷓ
ſ.60.§.3. in fi. in cathecilmo: regeneratᷓ ad ſalutẽ in bap
tiſmo. Vtramq; grãm uidelicet prȩueniẽ-
tem & cõcomitantẽ poſſunt habere etiã
nõdũ baptiſati: ueluti Cornelius anteꝗ̃ ba
ptiſatus eſſet: ex libero arbitrio, deo auxi-
liante, elemoſynis & orationibus cæteriſ-
q; bonis operibus inſudauit: ut angelus ei
Actu. 10. in prin. reuelaret: Corneli orationes tuę & elemo
ſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in
conſpectu Dei. Vnde Cornelius prome-
ruit a Petro in fide informari. Apparet
igitur, Cornelium ſuis bonis operibus &
ſyncero arbitrio cum dei auxſlio ad grati
am gratum facientem & ad baptiſmum,
capacem & idoneum fuiſſe redditum.
Pari modo ſicut Cornelio ſic Euſtachio
contigit, uti in eius legenda comprehen-
ditur. In eccleſia quoq; legitur: ꝙ dominus
Iheſus commendat Martinum: qui ad-
huc cathecuminus nudum mendicum
ueſtiuit. Conſimiliter in libero arbitrio
reliquorum probatorum cathecumino- ſ.19.§.3.
rum ante baptiſmum diuina gratia ali- in fi.
quid boni operari poteſt. Quis huiuſmo
di prȩueniens aut concomitans gratia ho
minem nondum gratum aut iuſtũ faciat
nec ad ſalutem ſufficiat, donec ad fidẽ &
baptiſmum peruenerit: conducit tamen
ad impetrandum gratiam gratum facien
tem & ad perficiendum opera bona.
¶ Huic ſuccedit quarta gratia, ſ. gratum 3.
faciens: quæ acceptanti gratiam præueni-
entem & concomitantem conceditur &
expellit malum ſcz peccatum ab homi-
ne: quẽ etiam iuſtificat & deo gratũ red-
dit: quo peruenit ad contritionem, confeſ
ſionem, pœnitentiam aliaue ſacramenta
neceſſaria. Quippe hæc gratia eſt a ſolo
deo & ſufficiens ad ſalutem impetrandã:
facit. n. hominem templum dei, membꝝ
Chriſti & filium eccleſię ac idoneum gra
tiæ conſumatæ: ſiquidem ipum dirigit &
cuſtodit in ſemita recta, tendens ad ſalu- ps 16. in fi.
tem æternam. De eadem gratia ſunt plu-
ra notata ſupra xlij. §. iiij. Quinta grã eſt
præſeruans hominem in gratia gratũ fa-
ciente ac in bona conuerſatione: quomi-
nus ulterius in malum peccandi labatur:
de qua inf. §. xv. & ſup. xlij. §. vi. Sexta et
conſummata gratia eſt prȩmium cœle-
ſtis gaudij, electis & gratis hominibus æ
ternaliter impendenda: quæ non ſolum
ſufficit ad ſalutem, ſed eſt ipſa ſalus. Ab
ea gratia liberꝝ arbitriũ nõ ſeparabitᷓ inæ-
¶ Redeo modo ad primã natu- (ternũ.
ralẽ gratiam: qua deus hominem & reli- 4.
qua propter hominem ex nihilo creauit:
eiq; corpus & animam ac omne, quicqd
homo intrinſece aut extrinſece habet, ut-
pote honorem, ſcientiam, diuitias & bo-
na temporalia, nullo excepto, ex diuina
largitate & natura, mere gratis erogauit
ac ſine intermiſſione indies erogat. Abſ-
q; hac quippe gratia nulla creatura ſubſi-
ſtere uel aliquid agere poteſt: nedum pro
ficere: nam quicquid ſumus, hac gratia
ſumus. Ipſa conſeruat, immo neceſſitat

hominem permanere in eſſentia naturæ:
ſed ipſum non beatificat. Hac gratia de-
us homini conceſſit tria excellentia dona
nempe memoriam, intellectum & uolun
tatem liberam: cum reliquis potentijs cor
poris & animæ: quibus deo ſeruiat: ſui ip
ſius & proximi ſalutem procuret & utro
bique bona opera exerceat. De hac gratia
1. Cor. 15. in prin. Paulus loquitur: Gratia dei ſum id quod
ſum & gratia eius in me uacua non fuit
ſed abundantius illis omnibus laboraui:
non ego autem, ſed gratia dei mecum.
Hijs uerbis etiam gratiã concomitãtem
inſinuauit. Deus denique decreuit hominẽ
ultra ſuam ſublimare naturam uſque in cę
lum: ideo eum dotauit potentia præſtan
tiori nempe libero arbitrio: quo Deum li
bere, non coacte, ultra omnia diligeret ac
ad ſuperna aſpiraret. Cum autem ipſum
arbitrium ad hoc prorſus inualidum ſit:
propterea ei deus porrigit gratiam auxi
liatricem: quæ ante & poſt ac in hominẽ
penes ſuum liberum arbitrium influit & cõ
currit, minime recuſata: qua homo ad ſu
premam gratiam & ſupernaturalem fi-
nem præordinatum, nempe ad Deum
& æternam beatitudinem peruenire ua
leat.

5. ¶ Quobrem conſiderãda eſt triplex gra
c. 10. §. 12 in fi. tia ſeu influentia deifica. Prima originali
De onere eccleſie ter profluit ex fonte diuinitatis: qua ho-
c. 51. §. 8 mo ex nihilo creatur & dotatur corpore
cum ſeq. & ſpiritu, ratione, arbitrio libero, robore,
incolumitate ac alijs uiribus: quas homo
ſine quauis ſua cooperatione a naturali ha
bet gratia. In qua reſtant duæ uiæ: una in
terdicta: altera præcepta: utpote declinã
di malum & faciendi bonum. Interdicta
Mat. 7. quidem eſt ſpatioſa uia, tendens ad nihi-
lum: e quo homo creatus eſt. Hanc uiam
peruerſus propria iniqua uoluntate, non
coacte, ambulat: relicta altera uia timoris
& pœnitentiæ, ſibi iniuncta & præſtitu-
ta. Ad quam equidem rectam uiam deus
hominem ducere inſtituit: ideo ei gratiã
porrigit: quod ita intelligas. Cum enim
Deus ſuam intrinſecam æternam eſſen-
tiam patefaciat extrinſeco temporali plaſ
mate: quod ſimiliter perpetuare & ſibi u-
nire dignatur per hominem ceu deſtina-
tum medium inter Deum & creaturam
inferiorem. Oportet igitur ultra dictum
naturalem influxum in hominem influe-
re alium ſingularem influxum: quo ipſe
& per ipſum reliquum plaſma perpetue
tur. Is ſingularis influxus eſt, poſt priorẽ
naturalem gratiam, ſecunda & præueni-
ens gratia: ad quam adipiſcendam, debet
ſe homo in ſuo libero arbitrio diſponere
& meminiſſe, ſe præ cæteris creaturis a
deo dilectum: idcirco uiciſſim Deum ul-
tra omnia diligere teneatur. Sicut inſu-
per deus bonus eſt atque iuſtus & omni-
bus uirtutibus perfectus: ſic homo uelit pro
ſua facultate eſſe probus, iuſtus & uirtuti
bus deditus. Tali & ſimili arbitrio bono
& libero, homo ſe reddit capacem influẽ
tiæ præuenientis necnon ſubſequentis
gratiæ gratis datæ: ſitque obiectum con-
gruum: in quod diuinę pietates influere
& operari ualeant.

¶ Qui autem ſuum arbitrium ab huiuſ- 6.
modi influentijs uertit, neceſſario peribit
Ait enim dominus: uocaui & renuiſtis, Prouer. 1
extendi manum meam, & non fuit qui a-
ſpiceret: deſpexiſtis omne conſilium me-
um, & increpatiões meas neglexiſtis: ego
quoque in interitu ueſtro ridebo. Non quod do
minus lætetur de hominis rebellione, ſed
quia placet iuſtitia & debita rebellãtis pu
nitio: qui ſui mali ipſe, nõ deus, author eſt
Simulac ſi tibi in foueam lapſo deus ma- c. 42. §. 5
num porrigit ad extrahendum te: ſiqui-
dem accomodaueris te diuinæ manui: e
fouea traheris manu Dei cum tua libera
uolũtate. Si aũt diuinæ manui inniti no-
lueris nec te apprehendi ſinis: tũc in fouea
permanebis, tandem ibi prorſus peritu-
rus: cuius interitus noxam tu ſponte de-
diſti, non deus: qui tuæ perditionis non
fuit tentator: ſed uitæ tuæ præſeruator
eſſe pie maluit. At tu diuinam grati-
am refutaſti, tuo peruerſo arbitrio in-
nixus: propterea in extremo iudicio
minime excuſaberis, quaſi præuenien-
ti gratia carueris: quæ tibi porrecta fu-
it, ſed per te refutata: ideo tua culpa
eiuſdem

eiuſdem gratiæ incapax factus es. Qꝫꝗ̃ tua uoluntas ex ſeipſa nullam gratiam hauriat: poteſt tamen circa ſe diuinam gratiã reperire ac ſe præparare ad acceptãdum gratiam eandem: prout aliquis domũ ſuam illuminare nequeat: ubi autem feneſtras referat pręſenti & reſplendenti Soli, ibi domus illuminatur. Pari modo teipm diuina gratia illuminare non præuales; ſi uero feneſtram' tui cordis & liberi arbitrij uerſus Deum aperias, ilico ſua gratia præſenti & fulgenti illuminaberis.

7. ¶ Idem ſol diuinæ' gratiæ oritur ſuper bonos & malos: erga ipſum ſolem oculos boni aperiunt, mali occludunt. Deus quidem ſuam gratiam dat omnibus affluenter: fons enim diuinæ largitatis & gratiæ replet omnes creaturas pro captu cuiuſlibet. Qui uero epicauterio mergulę tranſuerſo aquam haurire conatur; nihil haurit, quantumuis ſcaturiat puteus. Similiter lolio uel zizania exuberante, frugi ſeges ibi ſeminata perit: Sic & quando igni charitatis diuinæ (quem deus penes te incendit) ligna ſubtraxeris, mox extinguitur. Ita quoq; in te ignis diuinæ grãæ, auerſa a Deo libera uoluntate, euaneſcit: aiente ſcriptura: Cũ defecerint ligna, extinguetur ignis. Simul itaq; operantur diuina gratia & tuum arbitrium: quod ſe præparat ad acceptandam eandem gratiam, qua iuſtificeris. Præterea Deus hominibus auxilio eſt in præparando libero arbitrio: Vnde Dauid ait: Domine præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Sic & gratia præueniens præſto eſt unicuiq; præparato arbitrio: domino pollicente: Si conuerteris, conuertam te: ſi ſeparaueris præcioſum a uili, eris quaſi os meum. Aduerte, ſi deſideras ut Deus te conuertat, ad ipſum te prius uertas, opus eſt. Similiter dominus in Zacharia inquit: Conuertimini ad me & ego conuertar ad uos. Iamdictis ambobus locis liquido tangitur liberum hominis arbitrium una cum parata diuina gratia ſecum cooperante: ait enim dominus: Ego ſto ad oſtium & pulſo; ſiquis audierit uocem meam & apperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum & cænabo cum illo & ipſe mecum. Vbi ſatis aperte dominus inſinuat, quod ſecum homo cum ſuo arbitrio cooperetur. Hinc Auguſtinus: Qui creauit te ſine te, non iuſtificabit te ſine te, nempe ſine cooperatione tua. Communi uulgari regula inquit Deus: Homo iuua te, tum ego quoque iuuabo te. Ad idem Catherina de Senis: Deus creauit nos abſque nobis: ſaluare autem nos abſq; nobis non uult.

Mat. 5. Iaco. 1 in prin. — Math. 13. in me. — Pro. 16. ante fi. — Pſ. 9. in fi. — Eſaie 40. in prin. Hiere. 15. in fi. — Zachar. 1 in prin. — Apo. 3 in fi. — Catherina Sen. c. 13 in prin.

8. Huiuſcemodi iuuamen frequenter renuerũt filij Iſrahel; ad quos olim & hodie ad omnes communitates ait dominus: Quoties uolui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas & noluiſtis? Profecto propria peruerſa uoluntate, non neceſſitate reluctamur ſaluatori noſtro: qui nos continue tum ſcriptis, tum uerbis, aliquãdo proſperitate uel aduerſitate aliicit & admonet a peccatis ceſſare & reuerti: ſed ſurda aure uerba eius in nobis tranſeunt. Etenim duabus ciuitatibus Corozaim & Bethſaidę prætulerat dominus gratiam præuenientem: quam tamẽ peruerſa uoluntate non acceptarunt: ideo eis comminando perpetuum uæh inprecatur: acſi dicat: Si Sidoni & Tyro tot pietates ac uobis impendiſſem, eas acceptaſſent ac ſponte conuerſi fuiſſent & pœnitentiam egiſſent in cinere & cilicio; ueꝫ illis in die iudicij remiſſius erit ꝗ̃ uobis. Hic nota, iuxta contemptum gratiæ, pœnam commenſurari.

Mat. 23 in fi. — Luce 10. poſt prin.

9. ¶ Qui autem liberum arbitrium præuenienti gratiæ accomodat & ſe diuino influxui obuium parat: is eiuſdem gratiæ capax erit atq; particeps: prout Paulus fatetur: Gratia eius in me uacua non fuit: quaſi innuat: Gratia diuini auxilij præueniens excitauit arbitrium in me liberum: quo ſponte malum excluderem & auxſliante deo laborarem: & ſic libere accepta ui bonum, nempe gratiam gratum facientem. Sic quoq; Sapiens orabat ſibi a Deo deſtinari gratiam: quæ ſecum eſſet & ſe.

1. Cor. 15 — Sap. 9

tum laboraret:Hunc laborem intelligas
quemadmodum ſubſtitutus opifex labo
rat ſub ſuo architectore:qui eidem ſubſti
tuto oſtendit quid & quomodo ſit labo-
randum:ſi idem alicubi errat:ibi ei eſt ad-
iumento & informationi. Opus iſtud
totum architectori aſcribitur,non ſubſti-
tuto,tametſi ipſe actu id exequatur. Pari-
ter ſpirituſſanctus architector eſt atq; di-
rector liberi arbitrij: quod eidem ſpiritui
ſancto cenſetur eſſe ſubſtitutum: prout
Roma.8. poſt me. Paulus ait:Similiter & ſpiritus adiuuat in
firmitatem noſtram:nam quid oremus ſi
cut oportet neſcimus:ſed ipſe ſpiritus po
ſtulat pro nobis gemitibus inenarrabili-
bus. Hic nota,gratiam dei auxilio eſſe de
uoto oranti: Siquidem ſcriptura pleriſq;
Pſal.78. locis docet, deum eſſe inuocandum ut
nos adiuuet: præſumitque nos uacatio-
ni Diuini obſequij eſſe obſtrictos.
1.Re.7 Cum autem ad huiuſmodi obſequi-
um ſimus minus ſufficientes, præcipi-
mur ne ceſſemus pro auxilio ad Do-
minum clamare. Vbicunque ſcriptu-
ra nos admonet diuini auxilij inueſtigan-
di:ibi approbat libertatem uoluntatis, ad
laborem auxilium poſtulantis: qui enim
propenſus laborat ſed uiribus deſtitutus
eſt,auxiliũ quærit.Quemadmodum ergo
abſq; diuino adiutorio nullum hominis o-
pus bonum:ita nec malum eſt cum adiu
torio diuino perpetratum.

10 ¶Inſuper homo natura debilis ſeipſum
alicuius Diuinæ influentiæ uel gratiæ
capacem reddere nequaꝗ poteſt abſque
1.Cor.15. in me. gratia præueniente:quæ eſt omnia in om
nibus & tanꝗ principalis totum agit una-
cum libero arbitrio tanꝗ acceſſorio:arbi-
trium quidem eſt dumtaxat inſtrumen-
tum:quo diuina gratia in homine opera-
tur. Et ſicut in gratia naturali,creatura
ſemper indiget deo ceu ſuo naturali prin
cipio & fundamento ſuæ eſſentiæ: ne ad
nihilum redigatur ſed in eſſe permaneat:
ita homo ſemp indiget deo ceu ſuo gra-
tioſo principio:quo perſeuerare ualeat in
gratia dei & in uita ſpirituali ſtatuq; bo-
no. Præſto igitur eſt ſemper gratia præ-
ueniens & prona ad ſuccurrendum:gra-
tia concomitans ſuccurrit continuo: gra-
tum faciens bonum in homine operatur
omne. Nam gratia præueniente ab ho-
mine accepta, mox in eum influit tertia,
nempe concomitans uel permittens gra-
tia,quæ promouet libertatem humani ar
bitrij: quod Deus ad imaginem ſui di-
uini arbitrij homini originaliter liberum
fecit: tranſgreſſione autem captiuatum
eſt.

¶ Tertia gratia eſt permittens & concur II.
rens cum hominis arbitrio: & eſt a ſolo
Deo, adiuuans hominem cooperantem
& bona opera cum eo perficiens. Eſt ꝙ
auxilium permiſſum,currens cum libero
arbitrio:quo liberius ſe ad deum conuer
tat,ipſe deo ꝑmittẽte: ꝑut ſe a deo poſſet
auertere:pariter deo ꝑmittẽte. Quis idẽ
arbitrium,ordine & mandato dei, ad bo
num,non ad malum deflecti debeat: ad
neutrum tamen latus cogitur:prout natu
ralis gratia quemꝗ neceſſitat eſſe homi-
nem magnum uel paruum: longum uel
curtum,robuſtum uel debilem,nobilem
uel plebeium,ſiue uelit, nolit. Præcurrẽs
uero gratia uoluntatem quidem præue-
nit ut eam homo intromittat & perinde
a captiuitate liberetur:neminem autẽ co
git:ſed poſt ſe trahit uoluntatem ad bo-
num:tametſi nullus trahi ſe patitur, niſi
uelit libenter & ſponte ac incoacte. Q- Joban.6.
uis CHRISTVS dicat:Nemo uenit ad
me niſi pater meus, qui me miſit, traxe-
rit eum. Iſtud tamen ita moderandum
eſt: Sicut pupillus pomo dulci aut ouis
herba uirenti affectualiter, non uiolenter
trahitur: ſic gratia cœleſtis patris allicit
pium hominem interius in conſcientia
aut exteriori contione aut alia informa-
tione:item perſecutione aut alia admoni-
tione trahitur ad fidem,ſpem & charita-
tem CHRISTI. Non ꝙ ethnicꝰ aut
uitioſus contra uoluntatem ad fidem aut
uirtutes uiolenter coartetur: ſed ex eth-
nico aut peccatore fiat ſpontaneus Chri-
ſtianus aut iuſtus. Nam qui timore, amo
re uel informatione ad Deum trahitur:
uoluntarie currit. Præterea liberum ar-
bitriũ nullibi impedit̃ per concomitantẽ
gratiã

gratiam: quæ penes liberũ arbitrium libera currit: necutrinq; colligantur ſed mutuam inter ſe ſocietatem placitã peragũt.

12. ¶ Vt prorſus intelligas qualiter liberum arbitrium per Dei gratiam dirigatur: ſcias quatuor in libero pendere arbitrio: uidelicet gratiam præuenientem & concurrentem: item gratiam gratum facientem & ſubſequentem: quæ eſt gratia cõſeruans. Prima præambulans gratia eſt quædam occulta inſpiratio: qua Deus prçueniens liberum arbitrium ad bonum allicit. Hæc eſt inchoatio noſtræ ſalutis, a ſolo Deo orta, nihil ab homine. Secundum pariter a Deo procedens eſt intrinſecum permiſſiuum & concurrens auxilium: quo hominis arbitrium adiuuatur ad bonam libertatem: ut prçuenientẽ grãm & admonitionem diuinã libere acceptet. Iam eſt liberi arbitrij hmõi præuenientem grãm acceptare uel non: ſiquidẽ ab ea declinat: tunc permittit Deus ꝙ homo præuenientem gratiã excludit & cõſequentem gratiam gratum facientẽ negligit. Si autem cum hac gratia permiſſiua arbitrium hominis ad præuenientem gratiam declinat: hoc homo ſibijpſi arrogare nequit: acſi ipſe hmõi prçuenientem gratiam acceptauerit uel gratum facientem acquiſierit ſuo libero arbitrio: ſed eũ concedere oportet, eandem gratiam ſe eſſe aſſecutum mediante hmõi permiſſiuo auxilio: ad quod ipſe ſuum arbitrium dũtaxat accomodauit. Nam in nobis nil boni eſt quod non ſit a Deo, interrogante Paulo: Quid habes quod non accepiſti.

1.Cor.4 post prin.

Iſto modo concomitans gratia a ſolo deo eſt: Illius autem operatio a Deo ſimul & libero arbitrio tanꝗ aſſecla. Sic deus egenis elemoſynã & indoctis ſcientiã miniſtrat per largos & doctos: Iſti.n. per ſe huiuſmodi opera dei fieri libere patiuntur. Hoc pacto conſequens gratia gratum faciens ſolius Dei eſt: ſed eius operatio fit per liberum arbitrium tanꝗ iuſtrumentum cooperans.

c.41.c.4 ante fi. Phil.2 post prin.

Q) autem arbitrium cooperetur, inſinuat Paulus hijs uerbis: Cum metu & tremore ueſtram ſalutem operamini: Deus eſt enim qui operatur in nobis & uelle & perficere pro bona uoluntate: Vnde clare patet, Deum principaliter hominis ſalutem operari: Bona tamẽ hominis uoluntas cum diuino auxilio & obedientia cooperari debet: utpote cum tremore conſentire ut per eam Deus operetur gratiam gratum facientem. Nec diuinæ maieſtati derogat ꝙ homo in ſaluatione ſui uel ut aſſecla uel ut inſtrumẽtum Deo cooperetur: Opifex non eſt minoris extimationis quia utitur bono inſtrumento. Nimirum non mediocris gloria reſultat Deo: qui ſua omnipotentia & largitate unicuiq; quærenti & petenti adiutorium, gratiam & ſalutem conferre ꝓnus eſt. Quę quidem diuina gratia, hoc gratiæ tempore, nemini deficit: caueat unuſquiſq; ne ipſe ſibi deficiat.

¶ Præmiſſorum exemplum hoc accipe. 13.
Quidam pater cernit ſuum pupillum in terram lapſum, per ſeipſum reſurgere non poſſe: ei manum porrigit: qua apprehenſa ipſum eleuare nititur: oſtendit deniq; pupillo pomum ab eo libere cupitũ: quem tamen ob gracilitatem inueſtigare nequit: ideo pater ei manũ iterum porrigit: qua uoluntarie apprehenſa, pater pupillum adducit & pomum ei præſtat acſi ipſe curſu ſuo pomum promeruerit, dumtaxat ex eo quod patri fuerat ſponte appodiatus. Pater itaq; per pupillum omnia peregit: prout humanus ſpiritus per ſuum corpus operatur. Pariformiter Deus lapſum hominem manu, ideſt, merito Chriſti eleuauit, ut tamen homo apprehendat meritum Chriſti fide & baptiſmo. Deus inſuper ſcriptis & doctrinis homini oſtendit pomum, nempe promiſſionem cœleſtis hereditatis: quã tamẽ deſideratã homo ſuo curſu nequaꝗ apprehẽdere ualet abſq; auxilio Dei: cui homo neceſſario & cõtinuo inniti debet: quippe qui adhæret Deo & eius mandata conſeruat, ab eo conſeruabitur. Eccl 15. in fi.

Et licet deus hominem abſq; ſua cooperatione & uoluntate beatificare poſſet: non tamen decet ſecundum eius iuſtitiam, inuitum hominem ultra naturæ metas extolli niſi libere & uoluntarie innitatur diuinæ grę.

Qui uero liberi arbitrij compos non eſt: ueluti ſatuus aut infans: uice ſua conſentit uniuerſalis eccleſia per baptiſmum.

14. ¶ Q; autem cooperatio hominis ad ſui ſalutem proficiat, patet ex hijs ſaluatoris uerbis: Regnum cœlorum uim patit & uiolenti rapiunt illud: Non quidem contra diuinam uoluntatem ſed ſecundũ immenſam eius bonitatem ac opulẽtiſſimã largitatem, homines ſuo libero arbitrio & diuino auxilio poſſunt obtinere regnũ cœleſte per fidem, ſpem, charitatem, patientiam, iuſtitiam & per reliquas uirtutes ſpecialiter per ſacramenta & bona opera. Quibus omnib9, ceu dei donis, homo utitur ex libero arbitrio: etſi in eiſdem uirtutibus perſeuerauerit, regnum cœleſte conſequetur ui diuinæ promiſſionis. Pręterea iſta uis poteſt referri ad carnis caſtigationẽ & pugnã qua cogitur: nẽpe ira p patientiam: ſuperbia per humilitatẽ: auaricia per largitatem: gula per abſtinentiã: luxuria per caſtitatem: rebellio per obedientiam & cæteris uiolentijs: quibus ſpiritus carnem crucifigit: quo homo ſubito mutatur de malo ad bonum dextrę excelſi: & ſic ui & auxilio Dei per liberũ arbitrium acquirit hic gratiam gratum faciẽtem, nempe meritũ Chriſti: & in futuro ſęculo gratiam gloriæ.

Math. 11. Ps. 76

15. ¶ Tertium libero arbitrio appendens, eſt a ſolo Deo. ſ. gratia ſubſequens: quam homo acquirit permiſſu & auxilio diuino ac etiam uoluntate ſui arbitrij: qua grã homo fit Deo gratus, interiori perſona & exteriori bono opere Deo placito. De hac gratia ſupra dictum eſt: Quam cũ homo apprehenderit, indiget alia noua grã, qua in iamdicta gratia gratum faciẽte & ſtatu bono perſiſtere poſſit. Quocirca deus libero arbitrio porrigit eandem nouã .i. quintam gratiam & cuſtodiam: ut eam accepter & ſe in gratia gratum faciente defendat. Si uero illam refutauerit, recidiuat in peiora uel etiam in deteriora mala, ſeruiens immundiciæ & iniquitati ad iniquitatem: a quibus malis iterum redimi nequit ſine noua gratia pręueniente, concomitante & ſubſequente: quæ homini, dum uiuit, ſemper præſto eſt, ut per eã recuperet gratiam gratum facientem, in dies meliorandam & ampliandam: quouſq; homo perueniat ad ſupernaturalem & ſextam gratiam æternæ ſalutis. Libero igitur arbitrio continue opus eſt gratia quinta, nominatim præſeruatiua, ſibi condependente & pręſeruãte hominẽ in bono ſtatu: quem prioribus gratijs acquiſiuit: ne reincidat de iuſtitia ĩ iniuſtitiã: et ex gratia in indignationẽ dei. Hæc præſeruatiua eſt a ſolo deo: cui tamen libera uoluntate inniti debemus: tunc per eã ad ſalutem cuſtodimur. Huiuſmodi cuſtodiam deus ex ſpeciali gratia concedit ad ſollicitudinem & ſedulam petitionem hominis: quæ quidem ſollicitudo & oratio dirigitur concomitante gratia & concurrente cum libero arbitrio: quod cum præmiſſis tribus gratijs cooperatur. Sed in lapſu a gratia diuina, nõ niſi ſolum liberũ operatur arbitrium, propterea homo ſuum lapſum nemini ꝙ ſibijpſi imputare poteſt.

S. 42. §. 4 uſque ad §. 7 Roma. 6 in f.

¶ Huius uarietatis gratiarum geſta pleraq; in ſcriptura habemus: quorũ tria adducere uolo. Vnum ex parabola Phariſæi & publicani: uterq; peccauit & gratia præueniente inſpiratus eſt aſcendere in templum, ibi oraturus: Huic admonitioni ambo conſenſerunt ac libero arbitrio & cum dei auxilio concomitante in templum uenerunt, ibi orantes, ſe ad bonum opus nempe ad grãm gratum facientem preparauerunt. At in grã præſeruatiua nondum intromiſſa fuerunt eorũ uoluntates & charitates inæquales. Phariſæ9 quidem ſuam uoluntatẽ & charitatem in ſeipſum uertens, in arrogantia & deſpectu ſui proximi dixit: Gratias tibi ago Deus quia non ſum ſicut cæteri hominum raptores, adulteri, iniuſti, uelut etiam hic publicanus. Minime itaq; cuſtodiuit acquiſitam grãm gratum facientẽ: ſed eandem unacum alijs gratijs arbitrio ſuo peruerſo demeruit atq; amiſit, lapſus in peccatum atq; malum. Publicanus uero præuerienti gratia & concomitante dei auxilio ſane fretus, ex libero arbitrio præparauit 16. Luce 18.

ſe ad

ſe ad gratiam gratum facientē & ad bona
opera: ſuam charitatem & uoluntatē con
tra ſeipſum & in deum erexit ac in ſubſe-
quente gratia ſe exercuit: utpote pectus
percuſſit, peccata confeſſus, a deo petijt
ueniam: qua donatus eſt atq; iuſtificatus
ac gratus & placens deo: prout in Euan-
gelio de ipſo ſcribitur. Ne autem pęnitēs
ſitum arbitrium ab acquiſita gratia gratū
faciente iterum auertat & in malum reci-
diuet, eget ſpeciali gratia: qua in gratia
gratum faciente cuſtoditus perſeueret.
Mat.6. Quare oramus: Et ne nos inducas in ten-
tationem. Diuina equidem cuſtodia ſem
per eſt prope hominem: qui libero arbi-
trio poteſt acceptare gratiam: qua deus
ipſum cuſtodit aut iuuat deflectere a ma
lo & facere bonum ac tandem conſequi
æternam ſalutem: quæ eſt gratia ſexta.
17. ¶ Alterum geſtum diſtinctæ gratiæ eſt
in Nabuchodonoſor & Pharaone: q am-
bo natura fuerunt homines: dignitate re-
ges: in culpa pares: nam ambo populum
dei captiuum tenebant: ideo pari pęna af
flicti atq; aduerſitatibus flagellati: etſic ini
tio clementer admoniti ſunt: ſed in fine di
uerſificati. Diuina quidem gratia æquali
ter influebat ſuper utrumq; ſine perſonarū
acceptione: ædem aūt perſonę erga hu-
iuſmodi influentiam inęquales ſe exhibue
runt. Sicut pluuia agrum cultum plus fru
ctificat: agro inculto magis incomodat.
Vel ſol ceram liquefacit: limum indurat:
ſic diuinus influxus permiſit unum per-
uenire ad pęnitentiam: alterū ruere in im
Dani.4 patientiam. Nam Nabuchodonoſor ma-
num dei, ceu præuenientem admonitio-
nem, ſentiens, hanc ſponte ſuſtinuit, me-
mor ſuæ iniquitatis, pœnitentiam ſubijt et
gratiam meruit, deo gratus effectus. Pha
rao pari modo admonitus, ſed admonitio
Exo.7 ne ſpreta, ſuo proprio arbitrio abuſus eſt
8.39.§.2. impatiēter: cōcomitante gratia neglecta,
cor eius malicia induratū fuit minime ca-
pax ſubſequentis gratiæ diuinę. Ecce op
timus medicus deus utrumq; regem cu-
rauit eadem admonitione & medicamine
flagellationis: utriuſq; uoluntati impende
re uoluit ſpecialē gratiam ad conſequen-
dum gratiam gratum facientem: huiuſ-
modi admonitio & medicamen uni ceſſit
ad ſalutē: alteri ad malum, quod nō deo,
ſed peruerſo Pharaonis arbitrio imputat.
Tertiū exemplū eſt in Petro & Iuda: de
quibus ſupra xlij. §. viij. Petrus nāq; ſuam
uoluntatem bene direxit, gratiæ diuinæ
innixus: Iudas ſuam uoluntatē ſibi appro
priauit, eo damnationem incurrēs. Salus
itaq; & illaqueatio hominis in ſua depen-
det uoluntate: quæ ſi bona & libera eſt,
ſalutem affert: mala autem & propria dā-
nationem. Ex omnibus pręmiſſis clareſcit
hominem libero arbitrio a deo eſſe præ-
ditum: ut ultra ſuam naturam libere ten-
dat ad ſtatum altiorem, nempe ad gratiā
ſextam. Deus deniq; idem arbitrium tali 8. §. 1
natura & proprietate qualificauit ut diui in fi.
no adiutorio & cooperatione ſua poſſit li
berum & bonum permanere: abſq; eodē
autem adiutorio & cooperatione arbitriū
captum eſt atq; malum. Pręterea deus ho
mini propoſuit ſingulares gratias, uideli-
cet ſeptem dona ſpiritus ſancti: in quibus
homo ſuum arbitrium uſu exercere ha-
bet ad dei laudem ut ſequitur.

QVADRAGESIMVM QVARTVM CAPITVLVM
De ſingularibus ſpiritus ſancti donis.

QVemadmodum in dei idea ceu
exemplari ab æterno oēs creatu
ræ exiſtebant: ita oēs & ſingulę
uirtutes ab æterno ſunt in mente diuina,
inde emanātes in creaturas, ſpecialiter in
homines: quibus deus ſecundū ſuarū di-
uinarū uirtutū ſimilitudinē nouas creat
uirtutes, & porrigit ac etiā tradit in quan-
tū eas acceptāt. Solus deus in homine ope
rat uirtutes, nempe bonā mentis qualita- Gala.5 in prin.
tem: qua homo recte uiuit & in ſe necat Col.3 in prin.
ſua membra utpote malam concupiſcen
tiam in carne prurientem. Qobrem ho-
mo ſe deo ſubijciat: ut a carne liberatus,
aptus fiat ad uirtutes in ſe diuinitus in-
fluendas: & diuinis uirtutibus tan-
dem conformandas. Imprimis dicam

de quatuor moralibus ſeu cardinalibus
uirtutibus: quibus humani ſpiritus uita
uerſatur in carne; ſicut hoſtium uertitur
in quatuor cardinibus. Quæ quidem uir-
Apo.7 in prin. tutes deſignantur per quatuor angelos:
ſtantes ſuper quatuor angulos terræ: te-
nentes quatuor uentos, ideſt, quatuor car
nales concupiſcentias, ne flarent ſuper
terram: forſitan ne ſubruerent nos terre-
ſtres. Porro humana caro eſt compacta
ex quatuor elementis: quibus homo incli
natur ad quatuor prauas cõcupiſcentias.
Igne ad iram: aere ad gulam: aqua ad lu-
xuriam: tellure ad accidiam. Aduerſus
eaſdem malas inclinatiões ordinauit deus
quatuor uirtutes politicas, uidelicet iu-
ſticiam, prudentiã, temperantiam, & for-
titudinem: necnon tres uirtutes theologi-
cas fidem, ſpem & charitatem. Nam ho-
minis quoq; ſpiritus ad tria mala inclina-
tur, utpote ad ſuperbiam, auariciam & in-
uidiam. Quibus uicijs etiam dæmones la-
borant. Contra prefatas ſeptẽ concupiſcẽ
tias ſpiritus ſanctus inſtituit ſeptem dona
Esaie 11. in prin. per Eſaiam expreſſa. ſ. ſpiritum ſapientię
& intellectus: ſpiritum conſilij & fortitu-
dinis: ſpiritum ſcientiæ & pietatis: tandẽ
ſpiritum timoris domini. Qui eadem ſep-
tem dona conſequitur, obtinebit hic in
uia ſeptem beatitudines & illic in patria
octauã & ęternã ſalutem: de quibus octo
Math.5. beatitudinibus loquitur dñs in euãgelio.
¶ Inicium omnis peccati eſt ſuperbia: cõ
2. tra quam ſpiritus ſanctus impendit donũ
Eccl 10 ante me. timoris: quo humiliamur: & aſſequimur
primam beatitudinem: euangelio dictan
Mat.5. te: Beati pauperes ſpiritu, quoniã ipſorũ
eſt regnum cœlorum: pauperes quidem
ſpiritu ſunt humiles & deum timentes,
nec carnali uoluptati nec tẽporalibus di-
uitijs nec ambitioni dediti: ſeipſos deſpi-
ciunt, memores ſuæ proprię nullitatis: er
ga ſolum deum turbantur: extra ipſum
de nullo alio ſolliciti. Illi quidem beati cen
ſentur quaſi primum cœleſtem gradum
Pro.28. in me. adepti: ſiquidẽ ſapiens eum appellat bea-
tum qui ſemper eſt pauidus. Attamen
iuxta Auguſtini doctrinam, oportet te ti
De pe.dis.7 ... mere deum offenſum magis tanq̃ tuum
pium dominum, q̃ diſtrictum iudicem:
ac magis dolere peccatis tuis te contra
deum feciſſe, q̃ æternam pęnam prome-
ruiſſe: plus ſollicitus eſſe debes ſeruare
dei gratiam: q̃ euadere dei correptionẽ.
Verus enim Chriſtianus erga deum filia
li, non ſeruili timore afficitur, de quo in-
fra §. ix. & x.
¶ Secundum donum contra inuidiã eſt 3.
pietas: qua quis erga proximum mitiga-
tur: qui intra ſe non diſturbatur nec exte
riori impatientia frangitur ac mitis eſt:
nam ſe exhibet erga ſuperiorem obedien
ter: erga patrem amicabiliter: erga infe-
riorem manſuete. Tales mites & pij in do
mino ſemper gaudent: Addent enim mi-
tes in domino lætitiam & pauperes homi Esa.29 ante fi.
nes in ſancto Iſrahel exultabunt. Mites
quidem frequenter ſunt corde quieti: pro
ut Inuidia inquietum malum eſt ac putre Iaco.3
do oſſium. Econuerſo mititas eſt ſanitas Pro.14.
cordis & uita carnis. Vnde dominus ait:
Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt Math.5
terram: quaſi dicat: mites cum quiete &
bonis moribus, temporalibus utuntur re-
bus: quas inuidi cum labore & periculo
tenaciter poſſident. Ambas iam dictas uir
tutes humilitatem ſcz & mititatem nobis
dominus ſpecialiter impoſuit atq; docuit,
dicens: Diſcite a me quia mitis ſum et hu Math.11
milis corde: & inuenietis requiem anima in fi.
bus ueſtris.
¶ Tertium donum eſt ſpiritus conſilij: de 4.
quo Iacobus. Quæ autem deſuper eſt ſa Iaco.3
pientia plena miſericordia & fructibus in fi.
bonis. Eodem ſpiritus ſancti conſilio ſoler-
ter conſiderat homo ſibi gratiam & rem
temporalem a deo datam eſſe, non ad te-
nacitatem uel uoluptatem: ſed ad dei lau
dem & proximi utilitatem, fideliter ex-
pendendam: ut ſit fidelis & prudens di- Luce 12.
ſpenſator, beatitudinẽ conſecuturus: iux-
ta Euangelium: Beati miſericordes quo- Mat.5.
niam ipſi miſericordiam conſequentur.
Hunc conſilij ſpiritum habuit ille uillicus Luce 16
iniquitatis: qui ſuis debitoribus multum in prin.
remiſit & ideo a domino laudatur, quia
prudẽter feciſſet: Nam ſcriptum eſt: Qui
pronus eſt ad miſericordiam, benedicet. Prouer.22 post prin.
Hoc

Hoc conſilium, de quo iam loquimur, datur quomodo in uſu temporaliũ poſſim9 malum euitare & bonum perficere. Nec ſemp eſt neceſſe conſiliũ paupertatis ſeq: preſertim in arduis cauſis: Niſi qui uelint perfecti eſſe, ſtatum paupertatis ſponte aſſumentes: ueluti religioſi: iſti ad hoc aſſumptum conſilium coguntur.

f.93.§ 6. in fi.

5. ¶ Quartum donum contra iram: quæ ex carnis calore feruet & furori æquiparatur ſpiritus ſanctus nobis dat gratiam ſcientiæ nempe patientiæ: qua diſcretionẽ ad diſcamus. Hic nõ comprehenditur ſcientia in ſcholis acquiri ſolita: quamuis & eadem donum dei ſit: ſed non ſimpliciter ad ſalutem dirigit, quemadmodum ſcientia, de qua modo agimus: quę uirtus eſt fidei, docens a malo deſiſtere & bonũ peragere ac etiam ut ſimus ſine quærela & ſimplices filij dei ſine reprehenſione in medio nationis prauę & peruerſę. Hoc reſpectu ſpiritus ſanctus quõq inter peruerſos habitat.

Eccl 17. in fi.

Philip. 2 in me.

6. ¶ Vt autem inter prauos & peruerſos fortaſſis inter infideles & hæreticos: prout iam inter Lutheranos, ueri Chriſtifideles comode habitare & fructificare ualeant: tria requiruntur. Primum ut Eccleſiaſtici præſeferant bona exempla. Secundo tam ſæculares quam ſpirituales pro defenſione fidei & informatione inſipientum & errantium impenſis non parcant. Tertium q̃ ijdem errantes ſana doctrina imbuantur et hæretica falſa doctrina documento ſtabili & diſcretione bona abigatur. Porro qui huiuſmodi ſcientiam & diſcretionem a ſpiritu ſancto capeſcunt, a domino confortantur promittente: Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Huiuſmodi luctum habent qui in ſua conſcientia edocti & in fide catholica bene ſunt informati: illi enim ſciunt peccatum eſſe contra deum: bonum contra malum: uitium contra uirtutem: propterea lugẽt quoniam quęlibet uirtus timet ſuum contrarium: utpote pax fugit diſcordiam: ſanitas odit morbum & cõſimiliter. Hoc reſpectu, ſcientia prẽditus luget de peccatis quib9 ipſe & ſuus proximus deũ offendit.

Mat. 5.

Vñ cõſequit̃ trifarius luctus: primo luget qs de peccatis ꝓprijs: in quibus diſplicentiã & contritionẽ habet tanq̃ de ſe malis & bono cõtrarijs: hoc eſt initiũ pœnitentiæ. Secundo doctus chriſticola dolet ſe ſuis peccatis omnipotentẽ deũ leſiſſe: hoc eſt tertiũ donũ beatitudinis: de q̃ ſup. §. 4 Tertio luget & cõpatit̃ ob ꝓximi ſui malũ ex humana miſericordia. Et quãto pl9 qs expertior eſt diuinę legis, tãto maiori luctu & dolore ſup peccatis afficit̃. Scriptũ eſt: Qui addit ſcientiã, addit & dolorem: Eccle. 1. in fi. Nam p ſcientiã innoteſcit alicui ſuũ malũ peccati: quo cõtra ſe deũ ad indignationẽ ꝓuocauit. Eo facili9 ſuo aduerſario remittit & omnẽ rancorẽ deponit ut ab eo de9 quoque ſuam indignationem clementer auferat.

7. ¶ Quintum donum ſpiritus ſancti eſt fortitudo contra accidiã, ex carnis pondere terreo cauſatam: contra quã totis uiribus & indefeſſo labore nos aſſidue exercere debemus, ad conſequendum beatitudinem a Chriſto promiſſam: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſticiam ſcz ſemper iuſte agendi: quoniam ipſi ſaturabuntur. Hinc beata dei genitrix præconiſat: Eſurientes impleuit bonis. Similiter & propheta citat omnes ſitientes ad aquas: ut delectetur in craſſitudine aĩa eorꝫ. Qui itaq; forti aĩo pergit facere opa iuſtitiæ: in hijs tandem concipit delectationem: quæ quidem delectatio eſt beatitudo hic & in patria: quoniam inter deum & iuſtitiam non eſt aliud medium q̃ beatitudo.

Math. 5

Luce 1. Eſaie 55 in prin.

8. ¶ Sextum donum eſt intellectus & puritas cordis, ad euitandam gulam, ortam ex aere: qui mediante ſua calida proprietate, cauſat corpus humanum conſummi & iterum reſtaurari. Inde ſuccedit appetitus edendi, bibendi, et uiuendi in omni ingluuie: qua cõmuniter hominis obfuſcatur intellectus eiuſq; cor fędatur. Cum autem intellectus nõ ſolum uerſatur in cerebro ſed etiam in corde: ideo puritas cordis bene diſponit intellectum, teſte ſcriptura: Beatus uir qui in ſapientia morabitur et excogitat uias illius in corde ſuo, et in abſconſis ſuis intelligens. Item beati

Eccl. 14. ante fi.

Math.5 mundo corde quoniam ipſi deum uide-
Johan.17. in prin. bunt,nempe deum cognoſcent:hic in in-
1.Cor.13 in fi. tellectu & alibi in gloria:iuxta illud : ui-
demus nunc per ſpeculum in ęnigmate:
tunc autē facie ad faciem.
9. ¶ Septimo contra luxuriam: quę ingruit
ex elementali aqua & ſpermatica humidi
tate: ac tumultuat in homine,eius intelle-
ctum ſuffocans: conceditur ſapientiæ do
num: quo homo in ſuis actibus circum-
ſpectus ſit atq; maturus: præcipue inter
carnē et ſpiritum caſta pace gaudeat:quo
niam luxuria rationem excęcat & pluri-
mum infeſtat ſpiritum: qui poſt actū coi-
tus naturaliter moleſtiā ſentit. Atqui (ut
Sapi.1. in prin. ſapiens ait)in maliuolam animam non in-
troibit ſapientia: ſpiritus enim bonus aufe
ret ſe a cogitationibus noxijs & corripie-
Jacob.3 in fi. tur a ſuperueniente iniquitate.Iacobus in-
ſuper ſcribit : Sapientia quæ deſurſum
eſt,primum quidem pudica eſt, deinde
Job.18. in prin. pacifica,modeſta.Et Iob:Nonne lux im-
pij extinguetur. Et infra: Lux tenebre-
ſcet in tabernaculo illius & lucerna quæ
ſuper eum eſt, extinguetur. Quobrem
Mat.5. Chriſtus pacificos conſolatur: Beati paci
fici,quoniam filij dei uocabuntur:qui car
nem ſuam ſpiritui ſubiecerūt: & ſic intra
ſe ac etiam extra ſe erga ſuos proximos
pacifici fuerunt. Verum qui intrinſecus
inter carnem & ſpiritum pacem obtinēt:
hoc eſt caſte uiuunt: & extrinſecus in ſæ
culo ad cōtentionem minime flectuntur,
merito appellantur filij dei : qui eſt pax
æterna & inſeparabilis. In præmiſſis ſep-
tem donis incorporantur etiam ſeptem
beatitudines: de octaua autem & æterna
beatitudine dicetur infra.87.§ 2. Porro
ſupra §.2. fit mentio de timore : notandū
igitur eſt timoris eſſe ſex ſpecies: nomina
f.48.§.11 tim naturalis, puſillanimis, ſeruilis,medio
cris,filialis & laudabilis.
10. ¶ Primus timor naturaliter ex infirmita-
te humanæ naturę proueniens, pœna eſt
eidem naturæ impoſita propter origina-
Gene.3. le peccatum.Quo timuit Adam,eo quod
Gene.26 nudus eſſet: Et Iſaac timuerat confiteri
q rebecca eſſet ſibi ſociata coniugio , ne
forte interficeretur propter illius pulchri-

tudinem. Et Iacob ualde timuit fratrem Gene.32.
ſuum Eſau. Ioſeph quoq; timuit in Iudęā Math.2. in fi.
ire : prout quilibet homo naturaliter ti-
met mortem,pœnam & aduerſa. Pariter J.10.§.9
& purgatorium naturaliter timere debe-
remus.Nam hunc timorem ſaluator no- Math.26. in me.
ſter aſſumpſit,naturaliter horrens mortis
dolorem, propterea cępit contriſtari &
męſtus eſſe. Secundum puſillanimem ti-
morem habent excordes & deſperati: ti-
mentes amiſſionem bonorum aut læſio-
nem corporis aut inimicum aut alia ad-
uerſa.Sic filij Iſrahel ualde timuerunt ſibi Exo.14 poſt prin.
appropinquantes Aegyptios & dixerunt
multo melius erat ſeruire eis q̄ mori in ſo
litudine. Contra illum ineptum tremorē
Chriſtus hortatur nos , ne timeamus eos Math.10. poſt me.
qui occidunt corpus.Tertio ſeruili timo-
re deſiſtit quis peccare,quo minus plecte
tur: ideo cadit in triſtitiam: hic timor nō
donum ſpiritus ſancti eſt,ſed quędam ex
citatio: qua quis inducitur & abilitatur ad
uiam filialis timoris.Vnde ſapiens inquit Sap.4. in fi.
Venient in cogitationē peccatorum ſuo- Sap.5. in prin.
rum timidi: turbabuntur timore horribi-
li,prę anguſtia ſpiritus gemētes. Timent
equidem amore proprio, non amore dei:
ideo ſi in ſeruili timore pſeuerātes,ad me-
lius non tendunt: ſunt in uia damnationis
teſte ſcriptura : Timidis autem & incre- Apo.21. in prin.
dulis illorum pars erit in ſtagno ardenti
igne & ſulphure.
¶ Quobrem ſeruiliter timentes debent in 11.
cipere filialiter deum timere : hic timor Eccl.1 in me.
domini eſt inicium ſapientiæ. Quod qui-
dē inicium eſt quartus & medius timor
eorum qui prę anguſtia gemunt de pœ-
na pro pręterito peccato infligenda:cum
propoſito ulterius non peccandi neq; deū
offendendi. Iſti autem non ſunt uere in
charitate ſed penes charitatem dei : quæ
partim eſt in hoc medio timore & inte-
gra in timore filiali: ſed nulla in timore ſer
uili: qui non conſiſtit in charitate ordina-
ta: nam perfecta charitas foras mittit ti-
morem ſeruilem. Attamē ſecundum Au 1.Joh.4. ante fi.
guſtinū. Seruilis timor introducit charita
tē,quemadmodum ſeta linum : atq; mox
diſcedit poſt introitum charitatis: ſicut &

ſeta

ſetã exitſimulac intrauerit linum. Sic ꝙ
cito amor dei in timidum uenerit, mox
timor ſeruilis diſcedit exploſus, & in eius
locum filialis introducitur timor, ſecum
retinens dei charitatem: quæ ſeruilem ti
morem ulterius in homine regnare non
1. Johan. 4 ſinit: iuxta illud Iohannis: Timor, nem
pe ſeruilis, non eſt in charitate: pfecta cha
ritas foras mittit timorem. Iſte uero ti
mor, medius inter ſeruilem & filialem ti
morem, duobus præditus eſt oculis: uno
Mat. 9 ante fi. reſpicit ad pœnam; altero ad deum. In
cuius ſignum duorum cæcorum oculi
per Chriſtum ſunt aperti. Ad hoc ſcrip
Apo. 11 poſt me. tura ait: Reliqui in timorem ſunt miſſi,
& dederunt gloria deo.

12. ¶ Quintus timor eſt filialis & nobis præ
ceptus tanꝙ ſpiritu ſancti donum: quo
Leui 9 in prin. timeamus deũ offendere & ab eius gra
Deut. 6 in prin tia nos auelli. Et appellatur filialis eo ꝙ
unuſquiſq; debet reuereri ſuos parentes:
Deut. 10. in fi. potiſſime deum patrem: prout dictatur:
dominum deum tuum timebis & illi ſo
li ſerujes. Huiuſcemodi filialis timor taxa
Pſ. 2. tur hijs Pſalmiſtę uerbis: Seruite domino
in timore & exultate ei cum tremore:
Pſal. 24. nam dominus firmamentum eſt timenti
Pſ 85. bus eum. Item lætetur cor meum, ut ti
meat nomem tuum: quoniam eſcam de
Pſ 110 dit timentibus ſe. Sextus timor laudabi
liſ eſt & reuerentialis: quem cœlici deo
Apo. 14 Pſal. 33 exhibent: uelut ſcribitur: Timete domi
num & date illi gloriam: Timete domi
num omnes ſancti eius: quoniam nihil
Eccl. 1. poſt prin. deeſt timentibus eum. Porro ille timor
domini eſt gloria & gloriatio & lætitia
& corona exultationis: timor enim domi
ni delectabit cor & dabit lęticiam & gau
dium in longitudinem dierum: ſiquidē
Pſal. 18. in me. hic timor domini ſanctus eſt, permanens
in ſæculum ſæculi. Concluditur ergo ti
mor: primus quidem naturalis eſt hic
pœnitentia debilium: in purgatorio pœ
na animarum. Secundus timor puſillani
mis eſt excordium, tertius ſeruilis eſt per
uerſorum: quartus & medius eſt trepi
dantium: quintus filialis eſt iuſtorum.
Sextus reuerentialis eſt cœlicorum.

QVADRAGESIMVM QVINTVM CAPITVLVM

De charitate in genere.

CVm uniuerſus hominum ſuc
ceſſus principaliter in charitate
dependeat: præſertim quid dili
gendum, quid odiendum ſit: ideo neceſ
ſe eſt aliquid de charitate inueſtigari &
ad longum deſcribi. Nam ſuprema pote
ſtas eſt libera uoluntas, ſine medio amo
rem aut odium generans: in utrouis aut
ſalus aut interitus hominis conſiſtit. Quē 8.31.§.1 in prin.
admodum originaliter triplex eſt uolun
tas: ita & charitas nempe intrinſecus in
Deo uigens: extrinſecus a deo emanās
& tandem rationali creaturæ infuſa. Pri 1. Johan. 4
ma charitas eſt deus ipſe: ab æterno orta §.78.§.10 in prin.
ex perſona patris & influens in perſonā
filij: qui proprio ſuo amore uiciſſim amat
patrem. Siquidem deus eſt immenſa cha
ritas: neceſſarie igitur generat aliā immen
ſam perſonam quā immenſe amet: cum
amor inter duos uel plures perſonas ſit,
neceſſe eſt, & ſolus eſſe nequit: ſed ad mi
nus unum ęqualē ſocium requirit. Vnde
elicitur perſonam filij in diuinis a patre ꝓ
ductā ut inter ambas perſonas immenſus
amor exerceatur. Quiquidem diuinus,
unicus, æternus amor in deitate eſt tertia 8.7.§4 in fi.
perſona: nempe ſpiritus ſanctus, ambas
perſonas in amore æternaliter cōnectens
Idem deniq; ſpiritus ſanctus influit in om
nes creaturas, quas deus ex amore crea
uit & in amore conſeruat. Hæc eſt ſecun
da & extrinſeca charitas a deo manās: qua
oēs creaturas cōdidit & ſpecialiter genus
humanum redemit ac ad beatitudinē de
ſtinauit, ueluti Iohannes ait: In hoc appa 1. Johan. 4
ruit charitas dei in nobis, quoniā filiū ſuū
unigenitum miſit deus in mundū ut uiua
mus ꝑ ipſum. Hoc totū cōmunicat nobis
deus a ſpiritu ſancto: utpote ab intrinſeca
ſua charitate, per charitatē extrinſecam.
¶ Tertia charitas diuina profluit ex dei 2.
corde, i. ex intrinſeca charitate per ex
trinſecam, in corda hominum charitatis
capacium: ut deū reciproce ultra oia dili
gant & ſint extrinſeca imago intrinſecę

charitatis diuinæ:prout ſcriptū eſt:Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritumſanctum qui datus eſt nobis: Et ordinauit in nobis charitatem. Quæ quidem charitas homini communicata pariter appellatur diuina:quaſi a deo profluens & iterum in deum ordinanda. Attamen homo ipſe nequit ſe diſponere ad acceptandum gratiam diuinæ charitatis:neq; eandem in deum ordinare abſq; præambula gratia & concomitante auxilio dei. Hoc igitur agit ſpiritusſanctus, gratificans & promouens ad ordinatam charitatem hominem ductilem ſeu beniuolum:qui ſe trahi & bene ordinari ſinit. Quæ quidem gratia & promotio ſpiritusſancti fruſtratur in hominibus incompoſitis. Hoc pacto paſſiua ductilitas ſtat in libero arbitrio:quod de ſe ualet aliquid boni pati,ſed non agere:quia deus operatur in nobis uelle. Vnde Auguſtinus ad Felicianum:Dum deus remunerat merita noſtra,coronat dona ſua. Hominis itaq; arbitrium in bono eſt nude paſſiuum: non actiuum:ſed ſalutis dumtaxat capax. Poteſt tamen homo humili paſſibilitate ſuum arbitrium et amorem diuinę uoluntati ſubijcere. Extra huiuſmodi arbitriū non eſt in homine quicq;,quo ſuum amorem diuino amori conformare & ſe Deo unire poſſit. Omnia igitur hominis bona ab æterno in hoc ſæculum proueniunt a prima intrinſeca dei charitate & hinc inde tamdiu uerſantur in tertia charitate ab homine acceptata: quouſq; per ſecūdam & extrinſecam dei charitatem reducanť ad primam intrinſecam charitatem diuinam:ubi perpetuo habitabunt illi qui porrectam a deo charitatem acceptarunt & diuinæ charitati conformarunt ſeq; Deo ſubiecerunt.

Roma. 5 in prin. Can. 2. — 1.39.§.12. Phil. 2

3. ¶ Hæc tertia charitas eſt nunc tractanda & ab Apoſtolo ita diffinitur:Finis pręcepti eſt charitas de corde puro & conſciētia bona & fide non ficta. Per finem annotatur terminus præceptorum, quæ omnia obſeruanda ſunt atq; terminanda in dei charitate:quæ ex puro corde emanat. Alioquin non eſt tibi meritoria conſummatio præcepti: quod obſeruas timore ſeruili uel apparentia exteriori,nō ex puro corde & charitate uera. Quicquid eni imponitur aut præcipitur aut inhibetur homini,tendit finaliter ad charitatem dei uel proximi,in nobis augmentandam puro corde,id eſt,certa cognitione. Nam q̄to magis quis deum cognoſcit, tāto plus eum diligit & ipſe tunc a deo cognoſcitť: ut ait dominus: Cognoſco oues meas & cognoſcunt me meæ. Et Paulus:Qui eni proximum diligit:legem impleuit:Plenitudo ergo legis eſt dilectio. Item. Siquis autem diligit Deum,hic cognitus eſt ab eo. Et Bernhardus te alloquitur: Vis ſcire quare deum ardenter non diligis:quia eum non cognoſcis:neq; aduertis ineffabilem pietatem,quam tibi noctu dieq; exhibet:quantum ergo in dei cognitione aſcendis,tanto in amore eius inardeſcis. Cum autem deus ſuper omnia ſit diligēdus,congruit ut eum principaliter & bene cognoſcamus:tunc ipſum ualde diligere poterimus. Poſtea Paulus ſubdit, charitatem de conſcientia bona emanandam: intelligitur de ſpe firma: qui enim bona pollet cōſcientia,ſecure ſperat. Charitas deniq; habere debet formatam & ueſtitam fidem atq; confidentiam,non coloratam uel fictam uel ſimulatam. De qua ſupra v.§.v.

1 Timo. 1. in prin. — Iohan. 10 — Roma. 13. — 1 Cor. 8. in prin. — Bernhar. lib. 5. c. 12. — 1. Tim. 1.

¶ Charitas eſt aut ordinata aut deordinata. Ordinate equidem debet homo deum 4.
ſuper omnia diligere & poſt deum quæ deo attinent: ac odire quæ deo ſunt contraria. Dominus igitur præcipit ut diligamus inuicem:tanq; unum et idem plaſma ad deum ſpectans. Necnon ut odiamus facta Nicolaitarum,i.hereticorum aduerſus diuinam ueritatem tendentia. Inordinate autem amat ſeipſum ſupra omnia peruerſus homo,uoluptati & malæ inclinationi indulgens:deinde amat quæ carnis illecebris uel iniquæ cupiditati deſeruiunt:oditq; omnia hijs obſtantia. Quemadmodū dñs ad diſcipulos dixit:Quia ego elegi uos de mundo,ꝑpterea odit uos mūdus:q̄ intelligiť ꝓpria uoluntas & peruerſa dilectio:q̄ ſemper odit,qđ a deo eſt quia il-

Iohan. 15 post prin. — Apo. 2. in prin. — Iohan. 15 ante fi.

quia illud impedit ꝓpriam uoluntatem.
5. ¶ Duo dumtaxat ſunt ſuper omnia amo
res:unus ad deum : alter ad ſeipſum: qui
ſe mutuo nequaꝗ̃ compatiuntur ; prout
Mat. 6. Luce 16. nemo duobus dominis ſeruire:nec cultui
diuino & curæ tēporali ſimul uacare po-
teſt. Nam qui principaliter deum diligit,
ſeipſum odit & omne quod uoluptatem
affert. Qui ſeipſum ſupra deum diligit, q̃-
rit omnia ſibi delectabilia:contemnēs de-
um & eius mandata, carnali cupiditati ob
ſtantia. Vnus itaq; primarius amor alterꝫ
odit:unus fugat & explodit alterum: unꝰ
innititur æternitati; alter uanitati. Certū
eſt, qui deum ſuper omnia non diligit:is
ſeipſum ultra omnia diligit:quoniam duo
primi amores ī uno homine ſimul eſſe ne
queunt:ſiquidem unus eſt principalis:ſe-
quitur alterum eſſe ſecundarium uel ſub
ſequētem. Ambo profecto ſunt quaſi ca-
pitales inimici pro primatu contēdentes.
Sicut nonnulli principes in eorum conuē
tu: et quidam eccleſiaſtici in publicis pro
ceſſionibus mutuo contendunt; ſic amor
dei & proprius adinuicem pugnant pro
anteriori ſtatione in libera hominis uolun
tate; quę nullatenus poteſt duo ſuper om
nia diligere:alioquin neutrum eſſet prin-
cipale dilectum. Siquidem pro tua ſalute
& utilitate uelis te bene & ordinate dili-
gere:oportet te amorem dei tanꝗ̃ princi-
palem præponere : deinde amorem pro-
prium tanꝗ̃ ſecundarium in te & tuo pro
ximo debite ordinare.

6. ¶ Liberum arbitrium (in quo ſolo amor
cōdependet) afficit̃ duplici amore: uno
ſuper omnia : a quo profluit alter amor:
qui eſt multiplex. Prior amor aut bonus
eſt aut malus : quem liberum arbitrium
ſurſum ad deum uel deorſum ad ſeipſum
flectere poteſt : alterum quippe ſuper
omnia amat aut deum aut ſeipſum. Et q̃-
uis arbitrium ſit liberum & nullibi colli-
gatum: nihilominus cum omni ſua ditio-
ne, uidelicet cum corpore & anima, cum
uiribus & ſenſibus omnibusq; membris
poſſidetur & captiuatur ab eo quod ſup
omnia diligit. Enimuero liberꝫ arbitriū
eſt ſemen inſertum ſpiritui humano ceu
agro ſpirituali: in quo uegetat̃ radix pri-
mę dilectionis: pro cōditione boni uľ ma
li incremēti ipſius radicis, producitur fru
ctus. Idem primus amor, ceu radix uel ſe
men, producit multos alios amores a pri-
mo amore condependentes. Nam ordi-
natus amor ſe extendit ad tot creaturas
& alia, quot ad deū ſpectāt. Similiter inor
dinatus amor ꝓprius tot diligit quot ſuo
accōmodant uſui. Sicut enim ex uno ſe-
minis grano multa pullulant grana:ſic ex
primitiuo amore proueniunt multi amo
res, omnes eiuſdem naturæ qualis eſt pri-
mus amor. Siquidem diuinus eſt atq; iu-
ſtus: omnes ſequentes amores erunt boni
Sin autem peruerſus: conſimiles erunt re
liqui amores a primo profluentes: qualis
radix, tales ſegetes: qualis fons, tales riuu-
li ex eo ſcaturientes. Omnes tamen ijdem
amores non plures ſed unus tantum æſti
mantur & ſunt ſimul poſt primarium ſe-
cundarius amor. Primus etenim ceu ra-
dix ſequentis uarij amoris, eſt interius oc-
cultus & exterius illiquidus: non.n. liqui-
do apparet utrū quis ſeipſum uel deum
ultra omnia diligat: quia dictus excellens
amor penitus eſt unitus libero arbitrio:
quod ſolum præſidet in corde inuiſibili. Dist. 41. §. 8. post prin.
Secundarius uero amor, ex primario ꝓ-
greſſus, frequenter ſe prodit exterioribꝰ
actis uel ſignis : per quæ primus cog- Math. 12 Luce 6
noſcitur amor tanquam radix ex fructi-
bus.

¶ Porro primarij amoris radix diuiditur 7.
in bonos ramulos: ex quibus, meant bona
uel mala opera. Dilectio quidē facit om-
nia & cauſam præſtat bonorum uel ma-
lorum operum: eadem uiuificat: uel tru-
cidat: fortis enim eſt ut mors dilectio. Si- Can. 8
quidem amor bonam plantam ſuæ radi-
cis producit, nempe deum ſuper omnia
diligit: deſuper accreſcunt omnia homini
ſalubria: ueluti fides, ſpes, timor, caſtitas,
ſapientia, modeſtia, concordia, iuſtitia, for
titudo, patientia, humilitas & huius gene-
ris uirtutes: tandem finalis beatitudo. Hu-
iuſmodi dona germinant ex bona amoris
radice, influxu diuinæ gratiæ: nam ſolus
deus incrementum bonorum fructuum 1. Cor. 3

prębet ei qui ſuum amorem præ omni-
bus diuino amori conformat. Sicut enim
Deus ab initio omnem creaturam dile-
xit: ſic iuſta uoluntas hominis ob dei uo-
luntatem omnia creata diligit. E regione
Si primus amor alterum & malum ſuæ
radicis ramulũ producit: utpote ſeipſum
prę deo diligit: inde homini aduenit om̃e
malum: ueluti peccatum, culpa, iniuſtitia
cæcitas, ſcandalum, ſcelus & omnis praui
tas: tandem diuina indignatio & æterna
damnatio. Hoc præterea ſæculo homo
ob peruerſum ſuum amorem cadit in
multiplicia incõmoda, nempe in bella, diſ
turbia & diſcordias: in caſtrimargiam &
zelotipiam, in ęrumnas & dolores: in de-
bilitates & morbos. Et ſic captiuus eſt
ſuæ carnis ac mundi & diaboli uſq; adeo
ꝙ in ſe ſuum arbitrium non dominatur
nec debitam libertatem obtinet: ſed man
cipium eſt irretitum de quo ſcribitur:
Pro. 5. in prin. Vagi ſunt greſſus eius & inueſtigabi-
Baruch 3 poſt prin. les, labores eius in domo aliena & in
Oſee 3. in prin. terra aliena inueteraſcit: oblitus domini
creatoris reſpicit deos alienos.

8. ¶ Qui ergo ex occulta radice ſui primi-
tiui amoris patitur creſcere fucatos &
culpabiles fructus, adeo excæcatur ut
nec Dei nec ſui ipſius amorem cogno-
ſcat nec perpendat quid boni aut mali ex
utroq; amore proueniat, nullo ſplendo-
re neque lumine fulcitus. Vnde domi-
Iohan. 3. in me. nus inquit: Dilexerunt magis tenebras
quam lucem, nam eorum opera ſunt ma
la: qui enim male agit, odit lucem nec
uenit ad lucem ut non arguantur opera
eius: qui autem facit ueritatem, uenit ad
lucem ut uideantur opera eius, quia in
Deo ſunt facta. Hinc patet quod Dei
dilectio præſtat intellectum & lucem il-
luceſcentem: qua quis ſeipſum intuetur,
proſpiciens quid bonum ſit aut malum:
Iob 41. in fi. quid faciendum aut obmittendum: Nã
poſt amorem Dei lucebit ſemita: quam
aliquis ſequi poteſt donec ad lucem per
1. Pet. 1 in fi. ueniat. Petrus igitur inquit: Beneface-
tis attendentes quaſi lucernæ, lucenti in
loco caliginoſo, donec dies eluceſcat &
lucifer oriatur in cordibus ueſtris. Cæ-
terum ꝓprius amor cęcus eſt, ſeipſum ab
ſcondens unacum ſuis malis fructibus &
hominis obfuſcãs rationem: penes quam
non quærit ſanum conſilium. De quo
Paulus ſcribit: Ambulant in uanitate ſen Ephe. 4 in me.
ſus ſui, tenebris obſcuratum habentes in
tellectum: alienati a uia Dei per ignoran
tiam: quæ eſt in illis propter cæcitatem
cordis eorum. Primus itaq; amor affert
fructus ſecundum qualitatem radicis
ſuæ: ſiquidem ordinatur ſurſum ad de-
um: germinabit in hoc ſæculo gratiam
& in futuro æternam lætitiam. Si au-
tem radix peruerſa & deflexa eſt deor-
ſum ad creaturam: tunc ex ea pullulat in
hoc ſęculo indignatio diuina & in futuro
perpetua moleſtia.

¶ Rurſus amoris proprietas & uis ac na- 9.
tura eſt amantem prorſus commutare &
transformare in amatum: neq; ad huiuſ-
modi mutationem amans cogitur a Deo
uel natura: neque exteriori uiolentia uel
interiori habitu: ſed ſolo libero & uolun-
tario amore ac beneplacito trahitur abſq;
omni labore & dolore: abſque pœna &
onere: faciliter, leuiter, hilariter & uo-
luptuoſe. Frequenter in eo, quod quis
ultra omnia amat, ſuffocatur: huiuſmo-
di ſuffocationem libenter patitur, in ea
potius delectatus ꝙ moleſtatus. Per a-
morem itaque primarium homo muta-
tur in ſtatum meliorem aut deteriorem
ſecundum qualitatem amati: ſiquidem
liberum arbitrium ſeu uoluntas in homi
nis regno pręſidens, deorſum ad carnem
flectitur: tunc uiliter humiliatur: ſi autem
ſurſum ad Deum flectitur: tunc ſalubri-
ter exaltatur: nam mutatus amor indui-
tur ueſtimento amati, nempe cum ipſius
menſura, natura & forma ac etiam nomẽ
clatura: ut ſiquis amat carnalia ſeu tempo
ralia: ſcurrilia ſeu beſtialia: huiuſmodi
amor tanquam inordinatus, appellatur
carnalis uel terrenus: ſcurrilis uel be-
ſtialis. Si autem Deum amat atque di-
uina: iſte amor ordinatus eſt & nuncu-
patur diuinus & catholicus: quẽ quilibet
Chriſtiſi-

Chriſtifidelis libero arbitrio ſine quauis coactione ſponte ſequi debet.

10. ¶ Ea de cauſa deus hominis arbitrium & amorem libertate nobilitauit & ab omni exemit ſuperioritate, extra Deum: qui amorem hominis non cogit nec quiſquã alius cogere poteſt: quinimo amor ipſe pro ſuo arbitrio libere agitatur. Præterea hominis amorem deus nullibi ligat nec impediri permittit: quẽadmodum reliquæ hominis potentiæ membris colligantur & ſæpenumero exterioribus obſtaculis impediuntur: propterea nemo ſuo intellectu uel reminiſcentia: uiſu uel uoce: incolumitate uel alijs donis ſibi a Deo conceſſis, ſemper ex ſententia libere ſeu plene uti & frui: neq; huiuſcemodi dona in aliũ transferre poteſt: cum non ſint ſua propria neq; libera: prout amor totus liber eſt & proprius hominis: qui huiuſmodi amorem ſine impedimento alteri ſponte communicare poteſt: apud ipſum nihilominus communicato amore permanente: ac ſiquis ſuo lumine alterius candelã accendit, nihilominꝰ integrum permanet lumen eius. pariter reſeruat quis ſuum amorem integrũ: tametſi eiuſdem amoris alterũ participem, immo dominum fecerit. Qui rem ſuã dederit alteri: ipſum eiuſdem rei dominum conſtituit. Sic qui ſuũ amorem impartit amico: huic ſe mancipat. Nam liber & uoluntarius amor in homine potenter dominatur. Ergo is, quem ultra omnia diligis, ſiue Deum ſiue tuam carnem, tui potenter dominatur: & te cum tuo amore ei reſignato trahit quorſum lubet.

11. ¶ Ad intelligendum amoris proprietatẽ auſculta exemplum ſponſalium. Prima charitas libera & uoluntaria gerit typum ſponſæ & id quod ſuper omnia diligit, gerit typum ſponſi: Poſtq; ambo copulantur, ſponſa uenit in ſponſi poteſtatem & ſubiectionem: Vir enim eſt caput mulieris: (1 Cor. 11. in prin.) quæ etiam particeps fit conditionis ſui uiri ſiue boni ſiue mali: nam ſi nobilis nubit ruſtico, fiet ruſtica & conſors laboris & fatigij iuxta ſtatum ſui uiri: cui inſeparabiliter coniuncta eſt. Vir deniq; non conſentit mulieri ut alteri nubat uel ſuum amorem pariter communicet: primarius enim amor uni ſoli, non pluribus ultra omnia impenditur. Vir præterea uult ut poſt ipſum eius ſponſa ſuos amicos & omnia ad eum pertinentia amet atq; foueat. Huiuſmodi coniugium nemo diſſoluere (Luce 11. ante me.) neq; coniugem a marito uiuo diuortiare ualet: niſi fortior ſuperuenerit & mulier diuortium anhelauerit: is fortior mulierem uolentem a mariti uinculo liberabit. Si autem prædicta nobilis fœmina fuiſſet deſponſata regi, eam ſponte traducenti: tunc euaſiſſet regina, ſecundum ſtatum ſui ſponſi nobilitata: & poſt regem omnia ad ipſum ſpectantia coluiſſet atq; libere uſa fuiſſet bonis ſui domini: nunq̃ inopiam paſſura, obtinuiſſet ſecuritatem, pacem, læticiam, quietem & bonorum exuberantiam. Contra eius uoluntatem nequiret ab ea tolli ſponſus regius: quo potentior eſt nemo: niſi ipſa ultro ex propria peruerſitate uelit regem relinquere.

12. ¶ Conſimiliter ſi homo primicium ſuæ charitatis copulat & tradit carni: eadem charitas ſubdita corpori & ancilla erit diaboli: cui in carne ſeruit: amatque quicquid corpori conducit: ſequens ea quæ carnis ſunt: eoq; carnalis charitas appellatur, & comprehendit omnem illicitum amorem: quo corporis luxus quęritur & prauis concupiſcentijs indulgetur: ueluti ſcorticinium, ingurgitatio, auaricia accidia, uindicta, arrogantia, & cæteræ cupiditates carnales: quibus tanquam irrationabilibus nemo ſuam charitatem (quæ eſt ſpiritualis non corporalis naturę) coniungere debet: ſiquidem non liceat ſpiritualem & rationalem naturam copulari corporali & irrationali naturæ. Quemadmodum contrarium naturæ eſſet hominem irrationali animali copulari: ita contra legem dei & naturã charitatis eſt, eã cohęrere & copulari irrationali corpori & rei temporali. Verẽ idẽ prohibitum coniugium diuortiari nequit, niſi deo operante: qui per gratiam, ad conuerſionem liberi arbitrij, eius charitatem

a temporalibus retrahere poteſt:alioquin eadem charitas peribit in æternum: prout uulgo dicitur:mulierem perdito uiro nuptam perijſſe: pariter cenſetur hominis charitas exinanita quæ peruertitur a deo ad propriam carnem. Quæ quidem caro deturpat & uinculat hominis charitatem & uoluntatem quominus libera ſit ſed carnis & diaboli ſerua. Qui autem ſuam charitatem deſponſat Deo (qui eam miſericorditer ſuſcipit)& deinde omnia Deo attinentia diligit propter deum:illius charitas erit dei ſponſa & appellata diuina charitas: qua homo conſequitur in hoc ſæculo pacem, ſolamen & unanimitatem:in futuro cęleſte regnum Math.1. incorruptibile & incommutabile,nempe Deum tanquam æternum & immutabile bonum; quod nemini inuito auferri poterit.

QVADRAGESIMVM SEXTVM CAPITVLVM
De charitate Dei.

QVemadmodum in homine una potentia ultra aliam ſurſum ordinata eſt: ita ſuprema potentia nempe liberæ uoluntatis charitas ſurſum Deut.6 immediate ordinatur ad deum,ultra omnia immo etiam ultra nos ipſos diligendũ non ob utilitatem nobis ex huiuſmodi dilectione obuenientem: ſed reſpectu ſuiipſius tanq̃ ſummi boni omnibus uirtutibus perfecti. Ideoq; deum non ſolum prę nobis diligere: uerum etiam eius præcepta filiali obedientia,non ſeruili timore, ſponte cuſtodire & ubiq; ſuam uoluntatem noſtrę præferre debemus. Prętereà ipſius dei uoluntate & totius naturę ordinatione, quælibet creatura eſt melioranda & in ſtatum altiorem ſubleuanda:prout in ſimplicibus apparet elementis: quæ in radicibus & herbis:in animalibus et hominibus prouehuntur ad uegetatiuam & ſenſitiuam uitam. Agreſtis truncus nobilibus ramuſculis plantatus euehitur ad dulce genimen. Dei igitur diſpenſatione in groſſum humanum corpus inſertus eſt excellens ſpiritus:cui ſingularis uoluntas & amoris libertas conceditur: ut homo eundem amorem ſponte dirigat ſurſum ad deum,& altiorem ſtatum adipiſcatur uſq; ad gloriam dei,ipſum in ſæcula ſæcu Pſ. 83. in prin. lorum laudaturus. Deus quidem propter ſeipſum eſt colendus,potiſſime primicia charitate:cuius deus eſt dignus & homo indignus:ut ſua charitate ad deum tendat & ei uniatur:& ſic idoneus fiat ad laudandum deum in æternum.

¶ Amoris itaq; libertas deſtinata eſt ad 2. gloriam dei & profectum hominis:qui nihil proprium nec idoneum poſſidet qđ deo commode offerre poſſit, q̃ ſolam liberam charitatem:non habentem ſuperiorem niſi amabilem deum: qui immediate ſuper hominis charitatem & liberũ arbitrium appodiat. Niſi eadem charitas ſe a deo ſponte peruertat deorſum ad creaturam: tunc quidem diſturbatur dei & totius naturæ ordo. Homo igitur naturaliter tenetur:ac etiam ueteri & noua lege Deut.6 Marci 12 coartatur,deum diligere ſuper omnia. Id quoq; naturæ conuenit ac æquitati: Quoniam ab initio anteq̃ homo crearetur, ipſum deus prędilexit: poſtea redemit atq; continue diligit,ei uitam æternam pręſtaturus: cum & alia omnia,quæ homo habet,a deo ſint. Quocirca naturali iure cõdemnatur, qui carnem ſuam (a qua omne malum ei accidit) diligit præ deo: a q̃ omne bonũ prouenit. Naturaliter amor ſ. 49. §. 4 in fi. exigit amoris retributionem,ad antidora igitur obligaris deo pro ſua immenſa dilectione:qua te anteq̃ eſſes & adhuc indies afficit: ut eum uiciſſim ultra omnia Mat. 22. diligas toto corde & affectu in tota anima & in omnibus uiribus. Hunc denique tuum amorem Deus dignabitur tibi refundere dono æternæ beatitudinis. Si uero diligis corporalia rationis & charitatis expertia: dilectio tua in eis erit fruſtrata & minime remunerata. Si autem diligis rationis compotem creaturam ad tuam delectationem:ibi dilectio tua retribuetur perpetua damnatione: Niſi proximum ordinatim dilexeris propter deum: is retribuet tibi. Et

tibi,Et multo certius dilectio, quam im-
pendis ipſi deo, ab eo præmiabitur tibi:
quoniam ſuam diuinam charitatem indi
es oſtendit ſuis dilectoribus:teſte Chriſto
Joban. 14 Qui autem diligit me, diligetur a patre
ante fi. meo:& ego diligam eum & manifeſtabo
ei meipſum.

3. ¶ Si conijcere uelis,an ſis conſors diuinę
charitatis,nec ne: perpende conditiones
duorum amicorum:quorum unus alterꝫ
libenter audit: libentius de eo loquitur:
frequentiſſime eius recordatur:obſequi-
tur ei ſine moleſtia: pronus eſt pro eo ex
ponere corpus & rem:cauet ipſum offen
dere:offenſum reconciliare ſtudet:triſta-
tur in eius aduerſis:gratulatur in proſpe-
ris:amicus de amici aduentu hilareſcit:in
eius receſſu triſtatur: amat aut odit ea q̄
amico ſunt chara aut odioſa:ſtudet ei cō-
placere:abigit ab eo inimicos & parat ſibi
alios amicos:dona ſua non ſpernit:ſuis cō
ſilijs frequenter acquieſcit:ab eo fiducia-
liter petit petenda:largiter coicat quę ele
cto amico ſuo ſunt neceſſaria, Siquidem
præmiſſas conditiones erga deum in mē
te tua tenes:pie confidere potes, tuam er
ga deum charitatem eſſe ordinatam ſecū
dum tuam facultatem: & uiciſſim te eſſe
in charitate Dei ſecundum ſuam miſeri-
cordiam.Econtra nonnulli poſſunt con-
ijcere ſe dei amicitia eſſe deſtitutos:nem-
pe qui ſunt peccatis inuoluti ſine contri-
tione & cum deliberatione ulterius pec-
candi,Quidam hęſitant utrum ſint in dei
charitate,ueluti peccare ceſſantes & pro
ſua facultate pœnitentes, Alioquin autu-
mant ſe eſſe in Dei charitate: qua tamen
minime fruuntur:quia licet peccata actu
alia relinquant: debite pœniteant bona-
q; opera faciant:ſunt tamen adhuc concu
a.15.f.10. piſcentijs carnis irretiti:quibus ſponte ad
hærent prauis cogitationibus: quas non
ſtrennue ſupprimunt ſed in eis delectan-
tur,tametſi in actum peccandi non con-
ſentiāt,Quidam firmiter ſperare poſſunt
ſe eſſe dei charitate & gratia fulcitos,præ
ſertim contriti & confeſſi ac diligenti pœ
nitentia exercitati: qui ſtudēt noxias fan-
taſias incidentes propellere & bona ope-
ra ſponte peragere ac diuinæ maieſtati ſe
dulo cum plauſu ſeruire,Iſti quidem hic
prægustant gaudium & ſuauitatem diui
næ charitatis: de qua in patria ſecuri e-
runt:inquantum in ea auxilio dei perſe- Math.14
uerauerint uſq; ad finem.

¶ Ex præmiſſis patet, charitatem Dei in
hominibus tripliciter deficere:aut eſt to- 4.
ta euacuata:aut ſemiplena:aut non eſt in
tegra, Primo temerarij peccatores ſunt
omnino uacui charitate,Secundo in deſi
dioſis hominib, charitas dei partim ſopit,
Tertio in hac uita homo neq̄q̄ ualet, non
ex malitia ſed ex natura,attingere perfe-
ctam charitatem:donec peruenerit in pa
triam:ibi tandem charitas perficietur,
Poteſt tamē homo ſedulo conamine hic
aſſequi ſufficientem charitatem:ſiquidē
quantum poteſt,fecerit in Dei charitate:
quæ iam ad debitam metam peruenit,
Etiamſi maior fieri poſſet charitas: tamē
pro perfecta reputabitur: uti ſcriptum
eſt:Qui autem ſeruat uerbum eius, uere
in hoc charitas dei perfecta eſt, uidelicet 1. Joban.2 in prin.
iuxta humanę fragilitatis facultatē,Hui9
perfectionis diſcrimen manifeſte depre-
henditur in Paulo:qui poſt ſui raptum in Philip.3 in me.
cœlum,fatetur ſe nondum iam eſſe per-
fectum:quod intelligitur de finali perfe-
cta charitate,in præſenti ſæculo minime
attingenda, Mox poſtea aſſerit Paulus ſe
eſſe perfectum,dicēs: quicunq; ergo per Philip.3 poſt me.
fecti ſumus,hoc ſentiamus:loquens de ꝑ-
fectione menſuratæ charitatis: quam iu-
ſti pro ſua uirili hic oſtendunt Deo ex ei
us auxilio & gratia: quam comprehen-
dunt ſicut a deo ipſi comprehenduntur,
Iterum eodem atteſtante:Sequor autem Philip.3 in me.
ſiquo modo comprehendam, in quo &
comprehenſus ſum in Chriſto Iheſu,

¶ Hominis erga Deum charitas eſt hic 5.
ex parte & non perfecta: quia deum non
dum uidit aliter q̄ per ſpeculum in ęnig-
mate, i, per fidem,In qua homo hic De-
um diligit dumtaxat duabus cauſis: una
eſt ꝙ ex natura & uoto tenetur diligere
deum ceu ſummum bonum, Altera dile
ctio eſt qua deum afficit homo ob ingēs
ſuum commodum a deo receptum & de

cetero plus expectandum. In alio autem ſæculo homo perfecte amat deum: quē ceu immenſum ſummum bonum præſentialiter uidet facie ad faciem ut eſt: tunc demum erit charitas integra & hominis gaudium perfectū. Vnde Paulus

1.Cor.13. in 6.

inquit: Cū uenerit quod perfectum eſt: euacuabit qđ ex parte eſt. Iſtud gaudiū eſt finalis fructus charitatis: quod hic incipit & in futurum finietur in qualibet rationali creatura: in quantum huiuſmodi gaudij & charitatis capax fuerit. Hoc modo illic gaudiū & charitas cōplebitur in homine iuxta eius idoneitatē: prout dn̄s

Iohan.17 in me.

ait: hęc loquor in mundo ut habeant gaudium meum impletū in ſemetipſis. Vbi datur intelligi: quemlibet electum pro ſua capacitate in cœlo habiturum gaudium, tanq̄ fructum ſuæ charitatis. Nam in omnibus rebus ſpectatur lucrum tanq̄ finalis & accomodatus fructus: quem hinc homo ſecum defert, ſecundum qualitatem ſui amoris: quorſum illum direxit ad deū uel ad ſeipſum: inde accreſcit fructus perpetuus uel gaudij uel mœroris; quē primarius amor parturijt. Siquidem homo poſſidet amatum, gaudet: ſi amato carere & contrarium habere cogitur, tūc męret atq; dolet. Pręterea ex primo amore generatur timor, filialis quidem ex dei amore: ſeruilis uero ex proprio: qui profecto timor ſemp̱ inhęret primario amori. At filialis timor non ubiq; comitatur amorem: amor enim dei latius extenditur, utpote ad proximum & omnes creaturas: timor aūt dirigitur ad ſolū deum: extra quē nihil iuſtus timet. Inſup̱ amor & timor dn̄i cōiungunt & ligāt hominis liberā uoluntatē: cum diuina uoluntate, amor ducit ad deū hominis uoluntatem: quā timor a deo ulterius ſeparari nō ſinit

6\. ¶ Ecce ſola charitas dei affert homini omnem ſalutem. Diuinæ quoq; maieſtati extra charitatē ab homine nihil eſt acceptū neq; fides neq; bonū op9: nec quicq̄ aliud

1.Cor.13

geſtū extra charitatē: quæ nō agit perperā quin in dei obſequio ſemper exerceatur: neq; quieſcit, quouſq; uiolenter reg-

Mat.11.

num dei rapuerit. Hoc ita intelligas. Charitas exiſtit in uoluntate: quam Deus libertate dotauit & eam alius nemo cogere uel tollere poteſt ab homine: qui huiuſmodi uoluntatem libere habet in manu

Eccl.15. & 39. §.18

conſilij ſui. Poteſtas itaq; liberi arbitrij in ſeipſo conſiſtit: per conſequens libero arbitrio ſuam charitatem ad Deum inclinatam, eripere poteſt nemo. Porro cum eadem uiolenta charitate, mediante auxilio & gratia Dei, homo obtinet regnū cœlorum: hoc cenſetur regnum rapere & ei uim inferre. Qui modo Deum ſuper omnia diligit, adipiſcitur regnum cœleſte plenumque & æternum gaudium: cum æternaliter & integre ſecum habeat immarceſſibilem æternum Deum: cui per charitatem unitur totaliter & inſeparabiliter. Siquidem hominis charitas & unio in Deo eſt æterna: ergo fructus charitatis durabit perpetuo. Ita æternum gaudium creſcit ex charitate, quemadmodum ex ueritate, ſupra ai. §.ix.

7\. ¶ Præfatum æternum gaudium cœleſtis regni eſt menſura ſuperefluens &

Luce 6. Luce 13 in me.

arbor magna: quæ creuit ex grano ſynapis ut pote eſt incomprehenſibilis gloriæ fructus prouenieus ex modico ſemine ordinatæ charitatis. Pariter & ex proximi charitate gaudium exuberat. Porro ſicut nemo impedire poteſt tuam liberam uoluntatem: qua Deum ſuper omnia diligis: ſic & nemo a te tollere poteſt tuæ charitatis fructum, nempe æternum gaudium: CHRISTO promittente: Et gau-

Iohan.19 poſt me.

dium ueſtrum nemo tollet a uobis. Non autem ſolum cœleſte, ſed nec etiam in hac uita ſpirituale gaudium a quouis cōſtante amatore dei auferetur. Ad huiuſmodi gaudium non eſt opus exterior b9 rebus temporalibus uel delicijs corporalibus. Quę etiamſi ab amante deifico auferuntur, non mœſtitiam ſed patientiam afferunt eidem: contentatur enī de ſibi a deo conceſſis aut permiſſis: omnia exteriora uana æſtimat: nihil timens præter deum: qui ſui cordis quies & gaudium in æternum eſt: Quod nuncupatur uita æterna: Vbi.n. nullum gaudium, ibi nulla uita. Triſtitia autem eſt aut mœror

mortis

mortis præteritæ aut nuncius ſequentis. Vita quidem conſiſtit in corde: quod triſtando conſummitur: gaudendo fouetur. Vnde ſapiens: cor gaudens exhilarat faciem: in merore animi deijcitur ſpiritus. (Prouer.15 ante me.) Item triſtitia uiri nocet cordi. Et iterũ, (Pro.15.) Iocunditas cordis hæc eſt uita hominis: Multos enim occidit triſtitia & non eſt utilitas in illa. (Eccl 30. in ſi.) Omnia quippe animalia aſſimulant ſpeciem gaudij & fugam triſtitiæ: utpote appetunt uiuere & eultant mori. Sic & triſticia eſt hominis mors; gaudium uero eius uita. Quicunq; igitur æterno gaudio fruuntur, illi habent uitam æternam. Pariter æterna triſticia eſt mors perpetua. Libere itaq; uoluntatis & amoris arbitrio duæ proponuntur uiæ: una ducit hominem ſurſum ad cœleſtia gaudia in ciuitatem diuinæ patriæ: (8.30.§.9) altera ſcz proprij amoris ducit deorſum ad exilium infernale in ciuitatem damnationis perpetuę.

QVADRAGESIMVM SEPTIMVM CAPITVLVM.

De charitate proximi.

(Roma. 5 in prin.) Deus charitas eſt, in omnes homines generaliter profluens: propterea ordinarie deus ante omnia: deinde quilibet homo æqualiter diligendus eſt. Sicut enim deus omnibus cõmunis eſt: ſic & eius charitas. Qui ergo præ ſe & præ omnibus deum diligit, habet in ſe communem dei charitatem: quã poſt deum omnibus debet communicare creaturis ſecundum ordinem & ſtatũ cuiuſq;. Homo igitur ſicut ſeipſum quẽlibet hominẽ, ceu ſuum proximum eiuſdem ſtatus, æqualiter diligere debet: tunc enim charitas debite ordinata cenſet. At qui proximum amas ſicut teipſum, quando pro eo deum precaris ſecundum continentiam articulorum dominicę orationis, (Math. 6.) & faues ei gratiã diuinã ac ſalutarẽ ſucceſſum, quemadmodum tibi ipſi faues: utpote mereatur adipiſci ſummũ bonum: ad quod ipſe pariter ſicut & tu creatus eſt. Scriptura igitur præcipit, ut diligamus nos inuicem, quia Charitas ex deo eſt, (1. Johan. 4 poſt prin.) & omnis qui diligit fratrem ſuum, ex deo natus eſt. Cum itaq; charitas ex deo eſt, & omnes homines pariter ab eodem deo proueniunt & iterum ad ipſum redire ꝑordinati ſunt: requiritur ergo omnes homines, ex uno Ada diſperſim traductos, in charitate mutua coadunari: quo tandẽ in uno deo uniti conueniant. Enimuero ex natura primeuaq; iuſtitia homo aſtrictus eſt deum ultra omnia diligere & colere: ex iuſtitia ſecundaria & ordinatione diuina aſtringitur ſuum proximum ſicut ſeipſum diligere ac ei ſeruire tanq̃ (Mat. 22.) imagini dei: dictante euangelio: Secundum mandatum ſimile eſt huic, diliges proximum tuum ſicut teipſum. Eadem dilectio proximi emanat ex diuina: & nõ ſunt duæ aut diuiſę dilectiones, ſed dumtaxat una indiuiſa: quæ defluit & dilatatur ad plures perſonas.

¶ Subijciam quaſdam rationes, ob quas homo ſicut ſeipſum diligere debeat proximum & cum eo eſſe concors. 21. Primitus tranſgreſſi homines exciderũt ab unitate & ordinatione originali: rurſus reſtituti ſunt per unicum Chriſtum: qui caput eſt omniũ Chriſtianorum; quorũ & una eccleſia corpus eſt ſpirituale: eiuſdẽ autem corporis mẽbra ſunt ſinguli Chriſtifideles. Huic unanimi eccleſiaſtico corpori una dumtaxat infuſa eſt aĩa, nempe ſpiritus ſanctus: omnes deniq; ueri Chriſtiani una ſola fide imbuti ſunt: habent (Ephe.4 Gala.4) unum dumtaxat nouum Adam & patrẽ Iheſum Chriſtũ ac unicã matrem catholicam eccleſiam: in qua perueniendũ eſt ad deum ceu unicum noſtrum amabilem finem. Præterea omnes homines in charitate ordinata uniti eſſe debẽt lege pluriſaria. Primo lege naturæ, iuxta illud, Quæcunq; uultis ut faciant uobis homines, & (Mat. 7 poſt prin) uos eadem facite illis. Secundo lege creaturarum; de qua ſcriptum eſt: Omne (Eccl. 13. poſt med) animal diligit ſimile ſibi. Sic & omnis homo proximũ ſibi. Ois caro ad ſimilẽ ſibi cõiungetur & ois homo ſimili ſui ſociabitur. Propterea iubemur ꝓximum diligere ut (Le. 19 Mat. 22 Luce 10 Johan. 15) noſmetipſos: ſingulariter Chriſto dicente: Hoc eſt præceptum meũ ut diligatis

inuicem ſicut dilexi uos. Hoc enim ſecū-
dum mandatum ſimile eſt primo: quo
Marci 12 nullum maius hijs eſſe poteſt, Marco at-
teſtante. Hac proximi charitate effici-
mur diſcipuli & imitatores Chriſti aceti
am cognitores dei: domino inſinuante: In
Johan 13 hoc cognoſcent omnes quia mei eſtis di-
ſcipuli ſi dilectionem habueritis ad inui-
1. Joh. 4. post pun cem. Et ſcribit beatus Iohannes: Omnis
qui diligit fratrem ſuum, ex deo natus eſt
Psal. 132 & cognoſcit deum. Ad idem & illud can
ticum concordat: Ecce ꝙ bonum & ꝙ io
§. §. 4 in pnc. cundum habitare fratres in unum. Nec
ſoli amici uerumetiā inimici ſunt fratres
noſtri ab uno Deo pr̄e facti. Quare dñs
præcipit etiam inimicos, ceu ꝓximos no-
Mat. 5. in fi. ſtros, diligendos eſſe: ut ſimus filij patris
noſtri qui in cœlis eſt.

3. ¶ Q̄ autem Deus immediatus pater ſit
ſpiritualis & primus, mediatus tamen, pa-
ter carnalis omnium hominum; Q̄ etiā
cuncti homines inuicem proximi fratres
ſint: clare deprehenditur in carnali & cō-
prehenſibili paternitate & fraternitate.
Ille enim pater uocatur a quo is, qui uo-
catur filius, corpus ſuum mortale imme-
diate habet. Idem corpus inter ambos pa
ternitatem & filiationem conſtituit. Atta
men non totum filij corpus ex patris ſemi
ne propagatur: ſed & q̄ntum in utero ma
tris nutrit̄ & exuberat, hoc accreſcit cor-
pori a m̄re. Corpꝰ denicꝗ filij nō genitor
ſed deus impartitur: qui illud ab initio cre
auit: in Ada formauit & hucuſꝗ median
te traduxit natura: in qua genitor eſt pro
ximum inſtrumentum Dei: & ideo pa-
ter nominatur. Corpore autem per ope-
rationem naturæ cum organis membro-
rum ad formam hominis coaptato, mox
deus creat & infundit eidem corpori no
uum purum & immortalem ſpiritum: tā
etſi immediate per corpus maculetur: me
diante tamen eodem ſpiritu deus corpus
Gene. 2 uiuificat & hominem condit. Deus itaꝗ
Deut. 32 in prin. uerus eſt pater: qui te poſſedit, creauit at
ꝗ fecit, corpuſꝗ mediante genitore & na
tura tibi dedit & ſpiritum infudit abſque
omni medio: ac ideo te docuit oratiōe do
minica ut eum patrem appelles ac dicas:

Pater noſter. Atqui diuina paternitas po Math. 6
tius ſpiritualis ꝙ corporalis æſtimāda eſt
cum ſpiritus hominis immediate, corpus
autem mediate a Deo proueniat. Vnde
ſequitur proximum diligendum eſſe ma
gis ſpiritualiter q̄m corporaliter: utpote
plus in hijs quæ ſalutem animæ, ꝙ quæ
commodum corporis concernunt: quoni
am dei imago lucidius apparet in ſpiritu
ꝙ in corpore. Corporalia uero obſe-
quia teneris impendere potius agnato
proximo uel cuipiam propinquiori q̄m Ruth 3
alieno uel remotiori amico. ante fi.

¶ Ex prelibata diuina paternitate progre 4
ditur hominum fraternitas: quæ eſt triſa-
ria. Prima naturę & carnalis: Secunda
creaturę & ſpiritualis: Tertia eſt gratię &
catholica. Primo ſunt carnales & natu-
rales fratres abſꝗ medio ab uno patre uel
matre procreati. Generaliter quoꝗ & a
remotis carnales fratres nuncupari poſ-
ſunt omnes homines: quorꝫ uniuerſum
corpus ab uno patre Ada, multis tamen
intermedijs, traducit̄, ac ab uno deo pri-
mordialiter conditum eſt. Secundo ſpiri
tualis fraternitas communis eſt inter om
nes: quorum ſpiritus ſunt ſine medio ab
eodem creatore & patre cœleſti: quilibet
igit̄ homo eſt alterius proximus & fr̄ ſpi
ritualis. Siquidem fratres cenſentur qui
ab eodem genitore corpus mortale tra-
hunt: multo conuenientius proximi & e-
quales fratres extimantur uniuerſi homi
nes: qui communiter & ſingulariter ſuos
ſpiritus, ceu dei imaginem, ſine medio ha
bent a Deo tanꝗ principali & ſupremo
patre noſtro. Hinc dominus nos alloqui-
tur: Omnes uos fratres eſtis: & patrē noli Math. 23 in prin.
te uobis uocare ſuper terram: unus eſt. n. §. §. 3 in fi.
pater ueſter qui in cœlis eſt. Siquidem
Deus eſt noſter pater: ergo & nos filij ip
ſius ſumus, preſertim ex gratia adoptiui:
carnales quidem mediantibus noſtris ꝓ-
genitoribus: ſpirituales autem ſec̄dum
animas: quas ſine medio a Deo æquali-
ter habemus. Quemadmodum frater
carnalis natura & iure obſtrictus eſt ſuo
confratri exhibere corporalem amicitiā:
charitatem & ſeruitutem, eo ꝙ utriuſꝗ
morta

mortale corpus immediate ab eiſdem parentibus partum eſt: ita longe artius homo aſtringitur alteri ad obſequia ſpiritualia & charitatiua; quia eorum immortales ſpiritus ſine medio ſunt a deo creati. Certiores ſunt fratres ſpirituales de ſua ſpirituali ꝓ ſapia, quam carnales fratres de ſua legittima parētela. Tertio catholici fratres ſunt om-
J.67.§.1 in fi. nes baptiſati, ſuam ſpiritualem uitam & bonum ſtatum ab eodem patre Chriſto & matre eccleſia trahentes. Quare Chriſtiani inter ſe plurimum confœderantur, tanquam dupla fraternitate coniuncti, ſpirituali a deo, & catholica a Chriſto & eccleſia: per ambos in baptiſmo Chriſtiani regenerantur & a malo ſtatu ſubleuantur. Eadem catholica fraternitas reſuſcitat priores duas fraternitates, nempe corporalem & ſpiritualem: quæ ambæ abſque catholica fraternitate in homine demortuæ iacent.

5. ¶ Nuda carnalis fraternitas in ſeipſa annullatur: cum omnium hominum corpora corrupta ſint & ad malum inclinata:
Gene.6 prout ſcriptum eſt: omnis quippe caro corruperat uiam ſuam ſuper terram. Cōſequenter ſpiritualis fraternitas ad diſcidium inclinatur: cum humani ſpiritus (tametſi ab uno origine, ſ. deo proueniant) in carne tamē indomita abinuicem ſegregentur. Inde emergunt hominum diſcordiæ, bella & omne malum. E diuerſo in baptiſmo Chriſtiani recuperant bonum ſtatum & pacem diuinam ac unionem Chriſti: qui auctor eſt totius pacis. In eius
J.68.§.4 quidem corpore omnium Chriſtianorū ſpiritus conuenire poſſunt & in eo ſimul permanere deberent: qui prius in corpore Ade abinuicem fuerant ſeperati. Quāobrem Chriſifideles in fraternitate catholica pacificos unanimesque eſſe oportet, mutuam charitatem ordinatim exercentes: in omni patientia & humilitate aliaue uirtute totis uiribus: in quantum quisque po-
1. Joban.3 poſt me. teſt uſque ad poſitionem animæ. Hinc plerique laudabiles atque ciuiles fraternitates ſpecialiter fuerunt erectę: in quibus boni uiri, ſocietatem ſpiritualem mutuo contrahentes, priuata officia diuina inſtituerunt & bonam policiam inter ſe obſeruauerunt, ad augmentum diuini cultus & decorem eccleſiæ; necnon ad ſalutem & unionem fidelium fratrum. Quæ quidem peculiares fraternitates in multis locis ſcelestè deficiunt, partim ex informatione pſeudoctorum: partim ex temeritate ſuperiorum.

¶ Omnes Chriſtifideles debent inuicem adeo uniti & concordes ac tantę eſſe bonę uolūtatis: ut ſint unum corpus & unica communitas: quæ appellatur catholica eccleſia & ſponſa Chriſti. Eadē eſt uera & Chriſtiana fraternitas, quā Chriſtus nos docuit: non illam fraternitatē de qua iactant noui antichriſtiani ſibi imponentes nomen fratrum in Chriſto: accomodatius nominarentur fratres in Bohemico Ciſco: cuius inſtar noſtrati ſolent ſuos fratres ſpirituales & ſæculares offendere cęde, rapina & incendio: prout in uiolentis proximis ſeditionibus nuper perpetratū eſt & hactenus perpetratur cum diffamationibus & iniurijs fratrum. Chriſtianorum eſt proximi ſui ſcandalum & dānum amouere, non ſolum uinculo fidei catholicę ſedetiam uinculo fraternitatis carnalis & ſpiritualis, in baptiſmo inter omnes Chriſtianos iterum renouatę: ubi ſpirituum humanorum malicia eſt ſublata: quo facilius carnis inſolentia reprimatur. 6.

¶ Qualiter catholici fratres mutuo conuerſari debeant, elicere potes ex natura carnalium fratrum: qui ſimul inſolidum negocia ſua fideliter & fraterne tractant, unus præ altero nil proprij uel lucri anhelat: ſed omnibus ſuis bonis charitatiue ambo coutuntur & unus alterius cōmodo tanquam ſuo proprio conſulit. Conſimiliter ſpirituales & catholici fratres: quibus ratione ſui patris, nēpe dei, maius ligamen imminet quā fratribus carnalibus: debent adinuicem uti charitate, obſequio, largitate & omni amicitia: necnon ſingulariter cauere, ne quis confratrem doloſe defraudet neque iniuſte offendat: quominus ad indignationem prouocet Deum ceu utriusque patrem: qui 7.

offenſam ſuis fidelibus puſillis illatam, im punitam minime relinquit: filios quoque de generes pro ſuis exceſſibus corrigere ſo. let: quemadmodum manifeſte commina

Math. 18. in prin. tur dicens: Qui ſcandaliſauerit unum de puſillis iſtis qui in me credunt, expedit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius & demergatur in profundum maris. Ob timorem igitur & reuerentiam cœleſtis patris, necnon ad honorem & gloriã ſuæ maieſtatis, merito omnes ſui puſilli, utpote rationales creaturæ, præcipue baptiſati Chriſtiani, inter ſe debent eſſe unanimes pacifici & fideles fratres: ac unus alterum ordinate diligere ceu ſuum proximum et ſui cœleſtis patris imaginem. Inſuper ex origine naturæ & diuino iure homines uniuerſi deberent ſimul eſſe unanimes: nullo ſpirituali diſcrimine ab inuicem di uiſi: ſed utrobique paritati inniti ſine perſo. narum acceptione: quoniam ſecundum

Jacob. 2 in prin. ſcripturam fides noſtra non patitur per. ſonarum acceptionem, hoc roborat per omnes creaturas, pręſertim corporales: quę omnibus & ſingulis hominibus indiſ ferenter ſeruiunt; Inquantum in ſe eſt, operantur pariformiter uni homini ſicut alteri: non inſpecto quis ſuperior aut inſe rior: quis princeps ſit aut ruſticus. Influ xus quoque firmamẽti & elementa et quic quid in eis eſt, conformi obſequio ſerui. unt ſingulis hominibus iuxta cuiuſuis ca pacitatem. Palefredus tam leuiter portat ruſticum quam ducem.

8. ¶ Cum igitur diuina ordinatione qualibet creatura æqualiter & abſque differentia omnibus & ſingulis hominibus ſeruire parata eſt: inde commonſtratur ut homines parimodo mutua obſequia præſtent ac ſint unanimes, non ſingulares: unus alteri ſine perſonarum acceptione exhibeat cha ritatem, fidelitatem & auxilium: nam om nes homines in natura ſunt pares & ſimul

Gene. 1 tanquam unus homo, imago dei: ueluti unicũ ſpeculum tui imaginem uno contexture cipit: ſi autem in mille partes diuideretur, nihilominus in qualibet parte ſpeculi ap. paret imago tui integra. Conſimiliter dei imago eſt eadem in multis perſonis diſ. partiti generis humani: propterea unum. quemque hominem æſtimare debes acſi ſit tuipſe & non alienus: cum uterque tu & ille ac omnes homines niſi una et eadem ſint imago dei. Præterea tribus aliis modis ho mines ſunt connexi. Primo ratione unio nis: qua unita ſunt omnia creata ceu unũ plaſma: in quo homo eſt ultima pars crea turarum. Secundo tota humanitas eſt u. num genus: quilibet igitur homo eſt tecũ unius & eiuſdem humanitatis. Tertio om nes Chriſtiani ſunt mutuo uniti in Chri. ſto & eccleſia. Tandem electi peruenient ad quartam unionem: qua uniendi erunt ſuo creatori & redemptori.

¶ Quemadmodum dei charitas fœcun da eſt, parturiens multas conſequentes charitates, nempe proximorum & omni. um creaturarum: ita charitas proximi ferti. lis eſt: dilatatur enim ad ea quę proximi ſunt. Charitas dei parit gaudium ęternũ: proximi charitas affert amãi gaudium: quod habet in proximo tanquam in imagine dei. Idem gaudiũ indies creſcit & annua. tim augetur hic & in futuro: ut ex paruo nucleo creſcit grandis arbor, annuos fe. rens fructus: ſic ex bonæ uoluntatis nu. cleo latus germinat amor: continue profi ciens: quoties iuſtus uiderit proximi ad deum conuerſionem, toties nouo gaudio afficitur: & quanto plus proximus ſe a malo ad bonum flectit, tanto magis læta. tur iuſtus: cui etiam innumera accederẽt gaudia ſi innumerabiles peccatores con. uerterentur: teſte Euangelio: maius gau dium in cœlo eſſe angelis dei ſuper uno Luce 15. poſt prin. peccatore pœnitentiam agente: quam ſuper nonagintanouem iuſtis qui non indigent pœnitentia. Liquet ergo ex prædictis: Qui diligit deum, conſequitur in deo gau dium immenſum & in proximo conuer ſo gaudium innumerabile. Sicut in ſua propria ſalute gaudet: ſic non minus gau dii acquirit in beatitudine cuiuſlibet pro ximi: quem amat ſicut ſemetipſum. Dũ. modo ſua charitas & lęticia in deo perpe tuatur: ergo charitas & lætitia in proxi. mo ſimiliter perpetuo durabit. Charitatis radix eſt perpetua: ideo oportet eiuſdem radicis 9.

radicis fructum nempe gaudiũ ſimiliter
perpetuari. Quod quidē gaudium hic in
cipit & in futurum in deo finiet ſine fine.
10. ¶ Cum omnes homines ceu proximi ſint
diligēdi: Inimicos igitur, qui pariter ſunt
proximi, diligi oportet: ordine tamen ut
ſequitur. Veteri lege permiſſum fuit ini-
micos perſequi & occidere: noua lege
præcipimur inimicos diligere: unde do-
Leui. 16. Mat. 5. in fi. Luce 6. in me. minus inquit: Audiſtis quia dictum eſt
antiquis: diliges proximum tuum &
odio habebis inimicum: ego autem dico
uobis, diligite inimicos ueſtros, benefaci-
te hijs qui oderunt uos: benedicite male-
dicentibus uobis & orate pro perſequen
tibus uos. Id quidem natura communi
fieri nequit, ſed ex gratia & natura diui-
1. Pe. 2. in pan. na quæ naturam uincit humanam. Qui
igitur euitat bilem uindicandi ſe de inimi
co, conſors fit diuinæ naturæ: nempe fi-
Math. 5. in fi. lius dei: qui ſolem ſuum, id eſt influen-
tiam diuinam, facit oriri ſuper bonos &
malos, ac ait: beati pacifici quoniam filij
dei uocabuntur. Quambrem notanda
eſt tum duplex charitas: tum etiam du-
plex inimicitia: una charitas eſt in affe-
ctu uel in actu: altera eſt innocentię.
Item unus inimicus offendit nos: alter
Deum: ueluti hæreticus uel infidelis uel
peccator. In dei offenſa eſt inimicus odiē
dus, non diligendus. Nec tenemur Dei
inimicis nec noſtris exhibere beneficia
actualia: neq; nos inclinare neq; optare
uictoriam uel proſperitatem uel bonum
temporale: niſi in quantum ſaluti animę
conducit: uti ſcriptum eſt: uerbum dul-
Eccl 6. poſt prin. ce mitigat inimicos: alioquin ab inimicis
tuis ſeparari ſtudeas. Inimici tamen non
ſunt offendendi neq; in corpore neque in
re temporali: niſi lęſio cederet ad hono-
rem dei uel rempublicam: aut inimicis
ad legittimum ſupplicium uel alijs in exē
plum. Et ſi noſter priuatus inimicus cor-
1. Joban. 3 ante fi. porali urgeretur neceſſitate, a qua eum
ſubleuare poſſemus: tunc iure naturæ
tenemur ei ceu proximo noſtro auxilia-
ri: in quantum deterius inde contingere
non ſit formidandum.
11. ¶ Secundam charitatem ſcz Innocentię
utriſq; inimicis exhibere debemus: præ- Math. 5.
cipue pro eis cõmuniter orare: eos bono
affectu fouere: eorum conuerſionem &
ſalutem promouere, ut ab errore ad ueri-
tatem properent: inobedientiam inſolen-
tem deponant: a peccatis abſtineant et de
cætero iuſte conuerſentur: tandem hic
dei gratiam & in ſæculo futuro beatitudi
nem conſecuturi: ad quam omnes pari-
ter ſunt uocati: Scriptum eſt enim: æqua Sap. 6 poſt prin.
liter cura eſt illi de omnib9. Vlterius tene Luce 6. poſt me.
ris tuis priuatis inimicis patienter indulge
re & iniuriam dimittere ac illorum com-
miſereri: nam & dominus tui miſeretur
ac ad tuam petitionem peccata condonat
prout ipſe dicit: Nonne ergo oportuit & Math. 18 in fi.
te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui
miſertus ſum? Si autem in his non uelis
eſſe perfectus nec domini conſilium ſe-
qui: tuam tamen cauſam non liuore uin-
dictę ſed uia iudicij proſequi debes: ne
tibi eueniat iuxta ſapientis elogium: Qui Eccl. 28. in prin.
uindicari uult, a domino inueniet uindi-
ctam: propterea te offendentibus pro-
nus parcas. Ita ſunt inimici diligendi, non
odiendi. Eſt tamen inter amorem & odiũ
quoddam medium ſcz euitandi inimi-
cũ: & nihilominus illi faueas ea quæ deus
largitur. Paulus igitur præcipit uitari hæ Tit. 3.
reticum: qui poſt unam & ſecundam cor
reptionem induratus permanet. Sic Io- 24. q. 1 Omnis
hannes Euangeliſta declinauit a Cherin-
tho & Policarpus a Marcio. Sic ab He- Math. 2
rode fugit in Aegyptum Chriſtus. Qui Math. 10 in me.
docet: cum ęmuli uos perſequantur in
una ciuitate, fugiamus in aliam. Huiuſ-
modi fuga & euitatio non eſt contraria Mat. 5. in fi.
præcepto diligendi inimicos.

QVADRAGESIMVM OCTAVVM CAPITVLVM.

De amore proprio.

DE iure & ordine naturæ prima-
rius amor ſoli deo cõuenit: in eo
conſiſtit ordinata charitas: quæ
ſi peruertitur & in creaturã dirigitur, tunc
eſt inordinata. Cõmunis itaq; amor ordi-
natus eſt: ſingularis uero inordinat9. Qui
mõ ſibi primitiũ amoris aſciſcit utpote ſe
ipſũ p̃ deo diligit: is ſpoliat deũ ſuo iure et

prærogatiua: qua ſuper omnia diligen-
dus uenit: rapit deo honorem & extollit
ſeipſum in amore ſuper omnia contra na
turam & omne ius: præſumit ex ſeipſo
facere deum: qui ſolus dignus eſt prima
ria charitate: qua creatura coronare de-
bet diuinum regem ut is in homine ſu-
premum habeat regimen: quare orare ſo
lemus: Adueniat regnum tuum. Peruer-
ſus autem homo nititur ſuum proprium
arbitrium in ſui ſuperiorem conſtituere
& in ſe pro deo dominari permittit. Et
ſic efficitur inimicus dei tanq̃ ſupremi cę
leſtis imperatoris, iuxta euangelium: Nõ
Johan. 19 post prin. es amicus cæſaris: Omnis enim qui ſe re-
gem facit, contradicit Cæſari. Solus qui-
dem deus eſt legittimus & uerus ſupe-
rior & rector omnium & ſingularũ crea-
turarum. Cui ſoli & nemini alteri pro-
pria arbitrij libertas competit: Ideo ſibi-
ipſi primum & proprium amorem im-
pendere & omnibus reliquis uoluntati-
bus prædominari poteſt. Verum quidẽ
deus creauit homini uoluntatem liberãq;
fecit, non ut eam ſibijpſi uſurpet: ſed di-
uinæ uoluntati ſubijciat & deo prorſus re
ſignet: necnon eadem uoluntate impri-
mis deum ultra omnia ſponte diligat: de-
inde ſeipſum ac proximum æqualiter.
Qui inſuper ſuam uoluntatem & prima
rium amorem a deo & ad ſeipſum flectit:
deo dupliciter iniuriatur. Primo contra
ius naturæ aufert deo prærogatiuã amo-
ris: Secundo eundem amorem ſibijpſi in
iuſte uendicat & appropriat: contra deũ
poſſidet & per hoc communem naturæ
ordinem peruertit: Offendit deum friuo
le: id quod dei eſt rapiendo: inique occu-
pat quod ad deum ſpectat, ad contemp-
tum ſuæ diuinæ maieſtatis. Ex huiuſmo-
di iniuria accedit homini principale ma-
lũ & omnia incõmoda. De quibus plura
c.9.§.7 in reuelationibus Katherine de ſenis c. 17
cum ſequente.

2. ¶ Liberum hoĩs arbitriũ aut diligit aut
odit: Diligit quidẽ quod delectat, ac odit
qđ rei dilectæ contrariatᷣ. Amorẽ itaq; ſe
quitᷣ odiũ: quod pariter liberũ eſt, pergẽs
quocunq; libuerit: A nemine niſi pro-
pria uoluntate coartatur: prout etiã libe-
ra dilectio nullibi ligata eſt. Enimuero ſi-
cut homo deum ſuper omnia ſponte dili-
gere: ſic debet ſponte odire omnia deo
aduerſa. Cum autem deo nihil tam ad-
uerſetur quã propria uoluntas: homo igi
tur ob dei uoluntatem debet euitare &
odire propriam uoluntatem & famam:
proprium amorem & honorem: pariter
& fugere ea quæ ex proprio amore pro-
fluunt: ut uana gaudia, carnalia deſideria,
auariciam, inuidiam, luxuriam, accidiam
& reliqua uicia: quibus deus offenditur
& eius imago commaculatur. Summa-
tim quemadmodum deus ceu ſummum
bonum ſuper omnia eſt diligendus: ita
ſuper omnia odire debet homo ſeipſum
tanq̃ ſuum intoxicum peſſimum. Nihil
magis nocet homini q̃ proprium arbitriũ
& amor peruerſus: quem contra deum
temerarie ſibi uſurpat: ex eo omne ma-
lum ei accidit: prout ex charitate dei om
ne bonum. Porro ſicut homo primum
amorem cum diuino auxilio ſurſum ad
deum dirigere, aut peruerſa uoluntate
deorſum ad ſeipſum flectere poteſt: ſic
quoq; ſuum odium uel ad ſeipſum uel ad
deum & ſua præcepta extendere ualet.
Nam in homine ſimul ſe cõpatiuntur cha
ritas dei & odium ſui ipſius: pariter & p-
prius amor & odium erga deum. Qui
enim præ ſe deum amat, odit ſeipſum: qui
ſe præ deo amat, odit dei uoluntatem &
p̃cepta, proprio amori & uoluptati cõtra
uenientia. Ex ordinata dei charitate ori-
tur iuſtum odium ſuiipſius: Ex inordina
to amore ſuiipſius oritur iniquum odiũ
contra deum. Deus igitur merito ſuccen
ſet amatori inordinato: qui iam in naturã
prædilectę creaturæ tranſformatus ac ua
nus & nullus factus eſt: prout res præ
deo amata in nihilum redigeretᷣ ſine deo.
Præterea amator ſui eſt abſq; deo miſer
& indiguus: Ideo quærit temporalia tran
ſitoria bona: in quæ ſuam affectionem et
ſpem ponit: acſi ualeant ipſum in ſua ino-
pia alleuiare: eadem tamen tempora-
lia prætereunt quemadmodum eorum
amator.

¶ Sicut

3. ¶ Sicut amor transformat amantem in amatum: ſic odium diuidit odientem ab eo quod odit: & quo maius eſt odium, eo remotius odiens diſgregatur ab odito. Quanto plus itaq; deum quis amat: tanto odioſior eſt ſibiipſi: econtra quanto plus ſeipſum diligit, tanto magis deum odit. Nihil igitur deteſtabilius eſt proprio amore: non ꝙ homo ſeipſum (in quantum decet) non amet: ſed ne ſupra Deum ſe amet: quod eſt illicitũ & Deo aduerſum. Quippe quilibet amor parit ſingulare gaudium in re principaliter deſiderata et acquiſita: quare unumquodq; primariũ gaudium naturaliter ad ſe trahit hominẽ.

4. ¶ Nunc conſiderandi ueniũt inutiles fructus proprij amoris. Quorum primus & pernicioſiſſimus eſt, ꝙ amator ſuiipſius ſibi infeſtiſſimum facit deum: qui eſt animæ uita & longe a peccatoribus: [Pſ. 118. circa fi.] quanto ille remotior a deo ſeparatur, tanto propius accedit ad nihilum. Siquidem homo a deo tanq̃ ab æterna eſſentia diuiditur: iã in ſeipſo tanq̃ in nihilo pendet, caſurus ad abyſſum nihili, nempe in profundiſſimum tartarum. Item qui iniuſte aufert æterno Deo ſuum proprium & ſummum honorem Diuini nominis: huic Deus iuſte tollit ſuum commodum æternæ lucis, pro ea perpetuas tenebras redditurus: ambulauit enim hic in uanitate ſenſus ſui, [Ephe. 5. poſt prin.] tenebris obſcuratum habens intellectum: [Ephe. 4. poſt me.] Ideo (ut Paulus dictat) merito alienatur a uia dei per ignorantiam, quę in eo eſt propter cæcitatem cordis ipſius: In eadem umbra nihili ſedet neſcius: putabat quidem honore uano multa bona ſibi acquiri: [Pſal. 72.] ſed amiſit interim bonum ſtatum, omni ſuo conatu & labore fruſtrato. Summatim qui quærit proprium honorem temporalem, inueniet contrarium, nempe æternam confuſionem & ignominiam. Quatenus ſuum nomen & honorem molitur ampliare, ac cum illo ſuum arrogantem ſpiritum infarcire: eatenus honor ſui nominis diminuitur & ſpiritus ambitioſus inanitur.

Cor ſuum ſpuma uanitatis repletur uſq; adeo ut ibi ſucco diuini honoris locus nõ pateat. Quod quidem cor Deus deſtinauerat in uas ſanctificationis & honoris diuini: [1 Timo. 4. in prin.] ſed illud totum occupatur & tumeſcit uano uento. Equidem humanus ſpiritus, ad dei habitaculum ordinatus, repleri nequit, [Eccle. 5.] niſi cum diuina gratia: quouis alio ſe replere nititur, incaſſum laborat: uti ſcriptum eſt: Inſatiabilis oculus cupidi, in parte iniquitatis non ſatiabitur donec conſummat areſaciens animam ſuã; [Pſal. 16. ff. 18. §. 1 in fi. Eccl. 14. poſt prin.] oculus malus ad mala & non ſatiabitur pane indigens.

5. ¶ Ecce ſtulticiam ambitioſi, qui cupidus eſt propriæ laudis & gloriæ: a ſe nihil proprij habens præter ſuam nullitatem; ex qua creatus eſt. Solus deus in ſe obtinet proprium honorem: qui etiam extra ſe in hominum cordibus & operibus ad Deũ ſpectat: huiuſmodi autem honorem ſuperbus deo adimere & ſibi uſurpare tentat. Imo hac iniuria ſubtrahendi ſeipſum deo, minime ſatiatus, ſtudet a deo ſeducere alios: quorum corda onerare & replere intendit ſua propria laude & fama: ut glorificetur ab uniuerſis: Et ſpoliat deum honore debito: niſus cum ſua propria fama occupare hominum corda: quæ deus ipſe ad ſui nominis ſanctificationem creauerat. Per hoc ſuperbus conſtituitur capitalis inimicus dei: cuius nomen de ſua & aliorum mente expellit & ſuum proprium nomen intrudit. Quocirca ſicut ambitioſus propriã gloriam, temporalẽ laudem & amplam famam (quas ſibi immerito arrogat) iniuſte & pertinaciter ac importune conatur tueri & propugnare: ſic deus ſolet ſe iuſte & potenter uindicare de inimico ambitioſo: qui quod Dei eſt eidem rapit & ſibiipſi iniuſte imburſat.

6. ¶ Etſi amator ſui aliquando temporaliter lætetur, adeptus deſideratam fortaſſis gloriam mundanam, rem temporalem, formoſam ſponſam uel ſimiles delicias: fructus tamen eiuſmodi deliciarum & lætitiæ eſt tempore periturus & deceptorius: inordinatus & damnabilis: nam ſicut pro prius amor deo & ordini naturæ aduer-

ſatur: ſic lætitia & eius fructus inde pro-
fluens pariter eſt contra Deum & ordi-
nem omnium creaturarum. Nimirum
eandem inanem lætitiam ſequitur triſti-
tia: cum timeatur amitti tanquam tranſi
toria & carnalis: finita enim lætitia per-
uerſus tam triſtatur, de cætero expectatu
rus dolorem & pœnam ob inordinatum
amorem & uoluptatem male habitam.
Propterea amator ſui ſemper eſt ſollicit9
& mœſtus ac doloroſus, omni hora præ
ſtolans quando ſæculare gaudium uerta
tur in mœrorem: ſicuti iuſtorum mœror
Iohan. 16. in me. conuerti ſolet in uerum gaudium. Quip-
pe temporalis lætitia uana eſt atq; inanis:
exterius ſuauis, interius plena ueneno:
quo homo uſq; ad mortem intoxicat &
tandem ducitur ad perpetuam triſtitiam
contra conditionem hominum: ad bonũ
non ad malum gaudium creatorum &
ordinatorum. Gaudio igitur carnali con-
tra nos diuina prouocatur ira: & quanto
plus inordinate delectamur, eo maiorem
dolorem & moleſtiam incurrimus. Ma-
lum profecto eſt aliquid ultra deum dili-
gere: peius eſt, nos in aliquo, quod deo di
ſplicet, temporaliter delectari, in ſcanda-
lum & contemptum diuini amoris et per
petui gaudij. Vnde perpenditur quam
uana & inania: quàm noxia & damnabilia
ſint noſtra uenabilia opera & tripudia:
ſ. 75. ſ. 2 in fi. noſtra muſicalia & ſolatia: noſtra pan-
cketa & cætera gaudia carnis breuia-
lia.

7. ¶ Ad inſtar duplicis amoris ſcilicet diui-
ni & proprij, gaudium quoq; duplex eſt:
unum in deo & omnibus ad deum perti-
nentibus: alterum in ſeipſo & in cunctis
propriæ uoluptati accomodatis. Ambo
Matth. 6. Luce 16. gaudia ſimul haberi nequeunt: qui unum
uult ſuſtinere, alterum contemnat neceſ-
ſe eſt: unus enim gaudet in deo: alter con-
tra deum, licitum gaudium eſt a Deo &
tendit iterum in Deum; illicitum gaudiũ
eſt ab inani nihilo & redigitur iterum in
nihilum: Vnum itaq; gaudium perpetu-
um eſt, alterum tranſitorium. Primum
gaudium, ex deo effluens, quieſcit in deuo
torum cordibus, ſine omni exteriori cona
mine & fatiga, ſine inquietudine & mo-
leſtia: ſine omni præiudicio & grauamine
proximi. Alterum gaudium, ex proprio
amore eueniens, geritur tumido animo,
elata pompa, ingenti impenſa, ſudore &
labore: multis deniq; inutilibus negocijs,
communiter ad incommodum & graua
men aliorum præſertim ſubditorũ & do-
meſticorum, plerunq; etiam cum damno
& periculo eorum. Primo inſuper licito
gaudio accumulantur pleraq; alia conceſ
ſa gaudia et ſpirituales delectationes. Sed
ex altero illicito gaudio nil boni oritur, ni-
ſi luctus & faſtidium: quoniam illud non
manebit impunitum: prout primum cer
te remunerabitur. Nam iſtud trahit gau-
dentem hominem ad deum: illud autem
trahit gaudioſum peruerſe ad ſeipſum.
Nec tamen illud gaudium de ſe eſt ma-
lum, ſed illicitum homini, cõtra ordinem
diuinum in tranſitorijs delectanti. Om-
nes quidem homines naturaliter affectãt
gaudium & abhorrent luctum. At per-
uerſi deuiant, ſeipſos primitus amando
& quærendo utile uel delectabile in tran
ſitorijs: in quæ ponunt finem ſui gaudij:
quod tamen nullibi quàm in deo inueniri po-
teſt. Poſtquàm enim illud, in quo homo gau-
det, preterierit: neceſſario ſequitur luctus
& faſtidium: cum careat re deſiderata.
Demum homo corripietur æterno luctu
ob ſuam inordinatam lætitiam et oblecta
tionem: in qua Deum ſpernens, proprio
amore & uoluptate perfruebatur.

¶ Amor ſui inordinatus parit uarios ma- 8.
los amores: quoſdam in ſpiritu quoſdam
in corpore: quoſdam in utroq; ſimul. Im-
primis natura ſpiritus tẽdit ſurſum: quo
ſua propria uoluntas prona eſt ad ſuper
biam. Aſpirat igitur temporales honores
& quicquid eis conducit: utpote diuitias,
altos ſtatus, grandia officia, amplam do-
ctrinam & reliquas excellentias. Quanto
magis aliquid ſuperbiæ deſeruit, tanto a-
mabilius eſt ei. Secundo natura corporis
eſt circa ſe in affectu ad uindictã ſeu uo-
luptatem. Propria igitur uoluntas amat ſa-
nitatẽ & fortitudinẽ: ſocietatẽ & amaſio-
nem et oĩa hijs accõmoda: ueluti equos et
arma;

arma: Venerē & Bachum & ſimile hoc genus, Corpus deniq; deorſum tendens, inclinatur ad accidiam & quietem indebitam: amat igitur ſomnolentiam & ociū, negligendo opera bona & neceſſaria. Tertio ex ſpiritu ſimul & corpore oritur auaricia, inuidia & iracundia: propria igitur uoluntas tendit ad cupidinem bonorum temporalium: quæ ſpiritui ſuppeditant ad ſuperbiæ faſtum: pariter & corpori ad explendam concupiſcentiam, uoluptatem & deſidiam. Propria inſuper uoluntas odit quicquid ambitioni aut diuitijs aut delicijs obſiſtit. Inde prodit zelus uindictæ & iræ contra eos qui huiuſmodi delectabilia impediunt aut poſſident. Præterea ſiquis extimat prę ſe ſuum proximum proficere, in honore aut ditione aut quiete: tum ſuccreſcit Inuidia: qua ꝓpria uoluntas appetit proximi moleſtationem, inediam, ignominiam & turpitudinem: Necnon proximi proſperum ſucceſſum plurimum odit. Hoc pacto directe contrariatur ſuperbia deo, Inuidia ꝓximo & Auaricia utriq;.

9. ¶ Amor proprius ſolet penes ſeipſum manere & in ſe terminari: nec ulteri9 ſurſum uerſus Deū proficiſci: tot igitur ſunt proprij amores, quot capita. Hinc cauſantur & inſurgunt hominum mala uidelicet diſcordiæ, parcialitates, ſimultates, inimicitiæ, bella, odia, rancores, ac reliquæ mūdiales aduerſitates: cum quilibet poſtpoſito Dei honore & timore, propriam ambitionem contra deum: Inuidiā contra proximum & uoluptatem ſuæ carnis nititur præponere, augere, cuſtodire, defenſare & conſeruare: abſq; ceſſatione & ſatietate: quoniam ſpiritus humanus nec honoribus uel rebus temporalibus: nec
Pſ 16. in fi. uindicta uel uoluptate: ſed ſolo deo ſatiandus eſt. Si autem tuus amor in ſeipſo nō terminatur ſed ſurſum tendit ad dei charitatem: quæ eſt unica & omnibus communis: tunc amor tuus pariter erit communis & unitus omnibus hominibus atq; conformis diuinæ charitati. Quamobrē ueri amatores Dei inter ſe ſunt concordes, pacifici, humiles, obedientes: erga proximum largi, compatientes, benigni, indefeſſi, beneuoli ac in alijs uirtutib9 aſſidui & propenſi. Deus nanq; cum ſua uniformi uoluntate influit in ſuos dilectores, occludens portam diſcordiæ. Idcirco timentes deum ſunt in ſeipſis patientes & extrinſecus inter ſe unanimi uoluntate uniti & tranquilli.

10. ¶ Homines igitur non ſolum ratione diuini influxus, ſed etiam diuinę cognationis ſeu fraternitatis inuicem ordinate diligere & prorſus unanimes eſſe debent. At in nobis præualuit carnis affectus propriuſque amor: nos in diſcordiam & in omne malum præcipitans. Nam qui ſe ſuper Deum diligit, ſolus manet abſq; ſocio: Cui ſcriptura minatur: Væh ſoli Eccle 4.
quia cum ceciderit, non habet ſubleuantem: Nec etiam ſolus caleſcit. Inſuper amator ſui ſegregat ſe a communi diuino amore: ubi in Deo habuiſſet manutētionem & in ſuis proximis copioſam ſocietatem. Ille autem unacum ſuo proprio & primario amore pendet in ſola ſua perſona ex nihilo facta: propterea & ipſe in nihilum reincidet: dum excellens ſuus amor neutiquam extendatur ꝙ ad propriam perſonam: de ſeipſa in nihilum redigendam, inquantum a diuina eſſentia non condependet. Sicut peruerſus amator unacum ſuo proprio amore deperit: ſic & pereunt omnes ſuccedentes amores, ex primario amore progreſſi & inordinate impenſi. Non enim proximum aut cæteras creaturas diligit in deo aut propter Deum, ſed finaliter propter ſeipſum: quoad idem amatum conducit proprio uoluntati: utpote ambitioni, cupidini aut uoluptati. Huiuſmodi igitur inordinati amores diſpereunt unacum amore principali.

11. ¶ Cæterum in huiuſmodi inordinato amore, erga Deum eſt ſpes dilacerata: confidentia dubia: timor ſeruilis: diuinus cultus moleſtus: reuerentia & laus Dei uilis: obedientia fugitiua. Oblationes uero & elemoſynæ: necnon eccle-

ſiarum ornatiões: hoſpitalium erectiones ac alia bona opera ſeu exteriores contemplationis exhibitiones, in amore proprio oſtentantur cum pompa & elatione ſine uoluntario affectu & bono fructu, Huiuſmodi enim opera abſq; ordinato affectu facta, ſunt Deo ingrata & homini nociua. Praeterea ex amore proprio oritur ſeruilis timor: nulla libertate dotatus ſed mancipatus. Siquidem ſui amator non Deum timet ſed ſuę proprię pelli cauet, ne ſuae carni uel rei priuatae diſpendium fiat, pręcipue circa temporalia propter ſe amata. Quamobrem formidat peſtem, morbum, mortẽ, aquam, ignem, tempeſtatem, uenenum, cariſtiam, carcerem, miſeriam, praedones, fures ac latrones: iudicium & magiſtratũ, publicam poenam & ſaeculare ſcandalum. Timor itaq; ſeruilis proprio amore infinite extenditur nec unquam finitur, Sed dei amore alleuiatur & tandem totus tollitur, in filialem tu..orem commutatus. Amator quidem Dei timet ſolum Deum & nihil extra Deum: quem ei eripere poteſt nemo, quemadmodum bona temporalia amatori ſui eripiuntur, Proprius itaque amor & ſeruilis timor conſtituit hominem ſeruum cunctarum creaturarum, quas timet; alioquin earum eſſet dominus ſi Dei timore & ordinato amore afficeretur. Nam qui ordinate amat & Deum timet: filialem timorem
Pſ 8. gerit erga patrem coeleſtem: qui ſub pedibus hominis ſubiecit omnia animalia & creaturas corporales ad ſeruiendum homini, nõ ad incutiendum ei timorem ſeruilem,

12. ¶ Vterq; timor tum bonus tum malus habet alternatim duplicem amorem & du-
c.44.§.9. cum ſeq. plicem contemptum, Nam qui filialiter timet Deum, eum quoq; amat & contemnit omnem aduerſam creaturam, Econtra qui ſeruiliter timet, ſcilicet, temporales aduerſitates, ſeipſum amat & contemnit Deum, Sic ſimul ſtare poſſunt amor & timor domini, unacum contemptu omnium aduerſitatum, Pariter amor ſui & timor ſeruilis unacum contemptu diuinae maieſtatis. Porro a charitate Dei homo per ſe cadere poteſt in amorem proprium: Sed per ſe ab eodem proprio amore reſurgere uel ad diuinam charitatem aſcendere nequit abſq; gratia & adiutorio Dei, Quemadmodum aqua calida per ſe frigeſcit & frigida manet: quia eſt naturae frigidae: ideo per ſe ſine nouo exteriori & accedente calore adhibito iterum caleſieri nequit, Viceuerſa qui ſeipſum odit, per ſe poteſt a ſui odio cadere in odium Dei: ſed ab eodem odio dei nequit per ſe abſq; auxilio diuino reſurgere neq; ſeipſum iterum odire uel Deum diligere, Homo nanq; ex natura corrupta ad malitiae frigiditatem procliuus, bonã caliditatem amoris a ſolo diuino amore recuperare poteſt,

¶ Primarius amor peruerſus tam fixam 13.
radicem egit in hominis corde ut eam nemo extra Deum extirpare ualeat; quoniam uoluntas, quae in domo hominis intrinſeci deberet eſſe potentior, nunc captiuata eſt ab eo quod ſupra omnia diligit: uerbi gratia, Aliquãdo aliquis optat ſe redimi a proprio amore ſeu affectu carnis: utpote ab ingurgitatione, uel alea uel a ſcorticinio: ab his tamen expedire ſe nequit, forte propria uoluntate ab ordinato amore lapſus & deordinato amore intricatus eſt uſq; adeo quod ſuum arbitrium non liberum, ſed carnis proprium mancipium ſit. Quamobrem ob tui liberationem orationibus & ieiunijs Math.17 ante fi.
debes interpellare & inuocare Deum omnipotentem tanquam fortiorem: qui ſolus tuam peruerſam uoluntatem cogere & in amorem ordinatum trudere ualet, iuxta Euangelium: Quomodo poteſt quiſquam intrare in domum fortis Math.12 in me.
& uaſa eius diripere niſi prius alligauerit fortem & tunc domum illius diripiet. Nequaquam igitur homo ſuum primarium amorem ſibijpſi appropriet neque ſuae carni uel mundo uel diabolo ſubijciat: ſed Deo omnipotenti libere prorſus dedicet: ſicuti ex natura & omni iure quiſque obligatur.

Ergo infe-

Ergo inferendum eſt quid deo homo obligetur, primitus ex natura: deinde ex iure præſcripto.

QVADRAGESIMVM NONVM CAPITVLVM. De naturali debito.

EX prælibatis hactenus deductis patet quanta ingentia & inſignia dona homini deus porrexit, appoſuit, impartiuit atq; tradidit & in dies porrigit conceditq;: propter quæ homo debitor dei conſtituitur quintupliciter: Primo ex naturali origine: Secundo ex dilatione ſolutionis eiuſdem naturalis debiti: Tertio ex prima tranſgreſſione, qua Adam contraxit debitum originale, humano generi commune: Quarto ex actuali peccato: quo quilibet peccator reus debendi efficitur: Quintum & maximum debitum nobis imponitur ob redemptionem noſtri. Imprimis dicam de naturali & originali debito: quo homo pro ſeipſo & pro omni creatura, ad eius obſequium condita, deo omnipotenti obſtrictus eſt.

2. ¶Idem debitum naturalis obligationis pēdet ex tribus. Primo ex ſumma dei bonitate omni honore digna: ceu ordine naturæ & totius iuris obligaris exhibere obedientiam, timorem, fidem, amorem et actualia obſequia interiora & exteriora: ex omnibus tuis uiribus. Secundo quia deus eſt omnium noſtrū pater. Sicut autem carnalis filius natura & omni iure debet ſuum terrenum patrem timere, amare ac ei obedire & obſequi, neq; pati quācunque iniuriam ei indebite inferri, eo q corpus ſuum mortale ab ipſo contraxit: Sic multo plus & excellentius eadem exhibere tenetur homo ſuo patri cœleſti: qui ei corpus mediante carnali patre & immediate animam immortalem, ceu eius imaginem, ultro dedit. Sicut carnalis pater requirit obedientiam & honeſtam uitæ conuerſationem ſui filij, ceu poſteri ſui ſanguinis: ſic cœleſtis pater ab homine ceu filio adoptiuo: qui eius creatura & imago eſt: exigit ut ſui arbitrij libertatem & amorem ultra omnia ad diuinam maieſtatem flectet totis uiribus. Tertio naturali debito obligatur homo Deo: quia omnia ſua & aliarum creaturarum ſunt a deo: cui propterea homo pro ſe & pro cæteris creaturis (quas deus propter hominem condidit & dotauit) obnoxius eſt ad antidoſim. Siquidem uniuerſa huius mundi ordinata ſunt ad hominis bonum (ſ.ſ.q.3 in fi.) utpote ad neceſſitatem ſeu utilitatem: ad ſolacium ſeu auxilium: ad exemplum ſeu documentum hominis. Quemadmodum igitur cunctæ terrenæ creaturæ homini, ceu ſuo ſuperiori, annectuntur: ita homo deo ceu ſuo domino & proximo ſuperiori aſtringitur pro ſe & alijs creaturis rependere gratitudinem et perpetuum obſequium: præſertim declinare a malo & facere bonum. (pſal.33) Ad eiuſdem debiti ſolutionem homo ſemper alligatus eſt ſiue reddat, ſiue non. Solutio conſiſtit in faciendo bonum & omittendo malum. Hoc debitum ſemper durat & præſtari ſemper debet: nam continue malum eſt euitandum et bonum peragendum. Iſtud debitum nunq̄ tollitur neq; ſolutione neq; alio modo: tamen noſter ſoluendi defectus Chriſti merito redintegratur.

3. ¶ Ad quantam autem gratitudinem, laudem & ſeruitutem deo exhibendam homo teneatur, elicitur ex quantitate & copia donorum ipſi homini & reliquis creaturis propter ipſum datorum. Originaliter quælibet creatura a Deo locata eſt in ſui ſtatus prerogatiua ac in natura & perfectione debita, diſtinctim iuxta qualitatem uniuſcuiuſq;: prout Paulus ait: (Ephe.4 in prin.) Vnicuiq; noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti: forſitan in quantum ſingulæ creaturæ diuini doni capaces ſunt. Equidem extra hominem nulla corporalis creatura poteſt deo grates referre uel penſare quid & quantum a deo acceperit: nec diſcernere inter bonum & malum: quid utile uel inutile. Quapropter deus hominē præ alijs crea-

turis dotauit & ei inſpirauit ſingularem ſpiritum cum ſuis potentijs, nempe memoria, intellectu & libera uoluntate: quibus mediantibus homo loco ſui & aliarum creaturarum primitus reminiſcatur quot beneficia a Deo receperint: deinde addiſcat diſterminare bonum a malo & cognoſcere ſeipſum ſuamque nullitatem & Dei excellentiam. Tum certior reddetur, quo honore & dignitate ſuerat prægditus: præcipue ſi meminit & ratione ponderat quantam gratiam & prerogatiuam ultra cæteras creaturas a deo acceperit: facile cognoſcet ſe a natura & regulari ordinatione cunctarum creaturarum, obligatum eſſe ſupra ſe & omnia Deum diligere ac eidem tanquam datori & creatori pro uniuerſis donis & beneficijs, ſibi & omnibus creaturis propter ſe impenſis, gratitudinem exhibere uice ſua & cunctarum irrationabilium creaturarum. Ad id homo aſtringitur naturali iure: quo beneficiori donatarius tenetur ad antidora utpote ad beneficij refuſionem. ſ. ſ. 1. 2 ſ. ſ. 4. in fi.

4. ¶ Conſideret modo homo beneficia ſpecialiter pro ſeipſo a Deo accepta & indies accipienda: nam quicquid ipſe eſt, a DEO habet. Ante ſui quidem principium nihil erat & ex nihilo nunc aliquid eſt, nempe corporalis eſſentia. Corpori ad humanam formam diſpoſito Deus nouum ſpiritum creat & infundit: ut homo fiat in animam uiuentem: qui quidem ſpiritus corpus ſuum uiuificat & uegetat: quo in matrice & poſt ſui natiuitatem ab ineunte ætate creſcat ad debitam proceritatem, formam & ſtaturam bene diſpoſitam. Gene. 2 Corporali itaque profectu demonſtratur ut homo ex præſenti temporaneo ſtatu ſpiritualiter creſcat & exaltetur ad cœleſtem ſtatum tanquam finem ſibi determinatum. Præterea Deus dedit homini ſenſus: quibus non ſolum Deum ſenſibiliter glorificet: ſed etiam in ſe gaudia ſentiat licita. Et quamuis cæteræ creaturæ, quemadmodum & homines, ſimiliter in ſe habeant, aliquæ nudam eſſentiam corporalem: ueluti ignis, aer, aqua, terra, lapis & ſimiles & cætera. aliquæ etiam uegetatiuam ut arbores & plantæ: aliquæ ſimul & ſenſitiuam ut bruta: Eas tamen potentias longe excedunt hominis potentiæ: quas habet a ſua propria anima: reliquæ uero creaturæ ſuas potentias non propter ſe ſed propter homines accipiunt a communi influentia firmamenti. Inſuper homo ultra prædictas animales potentias etiam ſpirituales habet, nempe memoriam, intellectum & uoluntatem: quæ comprehendit quoque charitatem. Pro hijs alijſue donis homo multipliciter obligatur: quantiſe uel quodlibet corporis membrum æſtimat: pro tanto eſt Dei debitor. Compos rationis uitam ſuam pro toto mundo non commutaret: nec pro mille florenis manum aut pedem aut oculum uenundaret. Nec ſi ſingula hominis membra æſtimarentur, nemo dimidia parte precij ſoluendo eſſet. Etſi Deus huiuſmodi membra homini gratis dederit, ius naturæ tamen requirit ut donatarius erga liberalem datorem gratitudinem rependat ſeque debitorem ad antidoſim exhibeat pro donis & beneficijs acceptis. ſ. ſ. 3. in fi. s 2. 46. ſ. 2

¶ Cum autem Deus (ut Paulus ait) poſuerit membra hominis et unumquodque eorum ordinauit in corpore ſicut uoluit, ut unum alteri ſeruiat. Iure igitur homo omnibus ſuis membris Deo ſeruire aſtringitur: prout ſcriptum eſt: Diliges Deum tuum ex omnibus uiribus tuis. 5. 1 Cor. 12. in me. Luce 10. Hec & multo plura immenſa dona Deus ſponte & gratis dat homini, ex pura diuina largitate, & nullo iure, non ſolum abſque quouis merito hominis, Imo aliquando contra eius demeritum & uoluntatem. Deus aliquando in eſſentia naturali conſeruat hominem inuitum. Nec homo præterire poteſt quin refoueatur bono influxu ſuperioris firmamenti & continuo uſu inferiorum elementorum: tametſi illis frequenter abutatur. Ex præmiſſis conſtat, quantum homo naturaliter debeat

debeat diuinæ largitati pro donis & bene
ficijs intrinſecis & extrinſecis animæ &
corpori applicatis: quibus homo reuinci‑
tur ad naturale debitum: a quo nemo ex‑
imitur neq; excuſatur quaſi inſcius illius
debiti: quod ei natura & ratio iuſq; com‑
mune irrefragabiliter inculcat.

6. ¶ Enimuero multo maiori debito homo
Deo aſtringitur ob amorem & pium in‑
fluxum: quo ipſum Deus affecit ante‑
quam crearet: Iohanne ſcribente: Non
1. Johan. 4 in me. quaſi nos dilexerimus Deum, quoniam
prior ipſe dilexit nos: & indies diligit.
Ex qua quidem diuina dilectione ema‑
nant omnia dona & beneficia hominibus
a deo conceſſa uel concedenda creando
& redimendo ac continue homines mi‑
ſericorditer ſuſtentando & in futurum e‑
lectos beatificãdo. Per huiuſmodi dona
& crebra beneficia manifeſtatur dei cha
ritas, alioquin nobis occulta: relucet enim
in beneficio apparente, quemadmo‑
dum ignis occluſus percipitur fumo aut
ſcintilla aſcendente. Extrinſeco itaq; &
ſenſibili dono Dei referatur multo præ‑
cellentius intrinſecum Dei donum, nem
pe diuinus amor, hominibus & reliquis
creaturis propter homines exhibitus:
quoniam totum plaſma ex amore Dei
emanat. Homo igitur uice ſua & omni‑
um creaturarum naturaliter obligatur
uiciſſim deum ſuper omnia diligere. Di
1. Johan. 4 in fi. ligamus ergo deum, quoniam deus pri‑
or dilexit nos.

7. ¶ Hactenus oſtenſum eſt hominem eſſe
Dei debitorem ob dona & beneficia ipſi
præ cæteris creaturis exhibita: tenetur
quoq; non minus profiteri & regratiari
deo pro donis: quæ propter hominẽ de‑
us applicauit irrationabilibus creaturis,
intelligentia gratificandi carentibus &
Ps 8. humanæ naturæ prorſus olim ſubiectis:
Jacob. 3 ante me. prout adhuc hodie nonnulla bruta ab
hominibus reguntur & domantur. Nec
ſunt propter ſeipſa ſed ad uſum hominis
finaliter creata & deſtinata: necnon ho‑
mini taliter colligata: ut quod illis deeſt,
hoc in homine completur. Rurſus quod
eſt in homine, hoc obtinet pro ſe & cæte‑
ris corporalibus creaturis: nam ipſe, ceu
caput ac dominus & rector, eſt terrenis
creaturis præpoſitus: ueluti lex ciuilis ait:
Omnis creatura ſeruit homini ceu dig‑ ff. de extra or. cog. l.
niſſimo omnium creaturarum. Ac ſi‑ cognitionem
quis tibi domum ædificat: eiuſdem do‑ §. 1.
mus tu dominus & gubernator eris. Sic De coll. e dic. l. uniuerſ
Deus condidit atque præparauit totum ſime. in pri.
mundum: cuius homo, ſi perſtitiſſet, do‑
minus fuiſſet ac huic temporaliter præ‑
ſideret: prout primitus Adam poſitus fu‑
it in Paradiſum tanquam in ſupremum
locum terreſtris habitationis: quo homo,
diſſoluta domo terreſtri, nempe carne
moriente, ædificationem ex Deo habe‑ 2. Cor. 5 in prin.
ret, domum non manufactam ſed æter‑
nam in cœlis, homini præparatam: ubi
ſpiritus defuncti hominis interim incola‑ ſ. 62. § 1
tum reciperet in Chriſti ſcilicet corpore e 80. §. 5 in fi.
tanquam in ſinu Abrahæ. Quamobrem
obnoxius manet homo pro ſe & toto mũ
do: ſpecialiter pro qualibet creatura: ad
recognoſcenda erga deum tam immenſe
& innũerabilis benignitatis ſuæ dona &
ad humilem gratitudinem ſpontaneam‑
que charitatem, ſuæ diuinæ maieſtati ra‑
tionabiliter exhibendam. Siquidem iu‑
re naturæ aliquis pro ſe & ſua familia
debet grates agere illi a quo ipſe & ſui
multa bona gratis acceperunt.

¶ Inſuper citra hominem creaturæ reli‑ 8.
quæ nec idoneæ ſunt nec obligatæ ad gra‑
tificandum: cum nihil pro ſeipſis, ſed om
nia quæ habent, a deo acceperunt pro‑
pter hominem ad ſeruiendum eidem.
Sane intelligenda eſt ſeruitus creatura‑
rum. Homo equidem ſubſiſtere nequit
abſque ſole & reliquo ſuperiore influxu,
neq; abſq; motu ſiderum & firmamenti:
neq; abſq; præſentia elementorum & fru‑
gibus terræ ſemper fructificantibus. Quæ
dam quoq; animalia ſunt hominibus in ci
bum uel recreationẽ: quædam in neceſſa‑
rium uſum: quædam ad exemplum uel
hortamentũ: quædã ad q̃tidianũ cõmodũ
uel obſeqũ: hoc pacto ſingulæ creaturæ,

pro ſuo modulo, ſeruiunt hominibus æqualiter uni ut alteri: hac ſola cauſa, quia omnes homines una dei imago ſunt: alioquin nos tanq̃ amentes, impuri, prolapſi, natura corrupti, minime eſſemus digni obſequio ſuperiorum & inferiorum creaturarum: pręſertim quæ in originali natura illæſæ permanſerunt. Deus autem dignus eſt: cuius incorruptæ creaturæ ſeruiant hominibus tanq̃ diuinæ imagini licet deturpatæ. Pro huiuſmodi obſequijs per creaturas homini præſtitis, non eiſdē creaturis (quæ neceſſitate naturali uel ordinatione diuina obſequuntur) ſed Deo tanq̃ principali datori, obnoxius eſt homo ad gratitudinem & uiciſſitudinem rependendam. Etſi aliqua animalia ſimiliter frugibus terræ paſcantur: huiuſmodi tamen paſtus finaliter ad hominum commodum uergit: quoniam inde ſuſtentantur bruta ceu hominum mancipia.

9. ¶ Quippe eadem animalia pro ſuis emolumentis quicq̃ refundere nemini tenentur: ſed uice ſua & aliarum creaturarum homo debitor eſt ex cauſa bifaria. Prima eſt: cum irrationalis creatura careat intellectu & uoluntate quo minus poſſit aut uelit grates agere deo: eius igitur loco homo, ceu dominus et ſuperior, tenetur deo regratiari. Acſi equo uel alij iumēto meo pabulum præſtes: non iumētum meum ſed me tibi obligaſti. Id alio deprehenditur exemplo. Si Cæſar alicui ciuitati: in qua unus dumtaxat prudens & eloquēs degeret: ingentia dona exhibeat: pro quibus Cæſari nullæ grates referuntur: quia omnes incolę fortaſſis ſunt infantes aut inſipidi aut elingues, præter unum: huic ſoli imputatur ingratitudinis culpa. Conſimiliter ſolus homo, non reliqua creatura, inculpatur, in quantum pro donis creaturæ impenſis, non debitum obſequium & digna gratitudo deo pręſtetur. Secunda cauſa, qua homo uice creaturæ inſipientis debitor exiſtit eo elicitur: quemadmodum dominus, & non ſeruus, tenetur reſpondere de omnibus: quæ eius uice cū ſeruo ſunt acta uel geſta & contracta: ita homo Deo reſpondebit de omnibus donis: quibus Deus propter hominem ſuas creaturas dotauit.

10. ¶ Quobrem cunctæ terreſtres creaturæ clamant & conteſtantur uerſus hominē, ut earum uice deo ſeruiat & grates referat pro donis: quibus ſua omnipotentia eaſdem creaturas propter hominem condidit & unamquamq; earum peculiariter inſigniuit. Iuſtinianus Cæſar refert, q̃ rerum natura omnes fructus gratia hominum comparauit. Eadem igitur natura uociferat erga hominem: ut is gratia Dei pariter ſit fructifer. Cœlum inquit: Interdiu tibi lumen præſto ut uideas atq; uigiles: noctu tenebras ut dormias atq; quieſcas. Tempus tibi ſubminiſtro: quo perpetuitatem a deo conſequaris. Elementa & cætera quæ in eis ſunt, mugiunt: nos tibi ad uſum tuum ſubijcimur: quo tu homo ſubiectus ſis deo creatori noſtro. Mūdus totus & uniuerſæ creaturæ admonēt hominem: ut ſicut ipſe diuino & naturali ordine coacte ſeruiant homini: ſic uice earum, homo ſponte, non coacte ſeruiat Deo.

Inſti. de rerum diui. §. partus

11. ¶ Seruitus duplex eſt, una neceſſitatis, altera uoluntatis. Neceſſitate naturali corporeæ creaturę ſeruiunt homini: uoluntate libera homo deo ſeruire debet ex charitate, non neceſſitate uiolentiæ ſed neceſſitate iuris & æquitatis. Sicut omnes creaturæ ordine naturæ principaliter ſeruiūt homini ad commodum et ſalutem: ſic homo ordine naturalis iuris ſeruire debet principaliter ſoli deo ad honorem & gloriam. Q; creatura ordine naturali & diuino bonos & utiles fructus affert homini eſt exemplum quomodo homo pariter fructificare debeat deo. Si arbor (quæ de fructu ſuo cognoſcitur) dulcia & matura fert poma, æſtimatur bona: ſin autem fructus malos, fortaſſis putridos, acerbos, immaturos: tunc arbor unacum ſuis fructibus homini diſplicet. Homo igitur debet deo ſeruire ſyncera charitate et firma ſpe: cum indubia fide & humili timore: aſſiduo obſequio & ſupplici cultu: non putridis operibus uel immundo ſeu diuiſo amore: non inſtabili ſpe uel immatura fide. In-

Luce 6 uide ſ.

de. Indigna hęc ſeruitus una cum homine diſplicet deo: Euangelio confirmante: Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. (Matth. 7. ante f.) Ad huiuſmodi ſeruitutem deo pręſtandā nemo (citra deum) cogere hominem pręualet: nec ipſum deus cogit ſed decernit ut homo debitum ſuum deo reddat, non coactus ſed libero arbitrio uoluntarius: alioquin nec ſeruitium nec ſolutum coactū eſt deo acceptum nec homini proficuū. Homo ergo pręditus eſt libera uoluntate ut illam exigente natura, cōformet uoluntati dei: eundem ſuper omnia amando, timendo, laudando, glorificādo, & magnificando ac etiam in ipſum credēdo & ſperando: iuxta omnes uires corporis & animæ: præcipue ut omnē ſuam uitę conuerſationem & conamen, in bono perficiendo & malo uitādo: omnia deniq; & ſingula opa iteriora & exteriora pēſet ad dictum debitū: qd deo pſoluere nullatenus differat nec qcq̃ in ipſius oppoſitū cōmittat.

12. ¶ In omnem euentum homo tenetur deum ſuper omnia diligere, etiam ſi nil beneficij ab eo accepiſſet: ſiquidē deꝰ non eſt diligendus principaliter propter creaturam: ſed creatura eſt diligenda propter deum. Principaliter igitur propter te diligas deū: ſecundarie diligas teipſum ceu creaturam & imaginem Dei: pariter et proximum: qui ęque creatus, redēptus & ad æternam uitam ordinatus eſt, quēadmodum & tu. Charitatem itaq; erga te ipſum & proximum, in deo finire & cōcludere debes: alioquin creatura ultra deum inordinate diligeretur. Nam ſi deum diligas principaliter propter te, forte q te creauit, redemit & multa alia, beneficia tibi impendit. Hic amor eſt mercenarius & inutilis: donec deum amaueris propter ſe tanq̃ ſummum bonum uniuerſa excellens: quo nil potentius nec melius: nil ſanctius nec maius: nil uirtuoſius: ſapientius aut dignius eſt nec excogitari poteſt. Dignus igitur atq; meritus eſt deus omni amore, quemadmodum prudens hominem uirtute præditum amat ex bona fama: tametſi ei ſpecialiter ſit ignotus neq; cōmodus: Ita & deus propter ſeipſum eſt ſuper omnia diligendus ac finis omnis dilectionis in ipſum dirigendus.

13. ¶ In præmiſſo charitatis debito comprehenditur et aliud debitum, nempe ut poſt deum homo diligat ſeipſum ceu dei imaginem: pariter ſicut ſeipſum diligat & pꝛximum: qui etiam dei imago eſt. Præterea tenetur odire & euitare imprimis qcquid aduerſatur diuinæ uoluntati, charitati, honori aut timori. Deinde quod cōtrariatur proprio aut proximi commodo ſalubri. Vnde ait dominus: Qui non odit (Luce 14 ante f. ſ. 97. ſ. 8) ideſt relinquit patrem aut matrē & uxorem & filios & fratres & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, nō poteſt meus eſſe diſcipulus. Hoc intelligitur, inquantum ipſi a deo auertunt. Ex ſupra ſcriptis deprehenditur, hominem eſſe deo obſtrictum immenſis debitis longe ultra ſuam facultatem. In hijs tamen nihilominus pa ſoluere debet quantumcunq; poteſt. Vlterius igitur ſciſcitandum eſt: quid in partem illius naturalis debiti pendi ualeat.

QVINQVAGESIMVM CAPITVLVM. De naturalis debiti ſolutione.

SVpra enumeratis cauſis conſtat naturale debitum imminere homini cum difficili ſui periculo. Nam ſua culpa cecidit in inopiā quo minus eſt ſoluendo: utpote lapſus in malum ſtatum, de cætero priuatus bono ſtatu: quem nunquam recuperabit: niſi prius deo ſatisfactum fuerit de prædicto naturali debito. Ad ſoluendum autem huiuſmodi debitum nobis opus eſt aliquo proprio: quod deo gratum ſit & in noſtra poteſtate atq; nobis neutiquam eripi poſſit. Alioquin plurimum ægrum eſt intelligenti, ſe prægnanti ære alieno eſſe onuſtum nec habere quod ſoluat & nihilominus ad ſoluendum cogi. Enimuero nihil proprij homo habet q̃ ſui nihileitatem deo ingratiſſimam. Quippe exteriora temporalia bona nequaq̃ ſunt noſtra ſed ſolummodo nobis a Deo ad noſtri

ſuſtentationem mutuata: poſſuntq; no.
bis etiam inuitis omni momento auffer.
ri. Interiora uero bona ſcz anima & cor.
pus unacum ſuis potētijs & membris nō
ſunt noſtra neq; eis ſemper frui poſſum9
pro noſtro cōmodo aut nutu: quinymo
in eis frequenter patimur defectum &
impedimentum: quoniam minime pen.
dent in noſtra poteſtate neq; uoluntate.
Omnia deniq; noſtra tam exteriora q̄ in
teriora ſunt a deo & ſuæ maieſtati hypo.
J.ss. §.1. in fi. tecata. Viciſſim igitur deo tantum obli.
gamur, quanti eadem noſtra bona ęſti.
mantur: utpote quantum poſſumus in
anima & corpore ac omnibus uiribus &
rebus noſtris. Siquidē nihil haberemus
proprij: quo erga deum noſtram grati.
tudinem oſtendamus: tūc debitum, quo
deo naturaliter obligamur, fruſtrabitur
in natura contra ipſam naturam: Imo cō.
tra diuinum ordinem, nempe in quo nil
incompoſitum eſſe poteſt.

2. ¶ Neceſſarium ergo eſt in hominis pote
ſtate eſſe aliquid: quo erga deum ſaltim
gratitudinis uoluntatem bonam oſten.
dat. Propterea deus liberam fecit homi.
nis uoluntatem: non q̄ eam homo ſibijpſi
appropriet: ſed ob debitum naturale deo
ſponte reſignet ac diuinæ uoluntati hu.
militer conformet. Inſuper deus dignatur
eandem hominis uoluntatem, non coge.
re nec quouis impedimento illigare: ſed
prorſus liberam dimittere: ut homo libe.
ra uoluntate, tanq̄ propria re, poſſit deo
ſeruire, eum ſupra omnia diligendo & co
lēdo in ſolutum debiti naturalis, quo deo
obſtrictus eſt. Neq; libere uolūtatis amo.
rem uel affectum deus cogit neq; a quoq̄
cogi uel impediri permittit. Quinnimo idē
amor originaliter in libero conſiſtit arbi.
trio: quod in anima & corpore domina.
tur ceu princeps: ſuper quo nemo præ.
ter deum principatur. Liberum autem
hominis arbitrium non habet proprium
q̄ ſeipſum: utpote ſuum amorem: quor
ſum is uertitur id charū eſt. Præcipimur
ergo deum ſuper omnia diligere, nempe
liberum noſtrum arbitrium dirigere ſur.
ſum ad deum & non deorſum ad quāuis
creaturam, aliter q̄ in deo diligendam &
huiuſmodi dilectionem in deo terminan.
dam. Talem uoluntarium amorem acce.
ptat deus in partem ſolutionis naturalis
debiti. Siquidem ex ſuo libero arbitrio et
diuina uoluntate hominem creauit & do.
tauit: ideo iuſtum eſt atq; decens ut ho.
mo deo uiciſſim regratietur ac toto amo.
re & humili timore libere ſeruiat: necnon
iuxta ſuam facultatem, ſolutionem debiti
faciat, præſertim oſtendendo obedientiā
& bonam uoluntatem ſuam unacum a.
more: qui plane in hominis poteſtate exi.
ſtit. Homo quidem nil proprij habet præ.
ter amorem ex libero arbitrio proceden.
tem: qui amor eſt totus hominis theſaur9: Mat. 6
quorſum eundem amorem ceu theſaurū post me.
tuum flectis, ibi eſt cor tuum. In amore
ordinato reponitur noſtræ ſalutis profe.
ctus: In inordinato noſtræ perditionis la.
queus: Qui modo ſuum liberum amorem
in naturalis debiti ſolutum reddit & ſe in
huiuſmodi ſolutione erga deum humili.
at: illius datum pro parte debiti deus acce
ptat ſecundum ratam dilectionis: quæ
quanto maior eſt, tanto plus debiti remit
titur: prout dominus phariſęo de Magda
lena referebat: Dimiſſa ſunt ei peccata Luce 7. in fi.
multa, quoniam dilexit multum.

¶ In eadem ſolutione oportet hominem
totum ſuum amorem Deo impendere: 3.
non diuidere neq; aliquam partem alior.
ſum dirigere: niſi in quātum proximum,
ſicut & ſeipſum, in deo diligit. Alioquin
præſumeretur, homo uelit quiddam pro
prium, nempe partem amoris ſibi uendi.
care & Deo non totum amorem præſta.
re: prout quilibet tenetur omne quod ha
bet abſq; diminutione offerre deo in ſolu.
tum naturalis debiti. Quamuis idem debi
tum non integre (ſicut decet) perſoluere
poſſit homo: debet tamen toto amore ſuū
uoluntarium affectum & obſequium er.
ga deum monſtrare. Amor naturaliter re
quirit reciprocum amorem: tui amici a.
morem nulla re compenſare potes q̄ amo
ris uiciſſitudine. Siquidem eum reama
re negligis: eo moleſtatus triſti zelotipia
afficitur. Cum autem deus hominem, an.

teq̄ eſſ

teq́ eum crearet, libere & uoluntarie dilexerit atq́ adhuc diligat: ideo ipſe uult, natura quoq́ & omne ius exigit, ut homo libera uoluntate uiciſſim ſuper omnia deũ amet, Alioquin ſi amorem in ſe uel in aliam creaturam plus q̃ in deum dirigit: tũc diuina natura & iuſtitia contra eundem hominem merito prouocatur ad indignationem & iudicium, Cuius gratia ſcriptura deum fortem zelotem nuncupat. Exo. 20 in prin.

4. ¶ Amore itaq́ tuo correſpondere debes diuinæ charitati, nulli alij operi diuino correſponſurus: utpote ſi Deus per ſacram ſcripturam aut contionem te docet: uiciſſim deum non doceas: Deum te aduerſitate corrigentem noli impatienter arguere: a ſententia diuina appellare nequis: Pariter in nullis operibus deo obuiam uenire potes: niſi in ſolo amore: Deus te amat: ergo ei amore tuo obuiare debes. Deus quippe a nobis nil expoſcit, q̃ liberum noſtrum amorem: tametſi modicus ſit quaſi nihil reputandus reſpectu diuini amoris: qui in infinitum excedit omnium hominum amorem, nullatenus appreciandus: Attamen deum ama pro tua uirili ſcilicet ex toto corde, in tota anima & mente, ex tota uirtute & omnibus uiribus quantum potes corpore & ſpiritu. Ex toto quidem corde, eſt pro poſſibilitate tuæ rationis quantum intelligis abſq́ impedimento: Ex tota anima, ideſt, libero arbitrio abſq́ rebellione: Ex tota mente, ideſt, interioribus bonis cogitationibus abſq́ obliuione: Ex omnibus uiribus, i. exteriorib. bonis opibus & corpalib. conatibus abſq́ faſtidio. Qui ergo ſuũ amorẽ taliter (ut præmiſſum eſt) diuino amori ſpõte non annectit & coadunat, is intricat omnem naturam: cuius ordo eſt ut humanus amor ipſum hominem, & in homine omnem creaturam deo alliget. Ex eadem liga & ordine cadit qui ſeipſum ſupra deum amat. Verum deus ſuam ſanctam, puram & iuſtam charitatem tibi continuo impendit iuxta tuam capacitatem: Igitur uiciſſim teneris diuinam maieſtatem tuo continuo, puro & ordinato amore colere & eius ſanctificare nomen. Et ſi huiuſmodi amor tuus hic non ſit integer nec perfectus: ſufficit tamen tantum amare quantum potes.

Deut. 6 Mat. 22 Marci 12 Luce 10 Mat. 6

5. ¶ Hinc inſurgit ille dubius nodus quorundam præſumentium, hominem mortalem hic non poſſe ſeruare mandatum diligendi Deum ex toto corde & cætera. acſi Deus nobis aliquid impoſſibile præceperit quod implere nequeamus: nam caro ſemper concupiſcat contra domini præceptum. Hoc falſo dogmate peccatores excuſarentur & eorum tranſgreſſio transferretur in Deum. Cuius præcepta multo auſteriora eſſent quam humana: in quibus cauetur, impoſſibilium nullam eſſe obligationem neque quemquam ad impoſſibile teneri. At uero diſcrimen eſt inter præceptum adimpleri uel præcepto non contrauenire, fieri enim poteſt, quod præceptum non uioles, ſed nihilomagis præceptum impleas, donec a corpore ſeparatus, ad deum perueneris: demum ad implebis dilectionis præceptum. Eſt autem dilectio Dei duplex: prout uita, pax, beatitudo uel gratia duplicatur: una perfecta ſeu conſummata: altera imperfecta ſed peracta. Perfecta dilectio ergà Deum & proximum, non hic ſed in patria apprehenditur. Altera remiſſior quę hic peragitur eſſet quidem in cœlo imperfecta & inſufficiens: ſi tamen pro uiribus, quantum fieri poteſt, adhibetur: eadem poſſibilis dilectio hic in communi pariter uocatur perfecta: prout Iohannes ait: Si diligimus inuicem, Deus in nobis manet & charitas eius in nobis perfecta eſt, ideſt, hic actualiter exhibita uſque ad plenum quantum poſſibile fuit. Vlterius inquit Iohannes: In hoc perfecta eſt charitas Dei nobiſcum ut fiduciam habeamus in die iudicij: nam perfecta charitas foras mittit timorẽ. Ac ſi dicat: Si poſtetenus Deum & proximum diligimus: huiuſmodi dilectio eſt ordinata & affert nobis ſpem ſalutis in nouiſſimo iudicij die & expellit a nobis ſeruilem damnationis timorem, Qui quidem timor in ſe

ff. de reg. iur. L. impoſſibilium f. §. ii. ? L. 40. §. 12

1. Ioh. 4. poſt med. & 1. §. 3. in f.

habet moleſtum odium: prout filialis ti-
mor ſcatet charitate humili. Quiſquis igi
tur pro ſua uirili deum ſuper omnia & ꝓ
ximum ſicut ſemetipſum diligit & huiuſ
modi dilectionem opere comprobat: is
non debet ſeruiliter formidare æternæ
damnationis pœnam: ſed confidere atq;
ſperare extremam ſuę ſalutis ſententiam.
Nam potenti & ardenti charitate tollun-
tur & abſterguntur reſidua debita & ue
ſtigia culparum: teſtimonio ſanctorum
1.Pe.4 Iaco.5 Petri & Iacobi dicentium: Charitas ope-
rit multitudinem peccatorum.

6. ¶ Quanq̃ charitas, qua Deus hic ſuper
omnia diligendus eſt, quandoq; remitti-
tur in tantum ut frequenter carnali con-
cupiſcentia uel ſpirituali tentatione uel
etiam inſipientia, obliuione & uacillatio-
ne impediti, nequaq̃ deum perfecte dili
gere ualeamus: nihilominus tamē deum
ſuper omnia diligere poſſumus. Ea dile-
ctio ſufficit ad præcepti obſeruantiam:
tametſi non ſatis pure nec perfecte ſit cō-
2.Cor.4. in fi. pleta. Sic in Paulo dilectio de die in diem
augebatur uſq; quo ad deum peruenit.
Ibi in eo & in quolibet alio Sanctorꝫ com
pletur pura & perfecta dei charitas. Hu-
ius accipe duplicem ſimilitudinem. Si iuſ
ſus fueris citius montem aſcendere: onu-
ſtus autem ſis pondere aut morbo, greſ-
ſum tuum impediente: ſiquidem conatū
aſcendendi tibi poſſibilem adhibueris, ni
hil moratus: tum præcepto paruiſſe cen-
ſendus es: nec morbus in culpam tibi im-
putabitur: tametſi uelotius montem aſcē-
diſſes, pondere aut morbo ſolutus. Alte-
ra ſimilitudo. Si tibi mandatum fuerit me
rum infundere uaſi: quod putrida fece o-
leret nec inde uinacium immundum ex
trahere queas: quo minus uini uaſi infun-
dere, nec merum in uaſe tam ſapidū præ
ſeruare poſſis, q̃ ſi uas fecibus careret.
Hoc profecto impedimentum tibi im-
merito imputatur, ſi alias in purgando ua
ſe diligentiam indefeſſam adhibueris. Sic
& tibi præcipitur, deum pure & perfe-
cte diligas. In qua quidem perfecta dile-
ctiōe impediris corporis grauamine aliiſ-
ue occupationibus: iure excuſaris: nec car
nalis impetus aut immūdicia tibi licite im
putabitur: in quantum pro uirili & dili-
gentia tua niteris, ultra uel iuxta Deum,
nihil diligere, nec cuiuis inordinatæ dile-
ctioni inhæreas: tunc etenim dilectionis
præcepto hic ſatisfeciſti. Quemadmodū
oculus fulgentiſſimam ſolis lucem ferre
nequit: nec tamen totus tenebris obum-
brari debet: ita nos nequimus hic primū
& perfectum gradum charitatis uel ſa-
pientiæ aut alterius uirtutis conſequi: Se
cundo tamen gradui charitatis debemus
inniti & quantum poſſumus deum ama-
re: potiſſimū cauere ne quicq̃ noſtra ſpō-
te committamus quod hanc charitatem
offendat. Et ſi quis tantis teneatur debitis
ut non ſit ſoluendo: tamen creditores con
tentos eſſe oportet, ſi is debitum reddit
quantum in bonis habet. Sic & miſeri-
cors deus dignatur hoc tempore conten-
tari quando ipſum ſuper omnia pro to-
ta uirili tua diligis: quo hic gratiam ſuam
conſequeris ad eum in patria peruenien
di, ibi perfectam & conſummatā charita
tem habiturus.

¶ Nec tantummodo conſtringeris Deū **7.**
diligere ob ſuum in te amorem: ſed etiā
ob alia diuina beneficia tibi exhibita: quę
& continue exhibere non ceſſat. Vniuer-
ſa quidem opera deus ex amore & libera
uoluntate creauit propter hominem: &
ipſum hominem propter ſuam diuinam
maieſtatem. Propterea homo omnia ſua
opera obligatur ſponte perficere in Dei
charitate. Sola quippe charitas fidem, ſpē,
timorem, ſacrificium, cultum, & omnia
cærimonialia deo grata necnon & ſuauia
ac amabilia reddit: abſq; ea nullum opus
deo placet. Præterea qui uere diligit de-
um, non intermittit ullum opus bonum:
quin imo pro ſua uirili & ſolertia bene o-
perari ſemper ſtudet: quia charitas om-
nia ſuffert, omnia ſuſtinet. Siquidem in- **1 Cor.13.**
telligere uelis quid ex uera charitate deo
reddere tenearis: conſidera quantum ex
tuo peruerſo amore afficeris tibiipſi in-
dulgere: Inde conſtabit, qualiter in Dei
charitate conuerſandum ſit iuxta Euan-
gelicam regulam: Quæcunq; uultis ut fa **Luce 6 post me.**
ciant

ciant uobis homines, & uos facite illis ſi-
militer.
8. ¶ Cum itaq; ex natura & omni iure pri-
mus amor & ſupremus honor ſoli Deo
congruat; ergo qui ſibi illum uſurpat, ſe
ſupra deum amando, is pro deo ſe gerit;
quoniam ſibiipſi applicat cuncta ex pri-
mario amore progredientia & ad uerum
deum ſpectantia. Accipe pro exemplari
tuum ꝓprium ſenſum & affectū, cui in-
cumbebas dum oblitus dei charitate, tei-
pſum ſuper omnia amaſti: & in tuum lo-
cum repone deum æternū, ſuꝑ te & om-
nia iure amādum. Quēadmodū antea de
ſiderabas ut tuiipſius eſſes inceptor, nemi
ni ſubiectus: ita modo recognoſcas deum
tui ac oim eſſe principiū, creatorē, p̄rem
Deut. 32 & ſaluatorē: qui te poſſedit, fecit & crea-
Math. 6. uit; Quare oras: p̄r n̄r qui es in cœlis. De-
um q̄dem p̄rem uocamus ceu filij adopti
ui; q̄s cōuenit eſſe in ſtatu innocentiæ &
expectare cœleſtē hereditatē: Filialē igit̄
timorem & reuerentiā cœleſti patri im-
pendere tenemur. At qualiter filius dege
ner ſuo pio patri eſt opprobrio: taliter q-
libet tranſgreſſor deo patri ſuo ſupremo
eſt ignominiæ & ſcandalo coram uniuer
ſis creaturis. Secundo ſicut olim affectu
ſuperbo concupiſti, laudem & honorem
tuum preconiſari, exaltari, augeri, in toto
orbe dilatari atq; aſſecurari; ſic nunc uelis
laudem & gloriam dei honorare, extolle
re, diuinū cultum augere: nomen dei ſan-
ctificare ac dicere: ſanctificetur nomē tu-
um, per te. ſ. & omnem creaturā. Tertio,
prius in teipſo iuxta tuum arbitrium re-
gnaſti: uelis igitur orare ut deus nunc in
te & omnib. terrenis hoibus regnare di-
gnet̄ ſecundum ſuā diuinā legem & or-
dinationē: prout in cœleſtibus regit: dicē-
do, adueniat regnum tuum. Quarto, quē
admodum antea ſoli propriæ uoluntati in
dulſiſti, ſpreta omni alia iuſta uoluntate:
ita modo uelis te & reliq̄s mortales ſequo
luntatē dei: quā cœlici ſequunt̄: & ora: Fi
at uoluntas tua ſicut in cœlo & in terra. Iā
dicti quatuor articuli dominicę orationis
concernunt honorem & charitatem dei:
reliqui quatuor articuli eiuſdē dominicæ
orationis ad hominis neceſſitatē ſpectant.
¶ Quinto ſicut olim, qn̄ te ultra oia ama- 9.
ueras, uoluiſti tuis ꝟbis credi & tibi cōfi-
dentiā adhiberi: ſic modo debes in deum
& ſuis ꝟbis firmiter credere & totā fidu
ciam in ip̄m reponere ac uelle ut tot⁹ mū
dus ꝟa fide & omnibus uirtutib. floreat.
Sexto, Prius cuncta tibi uendicare cona-
tus eras: nunc opta ut uniuerſa in Deum
dirigant̄ & ad ſuum determinatum finē
tendāt. Septimo, Tu ipſum ultra omnia
amaſti atq; curaſti ab oibus te amari: Iam
igit̄ & ſemꝑ deum ultra omnia diligas &
cures ut ipſum pariter oēs creaturæ dili-
gāt. Cum itaq; primarium amorē a te tol-
lis & in deum trāſſers, facile intelliges q̄li
ter deum diligere & quid ultra ſuæ diui-
næ maieſtati repēdere debeas. Porro qui
deum ſyncere amat, neceſſario etiam ꝓ-
pter deū ordinatim amat oēm creaturā
a deo emanatam: præcipue ſeipſum, pari
ter & omnem hominē ceu ſuum proxi-
mum ac uiuam dei imaginem. Et quan-
to plus quis deum amat, tanto plus quoq;
amat diuinam imaginem.
¶ Homo deum amare obligatus, conſe- 10.
quenter quoq; obligatur diligere quicq̄d
ad deum ſpectat, omnis igitur creatura
ad deum pertinens, amanda eſt; magis ta
men aut minus iuxta qualitatem creatu-
ræ. Quocirca homo tenetur diligere ſei-
pſum in ſpiritu tanq̄ proximam dei ima-
ginem. Cum autem unus homo tam pro
pinquus imagini dei eſt q̄ alter: tenetur
igitur ſuum proximum ęque diligere ac
ſeipſum. Et quanto aliqua hominis por-
tio propinquior eſt deo, tanto plus eſt a-
manda: Ideo uehementius diligere debes
animam tui proximi q̄ tuum proprium
corpus: quod a deo remotius eſt q̄ anima
proximi: ſcriptura dictante: ut debeamus 1. Johan. 3
pro fratribus animas ponere. Propterea ante ſi.
cunctis hominum animabus fauere de-
bes prout tuæ animæ faues utpote omni
um hominum uoluntatem diuinæ con-
formari uoluntati. Orandum itaq; eſt: fi- Math. 6
at uoluntas tua, nempe per omnes morta
les. Qui autem corpus ante animam uel
proximos inæqualiter amat; confundit or

dinem dei: qui ſingulos æqualiter diuinæ imaginis participes fecit. Poſt deum igitur homini tanq̃ creaturę & imagini dei ac proximo noſtro amorem & obſequium impendere debemus. Idem inſuper proximus ſuum amorem cum tuo, nempe amorem cum amore, recompenſare tenetur. Pro obſequio autem, quod ordine debito ei impendiſti, tibi nihil rependere obligatur: tuum enim obſequium tibi minime arrogare potes, ſed meminiſſe debes, a deo per te beneficium proximo miſericorditer eſſe impenſum. [Luc. 17 post prin.] Tu uero quod debuiſti facere, feciſti: huius beneficij miniſter es, non largitor. Tuum ita q̃ charitatis affectum imprimis ad deum & eius honorem: deinde ad proximum & eius commodum flectere teneris: ne tamen quicquam ultra uel penes Deum ſed dumtaxat in deo diligatur. Quantumcunq̃ quis potens, diues uel omnibus bonis & uirtutibus abundans eſt, nihilominus deſiderat amorem ab eo quem amat: alioquin zelotipia agitatur ſi is alterum plus uel æque & non propter amatorem ſimpliciter amet. Pariter deus uult ne ultra ipſum homo quicq̃ amet ſed ſuum amorem in ſolutum naturalis debiti deo impendat.

11. ¶ Nec quiſpiam exemptionem prætendere poteſt de eodem amoris debito non reddendo: quoniam liberi arbitrij affectus & interior amor, non impeditur, p ut cæteræ potentiæ humanæ frequenter patiuntur impedimentum: quo exterior cultus deficit. Egenus quidem non tantum, quantum opulentus, in elemoſynam aut cultum diuinum aut decorem templi erogare poteſt: Nec claudus tam cito uel remote peregrinari q̃ incolumis: Nec impubes tam ſtricte ieiunare quam pubes ualet. Opera quippe æſtimantur iuxta qualitatem amoris: quem indeſinentem in deum ſemper dirigere quilibet poteſt ac debet. Amor deniq̃ præſto eſt æque pauperi ac diuiti: neminem fatigat nec moleſtat: nec laborem: nec dolorem uel mœrorem faſtidit: nõ agit perperam: [1. Cor. 13] uertit amarum in dulce & graue in leue: amantis quoq̃ aduerſitatem commutat in patientiam: laborem & faſtidium in ſolacium: dolorem & triſtitiam in gaudium & delectationem. Hinc apparet, nihil nobis ad naturalis debiti ſolutionem impoſſibile uel importabile impoſitum eſſe extra amorem: quem quiſq̃ rationis capax faciliter ſine obſtaculo præſtare ualet: ueluti Chriſtus ait: Iugum meum ſuaue eſt [Math. 11] & onus meum leue. Quaſi innuat, præcepta dei eſſe cuſtodienda: cum nullatenus [1. Johan. 5] ſint grauia: prout dominus alibi inquit: Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. [Mat. 19. in me. Johan. 14] Et infra: Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Hieronymus palam pronunciat, anathema fore quiſquis dicit deum pręcepiſſe [Hieron. ad Damasum. 8. §. 5] quicquam impoſſibile: hoc enim eſſet contra diuinam ſapientiam & omnem rationem: quæ exigit: ſiquidem deus decernit ſua præcepta per hominem adimpleri: ut eadem præcepta ſint poſſibilia: alioquin deus ſibiipſi & non uiolatori, præcepti tranſgreſſionem imputare habebit. Niſi homo ſuæ impoſſibilitati cauſam præſtitiſſet, forſitan praua conſuetudine, ebrietate uel ſimili caſu. Veruntamen homo ſuam inabilitatem uirtute & diligentia facile ſuperabit & diuinis præceptis obediet, ſi fecerit quantum in eo eſt: & ait Auguſtinus: [Ser. 61. de tempore.] Deus nec impoſſibile aliq̃d potuit imperare, quia iuſtus eſt: nec damnaturus hominem pro eo quod non potuit uitare, quia pius eſt.

12. ¶ Aduerſarij obijciunt hominem non poſſe amare deum ex toto corde & ex tota anima: cum cor & anima ſint dilaceratæ cutis, occaſione carnis: quæ continue reſiſtit ſpiritui: [Gala. 5] quominus deum amare poſſit: acſi amor conſiſtat in carne mortua. Quibus reſpondet, nõ pretendi q̄ homo in carne deũ diligat, ſed ſe p liberũ arbitriũ in amore ſpiritualiter exerceat: interiori corde & mẽte ac contẽplatione: nec nõ exteriorib. bonis operib. et totis uirib. Hoc p̄cepto deus a nobis nõ plus exigit, niſi q̃ntũ cũ adiutorio ſuę diuinę grẽ ſecũdũ nr̃am fragilitatẽ eũ diligere poſſumus. Conſimile argumẽtũ fit de caſtitatis impoſſibilitate: de qua inferius c. li. §. xv. Ex

pręſcriptis

præſcriptis conſtat hominem multiſario
naturali debito eſſe obſtrictum & iuxta
condignum reddere totum non poſſe: te
neri tamen reddere quantũ poſſit. In qua
deniq; redditione cuſtodiri debet ordinẽ
& modum iuxta conditionem & profe-
ctionem debitorum ſecundum ꝙd ſuc-
ceſſiue ſuccreuerunt in homine: & præci
pue debet meminiſſe ſe a deo primitus eſ
ſe amatum & poſtea ex nihilo creatum,
necnon corpore & anima, bonis & uiri-
bus exterioribus & interioribus dotatum
ſeipſum deniq; cęteris creaturis corpora-
libus præpoſitum.
15. ¶ Imprimis ergo & præ omnibus homo
ſuum liberꝝ arbitriũ omnipotenti deo ꝓr
ſus dedicet & approprie t necnon diuinę
uoluntati ſubijciat: qm̃ hmõi arbitriũ &
amor inde ꝓfluens maximũ & ſupremũ
eſt hois donum a deo acceptũ: ꝓpterea a
iure & natura cõſtringit̃ homo totũ illud
donũ liberi amoris referre in deũ: eundẽ
ſuꝑ omnia amãdo: deinde pro cæteris do
nis deo grates agere, intrinſece toto cor-
de & affectu ſpiritus, nempe cordiali &
deuota contemplatione amoreq; intenſo:
necnon extrinſece bonis opibus & inte-
Math. 22. gris uirtutibus ac omnibus uiribus, utpo
te iuxta ſuam facultatẽ. Talem gratitudi-
nem in ſoluẽdo debitũ naturale homo er
ga deum exhibere debet, nõ ſolũ pro do-
nis & beneficijs diuinis ipſi homini impẽ-
ſis: ſed pariter pro hijs, quibus cæteræ cre
aturę ꝓpter hoiem dotatę ſũt. Sicut. n. do
minus ſubditorꝝ cauſam in iudicio uenti
lare debet: Sic & homo ꝓ corporeis crea-
turis ſibi ſubiectis (quib. præſidet) coram
deo reſpõdere et debitũ reddere tenet̃, iu
xta dei & naturæ ordinẽ. Qui uero ex ne
gligentia ꝓ ſe & creaturis naturale debitũ
reddere deo nõ curauerit: uidelicet talen
tum (ꝙ negociari debeat) ſudario inuol-
uens is nõ agit uti naturalẽ hoiem & ordi
natam dei creaturã decet: ſed tanq̃ ſeruus
nequã erga ſuũ dñm & tanq; transfuga
de exercitu multimodi plaſmatis: Idcir-
co extrema die obiurgãdus a dño dictu-
Luc. 19 in inc. ro: De ore tuo te iudico ſerue nequã. Et-
eni oẽs creaturæ ꝑſeuerãt in ſua originali
natura & cõmuni ordinatione: quã ſolus J. 51. §. 6 post prin.
homo trãſgredit̃: tametſi ei iniunctum ſit
ut mediãte ſua rõne & libera uolũtate, ꝓ
ſe & irrationali creatura, cum amoris &
obſequij cultu, debitũ naturale deo omni
potẽti reddat, ei etiã laudẽ, honorẽ, gloriã
& gratitudinẽ exhibeat. Vltra naturale
debitũ homini dominus iniunxit nonnul
la alia debita, quædam præcipiendo, quæ
dam ſuadendo: prout nunc ſequitur.

QVINQVAGESIMVM PRIMVM CAPITVLVM.

De legittimis debitis.

TRia ſunt nobis a deo ꝓpoſita, nẽ
pe interdicta & pręcepta ac etiã
conſilia. Primo deus omnib. ho-
minibus inhibet malum: Secundo imper- Pſal. 36.
fectis præcipit bonũ id alioqn non factu-
ris: tertio perficiendis dat conſiliũ declinã-
di occaſionẽ peccatorꝝ. Imprimis oẽs ho
mines ſunt conſtricti ad dei præcepta, na-
turaliter concreta & ſcripta in hominum
mẽtibus: per Moyſen in duabus tabulis Exo. 32
& decem articulis nobis tradita, quorum
quędã inhibent: quędã præcipiũt. Inhibi
ta ſunt ſemꝑ obſeruãda: utpote non furtũ
facies ac ab alijs declines malis. Præcepta
ſcilicet faciendi bonũ, non ſemꝑ fieri poſ-
ſunt: niſi oportuno tp̃e & occaſione data:
ꝓut eſt honorare p̃rem & matrẽ. Pręmiſ
ſa diuina pręcepta reſpiciũt partim amo-
rem & cultum diuinum: partim amorem
& commodum proximi.
¶ In una tabula continent̃ tria præcepta 2.
deum concernẽtia. Primũ de unitate dei- Exo. 20 in prin.
tatis: Nõ habeas deos alienos coram me,
ceu uno p̃re & principio, a ꝙ omnia. Adij
citur ꝙq;: Non facias tibi ſculptile: hoc eſt,
imagines fictas ad adorandũ, ut infideliũ
idola: fideles uero utunt̃ imaginib. ad me-
moriã ſanctorꝝ. Secundũ pręceptũ ponit
ꝟitatẽ: Nõ aſſumes nomẽ dei tui in uanũ: Exo. 20. post prin.
hoc filiũ & ꝟbum dei cõcernit. In uanum
eſt ſine cauſa: Qua tñ data, nomen dei ex-
primi poteſt: Imo debet in homagio uel
iudicio ſeruus dño: teſtis iudici iurare: uel
alijs legittimis cauſis qñq; nomẽ dei expri
mi ſolet: nõ inuanũ uel ꝑperam, ſed digne

Deut. 10 in fi. & iuſte ad firmādam ỽitatē iurabis in no
mine dei, Nam teſtimoniū dūmtaxat fal-
ſum ꝓhibeť: Et ꝗ falſe iurat aut extra iu-
diciū ſine legitima cauſa, ex leuitate no-
mē dei in os ſumit, deū offendit: teſte euā
Math. 5 ante fi. gelio: Dico uobis, nō iurare omnino, neq;
ꝑ cœlū uel terrā: neq; ꝑ Iheroſolymā neq;
per caput tuū iuraueris: ſit autē ſermo ue
ſter, eſt eſt, nō nō: ꝙd autē hijs abundātius
eſt, a malo eſt. Hic ꝓhibeť iurare per cre
aturas: ne eis honor latriæ exhibeať: alio-
quin iuſtitia & ỽitate exigēte, decet imo
oportet iurare ꝑ deum aut eius euāgeliū:
per crucem aut alia ſigna diuinæ ỽitatis.
Exo. 20 Tertium præceptum eſt, Sabbati ſanctifi
catio, concernēs ſpm̄ſanctum. In ſabbato
prohibeť omne opus, nempe temporalis
quæſtus: cui potiſſime incumbimus, ne-
glecto cultu Dei: ideo opera peculiaria
diebus feſtis interdicuntur: quo commo-
Math. 6. dius homo nomen dei ſanctificet & deū
colat. Sabbati & ueteris legis feriam Apo
ſtoli in dominicā diem tranſtulerunt, ad
honorem dominicæ reſurrectionis & in
figuram octauæ & æternæ requiei. Heb
domadale autem ieiunium pridie ante
ſabbatum ratificarunt in memoriam paſ-
ſionis dominicæ: maxime inſpecto inſi-
gni trifario actu, die ſexta patrato: nēpe
humani generis creatione item electione
& redemptione. Siquidem feria ſexta ho
mo cecidit per guſtum ꝓhibiti cibi: ideo
conuenit hominem ſexta feria pœnitere
per ieiunium. Proinde plura feſta & ieiu-
nia ab eccleſia ſunt inſtituta, in augmen-
tum diuini cultus & in memoriam ſan-
ctorum: præſertim ieiunia ad pœnitenti-
am & feſta ad figurā ęterni gaudij. Proh
pudor etſi feſta dei ſint deſtinata ad exer
citium ſpūalium gaudiorꝫ: frequenter tm̄
mutanť in feſta diaboli & in gaudia mū-
dana: nam loco intereſſendi miſſis & ſer-
monibus: loco orandi, peregrinādi, contē
plandi &c. interea utimur ludo, tripudio
potatione & ſimilibus illicitis ſolacijs: qui-
bus occupati non ſolum tempus (ꝙd De-
us ad ſui gloriam & nři ſalutē concedit)
male abſumimus, ſed etiam eo tēpore no-
ſtris exceſſib. deum inique offendimus.

¶ In altera tabula Moſaica comprehen- 3.
duntur ſeptem decreta proximum tangē
tia: unum præcipit bonum: reliqua ſex
prohibent mala. Quartum igitur præce-
ptum eſt: Honora patrem tuum & matrē Exo. 20 in me.
tuam ut ſis longæuus ſuper terram. De-
cet eum, qui ſenectutem ueneratur, ſene-
ſcere: Poſtea ſæuis interdictis malum pro
hibetur, de proximo non offendendo ne
cꝫ ore uel manu, neq; uerbo uel facto. Pro
ximus autem offendiť triplici facto: aut
extrinſece in corpore: aut intrinſece in
mente: aut in exterioribus rebus tempo-
ralib. Cōtra corporis offenſam eſt quin-
tum interdictum: Nō occides, utpote ne- Exo. 20
q; corporaliter neq; ſpiritualiter. Hic etiā
illicita inhibetur ira: quæ fit aut percuſ-
ſione aut contumelia aut cordis rancore.
Hinc profluit mentalis inuidia: iniqua
triſtitia de proſperitate proximi: Cuius
famam inuidus uindicta & contumelia
conatur denigrare: lingua quidem eius Iaco. 3
eſt plena ueneno mortifero: Qui autem in me. 1. Joh. 3.
odit fratrem, homicida eſt. Sexta ponit
tabula: Non mœchaberis: ubi inhibetur Exo. 20
non ſolum adulterium (quo proximus in
time offenditur) ſed etiam omnis illicitus
concubitus necnon abuſus carnalis con-
cupiſcentiæ: ſiue fiat indebito facto, uer-
bo uel cogitatu: de quo ſupra habitum c. 36. ſ. 10
eſt. Quamobrem Paulus indifferēter ſcri
bit: fugite fornicatiōem: omnis enim forni 1. Cor. 6. in fi.
cator aut immundus non habet hæredi- Ephe. 5. in prin.
tatem in regno dei.
¶ Septimum eſt: non furtum facies: Quo 4.
proximus in rebus exterioribus offendi- Exo. 20
tur: uel fur alias concupiſcit rem alienam.
Quam ſiquis contrectat iuſta de cauſa,
forſitan obedientiæ, prouidentiæ uel ne-
ceſſitatis: is non peccat: quemadmodum
obedientes Iudæi iuſſu domini clenodia Exo. 12 ante fi.
Aegyptiorum mutuo acceperunt & po
ſtea abſtulerunt. Item ſiquis prouidus fu
rioſo gladium aufert: quo caueatur ne ſi-
bi nec alijs noceat: is ſaluum faciet egenū Job. 5. ante fi.
a gladio & de manu uiolenti pauperem.
uel ſi quis (teſte Iohanne) habuerit ſub- 1. Johan. 3 ante fi.
ſtantiam huius mundi & uiderit fra-
trem ſuum neceſſe habere & clauſerit
uiſcera

uiſcera ſua ab eo:quomodo charitas Dei manet in eo? Egenus itaq; a fame coactus ſine peccato furatur cibum ſibi neceſſarium, alteri uero, a quo aufert, ſuperfluũ: quia in neceſſitate omnia ſunt communia: prout fuerunt ab initio creationis inter filios Adæ & ab initio eccleſiæ tempore Apoſtolorum inter nouos Chriſtianos. Octauo ſtatutum eſt, Ne loqueris falſum teſtimonium: per quod proximus ore offenditur & omne mẽdacij genus prohibetur. In hoc deniq; ſtatuto includitur obloquutio, libellus famoſus, calumnia, ac etiam taciturnitas ueritatis: quæ non eſt obticenda, præſertim ad emendandum malitiam: ueluti ſcriptum eſt: propter Syon non tacebo: item nolite tacere ſuper iniquitatem eius.

Acta. 2. Acta. 4. in fi. Exo. 10 Eſai. 62. Dieter. 53. in prin.

5. ¶ Vltimis duobus interdictis prohibetur mala uoluntas: & ſunt lata contra eos qui corde impij ſunt erga proximum: nam de corde exeunt cogitationes malæ. Et eſt nonum præceptum: Non concupiſces domum proximi tui: quo is extrinſece turbatur. Ne etiam intrinſece turbetur, poſitum eſt decimum interdictum: Nec deſiderabis uxorem eius. Hic reprehenditur omnis uoluntaria concupiſcentia: in quam liberum arbitrium ſcienter conſentit. Et non intelligitur de nudo appetitu ſomitis in carne corrupta exiſtentis: quem ueluti primum motum nemo prætergugere poteſt. Cum autem corrupta humana natura potiſſimum inclinetur partim ad conſeruationem ſui indiuidui, concupiſcendo bona temporalia: partim ad multiplicandum ſuam ſpeciem, concupiſcendo carnis copulam: ideo ſpecialiter deus prohibet utramq; concupiſcentiam oculorum ſcilicet & carnis, utpote auaritiam & luxuriam, non ſolum in opere ſed etiam in mente.

Math. 15 in me. Exo. 20 &c. 15. 5. in fi. 1. Iohan. 2 in me.

6. ¶ Præmiſſa decem præcepta ueteris teſtamenti dominus Iheſus non ſuſtulit ſed adimpleuit: addens quædam conſilia: quibus ad altiorem ſecurioremq; ſtatum poſſimus peruenire. Quę quidem conſilia ſe qui nemo tenet, niſi ad ea uoto aſtrictus: qui ulterius retrocedere nequit: nam conſilium per uotum fit præceptum, quippe uouere eſt uoluntatis, reddere uero neceſſitatis: iuxta ſcripturam: Si quid uouiſti deo, ne moreris reddere: diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio, ſed quodcunq; uoueris redde: multoq; melius eſt non uouere, quàm poſt uotum promiſſa non reddere. In euangelio itaq; duodecim dãtur conſilia: quorum tria, nempe paupertas, obediẽtia & caſtitas, concernunt omnes religioſos.

Math. 5 poſt prin. Eccle. 5. in prin. Pſ. 5. 7

7. ¶ Primum conſilium eſt paupertatis: qua quis abdicat omnem proprietatem, ſecũdum Euangelium: Qui non renunciauerit omnibus quę poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Propterea ingens pręmium dominus promittit dicens: Omnis qui reliquerit domũ uel fratres aut agros &cę. propter nomen meum, centuplum accipiet & uitam æternam poſſidebit. Quocirca regulares nil proprij poſſidere debent, opinante Iheronymo: monachus habens obolum, non ualeat obolũ.

Luce 14. in fi. Math. 19. in fi.

¶ Secundum conſilium eſt obedientiæ, hijs uerbis datum: Si quis uult poſt me uenire abneget ſemetipſum & tollat crucẽ ſuam & ſequatur me. Item ſuper cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & phariſæi: quæ dicunt ſeruate & facite: ſecundũ opera uero eorum nolite facere. Hinc elicitur regularem obedientiam a ſubditis eſſe obſeruandam, non inſpecta ſuperiorum uita ordinata uel peruerſa.

Math. 16. in fi. Mat. 23. in prin.

8. ¶ Tertium conſilium eſt caſtitas: quam Chriſtus inducit hijs ſententijs: Sint lumbi ueſtri pręcincti. Item ſunt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnũ cœlorum: qui poteſt capere capiat. Item dictum eſt antiquis: non mœchaberis: ego autem dico uobis, quia omnis qui uiderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo: quòd ſi oculus tuus dexter ſcandaliſat te: hoc eſt, ſi mulierẽ bona intẽtione inſpicis ſed inde malam in te cõcupiſcentiã incendi ſentis: tunc erue oculum & proijce abs te, id eſt, dimitte uultum tuum & reprime concupiſcentiam ex uiſu commotam. Hic dominus conſulit, ne ſpecioſas perſonas in-

Luc. 12. Mat. 19. Mat. 5.

ſpicias quo minus peccandi occaſionem
habeas. Vnde apparet illicitum eſſe dele
ctationem carnalem quærere in uiſu aut
alijs ſenſibus: pariter in cogitatu. Siquidē
de re luxurioſa cogitas ſubito motu; ue-
6.15. §.10 nialiter peccas: niſi nimium in mala cogi-
tatione perſeueraueris: tunc peccatum
fieret mortale propter periculum moræ:
quoniam malam cogitationem extirpa-
re, non alere debes. Similiter mortale eſt
cogitare concupiſcibiliter cum delibera-
tione perficiendi. Prædicta tria conſilia,
ſcilicet paupertas, obediētia, caſtitas, ſunt
ſubſtantialia cuiuſlibet religioſi: quem re
trahunt non ſolum ab actu, ſed etiam ab
occaſione peccandi: Nam hominum ma
litia maxime pullulat ex triplici radice;
1.Joh.2. in me. nempe ex concupiſcentia carnis & ocu-
lorum ac ex ſuperbia. Eaſdem tres uexa-
tiones facile cauent ueri religioſi per ieiu
nium, orationem & cœlibatum.
9. ¶ Quartum conſilium: ut diligamus ini-
Math.5 in fi. micos noſtros & benefaciamus hijs qui
nos odiunt oremuſque pro perſequenti-
bus & calumniantibus nos: necnon erga
tales pacem & amicitiam teneamus: quē-
admodum Paulus & Petrus nos docēt:
1.Theſſ.5. ante fi. Videte ne quis malum pro malo alicui
reddat: ſed ſemper quod bonum eſt: ſe-
1.Pet.3. poſt prin. ctamini inuicem & in omnes. Item non
reddentes malum pro malo, nec maledi-
ctum pro maledicto: ſed econtrario bene
dicentes. Inimico tuo dimittere & ſpiritua
liter affici eſt tibi præceptum: illi autem
beniuolentiam exhibere, conſuluit domi
nus uerbo & exemplo, orans: pater di-
Luc.23. poſt me. mitte illis. Qui hoc conſilium ſequitur:
Mat.5. ante fi. pro ſuis querelis contra aduerſarios neq;
gladio neque iudicio contendet, ſed
omnia aduerſa patienter feret: niſi in-
quantum modeſte poſſit aduerſarium
abigere.
10. Math.5 Luce 6. in me. ¶ Hinc ſequitur quintum conſilium, do
mino docente: Non reſiſtere malo: ait. n.
ſi quis percuſſerit te in dexteram maxil-
lam tuam, præbe illi & alteram: & ei qui
uult tecum in iudicio contendere & tu-
nicam tuam tollere, dimitte ei & pallium:
& quicunq; te angariauerit mille paſſus,
uade cum illo & alia duo. Iſto elogio pa-
tientia ſuadetur tibi offenſo in corpore uel
in rebus exterioribus: quas alioquin iure
repetere aut uim ui repellere poſſes.
¶ Sextum conſilium eſt ſuperfluæ ele-
moſynæ omni petenti erogandæ: ac ſi ex Luce 6. poſt me.
pendere debeas ea quibus tu ipſe eges:
iuxta illud: Si uis perfectus eſſe, uade ut- Mat. 19. ante fi.
pote de omnibus rebus temporalibus:
uende quę habes & da pauperibus. Is uo
luntarius nuncupatur mendicus. Quip- Luce 11. ante fi.
pe ſuperfluum dari in elemoſynam, præ
cepti eſt: ſed expendere quibus indige-
mus, eſt conſilij: & ait Auguſtinus: meli-
us eſt egere q̄ ſuperfluum habere. Atta- Roma. 12. in prin.
men oportet exhibeas elemoſynam deo
placētem, & rationabile ſit obſequium tu-
um: ne tibi a tuis neceſſaria alimenta ſub-
trahas: diſplicet enim Deo ſtulta pro- Eccle. 5.
miſſio.
¶ Septimum conſilium diſſuadet im- 11.
portune iurare & docet uſum nudi uer- Math. 5. ante fi.
bi (eſt uel non) utpote ut affirmatio uel
negatio ſit in corde, ſicut eſt in ore: alio- Mat. 12. poſt me.
quin de omni uerbo otioſo, quod loquu-
ti fuerint homines, reddent rationem in
die iudicij: ex uerbis enim tuis iuſtificabe
ris uel condemnaberis: ideo dominus cō-
ſulit, ne ſuperfluis uaces. ¶ Octa-
uum conſiliū eſt de uitanda peccandi oc-
caſione: quandoquidem dominus ait: Si
ſcandaliſat te manus tua dextera aut pes Marci 9. in fi.
amputa illum: hoc eſt: Si pia intentione
cœpiſti bonum, non autem neceſſarium,
opus uel iter: ſed intelligis inde ſcandalū
exoriri: tunc ceſſa ab opere uel itinere: Nō
membrum ad litteram erui ſed præueni-
ri præcipitur malæ cupiditati & ſcanda-
liſationi, quæ in opere uel itinere cœpto
per membrum cauſari poſſet: Omnis et-
enim occaſio et promotio peccati fugien
da eſt ac ab omni ſpecie mali abſtinen- 1.Theſſ.5 in fi.
dum. ¶ Nono conſulitur ut cunctæ
noſtræ actiones recta intentione incho-
entur ac debito fine terminentur: Euan-
gelio recenſente: Sic luceat lux ueſtra co Math.5. poſt prin.
ram hominibus ut uideant opera ueſtra
bona & glorſicent patrem ueſtrum qui
in cœlis eſt. Omnis autem honor non no-
bis ſed

8.4.§.13 bis ſed ſoli deo eſt exhibendus: ut ſupra
habetur.

12. ¶ Decimo ut opus tuum conforme ſit do
Math. 7. in prin. ctrinæ: ne tibi obijciatur: hypocrita, eijce
primum trabem de oculo tuo & tunc ui-
debis eijcere feſtucam de oculo fratris
Luce 6 ante fi. tui. Item dicunt & non faciunt: alligant
Mat. 23. in prin. auté onera grauia & importabilia & im-
ponunt in humeros hominum, digito au-
tem ſuo nolunt ea mouere. Hoc intelligi-
tur de communibus diuinis præceptis,
non de doctrina ſpeciali: nam concio-
natori non conuenit obſeruare iura pa-
trisfamilias uel coniugij uel religionis per
eum prædicata, ſi ipſe ſit alterius ſtatus.

13. ¶ Vndecimum conſilium eſt de uitanda
ſuperflua ſolicitudine: Quæ trifaria eſt:
una prouidentiæ ſpiritualis præcipitur
Romani 12 poſt prin. per apoſtolum dicentem: habentes au-
tem miniſterium in miniſtrando ſiue qui
docet in doctrina, qui hortatur in exhor-
tando: qui præeſt in ſolicitudine ſcilicet
occupatus ſit. Prælatum itaq; in ſuo regi-
1 Cor. 7. mine oportet eſſe ſollicitum: Et qui ſine
uxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt domini
quomodo placeat deo. Secunda ſolicitu-
Eccle. 5. in fi. do ceu uituperabilis inhibetur, iuxta il-
lud: peccatori dedit deus afflictionem ut
addat & congreget, & hæc uanitas eſt caſ
ſa ſolicitudo mentis. Tertia eſt tollerabi-
lis ſed diſſuaſa per Chriſtum inquietem:
Math. 6. in fi. Nolite ſoliciti eſſe, dicentes quid mandu-
cabimus aut bibemus aut q̃ operiemur?
Hæc enim omnia gentes inquirunt: ſcit
enim pater ueſter, quia hijs omnibus indi-
getis: nolite ergo ſoliciti eſſe in craſtinum
Luce 10. a fi. Item alibi: Martha ſolicita es & turbaris
erga plurima, porro unum eſt neceſſa-
rium.

14 ¶ Duodecimum Chriſti conſilium eſt
Math. 18 ante me. fraternæ correptionis: ubi ait: Si peccaue
rit in te frater tuus, uade & corripe eum
inter te & ipſum ſolum: ſi te audierit, lu-
cratus eris fratrem tuum. Hæc corre-
ptio eſt charitatis fraternæ: Sin ea nō pro
ficit, reuoca ſ fratrem timore: ideo ſequi-
tur: Si autem te non audierit, adhibe te-
cum adhuc unum uel duos: Q; ſi non
audierit eos, dic eccleſiæ, nempe ec-
cleſiaſticæ ſuperioritati: quæ habet eum
corripere. Si autem eccleſiam non au-
dierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publica-
nus. Hæc extrema correptio eſt pudoris
qua quis excommunicatur & a cōmu-
nione fidelium ſeparatur. Veruntamen
accuſans alium caueat diligenter, ne accu
ſatio fiat ad infamandum ſed ad edifican-
dum proximum. Præmiſſa Chriſti con
ſilia acceptare cogitur nemo: ſed accepta
ta obſeruare obligatur: reiecta quorun-
dam falſa opinione dicentium homini eſ-
ſe impoſſibile obſeruare præcepta dei uel
conſilia Chriſti, præſertim caſtimoniam: Deut. 30 in me.
Nam dominus deus inquit: Mandatum
hoc: quod ego precipio tibi hodie, non
ſupra te eſt, neq; procul poſitum nec in cę
lo ſitum, neq; trans mare poſitum: ſed iux
ta te eſt ſermo ut facias illum.

¶ De poſſibilitate caſte uiuendi, pro cere 15.
belli mei exilitate, modicum referam: quo
cæterorum dei præceptorum poſſibili-
tas percipi poſſit. Iuſtus quidem deus nil
impoſſibile mandat: alioquin ſuis manda
tis obtemperare homo non eſſet aſtri-
ctus: quoniam nemo ad impoſſibile tene-
tur: ut ſupra habitum eſt. Cū aūt deus ille- 8.4.§.13
gittimam fornicationem ſub priuatione
æternæ uitæ prohibeat, teſte ſcriptura:
Omnis fornicator aut immundus non ha Ephe. 5. in prin.
bet hæreditatem in regno dei: ſequitur,
homini eſſe poſſibile caſte uiuere: alio-
quin præceptum caſtitatis fruſtratorium
eſſet: deuſq; iniuſtus: qui nos ſuo præce-
pto ad impoſſibile illaquearet & inſuper
punire decerneret. Chriſtus deniq; inſi- Math. 19 poſt prin.
pienter dixiſſet: qui capere poteſt, capiat
quibus uerbis caſtitatē ſuaſit hominibus:
ſi nullus eorū caſte uiuere poſſet. Proui-
dus conſultor cauet ne q̃d impoſſibile uel
inhoneſtum uel incōmodū conſulat. Pau
lus deniq; inconſulte ſcriberet de uirgini- 1 Cor. 7.
bus autem præceptum domini non ha-
beo, conſilium autem do. Ibi quoq; fal-
ſam cauſam ſub induxiſſet, nempe qui ſi-
ne uxore eſt, ſolicitus eſt quæ domini
ſunt quomodo placeat deo & infra: Qui

matrimonio non iungit uirginem, melius facit: Cui autem uult, nubat tantum in domino: beatior autem erit, ſi ſic permanſerit ſecundum meum conſilium. Hoc ita intelligendum: Carnalis concupiſcentia infuſa eſt animali naturæ: qua bruta concipiuntur & ab inuicem generantur ac multiplicantur: quemadmodum deus ad
Gene.1. animalia dixit: creſcite & multiplicamini & replete aquas maris aueſq; multiplicentur ſuper terram. In eandem animalē naturam homo præuaricando cecidit: Qui licet in paradiſo nihilominus peperiſſet: non tamen more beſtiali neq; concupiſcētia carnali: ſed in puritate & amore ordinato: ueluti imago dei, in æterna puritate generantis.

16. ¶ Poſtq̃ uero homo ultra cætera animantia eſt in altiori, nēpe rationali ſtatu: quo naturam animalem & concupiſcentiam carnalem ſuperare debet: igitur in hominis libero exiſtit arbitrio apprehendere animalem immundiciam aut affectare originalem puritatem: hoc eſt, eligere coniugium uel cœlibatum: Iheronymo referente: matrimonium replet terram, uirginitas uero paradiſum. Matrimonium quidem a deo inſtitutum & ad multiplicandum homines ordinatum eſt: deo profe-
Gene.9 rente ad primos homines: Creſcite et multiplicamini & replete terram. Caſtitas uero ordinata eſt ad cœlorum regnum: in quo nullus immundus fornicator hæredi
Ephe.5. in prin. tatem habebit, iuxta Pauli teſtimonium. Cōtrarium quidam uagi & luxurioſi doctores garriūt: ac ſi deus ſuum decorem & cœlicorum multiplicationem in hominum immundam generationem ordinauerit. Putasne, ſi uniuerſi homines caſte uixerint, deum ceſſare a creatione hominum in ſua diuina idea ab æterno conceptorum? In toto plaſmate non eſt repertus dignus genitor Chriſti: cuius tamen humanitatem, abſq; carnali gignente, deus fecit & per dignam genitricem carnaliter naſci ordinauit. Conſequens eſt, etiā ſi omnes & ſinguli mortales uolūtarij uel inuiti caſtrarentur: nihilominus deus crearet & produceret reliquos homines q̃modolibet præſcitos. Præterea nonnulli æſtimant impoſſibile eſſe cœlibatum ab omnibus paſſim hominibus obſeruari. Atqui certum eſt complures homines ſingi cœlibatu caſte uixiſſe uſq; in finem: ergo quemadmodum illis paucis, ita & omnibus poſſibilis eſſe poteſt perpetua caſtitas: niſi inquantum aliqui impediuntur propria malitia uel abuſu longæuo uſ ex ercitio immundo. Hoc impedimentum ipſis peruerſis imputandum eſt, nō humanæ naturæ neq; deo puriſſimo: a quo manat omnis mundicia. Propter huiuſmodi peruerſionem Paulus uoluit ut unuſquiſ 1.Cor.7 in prin.
q; ſuam uxorem habeat & unaquæq; ſuū uirum.

¶ Q, a natura caſtitas perpetua ſit poſſibilis, cōſtat ex geſtis paganorum: qui olim 17.
ſuis idolis, preſertim Veſtę, Iunoni & Dianæ, dedicauerunt uirgines: quibus ſub pœna ignis uirginitas fuit obſeruanda. In qua obſeruatione procul dubio nullā ſpecialem a deo gratiam habuerunt ceu infideles: multomagis Chriſtianæ uirgines ſuam obtinent pudicitiam per ſpeciale auxilium dei: ad quem clamant: Exurge Psal.34.
in adiutorium mihi: dic animæ meæ, ſalus in prin.
tua ego ſum. Chriſtus deniq; p̃miſit nihil impoſſibile eſſe nobis: quinimo hoc genus Math.17
ſcilicet immundorum ſpirituum poſſe eij ante fi.
ci per orationem & ieiunium. Verum in illa diabolica pugna nemo facile uincit, niſi pro eo manus dei pugnet: unde ſcriptura inquit: Multo enim plures nobiſcū 1.Para.32
ſunt q̃ cum illo. ſ. inimico caſtitatis: cum il post prin.
lo enim eſt brachium carneum: nobiſcū dominus deus noſter: qui auxiliator eſt noſter pugnatq; pro nobis. Errat qui ſua uirtute putat ſeruare caſtitatem: qui autem corde deum inuocāt, facile ducit ui Math.7.
tam caſtam: Chriſto promittente: petite post prin.
& accipietis.

¶ Luxus concupiſcentia ex carne oritur 18.
duplici parte: una ſupra umbilicū, nempe ex corde: a quo exit ſubtilis ſanguis cō cupiſcentiæ. Altera pars eſt infra umbilicum, nempe ren uel quiduis aliud: a quo ſemen uel ſperma immundum defluit. De primo loquitur dominus: De corde Math.15
enim exe-

enim exeunt cogitationes male, adulteria
fornicationes & aliæ immundæ concuſ-
ſiones: quæ precibus moderantur. Pri-
mo earundem motui eſt reſiſtendum: de
quo ſupra 25. § 10. Alteram partem ia-
Luce 12. xat dominus dicens: Sint lumbi ueſtri pre
cincti. Eadem corporis pars ad luxum in
citatur eſu & potu, maxime uini: Quo cir
ca Paulus uini abuſum prohibet dicens:
Ephe. 5. in me. Nolite inebriari uino in quo eſt luxuria;
ut in Terentio: ſine Cerere & Bacho fri-
get Venus. Huiuſmodi carnis tempeſtas
caſtigatione corporali reſtringatur, neceſ
ſe eſt, preſertim ieiunio; quod eccleſia qui
buſdam temporibus celebrari præcipit.
Cum autē idē pruritus concupiſcibilis ca
ſtigatione non radicitus extirpetur, ideo
impetranda eſt a deo gratia conſeruans;
que alicui ſufficit: ut patet in Paulo, faten
2 Cor. 12. post prin. te: Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ
angelus ſathanæ, qui me colaphizet: pro-
pter quod ter deum rogaui ut diſcederet
a me; & dixit mihi, ſufficit tibi gratia mea.
Credendum igitur eſt, hominem, cum
dei gratia conſeruante, poſſe obtinere ca
ſtitatem.

QVINQVAGESIMVM SECVNDVM CAPITVLVM. De accidentalibus debitis.

Contra præmiſſa legittima debi-
ta ac ultra memorata naturalia et
originalia obligata, incidūt quā
plura grauiſſima debita, ex omiſſis & cō-
miſſis hominum de nouo contracta. Im-
primis omittit homo deo pſoluere natura
lia debita neq; ſatisfacit in legittimis debi-
tis; eo corrumpitur diuina ordinatio: diſ-
fertur naturalis obligatio & accreſcit de-
bitum ſuper debito, ex dilatione negle-
ctæ ſolutionis: nam bonum quod debe-
mus, non facimus. Quanto diutius præ-
ſcriptorum debitorum ſolutio differtur
& bonum omittitur, tanto maior fit uſu-
ra. Dominus igitur pigrum ſeruum re-
Luc. 19. in me. prehendit dicens: Quare non dediſti pecu
niam meam ad menſam & ego ueniens,
cum uſuris utiq; exegiſſem illam? Scias:

naturale debitū per paſſionē Chriſti non
abrogat ſed ſupplet defectus: quē homo
ultra ſuam diligentem operā, in naturali
debito perſoluere nequit. Hoc ita intelli-
ge; Quod humanum genus ex inbecillita
te, quā ob ſuam tranſgreſſionem patitur
deo pſoluere nequaq; poteſt: utpote deū
pro condigno diligere, perfecte colere &
ei debitum obſequium præſtare nequit,
hoc reſtauret ſingularis humana natura
Chriſti: qui ſponte & libere iuſtus pro in
iuſtis & pro defectu naturalis debiti oīm
& ſingulorum hominum diuinæ maieſta
ti oblatus eſt. Profecto ingens eſt noſter
defectus: quem quilibet in ſe facile per-
pendit, uidelicet ſe eſſe lapſum ex origina
li natura innocentiæ; in qua nimirum de-
bitum naturale deo perſoluere potuiſſet;
ſed poſtq; in peccati reatum cecidit, ulte-
rius non eſt ſufficiens ad perſoluendum
naturę debitum; quoniam totus ſuus affe
ctus originali naturæ contrarius eſt.

¶ Quilibet appetit proprium honorem
& commodum; ſe ſuper omnia diligit &
deū poſtergat; ſua peruerſa uoluntate ab
utitur contra iuſtā dei uoluntatē; odit q̄
dei ſunt & diligit deo aduerſa: quod ſibi
ſapit, hoc capit: quod arduum eſt, hoc
abijcit. Et ſi aliquando creaturam diligit,
tamen hoc facit ad ſuam delectationem,
non propter deum. Hoc pacto omnis af-
fectus & habitus hominis non conuenit
naturali debito: in q̄ homo pro ſe & omni
bus corporalibus creaturis deo obnoxius
exiſtit. Præterea homo pretermittit pſol-
uere naturale debitū nō ſolū deo ſed etiā
ꝓximo: quē diligere tenetur ſicut ſemet-
ipſum; & odire id quod proximum of-
fendit: Quoniam inter homines talis de-
beret eſſe unio, fraternitas, amicitia & pax
acſi omnes homines ſint unus homo &
eadem imago Dei. Ex diametro contra-
riū apparet: unus alterum deſpicit, offen-
dit, perimit, defraudat, odit, criminatur,
uilipendit, incendit & prorſus necat: in-
ter eos nec charitas uel amicitia: nec pax
uel concordia: nec fides uel fidelitas: nec
iuſtitia uel æquitas: ſed diſcordia, diſſi-
dium, diſceſſio, rancor, bellum ac omnia

inquietudo uiget. Quamq̄ interdum inter aliquos ſocietas appareat aut confiĉta charitas: hoc fit dumtaxat ex mala affectione uel gratia quæſtus, iuxta carnis deordinationem, contra diuinum ordinem. Ex præmiſſis ineptijs intelligi datur, hominem ultra debitum naturale, indies cadere in plura debita, tum ob dilationem naturalis ſolutionis: tum etiam ob nouam & crebram tranſgreſſionem. Etſi homo inpræſenti ſuo ſtatu (ad quē culpabiliter cecidit) minus idoneus eſt ad perſoluendum naturalia debita: nihilominus tamē deo obligatur: nam q̄ ipſe huiuſmodi debita integre uel partim reſartire nequeat: Huic impoſſibilitati ipſe cauſam præſtitit: non deus. Proculdubio in quantum homini abſq̄ ſua culpa impoſſibilitas accidiſſet, eam deus homini non improperaret. Ex quo autem impoſſibilitas ex hominis culpa obuenit, merito imputatur eidem.

3. ¶ Vltra prædicta bina debita, nempe naturalia & dilatoria, adhuc tria enormia debita grauant hominem: quæ poſt patrata peccata reſtant. Primum peccato peracto, ceſſat quidem peccati factum: ſed non culpæ reatus: qui inſcriptus eſt in lege domini & in mente angelorum iudicantium nullum peccatum iri impunitū: ſed pro eo condignam pœnam uel ſolutionem fieri debere. Principio ex Adæ præuaricatione ad ſuos poſteros tranſmigrat commune debitum: quo tenetur tota gens & natura humana: ideo a cęlo excluſa & ad infernum deſtinata erat. Illud commune debitum unica morte ſaluatoris ſolutum eſt atq̄ ſublatum: utpote cœlum apertum & infernus occluſus: ut ulterius generi humano Adæ tranſgreſſio non imputetur: nam ſicut idē genus primus Adam totaliter infecit: ſic ſecundus Adam Chriſtus iſtud communiter refecit. Secundum debitum comittitur originali peccato: in quod quilibet humanus ſpiritus, ſuæ carni infuſus, ſingulariter cadit. Pro iſto debito ſatiſfactum eſt per Chriſti paſſionem, inquantum eiuſdem paſſionis particeps fuerit ſpiritus per baptiſmum. Sicut humana natura per carnē Adę ſuos liberos, nempe omnes homines neci dat: ſic eadem natura in carne Chriſti ſuos liberos baptiſatos uitæ reſtituit: paulo ſcribente: Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Chriſto omnes uiuificabuntur. Tertium debitum contrahitur per peccatum actuale: quod deo inimicū eſt atq̄ puniendum morte ꝑpetua. Quod homo ſoluere nequit in re: luat in ſanguine. Ad hanc pœnam homo, ceu corruptor diuinæ ordinationis & communis naturæ, condemnatur ab omnibus creaturis in ſuo naturali ordine perſeuerantib. Idem debitum actualis peccati, uirtute crucis & paſſionis Chriſti, aufertur in ſacramentis baptiſmi & pœnitentię: dummodo peccator ſponte contritionem habeat & diſplicentiam de peccatis: quæ actu uoluntario & placito commiſit: utq̄ ſuam crucem poſt Chriſtum portet & eius præceptis ulterius obediat.

d.35.§.11. in fi.

1.Cor.15 infra me.

4. ¶ Ex cauſis premiſſis, ad hominis ſalutem neceſſaria eſt quadruplex ſolutio quatuor debitorum ultra debitum naturę originalis. Primum debitum eſt totius humani generis, ex tranſgreſſione primorꝫ parentum contractum: quod morte ſaluatoris plane ſublatum eſt. Secundum debitum eſt originale & ſingulorum hominum: quod pariter aufertur, mediante baptiſmo. Tertium deniq̄ debitum actualis peccati redimit uirtute paſſionis Chriſti & cooperatione hominis, mediante pęnitentia. Pro hijs itaq̄ tribus debitis dominus Iheſus ſua paſſione ſatisfecit: ut Chriſtifideles (modo tamen iam præhabito) non ſint rei debendi, ſed ab eiſdem tribus obligationibus abſoluti. A ligamine autem originalis naturæ nemo abſoluitur: tametſi eiuſdem defectum paſſio Chriſti reſartiat: nihilominus tamen debitores ſumus perpetuo cenſiti & naturaliter obligati ad dei timorem, amorem, honorem, cultum & ad omne obſequium exhibendum. Quem quidem cenſum & cultum comode perſoluere & exequi nequimus: niſi a prioribus tribus noxis prius ſimus abſoluti. Nam homo naturale debitum

præſtare

præſtare nequit dum ſpiritualiter mor-
tuus eſt: neq; deus confert gratiã ut uiuifi-
cet mortuum hominis ſpiritũ: anteq; de-
bitum, malicia hominis contractum: per-
ſoluatur & malefactor cum deo læſo re-
conciliatus fuerit. Chriſtus ergo de culpa
bilibus hominum debitis deo ſatisfecit:
Primo enim commune debitũ totius ge-
neris humani, cum ſua cruce abſq; quauis
cooperatiõe plane ſuſtulit. Secundi debi-
ti, nempe originalis peccati remiſſionẽ, im
petrari oportet fide & baptiſmate. Tertia
ſolutio pro culpa actuali eſt fienda per
pœnitentiam: qua a Chriſto impetramus
ſuæ paſſionis meritum & auxilium ſol-
uendi uel potius redintegrandi defectum
debiti naturalis. Quod a nobis penitus nõ
auferetur inæternum: Quinymo in huiuſ
modi debito naturali nihil ſatisfacere qui-
mus abſq; diuino auxilio: quod Adã pri-
mitus habuit ſed ſua tranſgreſſione ami-
ſit: propterea hominum obſequia apud
deum abiecta fuerunt: ſed iterum per
Chriſtum reſtaurata & deo accepta ſunt
facta. Dñs Iheſus confert gratiam bonũ
agendi & malum uincendi: præſertim
bonum debitum naturale perſoluendi:
prout ipſe pro nobis ubiq; ſatisfecit de om
nibus debitis culpabilibus. Nã ſua morte
a nobis ſuſtulit cõe debitũ totius generis
humani: ulterius uirtute ſuę paſſionis p ſa
cramẽta uult unũquẽq; abſoluere ab omĩ
labe originalis et actualis pcti; nec nõ de-
fectũ noſtrũ in ſolutiõe naturalis debiti refi
cere. Hmĩ imenſã gratiã offert nobis chri
ſtus uirtute ſuæ paſſiõis: q̃ totũ genus hu
manũ deo recõciliauit & gratũ fecit: ꝓpte
rea deo poſſunt placere oblatio, ſolutio &
reliqua bona opa hominũ, maxime eorũ
q gratię Chr̃i capaces ſunt atq; participes.
5. ¶ Hinc inſurgit quartum & grauiſſimũ
debitum pro dono immenſo: quo potiſſi
me quilibet Chriſtianus deo & redẽpto-
ri ſuo eſt obnoxius. In eodem quidem de
bito, ex omni parte infinito, nil penitus
perſoluere poſſumus: nũ deus ſuum uni-
genitum in carne nobis dedit & quottidie
dat in ſacramento altaris: necnon per paſ
ſionem eiuſdem filij extinxit noſtram im-
menſam culpam & æternam damnatio-
nem. Præterea immenſam gratiam no-
bis confert in ſacramentis medicinalibus:
præcipue participando nobis carnem &
ſanguinem filij ſui ac alia dona: in quib. er
ga nos diuinus amor ac infinitus theſau-
rus nobis oblatus manifeſtatur. Quobrẽ
uiciſſim obligati ſumus deo ad anthido-
ra, nempe ad refuſionem infinitam: quam
nos mortales deo exhibere nequaquam
ualemus. Noſtra igit̃ uice ſatisfacit Chri-
ſtus: qui ſeipſum, ceu donum immen-
ſum, per ſacerdotes in miſſa, pro omnibus
noſtris debitis, quottidie deo patri offert.
Quocirca eidem ſatisfactori noſtro ſpecia
liter obligati ſumus. Quæ quidem obliga
tio refuſionis longe maior & ponderoſior
eſt, quã obligatio naturalis: plus enim de-
bemus deo pro noſtrum recreatiõe ex in
finito nihilo, ideſt, ab æterna damnatio-
ne, quam pro noſtrum creatione ex nihi-
lo finito. Hoc patet ex uerbis domini, fa- Mat.14
tentis melius fuiſſe Iudæ, ſi non eſſet ho-
mo factus. Nam primum & naturale de-
bitum eſt ex utraq; parte finitum, conſide-
rata diuina gratia nobis finitis hominibus
conceſſa & rurſus conſiderato debito, in
quo nos finiti, deo naturaliter obligamur.
Secundum autem & tertium debitum,
in quibus ob noſtram culpam deo obliga
mur: ſunt finita ex una parte: qua nos fi-
niti debemus: ſed ex altera parte, qua
immenſum deum offendimus, ſunt infini
ta. Quartum uero debitum noſtræ re-
demptionis eſt infinitum ex utraq; parte:
offenſus enim eſt deus infinitus, qui nos
redemit per filium infinitum. Hoc do-
num recompẽſare eſt nobis impoſſibile.
Iſtud tñ ꝓ nobis Chriſtus deo recõpenſat
Igit̃ hoc debitũ, q̃ Chr̃o obligamur, eſt in-
ter reliqua debita difficilime pſoluẽdũ: In
eo, n, nõ ſufficit hominẽ ſuo creatori exhi-
bere cultũ amoris et honoris, quẽadmodũ
a natura obſtringimur: ſed etiã oportet ut Marc.10 in h.
ſuã crucẽ tollat et poſt ſuũ redẽptorẽ por-
tet, ĩ humili obediẽtia et patiẽti caſtigatiõe
Siquidẽ chriſtus ſe ꝓ tua ſalute caſtigauit:
multo iuſtiꝰ teneris te caſtigare ꝓ chr̃i ho
nore: ut tua erga ipſũ debita appareat gra
titudo & obſequium condignum.
¶ Chr̃o nequaq̃ ſatiſfacere potes; attamen

cauendum eſt, ne malam ſolutionem ſa-
cias, meritum ſuæ paſſionis neglecturus.
Et ſit mala ſolutio quadrupliciter. Prima
ſit coacte ſeruili timore: quæ eſt ſine fru-
ctu. Secunda ſolutio differtur uel penitus
a. 10. ſ.13 ante fi. obmittitur. Porro qui bonum omittit dā-
nificabitur: nam ei nec deus nec proxi-
mus bonum rependere ſolet: nec parti-
ceps ſit meriti Chriſti aut alterius gratiæ.
Si itaqꝫ bonum, utpote pœnitentiam in-
iunctam aut conſimile deo debitum per-
ſoluere omiſeris; cura id expedire, ne diu-
tius differas; ut reſiduum, quod tuas exce
dit uires, dominus Iheſus, merito ſuæ paſ
ſionis, ſuppleat & reſtauret. Qui pro ſua
uirili deo non obſequitur neqꝫ pro ſe &
reliquis creaturis inferioribus iuxta ſuam
poſſibilitatem naturale debitum perſoluit
neqꝫ diligentiam adhibet particeps fieri
meriti & paſſionis Chriſti: per quem na-
turalia & omnia cætera debita deo inte-
gre perſoluerentur & homini remitteren
tur: is peruertit omnem ordinem dei &
creaturarū totius orbis: nam omnis crea-
tura ordinata eſt uſqꝫ ad hominem: qui ul
terius ſe, pro ſe & reliquis creaturis, ſur-
ſū ad deū habet ordinare: alioquin amiſ-
ſurus ſuam ſalutem: ad quam finaliter de
ſtinatus erat.
7. ¶ Tertia ſolutio reliquis peior, ſit per hy-
pocriſim: qui ſe potius ligat q̄ ſoluit, pro-
prio honore affectus: foris quidem appa-
Math. 23. ante fi. ret hominibus iuſtus: intus autem plenus
eſt hypocriſi & iniquitate: quemadmo-
dum dominus in Matheo hypocritas acri
ter taxat. Quarta ſolutio eſt peruerſa &
peſſima illius, qui non ſolum bonum omit
tit, ſed etiam malum freque͂ter perpetrat,
malis operibus debitū culpę accumulās;
q̄ nequā ſit atqꝫ dei inimicus, corrumpēs
fidem in ſui baptiſmo præſtitam: non eni
pro uirili perſoluit naturæ debitum: ad
qđ deo obſtrictus exiſtit. Quippe actua-
le peccatum & debitum non poteſt ali-
ter lui quam per plagam æternam. Et ni-
ſi quis particeps fiat meriti & redemptio-
nis Chriſti: alioquin eum huiuſmodi
debitum æternaliter in inferno præmet
tanq̄ inimicum dei, ſemper deflexum uer
ſus nihilum. Inquirendum igitur eſt, qua
uia homini ſubueniendum ſit, ne pereat
in ſuis obligationibus: a quibus ſeipſum
nullatenus redimere poteſt.

QVINQVAGESIMVM TERTIVM CAPITVLVM. De ſatisfactione humani debiti.

Satisfactio eſt completio reſidui,
quod reſtat ſoluendum in obli-
gato: qđ homo naturaliter aut
incidenter deo debet. Debita principalia
ſunt duo: ut patet in Pſalmo: Declina a Pſal. 36
malo & fac bonum. Deſuper lata ſunt in
terdicta & præcepta dataqꝫ conſilia & do
gmata: quæ omnia homo nec obſeruat
nec cuſtodit, ſed prorſus peruertit, facien-
do malum & declinando a bono. Vnde
cadit in noua debita & plurifarias noxas
utpote a natura humana originali ad na-
turam corruptam beſtialem: a ſtatu inno
centiæ & gratiæ in culpam & iram dei: a
ueritate in falſitatem: a ſalute in pœnam:
a ſpe cœleſtis hæreditatis in moram æter
næ damnationis. In ſumma cadit homo
ab uniuerſis humanis uirtutibus in omnia
uitia. Quoniam peccator propriam ani-
mam maculat: deum offendit: quandoqꝫ
proximum conturbat. Propterea deo læ-
ſo in immenſum obligatur ad æternam
& infernalem pœnam & proximo reſar-
tire damna, oportet deniqꝫ animam pecca
tricem dilui arduis pœnis. Quippe poſt
ueram contritionem peccatum mox re-
mittitur unacum æterna pœna, in tempo
ralem tamen commutanda: quam homo
per ſe uel alieno ſuffragio temporaliter
luere habet uſqꝫ ad nouiſſimum quadran
tem: nempe donec integrum debitum ſo
lutum & omnis macula animæ deleta fue
rit. Hoc nuncupatur ſatisfactio: ſiquidē
in pleriſqꝫ ſcripturæ locis reperitur, poſt
actum & remiſſionem culpæ adhuc re-
manere reatum & maculam decætero
abolendam, prout in locis ſequentibus
patebit.
¶ Inprimis Adæ & Euæ contritis pecca- 2.
ta ſunt dimiſſa: ſed debita culpæ non ſub-
lata neqꝫ

ſata neq; in eorum perſonis neq; in ſuis po ſteris:qui adhuc hodie inedia laborant & morti expoſiti ſunt,ex culpa ſcilicet infe. ctæ carnis,deo ſuo ſemper inobedientis. Quapropter totam humanam gentem in continua pœnitentia & ſatisfactione ſi
Gene. 3 ſti oportet: Inquit enim dominus Deus ad mulierem:Multiplicabo ærumnas tu. as & conceptus tuos,in dolore paries fili. os & ſub uiri poteſtate eris, & ipſe dñabitur tui, Adæ uero dixit:Maledicta ter. ra in opere tuo:in laboribus comedes ex ea cunctis diebus uitę tuę:ſpinas & tribu los germinabit tibi & comedes herbas terræ:in ſudore uultus tui ueſceris pane tuo:donec reuertaris in terrã de qua ſum ptus es,quia puluis es & in puluerem re. uerteris. Hanc difficilem ſententiam tulit deus in totum humanum genus,ad ſatiſ faciendum pro debito originalis peccati. Cuius primus patrator Adã fuit:ſed om nes homines,ex Adæ natura propagati, debitores ſunt eiuſdem originalis labis, pœnam luituri temporalem: pro æterna quidem pœna dominus Iheſus ſatisfecit: ut patebit in capitulo proximo. Cęterum fratres Ioſephi,longe poſt pœnitentiã & remiſſionẽ ſui exceſſus, aduerſa ſunt paſ ſi,nempe in ſatisfactionem culpæ & dele.
Gene. 42 in me. tionem maculæ:ipſis fatentibus: Merito hæc,ſaduerſa patimur,quia peccauimus in fratrem noſtrum: idcirco uenit ſuper nos iſta tribulatio: en ſanguis eius exqui.
Nume. 12 ritur. Item Maria murmurans contra fra trem ſuum Moyſen percuſſa eſt lepra:a qua licet ad Moyſi preces liberata,fuit ta men extra caſtra ſeptem diebus ſeparata ad ſatisfaciendum pro debito culpæ.

3\. ¶ Moyſes & Aaron noluerunt firmiter
Nume. 20 in me. credere cuidam diuinæ promiſſioni: etſi eis pœnitentibus huiuſmodi diffidentia remiſſa eſt:nihilominus pro reatu fuerũt afflicti,ꝙ non poterant populum introdu cere in terram promiſſionis. Præterea Dauid poſt adulterium,ſibi pœnitenti re laxatum, uoluit maculam relictam ſatis.
Pſ 37 factione delere,dicens:Putruerunt et cor ruptæ ſunt cicatrices meæ:& non eſt ſani tas in carne mea:afflictus ſum & humilia tus ſum nimis:rugiebam a gemitu cordis mei:& infra,Ego in flagella paratus ſum & dolor meus in cõſpectu meo ſemper: quoniam iniquitatem meam annunciabo & cogitabo pro peccato meo. Item Na. Dani. 4 buchodonoſor rex horrendi ſui ſomnij interpretatiõem audiens, recognouit ſua peccata,proculdubio ob ſuam contritio. nem ei dimiſſa: ad Danielis perſuaſionẽ eadem ſua peccata elemoſynis redemit & iniquitates ſuas miſericordijs pauperũ deleuit,ut ignoſceret deus delictis ſuis. Deus inſuper ſuam ſententiam contra re gem ſeptem menſibus diſtulit: quo rex interea debita culpæ perſolueret: quicqd pœnitentiæ defuit,hoc completum eſt uſ q; ad dignam ſatisfactionem, per ſubſe. quentem plagam: nempe rex ab homini bus electus erat & cum feris habitabat:fe num quaſi bos comedebat & corpus eius infectum erat: donec capilli eius creſce. rent:quemadmodum in Daniele ſcriptũ habetur. Conſimiliter Niniuitæ pro ſuo Jone 3 reatu ſufficientem pœnitentiam egerũt. Plura exempla ueteris teſtamenti extãt: quibus apparet, poſt remiſſam culpam,re ſtare debitum dignę pœnitentiæ & ſatiſ factionis:iuxta Moyſi legem, continentẽ: Leui. 5 poſt princ. anima quę cognouit delictũ ſuum, agat pœnitentiam pro peccato & offerat de gregibus agnum ſiue capram:orabitq; ꝓ ea & pro peccatis eius ſacerdos,& dimit tetur ei. Ecce ꝗuis diuina miſericordia, ad contritionem & confeſſionem, tollit peccatum: pro reatu tamen & macula poſt peccatum relictis, diuina iuſtitia exi git pœnitentiam & oblationem ac ſacer. dotis orationem. Et quanto diutius huiuſ modi pœnitentia differtur,tanto plus de. bitum & uſura accumulatur.

¶ Deinde in nouo teſtamento attingitur 4. bifaria pœnitentia ſeu triſtitia:una contra peccatum perpetratum: altera de ſatisfa. ctiõe reatus. Hoc modo gauiſus eſt Pau lus,quia Corinthij contriſtati ſunt ad pœ 2 Cor. 7 nitentiam: poſtea plus contriſtati ſunt ſecundum deum. Hæc triſtitia eſt a deo & pœnitentiam in ſalutem ſtabilem ope ratur. Prior triſtitia (de qua Paulus lo.

quitur) eſt contritio in corde: qua Deus
peccata dimittit homini, nondum perue-
niendi ad ſalutem ſtabilem: donec debitū
ſolutum & macula ſeu cicatrix culpæ fue
rit abolita. Quare pro ſolutione debiti &
abolitione maculæ opus eſt altera triſti-
tia ad pœnitentiam et ſatisfactionem: quę
eſt caſtigatio corporis, turbatio mentis et
dolor de peccato perpetrato ac de reatū
poſt peccatum relicto: tunc demum adi-
piſcitur homo ſalutem ſtabilem. Ideo non
ſolum in ueteri (ut ſupra habitum eſt) ſed
etiam in nouo teſtamēto frequens fit mē-
Luce 3. ante me. tio de ſatisfactione. Imprimis ubi Iohan-
nes præcepit pœnitentibus: qui habet du
as tunicas, det non habenti: & qui habet
eſcas, ſimiliter faciat: item mercatoribus
ut nihil amplius ꝙ quod ipſis cōſtitutum
eſt, lucrentur: & militibus ut neminē con
cutiant neq; calumniam faciant. Huiuſ-
modi opera poſt eorum conuerſionem
ſunt ipſis iniuncta ad ſatisfactionem debi
Luce 1. torum. Zachariam proculdubio ſuæ in-
credulitatis pœnituit: ſed culpæ remiſſio-
nem adeptus, nihilominus mutitatē paſ-
ſus eſt in ſatisfactionem, eo ꝙ nō cito cre
Mar. 1. in ꝑ. didit angelico nuncio. Dominus Iheſus
quendam leproſum, ad eius petitionem,
mundauit: hoc eſt, deus peccatori, ad eius
contritionem, remittit culpam: ſed eidem
iniunxit ut oſtenderet ſe principi ſacer-
dotum et offerat pro ſui emundatione, uti
præcepit Moyſes. Per hoc dominus innu
it, neceſſariam eſſe ſatisfactionem atq; in
Act. 17 in ꝑ. ſcriptura annūciat hominibus ut oēs ubi
ꝙ pœnitentiā agāt: utpote peccata morti-
ficēt, itrinſecus cōtritiōe & triſtitia: extrin
ſecus cōfeſſione & operibus pœnitentiæ.
5. ¶ Q; aūt non ſola cōtritio interior ſuffici
1. Cor. 6 in ꝑ. at, ſed etiā pœnitentia ſatisfactionis exteri
or requiratur: clareſcit in Paulo nobis mā
dante: glorificate & portate deum in cor
Iohel. 2 poſt prin. de & corpore ueſtro. Itē in Propheta di-
cente: Conuertimini ad me in toto corde
ueſtro (poſtea ſequit' de extrinſeca cōuer
ſione) in ieiunio & in fletu & in planctu.
Item ſacrificiū. ſ. ſpūs & libamē. i. realis ob
latio dño deo nr̄o: canite tuba in Syon, ſan
ctificate ieiunium & eccleſiā &c. Iure di-
uino & naturali quibus obligat' ſatisfacē-
re pro præterita culpa & pro reatu poſt
culpam relicto: ſiquidē diuinus ordo nul-
lum malū relinquit impunitum. Ius natu Inſti. de iuſ.
rale tribuit unicuiq; quod ſuum eſt: pœ- & iure, §.
na autem eſt peccatoris propria: ei igitur præceptum
tribuenda uſq; ad completam ſolutionē
quæ eſt perpetua damnatio: Cui ceu infi
nito malo peccator ſubiacet. A quo qui-
dem malo homo non redimitur, neq; ad
hæreditatem amiſſam admittitur: neq; ei
cœlum aperitur nec Infernus clauditur:
niſi debitum naturale perſoluatur & de
relictis reatibus diuinæ iuſtitię ſatisfiat: Id
nuncupatur ſatisfactio: Quæ eſt bifaria:
una perfecta: altera imperfecta. Imperfe-
cta ſatisfactio fit peculiari pœnitentia: uel
alieno ſuffragio: utpote interceſſione cœ
licorum aut deuotorum mortalium: uel
etiam communibus eccleſiæ precibus: de
quibus infra ca. lxxxiij. Perfecta uero ſatis
factio fit hic ſufficienti pęnitentia aut ple
naria indulgentia: uel illic in purgatorio
uſq; ad nouiſſimum quadrantem: Sed u-
trobiq; uirtute paſſionis Chriſti.
¶ Specialiter animarum curatores dati 6.
ſunt ſpeculatores populi Chriſtiani: præ- Ezech. 3 in me.
ſertim ut moneant pœnitentes poſt cul-
pæ confeſſionem ſubire onus delendi ci-
catrices lepræ & perſoluendi reatum cul-
pæ: quo integre mundentur: nam domi-
nus Iheſus oſtenſum miſit mundatum le Math. 8
proſum ad ſacerdotem, nempe ut in eo in prin.
lepræ ueſtigia delerentur. Quippe ad de
lendum culpæ maculam & peccati rea-
tum, poteſt diuinæ iuſtitiæ in pleriſq; pœ
nis ſatisfieri: ut tn̄ eędem pœnæ ſponte ſu
ſtineantur. quēadmodū. n. actualia pecca
ta uolūtate peruerſa & amore ſui uel cō-
modo proprio ſunt perpetrata: ita pœni-
tentiā & ſatisfactionē fieri oportet ordi-
nata uoluntate & amore dei ad ſalutē ꝓ-
priam uel ad cōmodum ꝓximi: Alioquin
peccator contra ſuā uoluntatem pœnitē-
tiam ſibi aduerſam inuitus pati cogetur. Cę
terū in euāgē' ca pœnitētia poteſt ſe quis
intantū exercere, aut plagas aliaue incō-
moda uel legittimas pœnas ſibi iniūctas
tā patiēter ſuſtinere, ut deus oīne debitū
tempo-

temporale ei remittat omnemq; reatum deleat. In Euangelio deniq; nonnullæ ſiunt demonſtrationes: quibus maculæ & debita culparum abolentur uel alleuiantur: uidelicet eleemoſyna: ibi, date & dabitur uobis: item dimiſſione, ibi dimittite & dimittemini. Rurſus docuit dominus reatum culpę orationibus aboleri, dicens: petite & accipietis ut gaudium ueſtrum ſit plenum: quando enim dominicæ iuſtitię per orationes ſatisfactum fuerit, tunc auferetur obſtaculum perueniendi ad plena gaudia æterna. Præcipue quodcunq; petierimus patrem cœleſtem in nomine Chriſti, dabitur nobis, inquantum ſalutē noſtram concernit.

Luce 6

Johan. 16. ante fi.

Job. 15 in me.

7. ¶ Veruntamen omnes & ſingulæ prædictæ ſatisfactiones minime ſufficiunt ad tollēda debita hominum. Quibus adhuc cœlum occluditur quatuor ex culpis: quę ſunt omiſſio boni: Adę tranſgreſſio: cuiuſlibet hominis originale malum & quottidianum peccatum actuale. Primo prætermittimus diuinæ maieſtati pręſtare naturale debitum: ad quod diuina ordinatione & communi iure aſtringimur: ac ſiquis tibi gratis benefacit, uiciſſim teneris eidem benefacere ui iuris & ordine naturæ. Pariter ſeruus domino: filius patri obedientiam & obſequium ac reuerētiam exhibere obſtrictus eſt. Nos autem omnia, quæ habemus, accepimus a domino deo patre & creatore noſtro: cui nos uiciſſim iuſte & naturaliter obligamur, ſpontanea libertate exhibere omnem obedientiam, timorem, humilitatem, fidem, ſpem, charitatē, honorē & gloriā ac uniuerſum cultū ꝓuirili nr̄a. Quorꝫ tñ obſequiorꝫ nullū deo pſtamus, culpa irretiti.

8. ¶ Ad perſoluenda debita præmiſſa dn̄s dedit homini uires tum exteriores ueluti ſenſus corporis, tum etiā interiores .ſ. memoriam, intellectum & uoluntatem ſpūs, quibus quidem uiribus, ob carnalem noſtrum affectum, non utimur ad dei cultū ſed talentum domini repoſitum habem9 in ſudario mundiali, Quobrem de ore noſtro dominus iudicat nos tanq̄ nequam, ſcientes ſtrictum dei iudicium: ſed nihilominus abutentes uiribus noſtris plus ad terrena q̄ ad cœleſtia: plus ad laqueū q̄ ad ſalutem: ſic permanemus inopes debitores dei, tam in corpore q̄ in ſpiritu plectendi: qui noſtræ miſerię & inopiæ cauſam noſipſi præſtitimus quominus ſoluēdo ſimus: ideo corporaliter exactionandi. Et quanto diutius differtur ſolutio, tanto magis extenditur obligatio & debitorꝫ accumulatio, uſura indies increſcente. Quoties terminus ſolutionis præterit, toties cenſus multiplicatur: nam mora ſoluendi debitum exaggerat. Qui non ſoluit quod debet, is non ſolum in ſortē ſed etiam propter moram & maliciam, quia creditorem ſuum defraudat, condemnādus eſt. Neq; homo excuſatur ſuę inopię: qua minus pro condigno, poſſit in ſolutū deo exhibere ſufficientem timorem, amorem, honorem cæteraq; cultus obſequia: quoniam huiuſmodi inopiæ ipſe homo, non deus, occaſio eſt.

Luc. 19. in me.

¶ Secunda cauſa occluſi cœli, eſt commune malum: quo ob Adæ tranſgreſſiōem totū gen9 humanū ſtatu ſupnaturali ſibi deputato, i. ſine debito exutū eſt & in pœna Adæ de paradiſo miſſum in carcerem huius terræ: Ac ſi aliquis rex quendam militem, unacum uxore & liberis ſuis, decreuerit fore dotandum frugi feodo, inq̄tum ſtrenue certauerit. Idem autem miles profugus in regem felloniam committit: propterea a rege in tetrum carcerem mittitur tandem ad mortem iudicandus. Tota progenies, a milite & ſua uxore in tenebris propagata, priuatur luce & ſucceſſione promiſſi feodi. Conſimili modo totum genus humanum, a natura Adæ & Euę propagatū, in hac tenebroſa ignorantię ualle morari cogitur, orbatum cœleſti hęreditate, donec commune malum legittima pœnitentia fuerit ſublatum. 9.

Gene. 3. in fi.

Tertia culpa, ob quam cœlum clauditur, eſt originale peccatum cuiuſlibet ſingularis hois: cuius ſpūs carni infuſus (q̄uis inſcius) tamen mox contaminatur, exors cœleſtis hæreditatis: niſi idem ſpiritus ſacramento baptiſmi mundetur. Quarta cauſa noſtræ a cœlo excluſionis eſt cre-

berrima, propter innumera peccata no-
ſtra actualia quibus deum offendimus in
Prouer. 11 in me. infinitum. lege cauetur: qui detrahit regi,
ipſe ſe in futurum obligat, quo igitur uin
culo ſe ligat qui detractione & mala ope
ratione ſuum altiſſimum regem temera
rie offendit? Quamdiu prædictarum cau
ſarum una aut plures indeletæ manent
nec integre auferuntur nec diuinę iuſti-
tię ſatisfit: interim omnibus & ſingulis ho
minibus cœlum eſt clauſum & infernus
apertus: ut nemo adipiſcatur optatum fi-
nem: ad quem ordinatus erat ſed ab eo
per culpam lapſus eſt, ideo puniendus
uenit.

10. ¶ Cum itaq; uniuerſa & ſingularis huma
nitas ſummum & infinitum bonũ offen-
derit diuinumq; & naturalem ordinem
diſſipauerit, temerarie peccando: Diuinę
igitur iuſtitiæ ordo uiciſſim requirit infi-
nitam recompenſam: uel inquantum ho-
mo ſoluendo non eſt, ut in corpore & ani
ma æternaliter plectetur: quæ quidem
æterna pœna etiam cenſetur eſſe ſatiſſa-
ctio. Quippe pro hominis culpa & reatu
ſatisfieri non poteſt aliter ꝙ perſoluendo
aut recompenſando aut obſequendo aut
pœnam ſuſtinendo. Præterea deo diſpli-
cet peccatum: quod non aboletur, niſi ui-
ceuerſa aliquid deo ęque placitum exhi-
beatur. Homo autem ex propria malicia
& peruerſiõe ac defectu ſuarum uirium,
nullum præſcriptorum obſtaculum ſuæ
ſalutis per ſe deponere neq; aliquid debi-
torum perſoluere poteſt: nam offenſionis
conditio & æquitas exigit recompenſam
fieri iuxta offenſæ perſonę qualitatem.
Quamobrem homo, Deum immenſum
offendens, ad immenſam tenetur recom-
penſam: quę eſt impoſſibilis homini ceu
inopi & annihilatę creaturæ: qui extra ſu
um nihilum (e quo creatus eſt) nõ habet
quicꝙ proprij, quo deum placare ualeat:
ſiquidem cum ſua propria nihileitate nõ
meretur aliud ꝙ ſui damnationem. Etſi
homo adeo habeat liberũ arbitrium: illud
tamen non ſibi appropriare neq; in ſolu-
tum dare, ſed deo reſtituere debet tanꝙ
inpignoratum eidẽ, a quo eſt: alias homo
iure & natura obſtrictus eſt, in omni actu
ſuum arbitrium libere & ſponte in deum
deflectere & illud tanꝙ mancipiũ, ſynce-
ra charitate & obedientia deo offerre.

¶ Equidem tanto pondere alieni ęris gra 11.
uatur homo: ut nequeat ſe exoluere neq;
de eo ſatisfacere, niſi cum immenſa pœ- ſ. 65. §. 1 in prin.
na ęternę damnationis: nam inops debi-
tor quod non poteſt ſoluere in re, hoc lu-
it in corpore tanꝙ ſeruus noxæ. Deo au-
tem ſatisfacere nequit homo: qui ſeruus
eſt peccati: quod dominatur ipſius, iuxta
illud: Omnis qui facit peccatum, ſeruus Joh. 8. in me.
eſt peccati. Homo igitur peccati reus ca-
ptiuandus eſt infernali carcere, ibi ꝓ cul-
pa & reatu perpetuam pœnam luiturus
in corpore & ſpiritu: quoniam alterutro
peccata commiſit. Cæterum inueſtigari
oportet, quomodo homini ſit ſubuenien-
dum & deo ſatisfaciendum ęternaq; dam
natio euitanda. Id quidem fieri nequit ꝑ
aliquam creaturarum: quæ omnes et ſin-
gulæ ſunt finitæ ac inſufficientes infinitũ
reddere debitum. Porro deus ſolus infi-
nitus eſt & potens (ipſum autem non de
cet) ſoluere debitum noſtrum: quo offen
ſus eſt ipſe: cui a nobis ſatisfactio debetur.
Excogitandum ergo eſt, qualem oporte-
at eſſe hominis redemptorẽ: qui immen-
ſa debita perſoluere, maculas delere, æter-
nam pœnam tollere, hominem deo recõ
ciliare & perfecte ſatisfacere ualeat.

QVINQVAGESIMVM QVARTVM CAPITVLVM. De ſatiſfactione debiti humani.

GEnus humanum pro ſeipſo eſt
deo æterno multifariam obno-
xium in immenſo debito, omni
quidem modo ſine diminutione perſol-
uendo. Et licet ſolutio eiuſdẽ debiti ſit ul-
tra uires hoim: ex ſupranotatis tñ intelli-
gitur alicubi eſſe poſſibile pro hmõi de-
bito ſatisfieri: nempe per aliquem qui de-
us eſt pariter et homo. Naturale enim ius
exigit ſolutionem fieri per eum qui de- De hoc ſ. 10. §. 10. & Kat. Sen. c. 14. §. 3
bet: Oportet igitur ſoluentem eſſe de
genere

genere humano,quod debet. Cum autē
debitum ſit immenſum neceſſe eſt ut ſol-
uens ſit immenſe diues & potens in infi-
nitum,Sequitur ergo, qui debitum hu-
manum tollere uelit,deus ſit:qui ſua om-
nipotentia immenſe ſatisfacere poſſit: ſit
quoq; homo: cui ex charitate & obedien
tia ſatisfactio libere et ſponte incumbit,ſit
c.16.§.9. deniq; una dumtaxat perſona,non duæ:
alioquin ſi in ſatisfaciēdo una perſona de-
us,altera homo eſſet:deus faceret actum
diuinæ dignitati non congruētem: & ho-
mo ſe intromitteret agere quiddam ſibi
impoſſibile. Noſter ergo redemptor ne-
ceſſario eſt una perſona, perfectus Deus
& naturalis homo:nō de nouo formatus,
quemadmodum primus Adam:ſed ex
eiuſdem Adæ genealogia propagatus.
Gratior eſt debiti ſolutio,quæ fit per co-
gnatum pro cognato, ꝙ quæ fit per alie-
nigenam pro alieno. Humano itaq; gene
ri plurimum conuenit, ut ex ſe ſuus pro-
ducatur redemptor,quaſi unus ex eo ge-
nere, e quo & reatus profluxit.
2. ¶ Humano generi,in æternæ mortis ne-
ceſſitate iacenti, nemo ſubuenire potuit
ꝙ ſupremus homo:quem filius dei in ſuā
c.19.§.6. perſonam aſſumeret:de quo ſupra.In cō
ſilio igitur diuinę trinitatis decretum eſt,
per eundem deificum hominem,lapſum
humanum genus ſubleuandum eſſe atq;
ad finem ſibi deſtinatum reducendum.
Eiuſdem inſuper theotici hominis aduen
tum deus per Patriarchas & Prophetas
aliiſue uiis ꝙ pluribus reuelauit ac promi
ſit:quo imperiti mortales memores eſſent
ſuæ indigentiæ & deſuper diuini adiuto
rii:bona fide firmaq; ſpe huiuſmodi adiu-
torium & ſuum redemptorem expecta-
turi,Tandem deus per Iohannem digito
Iohan.1. demonſtrauit nobis Iheſum dicens: Ec-
ce agnus dei qui tollit peccata mundi. At
qui duæ fuerunt pręparationes ad ſuſci-
Luce 3. in fi. piendum Chriſtum neceſſariæ:una per
ſeptuagintaquatuor patriarcharū genera
tionem:qua humana natura redderet̃ ca
pax,ut ex ea Chriſti corpus propagaret̃:
altera per uirginis Mariæ puritatem:qua
Chriſti corpus adaptaretur uniri cum fi-
lio dei in una hypoſtaſi. Abſq; eiſdem am
babus adaptionibus homines minus ido
nei fuiſſent,ut ex eis & ad eos ſaluator ꝓ
ueniret. Præterea deus miſſionem eiuſdē
ſaluatoris diu diſtulit:quo maiori affectu
eum expectemus: nam quo diutius aliqd
differtur,eo feruentius diligitur: quo ma
gis diligitur,eo lætius ſuſcipit̃:ueluti ſcri-
ptum eſt:Tu uero repuliſti & deſpexiſti Pſal.89. ante fi.
.ſ.homines, ideo diſtuliſti Chriſtum tuū: Pro.13. poſt prin.
item Spes quæ differtur, affligit animā. Pro.26. poſt prin.
Item Sapiens differt & reſeruat impoſte
rum.At quod differtur,non aufertur.
¶ Deus itaq; diutius diſtulit mittere no- 3.
ſtrum ſaluatorem: cuius ſemen prius pu
rificandum erat per lxxiiii. patriarchas:ut Luce 3. in fi.
pote ab Adam uſq; ad Ioachim ſocerum
Ioſephi & genitorem Marię,naturalis ge
nitricis Chriſti:tunc primum uenit pleni Gala.4 in prin.
tudo temporis:quo miſit deus filium ſuū
factum ex muliere, nempe corpus Chri-
ſti factum ex cordiali ſanguine Mariæ.
Quemadmodum natura & influentia to-
tius firmamenti(qua alioquin omnia ani-
malia cæteraq; elementata formant̃) ne-
quit humanam formare naturā:quam de
us ſpecialiter in Adam formauit: ita tota
natura humana nō potuit producere hu
manitatem Chriſti:niſi prius ſpiritusſan-
ctus eius formauerit ſemen. Item quēad-
modum deus ab initio creationis omnia
corporalia perfecit propter humanā na-
turam:qua eadem corporalia fuerunt cō-
cluſa:ita in natura humana omnia opera-
tus eſt propter dominum Iheſum,ceu cō
plementum totius humanę naturę. Item
quemadmodum deus corporalem natu-
ram paulatim exaltauit, donec fieret ca-
pax ex ea ꝓduci corpus humanū: ita in
natura humana ex oībus hoībus unā ele-
git ꝓgeniē pr̃iarcharū, ab uno imperfe-
cto homine ad aliū aſcendēdo: donec pfe
ctus homo Iheſus Chriſtus ex eis erat na
ſcendus. Primus Adā eſt initiū: Chriſtus
eſt finis oīm hoīm:ſup̃ quos ordinatus eſt Ps 8.
Chriſtus,ſicut homo ſuper oīa animalia.
¶ Modo inueſtigandæ ſunt conditiones 4.
nr̃o redēptori neceſſarię. At prius ſciri o-
portet, humanū genus exutū eſſe q̃tuor

bonis iterū recuperandis. Primum eſt prę
rogatiua & decor altioris ſtatus: in quem
homo ultra cæteras creaturas in paradi-
ſo locatus fuerat: ſed inde deorſum ceci-
dit in ſtatum iumentorū inſipientium &
Pſal. 48. ſimilis factus eſt illis. Hic caſus eſt irrecu
perabilis. Secundo amiſit homo puritatē
originalē, lapſus in carnis immundiciam:
Eſai. 64. unde facti ſumus ut immundi oēs. Hmōi
immundicia a ſpū, non a carne hic tolli
poteſt. Tertio homo ueſtitus erat innocē
tia: qua nunc exutus eſt, teſte ſcriptura:
Exo. 34 nullus apud te per ſe innocens eſt. Quar-
poſt prin. to extra amicitiam dei homo eſt: Nā ait
Iaco. 4 Iacobus: Amicitia huius mundi inimica
in prin. eſt deo: quicunq; ergo uoluerit amicus eſ
ſe ſęculi huius, inimicꝰ dei cōſtituitꝰ. Am-
bo iam ſcripta bona depdita, nēpe innocē-
tia & dei amicitia, poſſunt hic reparari p
idoneum mediatorē: qui deus ſit & ho-
mo ac ſponte nos redimere uelit ab omni
malo: in qđ peruerſe cecidimus. Talē re-
demptorem deus pater ſe miſſurum cre-
Heb. 6 bro et longo tempore promiſit: ut in plu-
ante fi. ribus ſcripturę locis habetur.

5. ¶ Sequuntur modo redemptoris con-
ditiones: quæ omnino cōgruere debent
diuinę dignitati & hūanæ puritati ac con
uenire paſſibili humilitati: ut tñ hmōi hu-
militas minime deroget diuino honori,
neq; in redemptoris contagium redun-
1. Theſſ. 5. det. Prima itaq; conditio eſt: Ne noſter re
in fi. demptor in aliquo proprio malo uel ſpe
cie mali ſit deo obnoxius: alioquin nequi
ret pro noſtro malo ſatisfacere nec quic-
q̃ a deo nobis impetrare: qui pro ſeipſo
ueniam petere haberet. Secundo omni-
bus hominibus ob generalem tranſgreſ-
ſionem deo diſplicentibus & in diuina ira
exiſtentibus, neceſſarium eſt ut homi-
num reconciliator unacum ſuo munere
offerendo, beneplaceat deo, ipſo proteſtā
Math. 3 te: Hic eſt filius meus dilectus in quo mi-
in fi. hi complacui. Tertio oportet ſatisfacto-
rem immenſe diuitem & omnipotentem
eſſe: qui noſtra immenſa peccata auferre
& omnia debita ſuperogare poſſit: plus
enim q̃ perdidimus, nempe cœleſtem hę
reditatem, nobis impetrare habet: Ergo
neceſſe eſt ut ſit deus immenſus & homo
uerus: qui peccata & debita noſtra ſpon-
te & humiliter portet atq; perſoluat. Fa-
cta ſolutione, tum obex remouetur & ho
mo cum deo reconciliatur. Quarto, Om
nes homines pro ſui corruptione, coitu
concipiuntur & in carnis generanī im-
mundicia: quę eos aſſidue ſequitur et im
pellit de una contagione labi in aliā. Quo
circa exigitur: qui pro impuris ſatisface-
re & eorum impuritatem delere præten-
dit: ſit ubiq; mundus ſine omni macula, nē
pe ſine humano ſemine conceptus & pu-
riſſimæ ex caſta uirgine natus: ut nullam
a ſua genitrice contagionem contrahat.
Nam qui tetigerit picem: inquinabitꝰ ab Eccl. 13.
ea: & ab inmundo nihil mundabitur. Hu Eccl 34. in prin.
iuſcemodi conceptio & natiuitas pura
conuenit redemptoris humanitati: quæ
ultra omnes cęteras creaturas exaltata eſt
uſq; adeo ut potuerit uniri cum perſona
filij dei. Quamobrem firmiter credendū Damaſcen.
eſt, dominum Iheſum non ex humano ſe
mine neq; ex carne factum, ſed ex ſubtiliſ
ſima ſanguinea gutta Mariæ, a ſpiritu ſan
cto formatum & in uirgineo utero con-
ceptum eſſe. Id uero elogium (filius fa-
ctus eſt ex ſemine Dauid ſecundum car Roma. 1. in prin.
nem) refertur ad eandem guttam: quæ a
Dauid prouenit: ſicut limus, de quo pri- Gene. 2 poſt prin.
mus Adam formabatur, e terra ſumptus
eſt. Chriſtus itaq; ſecundum diuinam na-
turam æternaliter generatur a deo patre:
ſecundum animam creatus eſt: ſecundū
carnem factus ex Maria, quaſi eductus
de limo terræ: cui deus dedit uirtutē con Sap. 10. in prin.
tinendi omnia.

¶ Ex præmiſſis apparet, noſtrum redem 6.
ptorem neceſſario eſſe deū & hominem
in una perſona. Quæ in toto uniuerſo nul
libi reperitur q̃ in domino noſtro Iheſu
Chriſto, omnes creaturas concludente:
qui ſimul deus eſt & homo, ac potens ſa-
tisfacere pro genere humano: prout ſe in
tromiſit & noſtrū reatum ſponte aſſum-
pſit, ac Petrum eius paſſionem impedien
tem increpauit dicens: An putas quia nō Math. 26
poſſum rogare patrē meū & exhibebit poſt me.
mihi modo plus q̃ duodecim legiones an
gelorum?

gelorum: sic oportet fieri, nempe homi-
num redemptionem, Imprimis quęritur,
Cum quam diuinis persona humanitas
redemptoris ſit unienda: uerum quidem
nulli diuinæ perſonæ congruit hominem
ſuſcipere & hominis filium fieri, præter-
quam perſonæ filij dei: in quo ſunt non-
nullæ conditiones humanę naturæ conue
nientes, Quemadmodum filius dei æter-
naliter procedit a deo & ex deo patre: ita
homo procedit a deo ſed ex nihilo. Om-
ne quod filius dei habet, habet a patre:
cuius æterna & immēſa ac intrinſeca ima
c. 7. §. 3. in fi. go eſt ac naturalis ſecundum deitatem fi
lius, Similiter conuenit, ut idem filius ſe-
cundum humanitatem naturalis proles
ſit Marię, ac etiam temporalis & dimenſa
ac extrinſeca imago dei, Non conſonat,
perſonam patris aut ſpiritus ſancti nuncu
pari filium hominis, & in diuinis alium eſ-
ſe filium: uel Chriſtum in humanitate,
non in diuinitate, eſſe imaginem dei: Ap-
te uero dicitur Chriſtus æterna & tem-
poralis imago: pariter & filius dei ac etiā
filius hominis Mariæ,

7. ¶ Secundo quæritur, An prædictus de
Joh. 1. ante fi. cœlo mittendus uenerit, nec ne: Illum iu
dæi Meſſiam nuncupant: nos Chriſtum:
Joh. 4. in me. quēadmodū Andreas ad Petrū: Inueni-
mus Meſſiā, quod eſt interpretatū Chri-
ſtus: Et mulier penes puteū ad dominū:
Scio q̄ Meſſias uenit qui dicitur Chriſtus
Iudęi pſumunt Meſſiā nondū ueniſſe, ne
q̄ corporaliter uenturū ſed miraculoſe ap-
pariturū: fundant ſe ſuper ſcriptura, con-
tinēte quidē Meſſiæ aduentū: ſed cum nō
nullis circūſtantijs hactenus non comple-
tis, Credunt unum ſolū Meſſiæ aduentū:
non diſcernentes q̄ Chriſtus non tantū ſe
mel ante, 1527. annos corporaliter et ocul
te uenerit ad eccleſiā redimendā: ſed etiā
Ps. 49 in prin. ſecundo ueniet ſpiritualiter tm̄ & manife
Amos. 9 ante fi. ſte contra antichriſtum, ad ſuſcitandū ta-
bernaculum qd̄ cecidit, i. ad eccleſiam re
Esa. 3 post me. formandam: tandē extrema die ſimul ſpi-
ritualiter & corporaliter tertio ueniet iu-
dicare terram utpote ad eccleſiam iudi-
candam, De quo quidem trifario aduen-
tu ſcriptura indeterminate loquitur: ut

patet in tractatu de onere eccleſiæ, Q̄ au- De onere eccles. c. 62. §. 4
tem Iudæorum Meſſias noſterq̄ redem- et per to.
ptor & ſatisfactor corporaliter uenerit &
is indubitatus ſit Iheſus Chriſtus Mariæ
unigenitus: uerus deus & homo: manife-
ſte clareſcit in ſcriptura noui & ueteris te- c. 10. §. 4
ſtamenti: ut ſupra notatum eſt: Nam om et §. 1.
nis doctrina & conatus Chriſti dirigitur
ad prohibendum mala et promouendum
bona, cum promotione uirtutis & pro-
miſſione ſalutis,

¶ Inter omnes homines ſolus dn̄s Iheſus 8.
inuentus eſt iuſtus & idoneus ad ſatisfa-
ciendū pro noſtris delictis: teſte Propheta
Omnes declinauerūt, ſimul inutiles facti Psal. 13
ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt uſ
q̄ ad unum, nempe Iheſum chriſtum, Ne
autē ſolus ſit iuſtus & totam hęreditatem
cœleſtem poſſideat, uoluit cæteros homi
nes pariter ſaluare ac iuſtos & cohære-
des ſuos facere, Hoc patet in titulo inſcri-
pto: Iheſus Nazarenus rex Iudæorum: Joh. 19. in me.
Primo Iheſus eſt ſaluator, humanum ge-
nus peccatis ſauciatum ſanans & peccata
tollens, Secundo per ſuam gratiam iniu-
ſtos & condemnatos iuſtificauit & a ſen-
tentia damnationis æternæ abſoluit: ideo Math. 2 in fi.
Nazarenus uocitatur, qui per gratiā nos
ungit, Tertio, quoniam deus ait: Dabo Esa. 22 in fi.
clauem domus Dauid, id eſt, cœleſtis re-
gni, ſuper humerum eius ſcz Chriſti, &
aperiet: Chriſtus igitur aperuit cœlum &
in eo hominibus manſiones aptauit, dicēs:
uado parare uobis locum utpote in cœ- Johan. 14 in prin.
lorum regno: ideo nuncupatur rex Iu-
dæorum, Hoc & ipſe Iheſus confeſſus
eſt, dum Pilato interoganti, an eſſet rex
Iudæorum, reſpondit: tu dicis, Antea de- Mat. 17. post prin.
niq̄ iactitauit ſe, ceu filium hominis, extre Mat. 25 ante fi.
mo die, in maieſtate ſua uenturum iudi-
care iuſtos & iniuſtos ac unicuiq̄ retri-
buere iuxta eius meritum, Huiuſmodi
promiſſa, comminata & iactitata non pu-
ro homini ſed deo potius conueniunt,
Neceſſario ergo concluditur, dominum
Iheſum eſſe deum & hominem ac cer-
tum dei miſſum, nobis olim promiſſum,

¶ Doctrina Criſti, p̄ ſe & ſuos diſcipulos 9

In toto orbe enunciata, unacum Chriſtia-
na religione eſt diabolo & malignis homi
nibus directe contraria: ut nemo poſſit
dubitare quin eadem doctrina & fides
Chriſtiana a ſpiritu ſancto emanauerit
atq; dominum Iheſum eſſe uerę Meſſiam
a deo miſſum & unctum: qui noſtra pec
cata tollit & pro debitis noſtris uelit ac
poſſit diuinę iuſtitię ſatisfacere. Alioquin
ſi dominus Iheſus nō eſſet miſſus dei nec
uerus ſed falſus & fictus Chriſtus: cōtra
diabolum & ſuos complices tam acriter
non pugnaſſet, neq; ſuis diſcipulis certa-
re præcepiſſet. Ipſe autem uerbis docuit
& operibus cōprobauit ea quæ de Chri-
ſto patriarchæ & prophetæ pronoſtica-
runt & ſacra ſcriptura adhuc ubiq; ponit,
ſequitur ergo Chriſtum Iheſum uere a
patre deo eſſe miſſum. In ſuis inſuper mo
ribus, ordinationibus, ſermonibus & ge-
ſtis, ante & poſt ſuam paſſionem habitis,
ubiq; reperitur, quid nobis agendū, quid-
ue omittendum ſit. Quippe omnis Chri-
ſti actio noſtra eſt inſtructio. In Chriſto
deniq; inueniuntur omnia uera eſſe atq;
c.9.§.1. completa, quæ de noſtro redemptore &
et per 10. ſatisfactore olim conſcripta & propheta-
ta ſunt. Omnes deniq; boni Chriſtifideles
firmiter credunt & ab omnibus affirma-
tur, nemine dubitante: quin Iheſus Chri
ſtus ſit uerus Meſſias, a deo miſſus, & un
ctus mediator inter deum & homines: de
quo ſcriptura loquitur: quem ueteres ex
Roma.1. pectauerunt patres: quibus illum deus p
in prin. prophetas & ſcribas promiſit: quem tan-
dem ipſe pater præſentialiter proteſtatus
Marci 1. eſt dicens: Tu es filius meus dilectus, in te
post prin. complacui. Item clarificaui nomen meū
Joh.12. in me. ideſt, filium meum, & iterum clarificabo.
Idem quoq; cœleſtis pater ultra. 1 5 2 >.
annos hactenus ſuſtinuit per apoſtolos et
ſuos ſequaces: per confeſſores & anima-
rum curatores, Chriſtum publice denun-
ciari: qui ipſum ceu filium dei acceptaue
runt & noſtrum ſaluatorem, redemptorē
ac ſatisfactorem eſſe indeſinenter procla
mauerunt: deſuper ſancti martyres mor-
tem ſubierunt: caſtæ uirgines ſuam pu-
dicitiam Chriſto uti ſponſo ſuo dedicaue

runt. Omnia & ſingula præmiſſa eſſe in-
concuſſa uera, concludit uniuerſa eccle-
ſia per totum terrarum ſpacium: ut ulte-
rius nullus rationis capax dubitare ſeu
aliter credere ualeat, quin irrefragabiliter
uerum atq; certum ſit omne quicquid a
Chriſto eſt.
¶ Non ſolum præmiſſa, ſed etiam plura 109
alia credere iubemur: nempe ut nullus c.2.§.9
homo a ſuis immenſis debitis abſolui nec in prin.
ſaluari poſſit: niſi pro eo dominus Iheſus
ſatisfecerit. Qui hoc non credit, expers
erit paſſionis & meriti Chriſti: quoniam
iuxta regulam Chriſtianam, qui deum lę
dit, in malum culpæ & æternæ damnatio
nis labitur: a quo nec redimi nec pro eo
ſatisfieri poteſt, niſi per deum: qui etiam
homo ſit: Hic eſt Chriſtus uerus deus & Luce 2.
homo, poſitus in ruinam peccatorum & post me.
in reſurrectionem multorum in Iſrahel:
iuxta Symeonis prophetiam. Qui ceu ui-
uus deus peremit mortem, & ceu fortis Luce 11
plaſmator ſuperueniens uicit diabolum ante me
& uniuerſa eius arma abſtulit. Præterea c.11.§.8
credi oportet, Chriſtum pro ſalute noſtri in prin.
aſſumpſiſſe mortalem carnem: in qua
natus & paſſus, crucifixus & mortuus eſt
ac reſurrexit & aſcendit: unacum pluri-
bus alijs fidei articulis: Illa omnia domi-
nus Iheſus operatus eſt ad ſatisfaciendū
pro noſtris culpis. Inſuper conſideranda
ſunt ſacramenta & decreta per ipſum do-
minum & per ſuos uicarios ſeu miniſtros
inſtinctu ſpiritus ſancti, appoſita in dei
honorem & in noſtrorum debitorum ſa-
tisfactionem. Quicquid noſtris operibus
& uiribus deeſt, hoc per ſacramenta com
pletur & reſtauratur uirtute meriti Chri
ſti uſq; ad dignam ſatisfactionem. Qua-
propter eccleſia officioſe nititur hominē
a malo auertere & ad bonum adigere uſ-
q; ad finem ſuæ ſalutis: ob quā a deo crea-
tus & per Chriſtum redemptus eſt.
¶ Ex cauſis ſupra anotatis Chriſtifideles 110
plurima gratitudine affici debent erga ſu-
um redemptorem & ſatisfactorem domi
num Iheſum Chriſtum: cuius uera fide
ipſi ſunt imbuti, propterea obſtricti eidē
credere, inhærere, obſequi & ſuis manda-
tis obedi-

tis obedire. Siquidem Chriſtus pro nobis
ſatisfecit: æquum eſt, ut ſuæ legi pariter
ſatisfaciamus, & eccleſiam eius ſponſam
cum ſuis decretis accepiemus: quo filij &
membra ipſius ſimus perpetimq; manea-
d.1.§.7. mus, Quicunq; illum redemptorem ne-
i 1 ſi. glexerit (ueluti infidelis) is iuſte abijcien
dus eſt & in ſuo malo derelinquendus,
Multomagis eſt cōdemnandus qui Chri
ſtum & eius eccleſiam contemnit, uelut
d.5. §.6 hæreticus. Porro infideles non excuſan-
in prin. tur etiamſi inſcij negligant Chriſtum: cu-
ius doctrina & religio, progenitoribus eo
rundem ubiq; terraq; olim publicata fuit:
quam ipſi infideles aut ſui anteceſſores, in
damnum ſuum perperā ſpreuerunt, per-
manſuri in obduratione ſua & damnatio
ne æterna; iuxta illud Athanaſij: Quicun-
q; uult ſaluus eſſe, ante omnia opus eſt ut
teneat catholicam fidem: alioquin ſaluus
eſſe non poterit, Chriſto idipſum aſtipu-
Joban.12 lante: Qui credit in me, credit in eum qui
in ſi. miſit me: & in tenebris non manet: ſed ſi
quis audierit uerba mea & non cuſtodie-
rit (ſicut hæreticus) aut qui omnino non
Job.3. in me. credit (ſicut paganus) iam iudicatus eſt,
Job.15 in ſi. quia non credidit in nomine filij dei. Vlte
rius ait dominus: Si non ueniſſem & locu
tus fuiſſem eis: & ſi opera non feciſſem in
eis quæ nemo alius fecit: peccatum non
haberent. Nunc autem nihil excuſationis
prętendere poſſunt: Nam Chriſti doctri
na, religio & ueritas continue annuncia-
tur in ſacra ſcriptura, quæ ſemper loquitur
per concionem: acetiā ueritas mouetur in
cuiuſlibet hominis ratione & conſcientia
qua a natura docemur, ſpiritui, non carni,
eſſe inhærendū: quod in ſola Chriſtiana
religione & in nulla aliena ſecta traditur.
Joban.8 in ſi. Abrahā gauiſus eſt quando in ſpū Chri
ſtum uidit: Multo plus debet Chriſtia-
nus gaudere uera fide apprehenſa: pari-
ter & dolere & orare pro infidelibus, in
fide illuminandis. Præterea gratulan-
dum eſt humanæ naturæ: in qua extat
IHESVS CHRISTVS deus &
homo dominus omnium creaturarum:
qui ſuo ſyncero amore humanam natu-
ram a malo redemit ac diuinæ iuſtitiæ
pro omni reatu noſtro ſatisfeci: nobiſq;
ſuam gratiam, charitatem, pietatem &
multiplicem miſericordiam liberaliter im
partitur in ſacramentis ceteriſq; ſuis quot
tidianis elargitionibus.

¶ Qui ſuis immenſis delictis perplexus, 12
putat per CHRISTI miſericordiam
non poſſe ſatisfieri diuinæ iuſtitiæ im-
menſæ: ſciat: In CHRISTO diui-
na miſericordia & ueritas, id eſt iuſtitia Pſal.84
obuiant ſibi & ſe mutuo compatiuntur.
Hac modulatione: In actu ſatisfactionis
extenditur diuina miſericordia ultra iuſti
tiam: Quamuis enim deo immenſo læſo,
etiam læſio immenſa cenſeatur, ideo per
iuſtitiam ſine menſura eſt luenda: rea-
tus tamen poſt culpam relictus requirit
pœnam dimenſam ex parte peccatoris,
qui eſt creatura finita. Diuina igitur
iuſtitia in una parte eſt finita, in altera
infinita: miſericordia autem ex utraq;
parte infinita eſt: emanat enim a Deo
infinito per CHRISTVM me-
diatorem in hominem & rurſus ab homi
ne in deum per CHRISTVM ſatiſ
factorem infinitum. Eo modo in eccle-
ſia mediante plus operatur dei miſericor-
dia quam iuſtitia: maxime præſenti gra-
tiæ tempore: in quo poſſumus conſequi
miſericordiæ menſuram ſuperefluen-
tem: Interea iuſtitia partim ſuſpendi-
tur: Nam pius deus hic differt pecca- Luc.6. poſt me.
toris ſuppliciū ut a peccatis deſiſtat & ad
condignam conuertatur pœnitentiam.
Hominis quidem arbitrium eſt in hoc
ſæculo inſtabile & frequenter mutabile:
cuius meliorationem Deus præſtolatur
ex nimia miſericordia nullibi deficiente.
tarditas tamen ſupplicij hic prorogati, il-
lic grauitate compenſabitur. Poſt hanc
autem uitam, hominis arbitrium ultra
non mutabitur, ſed quemadmodum hinc
egreditur: ita perpetim firmabitur. Si-
quidem homo moritur bona uoluntate,
nempe in charitate Dei & proximi: fi-
nem facit ad ſalutem in CHRI-
STI merito: per quod diuinæ iuſti-
tiæ ſatisfit pro omni defectu morien-
tis. Qui autem Dei oblitus in amore

proprio aut in odio proximi moritur, is in ſtatu damnationis manebit, æternaliter expers meriti & ſatisfactionis Chriſti. In eccleſia itaq; pœnitenti locus eſt iuſtitiæ: ubi miſericordia impartitur ſecundum menſuram meritorum cum executione
Iaco. 2 in me. 13. iuſtitiæ. In inferno autem iudicium eſt ſine miſericordia.

¶ Homini inſuper præ manibus non habenti quicq; quo ſua debita ualeat perſoluere, quam cum pœna infernali: deus ex miſericordia ſuperabundante ſuum unigenitum donauit: ut eo dono debitũ perſolui: ira dei tolli & rigor iuſtitię leniri poſſit. Nihil eſt clementius quam cum deus ad conuerſionem admonet hominem: qui alioquin damnatus nil habet quo ſe redimat. Quem dominus affatur dicẽs: Recipe meum unigenitum Iheſum Chriſtũ uerum deum & hominem: illum apprehendere & eius meritum adipiſci potes. Deſuper idem Iheſus ſe homini exhibet ad uſum ſalutis. Nihil prӕterea iuſtius reperitur quam in ſolutum dari aliquid qđ eſt maius & melius ſorte & debito omnium hominum, quemadmodũ eſt Chriſtus, omnes creaturas & earum facta tranſcendens. Vnuſquiſq; ergo uſq; ad mortem conetur Chriſtum, ceu donum altiſſimi, apprehendere ac ſponte acceptare & idem donum pro ſuis debitis diuinæ iuſtitiæ humiliter offerre iuxta ordinationem catholicam. Hoc pacto conſequitur homo donum ex miſericordia dei; & eodem dono redimitur ex iuſtitia dei. Vlterius quærenda eſt uia, per quam ueniamus ad gratiam Chriſti & ad redemptionem noſtri.

QVINQVAGESIMVM QVINTVM CAPITVLVM. De paſſione Chriſti.

Poſtquam humanum genus a ſtatu innocentiæ in iram dei ceciderat, ultra nequiuit naturali uia peruenire ad finem ſibi deſtinatum: quare pius deus, uolens hominem iterum erigere & ad ſe alia uia reducere, inſtituit loco naturalis uiæ, uiam legis & ordinis legittimi: nempe ut homines per pœnitentiam & ſatisfactionem deifici filij cœlum introeant. Forſitan poſſibile fuiſſet extra pœnam & paſſionem Chriſti caſum hominis reparari: nullus tamen modus hominem recreandi aptior fuit quã per uerbum & filium dei: per quẽ & omnia ſunt creata. Ad redimendum autem hominẽ opus fuit non ſolum filium dei incarnari, ſed etiam pro nobis legittime pœnitere & pati. Quæritur ergo, cum quo dominus Iheſus pro noſtris peccatis & debitis potuerit deo ſatisfacere, poſtquam ipſe ceu creatura pro ſeipſo omnia, quæ a deo habet, iterum deo offerre naturaliter obligatur? Quippe quælibet creatura, etiam ſi contra deum nihil commiſerit (quemadmodum dominus Iheſus neminem offendit) a natura tamẽ obſtringitur deum ſuum creatorem colere ex omnibus ſuis uiribus intrinſecis & extrinſecis, pro rata eius quod a deo habet. Cum autem creatura omnia ſua a ſolo deo habeat & nihil proprium poſſideat: non ergo in ſua facultate quicq; eſt, quod ei deus non dederit & ſuæ diuinæ maieſtati non prius ſit iure hypotecatum. 2. ſe. ſ. 1. 2.

¶ Verumtamen rationalis creatura abſq; ſua culpa neq; iure neq; natura obligatur pati aut mori, triſtari aut pœnitere: nam in ſtatu innocentiæ homo fuiſſet immortalis & continue lætus ſine triſtitia: Deus Sap. 1 in fi. enim omnia creauit ut eſſent & ſanabiles fecit nationes terrarum. Neq; fecit mortẽ: quæ per peccatum in hunc mundum intrauit & ita in omnes homines mors pertranſijt. Porro homo Iheſus integerrime Roma. 5 in me. innocens & amicus dei celeberrimus, diuinum ordinem uel humanam naturam nunq; tranſgreſſus, ubiq; inculpabilis: neq; mortem neq; quippiam pœnæ demeruit ideo neq; mori neq; pati tenebatur. Ipſum deniq; deus nunq; citaſſet ad mortem uel ad paſſionem uel ad triſtitiam. Præterea nemo alius Iheſum contra eius uoluntatẽ potuiſſet occidere aut cruciare. Attamen ipſe uoluit eſſe noſter mediator erga deũ Ideo non elegit ſibi locum paradiſi: quo

pro ſua

pro ſua innocentia dignus fuit; ſed amo-
re noſtri libere uenit in uallem huius ca-
lamitatis, Vbi noſtri intuitu mortalitatē et
omnem pœnalem infirmitatem in ſe ſu-
ſcepit, Tunc primum poſt ſuam mortem
(qua homines a malo redemit; mortē per
petuam ſuperauit & diabolum uicit) in
paradiſum uenit: de quo ſpiritus ait; uin-
Apo. 2 poſt prin. centi dabo edere de ligno uitæ, quod eſt
in paradiſo dei mei.
¶ Chriſtus uerus deus & homo, omnem
3. excellens creaturam, potuit uniuerſorum
hominum debita ſuſcipere & erga Deū
refundere ac ſua paſſione & morte abole
re: Idq; efficere uoluit, potiſſime ponde-
rans caſum hominū: qui pro ſuis peccatis
& debitis ſatisfacere nequeant neq; per ſe
neq; per alios extra ipſum Chriſtum: neq;
eadē debita compenſare muneribus uel
donis: niſi per pœnam infernalem. Id-
ipſum propheta, loco humani generis,
Pſal. 24. ante fi. conqueritur dicens: Domine reſpice in
me & miſerere mei, quia unicus & pau-
per ſum ego: de neceſſitatibus meis erue
me, quaſi dicat; ſolus ſum non habens ad
iutorem neq; donum quo me redimere
poſſim. Quo circa Chrs ſubijt humanā in-
firmitatem & noſtrum cōſortium: ut nos
lapſos iterū erigat & a noſtris peccatis ac
a diaboli laqueis redimat, Suam itaq; tem
poralem pœnam & corporalem mor-
tem obtulit deo pro noſtra ſpirituali mor
te & pœna æterna: ad quam deo teneba-
mur p noſtra culpa. Sapientiſſimo equi-
dem Chriſto notum fuit, cum quo diuinę
iuſtitiæ pro humano caſu & reatu ſatisfa-
ciendū erat. Nemo igitur dubitet, quin
ſua innocens paſſio (quam elegit pro nr̄a
digna pœnitentia) fuerit neceſſaria, uelu-
Roma. 5 ti perfecta ſatisfactio, teſte Paulo: recon-
ciliati ſumus deo per mortem filij eius. Eo
modo Chriſtus ſacerdos eſt & mediator
qui nos cum deo reconciliauit; eſt quoq;
donum per quod reconciliamur: ac etiam
templum in quo recōciliamur: eſt deniq;
deus cum quo reconciliamur.
4. ¶ Primus Adam ſcienter & ſponte, inor-
dinate tamen, cupiens ſemper uiuere; ſe-
ipſum & totam poſteritatem inſcius æter

naliter occidit. Secundus uero Adam
Chriſtus ſponſate acordinate uoluit tem-
poraliter mori, ut omnes homines æterna-
liter uiuerent. Sicut Adam, per tranſgreſ
ſionem ſua carne maculata totam natu-
ram humanam coinquinauit: ſic ſecun-
dus Adam ſua carne immaculata purgat
& ſanat omnes homines ei adhærentes.
Cæterum quo gratior fieret deo ſatisfa-
ctio, uoluit dominus ſuam paſſionem &
mortem ſponte & patienter pro nobis to-
lerare, cum præambulo ſcitu & ingenti
deſiderio: quemadmodum ſuis prædixit
diſcipulis: quoniam oportet filium homi- Mar. 8 ante fi.
nis pati multa & reprobari & occidi.
Item uenit hora, ecce filius hominis trade- Mar. 14 in me.
tur in manus peccatorum, Item an putas Mat. 26 poſt me.
quia non poſſum rogare patrem meum
& exhibebit mihi modo pluſquā duode-
cim legiones angelorum? Interea Chri
ſtus non meminit noſtræ malitiæ, ingrati-
tudinis & temeritatis; quibus deum conti
nue offendimus: ſed compaſſiue reſpexit
noſtrū exilium & humanæ naturę inediā
ſua pietas & mititas noſtrā uicit impietatē
& crudelitatem, ſua patientia & humili-
tas ſuperauit noſtrū rancorem & arrogā-
tiam; Indulget homini ceu dei imagini
fratriq; & conſorti ſuo; Eſt quippe dn̄s Ihe
ſus humanæ progeniei: quæ multum deo
debet: quod nemo ex hominibus præter
ipſum exoluere potis eſt. Non ſolum dili-
git bene operantes, ſed etiam ſine uindicta
orauit pro iniuriantibus ſibi: quāuis ingra
ti erga eum fuimus & adhuc ſumus, ta-
men non ceſſat nobis benefacere & gra-
tiam conferre, dicens: pater dimitte illis Luce 23. poſt me.
non enim ſciunt quid faciunt.
¶ Chriſtus ſua paſſione multa mala euicit 5.
Imprimis (ut in Iob habetur) cæpit diabo- Job 40 ante fi.
lum ſuæ aſtutiæ hamo: in quo procura-
uit et incluſit mortē Chri quaſi eſcam, qua
Chriſtū extirparet: inſcius q morte Chri
ſti genus humanū a diaboli poteſtate libe
rarei & ex diuina ſcientia ipſe diabolus p
dominū Iheſum captiuaret: nam fortior Luce 11 ante me
ſuperueniens uicit eum & uniuerſa eius M. 14. S. 10 poſt prin.
arma abſtulit, unum itaq; malum trudit al
terum; utpote malus diabolus ſua ma-

litia captus eſt: quominus ſęuere quã antea hominum ſpiritus attrectare ualeat: de quo ſcriptum eſt: Cõfuſus eſt bel, uictus eſt Merodach. (Hiere. 50 in prin.) Secundo ſicut per Adæ inobedientiam homines deuenerunt in diaboli poteſtatem: ſic ab eadem poteſtate ſoluti ſunt per Chriſti obediẽtiam: qua compenſator inobedientia: Imo inobedientia ſuperatur, dicente Paulo: ubi abũdauit delictum, ſuperabundauit & gratia: (Roma. 5 in fi.) Nam obedientia Chriſti eſt infinita ex utraq; parte: inobedientia autem eſt finita ex parte Adæ. Plus deniq; deo placuit Chriſti obedientia: quam diſplicuit Adę inobedientia. Tertio Chriſti paſſione reſolutus eſt limbus patrum inde redemptorum. Item mundus uictus & cœlum apertum pleraq; alia bona paſſionẽ Chriſti ſecuta ſunt. Finaliter Chriſtus ſua paſſione & morte omnia delicta noſtra ſuſtulit & pro nobis totoq; reatu noſtro ſatisfecit: nam immenſa Chriſti uita ſuperat omnem mortem et eſt maioris ualoris ac ęſtimationis quam ualeant omnes creaturæ: quæ ſunt finitæ. Peccatum quidem, quo ad deum læſum, eſt infinitum, ſed quoad creaturam peccantem eſt finitum. Paſſio autem Chriſti ex utraq; parte uim habet immenſitatis: quoniam eius initium eſt in perſona Chriſti filij dei immenſi & terminatur in deo patre infinito: cui paſſio offertur.

6. ¶ Quamuis Chriſti humanitas, quæ patiebatur, pura ſit creatura: deitati tamen plurimum eſt innixa & deſpõſata: ut modo habeat uim diuinæ poteſtatis: ueluti humilis ancilla potenti regi deſponſata efficitur regina regalem obtinens dignitatem. Conſimiliter creata Chriſti humanitas deo deſponſata diuinam adipiſcitur poteſtatem: Nam ipſa humanitas deo magis unitur, nempe in una perſona, quam ſponſa ſponſo: quæ duæ perſonæ ſunt. Vita igitur Chriſti, diuinæ uitæ aſſociata, plus ualet quam totum plaſma: conſequẽter eadem Chriſti uita, morti expoſita, maioris æſtimationis eſt, quam uita omnium hominum, ob culpam eorum deperdita. Eo modo unica uita Chriſti oĩm & ſingulorum hominum uitam reparare poteſt: Nam eadem uita: quam Chriſtus pro nobis noſtriſq; mortalibus debitis cœleſti patri obtulit uſq; ad mortem: eſt ſuæ diuinæ maieſtati gratior, quam omnium hominũ peccata ſint moleſta. Ergo Chriſtus exponendo ſuam uitam, pro omnib. noſtris culpis & reatibus ſatisfecit: quoniam donum deo oblatum maius eſt omni noſtro debito. Nihilominus tamen deo obligati manemus ad naturale debitum: quod Chriſtus a nobis non aufert, ſed noſtrum in eo reſtaurat defectum.

¶ Dubium incidit: An uita Chriſti, uim diuinæ immenſitatis obtinens & deo oblata, poſſit ſatisfacere pro Chriſti crucifixoribus: qui non ſolum deum infinitum offenderunt, ſed etiam quoad ſeipſos infinite peccauerunt, adimendo uitam Chriſti immenſe ſanctam: acſi peccatum infinitum per mortem Chriſti, ueluti par a pari, non ſuperetur. At uero præſumitur q; ijdem crucifixores ignorauerint dominũ Iheſum eſſe uerum dei filium: nam ipſe dominus eſt confeſſus eos neſcire quid fecerint: (Lucę 23.) Et in Eſaia: faciem meam non auerti ab increpantibus & conſpuentibus in me. (Eſai. 50.) Petrus quoq; ad eos inquit: Scio q; per ignorantiam feciſtis, ſicut & principes ueſtri: pœnitemini igitur & conuertimini ut deleantur peccata ueſtra. (Act. 3 ante fi.) Alioquin ſi ex certa ſcientia & abſq; legittima cauſa Chriſtum filium dei occidiſſent: opinor eos blaſphemaſſe in ſpiritum ſanctũ, non habituros remiſſionem in æternum: niſi legittime pœnituerint. (Marci 3 ante fi.) 7.

8. ¶ Paſſio Chriſti redimita eſt pluribus frugalibus, meritorijs & ſatisfactorijs circunſtantijs. Primo dominus Iheſus libera uoluntate (qua omne opus aut bonum aut malum penſatur) ignominioſam mortem paſſus eſt: Huiuſmodi paſſionem Iudæi ſimiliter libera uoluntate ſed mala, crudeliter augmentarunt. Secundo Chriſtus ſponte paſſus, ſuos in finẽ dilexit uſq; adeo q; elegerit morte turpiſſima condemnari cum effuſione totius ſui ſanguinis & publico dedecore: utpote tempore paſchæ in metropoli Iheruſalem: quo eo tunc ex diuerſis (Johan. 13 in prin. Sap. 2)

diuerſis locis gentes aduenerant: ac etiam cum manifeſto ſcandalo & atrociſſima pœna qualitercunq; excogitata: quo crebriora dona pro multis offerret & efficaciora merita acquirẽt. Tertio diuina permiſſione diabolus Chriſto inimiciſſimus ipſum Chriſtum in ſanguinolentas manus Iudæorũ ꝓiecit: qui eum non ſolũ occidere ſed uaria turpiq; plaga & atrociſſima iniuria offendere quærebãt. Quippe Iudæi praue uoluerunt Iheſum plectere & occidere: dñs Iheſus pie uoluit pati & mori, vtraq; pars pariter cõſenſit in idem opus: diuerſo tamen uoluntatis affectu: uoluntas Chriſti erat bona & ordinata; Iudæorũ mala & ꝑuerſa: tametſi tandẽ ad bonum redacta ſit. Licet Chriſtus libera uoluntate mori uoluit: noluit tamen ut cũ Iudæi mala uoluntate morti traderent. Vtraq; uoluntas non ab eodẽ ſpiritu manauit: Nam Iudæis ſuo uitio ad crudelitatem inclinatis Chriſtus ſua uirtute in crudelem pœnam conſenſit. Bona uoluntas Chriſti prauam Iudæorũ uoluntatem nõ coegit: ſed Iudæos propria peruerſa uolũ-

§.49. §.2. in prin. tas ad malitiã adegit: quẽadmodũ Pharaonem propria malitia indurauit. Q͂obrẽ dñs Iheſus cum ſua uoluntaria paſſione cauſam male uolendi aut peccandi non pręſtitit Iudæis: q̃s ſæpius citauit ad ſui conuerſionem: prout & Iudam hortatus

Math. 16 eſt a malo propoſito deſiſtere. Quãto peior Iudæorũ malitia in opere crucis & quãto Chriſti cruciatus acerbior fuit: tanto plus Chriſti meritum accreuit ad ſatisfaciendũ ꝓ hoĩm debitis. Vnũ itaq; malum detruſit alterum: nempe Iudæorũ malitia per acerbã Chriſti paſſionẽ aboleuit malitiã humani generis. Crucifixus eſt Chriſtus a malis, ac etiam pro malis crucifixis. Ecce malitia nitit cõtra ſeipſam: nã una malitia deſtruit alterã ac ęterna mors ꝑ mortem temporalem ſublata eſt.

9. ¶ Quarto dñs Iheſus ſua amara paſſione impetrauit nobis tria, ſ. dimiſſionẽ peccatorũ, relaxationẽ debitorũ & hęreditatem cœleſtẽ. Siquidẽ hoĩes, ceu adoptiui cœleſtis patris, in natura originali & in primo ſtatu innocẽtiæ perſtitiſſent: oẽs & ſinguli in cœleſti hæreditate ſucceſſiſſent. Cum aũt mortales, ceu degeneres & ſpurij, iure priuati ſint ęterna hereditate: quę tota ſoli debetur Chr͞o duplici iure, nempe filiationis & pręmiatiõis. Imprimis eſt dei filius non ſolum naturalis ratione deitatis, ſed etiã adoptiuus ratione humanitatis, propter hanc poſteram filiationẽ debetur Chriſto, ceu adoptiuo filio, cęleſtis hæreditas ex natura originali & ordinatione diuina: qua cauetur, hominem in ſtatu innocentiæ perſeuerantẽ, dotandũ eſſe perpetua fœlicitate. Hunc ſtatum & ordinem dñs Iheſus nullibi tranſgreſſus eſt: Quocirca ei ſoli innocenti (cęteris hominibus exhęreditatis) cœleſtis hæreditas accreuit & debetur. Alterũ ius ad cœleſtem hæreditatem acquiſiuit dominus ſua amara morte: ad quam alias non tenebatur, ſed pro hominibus pati & ſuã paſſionem deo offerre uoluit. Quis dubitat, quin eius innocens mors ſit meritoria & cœleſti uita remuneranda apud deũ omnium remuneratorem? Chriſto autẽ omni gratia pleno nil beatitudinis addi poteſt: & ſufficit ei beatitudo iure originali acquiſita. Ne uero ſua ſpontanea paſſio fruſtretur, neue inefficax & irremunerata maneat: ceſſit ſecũdo iuri beatitudinis meritorio: quo deſtituti fuimus: & illud nobis ſuis confratribus reſignat atq; cœleſtem hæreditatem ſua paſſione acquiſitã diuidit inter ſuos aſſeclas: qui ſunt ſui meriti diuinæq; filiationis capaces: pro quib. Chriſtus ſatiſfecit diuinæ iuſtitiæ. Per ipſum itaque ſpem ad cœleſtem hæreditatem æternæ uitæ recuperauimus: q̃niam idem dominus noſter ſuam temporalem uitam pro noſtra æterna morte deo obtulit ac pro noſtris debitis ſatiſfecit, tandem beatitudinem benemerentibus impartiturus.

Sententia Bernardi

§.44. §.3. in prin.

QVINQVAGESIMVM SEXTVM CAPITVLVM.

De contemplatione dominicæ paſſionis.

X

SAlus noſtra tota pendet in mor
te & merito Chr̄i: tota igiṫ nr̄a
mens & cogitatus: om̄e ſtudiū
& conatus ṽſari debet circa memoriam
paſſionis Chr̄i: iuxta diuina oracula: Ho
Eccl. 44. in prin. mines in uirtute pulchritudinis ſtudium
Hiere. 7. in prin. habentes. Item bonas facite uias ueſtras
& ſtudia ueſtra. Chr̄ifidelis potiſſime de-
bet ſuā crucē poſt Chr̄m portare & incū
bere rei, ſuæ ſaluti neceſſariæ, nēpe mor-
ti Chr̄i: qui ad ſaluādū nos neceſſitate ſpō
tanea mortuus eſt. Et quęriṫ, qua morte?
Sibiipſi mortem cōſciſcere, cederet uiuē-
ti deo in dedecus. Si Chr̄s ſeipſum expo
ſuiſſet p̄iculo aut morbo mortali: non ap
pareret eius patientia nec indulgētia di-
mittendi inimicis, aut faciendi bonū pro
malo. Cōuenientiſſimū igiṫ fuit, mori in
manibus inimicoꝝ & eoꝝ malitiam pa-
Roma. 12 in fi. tienter tolerare: Hoc eſt uincere in bono
Ps. 16. in me. malum. De quib. dn̄s ait: Inimici mei ani-
mam meā circundederunt: itē inimici fa-
Ps. 138. in fi. cti ſunt mihi: utpote oēs & ſinguli hoīes in
nixi malo et p̄penſi cōtra bonū. De q̄rum
numero fuerūt indurati Iudęi cōtra ipm
odio & rancore cōmoti & capti a diabo-
lo: qui eſt aduerſarius dei & oīm ad deū
ſpectātium. Quia aūt Chr̄s doctrina inſo-
lita & diligēti op̄a cultū diuinum p̄mouit:
idolatriā interrupit: hoīes a laqueis libera-
re diaboli & eius regnū diſſipare incœ-
pit: ideo diabolus, per ſeipſum nocere ne-
quiens, ſuos ſaltim ſatellites Iudæos incita
uit contra dn̄m Iheſum cruciādum & pe
nitus perimēdum. Iudęi diabolum ſequu
ti, ceu inimici capitales, dn̄m circumue-
nerunt: p̄ut per ſapientē manifeſte ſcribi-
Sap. 2 tur: Dixerunt. n. impii: Circumueniamus
ergo iuſtum q̄a inutilis eſt nobis & cōtra
rius eſt operibus noſtris & imp̄perat no
bis peccata legis & diffamat in nos pecca
ta diſciplinę nr̄æ: p̄mittit ſe ſcientiā dei ha
bere & filium dei ſe nominat: factus eſt no
bis in traductionē cogitationum nr̄arum:
grauis eſt nobis etiam ad uidendum: q̄m
diſſimilis eſt aliis uita illius & immutatæ
ſunt uiæ eius: tanq̄ nugaces æſtimati ab
illo &c. gloriaṫ patrem ſe habere deum:
uideamus ergo ſi ſermones eius ueri ſint:
cōtumelia et tormēto interrogemus eum
ut ſciamus reuerētiā eius & p̄bemus pa-
tientiā illius: morte turpiſſima cōdēnem9
eum. Quę tūc t̄p̄is fuit crucis & ignomi-
¶ Quēadmodum primus caſus (nioſa. 2.
cōmiſſus eſt in ligno p̄hibito: ita redem-
ptio facta eſt in ligno ſancto: quod exten-
ditur ad acies quatuor, ſurſum ad caput:
tranſuerſum ad duo latera: deorſum ad
pedes. In eadem inferiori parte incipiēda
eſt noſtra crux, poſt Chriſtum tollēda in
humilitate: uitia & cōcupiſcentias ac mū
diales uoluptates pedibus calcando et ad
uerſa patienter tolerando. Deinde circa
unum latus noſtræ crucis peccata ſunt
deteſtanda atq; luenda per caſtigatiōem Gala. 5 in fi.
& crucifixionem carnis. In altero latere
informandus eſt proximus atq; conſolan
dus in aduerſis. In ſuperiori acie noſtræ
crucis debemus pertractare, recordari ac
inueſtigare paſſionem Chriſti noſtri ca-
pitis & ei ſemper adhęrere & obſequi in
omnibus: quo eius meriti participes fia-
mus. A dn̄o Iheſu deniq; diſcamus poſt Heb. 12. in fi.
ipſum noſtram crucem portare & in hu
militate & mititate: Nam ſi iuſtus dn̄s, p̄-
pter ueritatem & iuſtitiam, deo obtulit
ſuā crucē: in qua pœnā & mortē paſſus
eſt ad dei honorē & gloriā: ad cōmodum
& liberationē totius generis humani: ad Iaco. 5 in me.
exemplum martyꝝ in ſuis cruciatib. con
ſolandoꝝ ac in ṽitate & iuſtitia roboran
dorum: propter quos omnes & ſingulos
Chriſtus mortem ſubiit libera uoluntate:
alioquin originaliter ad mortem minime
aſtrictus. Multo æquius nos iniuſti & fra
giles pro defenſione iuſtitiæ & ueritatis
ad honorem Chriſti poſt eum crucē no-
ſtram patienter portare & libenter mori
debemus: qui non ſimplici ſed multiplici
morte digni ſumus.
¶ Quanq̄ mors Chriſti ſemel præteriit: ta 3.
mē merito Chr̄i æternaliter uiuente: eius
mors ſemp̄ floreſcit ueluti radix: ex qua re
demptio nr̄i & ſalus pullulat atq; creſcit.
Si radix ſancta, & rami: Chriſtus mortu9 Roma. 11 in me.
eſt ſemel: ultra nō moriṫ corporaliter: ſed
eius mors ſemper debet ſp̄ualiter uiue- Roma. 6.
re in hoīm memoria & contemplatione.
Siquidem

Siquidem uelis frui uiuifico merito Chri
ſti, neceſſe eſt, in mente habeas mortem
Chriſti & eam tanq̄ tuæ ſalutis radicem
in tuum cor plantes; ut Chriſti meritum
in te pullulet & inde fructus tuæ ſalutis
creſcat; tunc anima tua pręmortua p̱ uiui
ficam mortem Chriſti reſuſcitatur. Qui
autē Chriſti paſſionem in mente non te-
net, expers eſt meriti eiuſdem; Quemad-
modū emplaſtrū morbido non conducit,
niſi applicet̄: ita paſſio Chr̄i conducit dū-
taxat illis qui eam ſibi applicant & mente
pertractāt. Nota ordinem ſalutis: Chriſti
mors radix eſt & eius fructus meritum
Chr̄i; Qui eundē fructum fuerit adeptus
conſequit̄ cōmodum æternæ uitæ. Hu-
iuſmodi mors & meritū Chriſti omnibꝰ
quidem ſimul cōmunicatur; ſingulis ta-
men capacibus inſolidum & integre im-
partitur. Sicut oēs & ſinguli apertis ocu-
lis ſolem uidere poſſunt: ſic quilibet ho-
mo ſine alterius impedimēto poteſt totiꝰ
meriti Chriſti particeps fieri. Qui modo
ſe præparat ad gratiam, is ceu adoptiuus
dei conſequetur cœleſtem hęreditatem.
4 ¶ Q̄obrē unuſquiſq; rōne ſui reatus, hūili
memoria & deuota contēplatione, paſſio
nem Chr̄i & crucē omnipotēti ſacrificet.
Quāto flagrātius illud intrinſecū fit ſacri
ficiū: tanto plus grę & meriti q̄s nanciſcit̄
ex paſſione Chr̄i; Cui ꝑ nobis paſſo com
pati iure tenemur. Neq; aliud ad ſalutem
magis ꝓficuū in mēte habere poſſumus,
q̄ paſſionē Chr̄i, deuota mente & bonis
operib. cum patiētia ſedulo retractandā:
Alioqn indigni ſumꝰ merito Chr̄i; eo ipſo
Math. 10 in fi. teſte: Qui nō accipit crucē ſuā & ſequit̄
me, nō eſt me dignus utpote filius beati-
Joh. 1. c. 39. §. 12 post prin. tudinis fieri; Hijs itaq; q̄ Chr̄m acceptant,
dedit deus p̄tātem, i. liberū arbitriū, filios
dei fieri. Hoc eſt adipiſci paſſionē & me-
ritum Chriſti; quo per baptiſmum recre-
ati poſſunt fieri adoptiui filij dei & cohę-
redes Chriſti. Nota duplicem eſſe memo
riam paſſionis Chriſti: una intrinſeca in
deuota mente hominis; de qua hic loqui-
mur, altera fit extrinſecus & actualiter in
officio Miſſæ; de qua infra lxij §. iij.
5. ¶ Pręterea notandum eſt. Deus dedit ho
mini filium dei fieri poteſtatem, ſ. limita-
tam; non q̄ homo ſuis uiribus hmōi filia-
tionē & gratiā adipiſci poſſit: ſed in quan c. 10. §. 11. in fi.
tum adhibet diligentiam ei poſſibilem et
ſe præparat ad acceptandum gratiam ſi-
bi oblatam. Ne igitur hominis præpara-
tio & diligentia fruſtret̄, dn̄s dat ei hanc
gratiā ut eū eligat in filiū adoptiuū: Nam
diuinę gr̄æ influentia eſt cōis oībus: qui ſe
abilitant ad gratiā acceptandā: Gr̄a dei
tibi nō deeſt: tu cura ne deſis tibijpi in gra
tia acceptāda: p̄ſertim deum p̄care, inter-
pella et pulſa: certe tibi aperiet̄. Quicunq; Lu. 11 post prin
cum auxilio gratię pręcurrētis, in mēte et
libero arbitrio p̄parāt ſe fieri capaces me-
riti Chr̄i, exequētes id q̄d pręceptum eſt:
hij fiunt iuſti filij dei & Chriſti cohęredes
ſucceſſuri in hęreditate ęternę beatitudi
nis. Ergo præcipit nobis ſpūs ſcripturę, di
cens; uidete qualē charitatē dedit nobis 1. Johan. 3. in prin.
pater ut filij dei nominemur & ſimus. Cu
remus igitur ne hmōi ius filiationis negli
gamus. Nam etſi Chriſtus ſua paſſione ꝓ
omnibus ſatisfecerit: tamen eiuſdem ſatiſ
factionis tantūmodo participes fiunt qui
ſe Chriſto dedunt, ſuāq; doctrinā & præ-
cepta cuſtodiūt. Alioquin ordo diuinę iu
ſtitiæ rumperetur ſi paſſim oēs hoies ſi-
ne diſcrimine & eorū cooperatione Chr̄i
meritum & beatitudinē cōſequerent̄. Ipſe
.n. dn̄s a ſuo merito excludit quatuor ge-
nera: nempe nō baptiſatos & infideles: itē
præuaricatores legis & impœnitētes pec
catores dicens. Qui crediderit & baptiſa Marci 16 in fi.
tus fuerit, ſaluus erit: qui uero nō credide
rit, cōdemnabit̄. Item ſi uis ad uitā ingre- Math. 19 in me.
di, ſerua mandata: Item niſi pœnitentiam Luc. 13 in prin.
habueritis, omnes ſimul peribitis.
¶ Cæterū qui noſtri ſaluatoris merito exu 6
tus eſt, iuſte priuabitur hæreditate cœle-
ſtis patris: cuius hæres non exiſtit, debita
ſuarū culparū luiturus in ęterna damnatio
ne: tum aliter ſatisfacere nequeat inquan
tum pro eo dn̄s Iheſus nō ſatisfecerit. An
te oīa igitur diſcat homo ſeipſum noſſe:
tunc certior erit ſe in multis omnipotenti
obligatum, maxime ꝑ gratia præuenięte
& plurib. donis a deo ſibi porrectis, obla-
tis & ꝓmiſſis, ſed per eum ſpretis: quorū

debitorum nullum perſoluit neq; perſol-
uere poteſt: ob id iudicandus ad perpe-
tuam damnationem: a qua eum ſingula-
riter dominus Ieſus redimere & ſua paſ-
ſione pro eo ſatisfacere uoluit, Qui autẽ
culpam et miſeriam propriam nõ cogno
ſcit: is paruipendit paſſionem Chriſti, nõ
conſiderans pro eius reatu Chriſtũ mor-
tem ſubijſſe. Qui ꝟo ſuum caſum & exi-
lium ponderat, facile inducitur ad creden
dum ꝙ ipſum de exilio maledictionis do
minus Iheſus cum ſuo exilio benedicto
liberare uoluit, Is deniq; lubens præparat
ſe fieri participem paſſionis Chriſti: qua
a ſuis noxis redimatur, Porro ſicut homi
ni producendo neceſſe fuit ut eum deus
ex nihilo finito crearet: ſic homini lapſo
neceſſe eſt ut eum Chr̃s deus & homo
recreet, i, redimat ex nihilo immenſo: in
quod per peccatum cecidit, Deus itaq; in
homine perficit tria inſignia opa: Primo
purus deus hominẽ ex nihilo creauit: De
inde deus & homo Chr̃s hominem in al-
teꝝ nihilũ lapſum iteꝝ erigit & in ſtatũ
iuſtitiæ reſtituit, Tandem cunctipotens
deus dignat̃ hoĩem cooperantem, ac iu-
ſtitiæ & meriti Chriſti participem, beati-
ficare in ęterna gloria, Ecce tota ſalus no
ſtra pẽdet a Chriſti paſſione: Quam ideo
toto conatu & omni tempore, diu noctu-
q; addiſcere ac contemplari debemus: in-
de adepturi meritum ipſius Chriſti: ut po
te hic gratiam & miſericordiam, illic ęter
nam lætitiam & beatitudinem.
7. ¶ Pręterea in paſſione Chriſti cõſiſtit om
nis uis & actus eccleſię: quæ ſuã facultatẽ
& theſaurum haurit ex ſolo Chriſti me-
rito: in quo pendet omnium ſalus & re-
demptio, Idem theſaurus regni cœloꝝ, i,
eccleſię militantis (iuxta euangelium) eſt
Mat. 13 ante fi. abſconditus in agro humanitatis Chriſti:
J. 13. §. 14 quæ pro nobis paſſa & uirtute ſuæ abſcõ
ante fi. c ſæ diuinitatis nos redemit, Qui eundem
84. § 3. 89 theſauꝝ diligenter quærens, inuenit: ut-
pote cui innoteſcit ſui redemptiõem eſſe
obtentam per Chriſti mortem: is theſauꝝ
paſſionis dominicæ in mentem capit &
ſubtus cor ſuum abſcondit & præ gau-
dio illius redemptionis uadit & uendit u-
niuerſa quæ habet: nempe ſpernit omnia
temporalia & emit agrum illum, i, acci-
pit crucẽ ſuam & ſequit̃ Chriſtum, con-
templando eius paſſionem & mortem: in
qua reperies cœleſtem theſauꝝ, quẽ do-
minus Iheſus cum omnibus ſacramentis
in archiuũ eccleſiæ recondidit, Notanter
conſidera, in eccleſię theſauro eſſe pluriſa
ria clinodia: primũ eſt Chr̃i meritum ſua
paſſione quæſitũ & reſignatũ eccleſiæ: q̃
ſuis mẽbris pro cuiuſlibet neceſſitate po
teſt et debet hmõi theſauꝝ liberaliter ex
pendere ſine diminutione, Nam idẽ the-
ſaurus & Chr̃i cruciatus ſuperabundãter
ſufficit pro oĩbus debitis & defectib, nun
q̃ deficiendus neq; perimẽdus: aduerſus
quem nõ præualebũt portę inferi nec qc Mat. 16 in me.
q̃ aliud, Ex eodẽ deniq; theſauro oẽs poſ-
ſunt ditari & recuperare ius ad diuinã hę
reditatẽ: a q̃ originaliter cecidimus & ob
noſtra peccata actualia multipliciter ex-
cludimur, Quobrem dñs pręcipit: Facite Luce 12 in me.
uobis ſacculos, qui nõ ueteraſcunt, theſau
rũ non deficientẽ in cœlis, quo fur non ap
propiat neq; tinea corrumpit: ubi, n, the-
ſaurus ueſter eſt, ibi & cor ueſtrum erit,
Hoc pacto ex eccleſiæ theſauro totaliter
& perfecte ſatiſfit pro omnibus & ſingu-
lis culpis, reatibus & maculis: iuxta ratam
tamen participatæ paſſionis Chriſti.
¶ Secundum colliбiũ eccleſiaſtici theſau 8.
ri eſt meritum Sanctoꝝ, præcipue uirgi-
nis Mariæ, Nonnulli in utero matris ſan- Luce 1. Hiere. 1.
ctificati ſunt ueluti Iohãnes baptiſta, Hie
remias ac alij: qui poſt remiſſam origina-
lem culpam nullũ malũ ſed frequẽtia bo-
na egerũt: ac etiã ultra ꝓpriæ carnis caſti-
gationem aliunde multas calamitates, ex
ilia, martyria & anxietates plus debito
paſſi ſunt, principaliter ad dei honorem:
deinde ſibiipſis ad ſalutem: tandem nobis
in exemplum & adiumentum. Huiuſ-
modi & ſimilia bona opera electorum,
in eccleſiæ theſauro cuſtodiuntur.
Quæ opera iuxta diuinam ordinationem
triplicem afferunt fructum: primo ho-
norem dei: ſecundo ſalutẽ bñ operantis:
tertio profectum eorum pro quibus o-
pera fiunt: inquantum ijdem alicuius opis
& fructus

& fructus eius digni reperti fuerint atq;
capaces. Q; autem ſanctorum bona ope-
ra ac electorum precamina nobis morta-
libus proficua ſint & in eccleſiæ theſauro
comprehenſa, clareſcit in ſancto Paulo
Col. 1 post prin. ad Coloſſenſes ſcribente; Non ceſſamus
pro uobis orantes ut impleamini agnitio-
Col. 1. ante fi. ne uoluntatis eius &cæ. Nunc gaudeo in
paſſionibus meis pro uobis & adimpleo
ea quæ deſunt paſſionum Chriſti, in car-
ne mea pro corpore eius, quod eſt eccle-
ſia. Quibus ſane uerbis Paulus ſignificare
uidetur, ſuas & cæterorum ſanctoꝝ ora
tiones & ærumnas, ceu reliquias paſſio-
num et meritorum Chriſti, eiſdem paſſio
nibus adiungendas & in eccleſiæ gazam
reponendas eſſe, ad communem eccleſia
ſticorum membrorum utilitatem. Hoc
modo Chriſti ſuorumq; electorum meri
toriæ reliquiæ tollunt reliquias noſtroꝝ
debitorum culpabilium pro rata noſtræ
capacitatis. Meritum itaq; ſanctoꝝ una-
cum merito Chriſti, cenſetur theſaurus
eccleſiæ. Attamen paſſiones & orationes
Chriſti ſunt eiuſdem theſauri ſumma ca-
pitalis, ſola ſufficiens ad ſatisfactionē oīm
debitoꝝ: ſed uti pie creditˀ, nihilominꝰ ex
diuina grã admittunt̃ paſſiones & oratio
nes electoꝝ tanq; bona theſauro accumu
lata, deo ad maiorem gloriam: eccleſię tri
umphanti ad decus & militãti ad ſolamẽ.
9. ¶ Veꝝ peccata condonant̃ ex ſolo Chr̃i
merito: cuius ꝗs particeps ſit cõtritione ſi-
de & baptiſmate. Similiter reatus remit-
tit̃ uirtute meriti Chr̃i, inquantũ eiuſdem
meriti homo particeps ſit ꝑ alia ſacramẽta
uel per contritionẽ & bona opa: uel etiam
quantũ ꝗs impetrat ex eccleſiæ theſauro:
in quẽ dñs relaxationem debitoꝝ ordina
uit: ut quicqd cõtritioni, diligẽtię uel ope
ribus deeſt, hoc reſtaurari poterit ex ec-
cleſiæ gaza, utpote ex paſſione Chr̃i &
ſuis ſacramentis: pariter ex merito ſancto-
rum & ſuffragio electoꝝ. Dictum eccle-
ſiæ theſauꝝ elargiendi poteſtatem habẽt
eccleſiaſtici rectores, unus plus altero: iu-
xta ſtatum & officium uniuſcuiuſq;. In ꝗ
Papa, ceu ſupremus Chriſti uicegerens
plenariam habet diſpenſationem.

QVINQVAGESIMVM SEPTIMVM CAPITVLVM. De reſurrectione Chriſti & aliorum.

Quemadmodum mors Chriſti
fuit neceſſaria ad tollenda pec-
cata & abolendã pœnã æternã:
ita reſurrectio Chr̃i neceſſaria eſt ad glo
riam dei et ad ſpem hoĩbus commodam.
Nam ſi Chr̃s non reſurrexit, inanis eſt p̃- 1. Col. 15 post prin.
dicatio nr̃a: inanis eſt & fides nr̃a ac Chri
ſti mors eſſet modici emolumenti apud
homines, nullã ſpem neq; fidẽ habituros
in redemptorẽ deſunctũ: qui ſeipſum a
morte hactenus non reſuſcitaſſet. Quis ſe
quereť aut crederet doctrinã demortui,
præcipue docentis uniuerſalem carnis re
ſurrectionem: ipſo nondũ reſuſcitato. Ve
rum ſi Chriſtus nõ reſurrexiſſet, impoſſi
bile fuiſſet ſuam fidem & doctrinam tam
late extendi, prout hactenus extenſa eſt:
Sicut. n. ex grano penitus perempto nul-
lus fructus creſcere poteſt: ſed granum
corruptum ſeu putrefactum (habitu ta-
men ſubſtantiæ permanente) pullulat &
multũ fructũ affert: ſic fidei catholicæ fru Johan. 12
ctificatio certum ſignũ eſt, Chr̃m nõ per
manſiſſe in morte ſed ꝟe reſurrexiſſe, ac
etiam aſcendiſſe. Porro Chr̃s ſeipſum re-
ſuſcitauit uirtute deitatis: quæ poſt eius
mortẽ permãſit cum corꝑe in ſepulchro
& cum anima in limbo ac ſuã humanita-
tem antea & poſt ſemper adiuuit in omni
bus actibus, noſtræ ſaluti neceſſarijs, hu-
manitati Chriſti ſoli non cõuenientibus.
Inſuper Chr̃s reſurrexit in corpore clari-
ficato: ꝗd ſuis diſcipulis ſæpenumero ma- Johã. 20.
nifeſte mõſtrauit: per hoc inſinuando, ſu-
os electos pariter reſurrecturos in corpo
re clarificato & immortali: Paulo ſcriben
te: Chriſtus reformabit corpus humilita- Philip. 3. in fi.
tis noſtræ, configuratum corpori clarita-
tis ſuę: Prout multa corpora ſanctorum, Mat. 17. ante fi.
qui dormierũt, cum Chriſto ſurrexe-
runt, iuxta Euangelium. Chriſtus ultra
non morietur: unica ſua corporalis mors
ſufficit ad noſtri redemptionem: ut ſecũ-
da eius morte opus non ſit. Quo mone-

mur,ne nos,cum aliquando a peccatis re
ſuſcitati ſumus, iterum in peccatis ſpiritu
aliter moriamur : quẽadmodum ſcriptũ
Roma. 6 poſt prin. eſt: Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam
non moritur: mors illi ultra non domina-
bitur:ꝙ enim mortuus eſt peccato, mor-
tuus eſt ſemel:ꝙ autem uiuit,uiuit Deo:
ita & uos exiſtimate,uos mortuos quidẽ
eſſe peccato, uiuẽtes autem deo in Chri
ſto Ieſu.Hucuſ Paulus.

2. ¶ Sicut neceſſe fuit noſtrum redempto-
rem eſſe deum & hominem: ſic exigitur,
ut ipſe Chriſtus,ceu deus,ſuam humani-
tatem reſuſcitet,pariter reſuſcitaturus re-
liquos mortuos: electos quidem ad uitã
æternam:reprobos autem ad iudicium.
Hinc apud Paulum inſipiens interroga-
1.Cor. 15. poſt me. uit:Quomõ reſurgent mortui?Cui Pau-
lus reſpondet:quod ſeminas,non uiuifica
tur niſi prius moriatur:& infra.Semina-
tur in corruptiõe, ſurget in incorruptiõe
ſeminatˉ in ignobilitate,ſurget in gloria:ſe
minatur in infirmitate, ſurget in uirtute:
ſeminatur corpus animale, ſurget corpꝰ
ſpirituale:ſi eſt corpus animale,eſt & ſpi-
rituale &c.Siquidem animale corpus uti
tur animali ſenſu : quo ſpirituale corpus
nõ poteſt eſſe in incorruptibilitate: Ideo
1.Cor .15 ante fi. Paulus ulterius ait: Quia caro & ſanguis
regnum dei poſſidere non poſſunt: neq;
corruptio incorruptelam poſſidebit: Ec-
ce myſterium uobis dico:omnes quidem
reſurgemus, ſed non omnes immutabi-
mur:mortui reſurgent incorrupti & nos
immutabimur.quaſi dicat Paulus: electi
mutabuntur in corpora clarificata:repro
bi autem reſurgent quidem in corpore
immortali,ſed deformi, iuxta eorum de-
I.§.4 in fi. merita,ſequitur ergo in Paulo: Oportet
enim corruptibile hoc induere incorru-
ptionem & mortale hoc induere im-
mortalitatem . Hoc intelligas ut ſe-
quitur.

3. ¶ Primitus formauit Deus hominem ex
quatuor elementis uſq; ad capacitatẽ ſpi-
ritus:quem ilico creatum corpori infudit
ut corporalis creatura(quę alioquin ratio
nis expers eſt)per ſuum ſpiritum cogno-
ſceret deum atq; ſuper omnia diligeret:po
ſtea adepturus altiorem ſtatum cœleſtẽ :
ad quem finaliter homo deſtinatus erat.
Poſtꝗ autem in Adam humana natura
ſuam leuitatem oſtendit & ſe ſtatu para-
diſi indignam reddidit : e paradiſo pulſa
eſt atq; ſubiecta elementis & naturę mor
tali:quoniam elementa inter ſe contraria
ſunt, non diu ſimul permanentia in uno
ſubiecto indiuiduo:utpote in animalibus
radicibus,herbis ac etiam in corpore hu-
mano tandem diſſipando. Quibus qui-
dem elementis abinuicem ſeparatis, ſpi-
ritus in corpore humano permanere ne-
quit:nec corpus diutius uiuificare. Cum
autem ſcriptum eſt quod omnia opera, Eccle.3. in me.
quæ fecit deus,perſeuerant imperpetuũ:
igitur homines totaliter non annihilabun
tur nec imperpetuum auferentur: ne ele
cti irremunerati & reprobi impuniti per
maneant: Sed ad hominum perfectio-
nem, oportet humana corpora(quæ tem
poraliter mortua & elementis immixta
atq; confuſa ſunt) reſurgere & ex com-
munibus elementis iterum compaginari
atque ſingula ſingulis ſuis ſpiritibus
coniungi: quemadmodum uniuſcuiuſ-
que hominis ſpiritus & corpus in ſuæ
matris utero copulantur. Neque con-
grueret diuinæ omnipotentiæ uel lar-
gitati, humanas perſonas (quibus aliæ Tri.
creaturæ ſunt ſubiectæ) perpetuo im-
perfectas permanere & nunquam ul-
terius homines fore. Ordo ergo di-
uinus & natura communis exigit mor-
tuorꝫ hominum reſurrectionẽ, iuxta ſym
bolum catholicum. Imo ordo totius plaſ-
matis perficiendi poſtulat hominem per-
petuo durare: tametſi ob culpam ꝑ pœ-
na ad tempus iaceat in morte: Cuius cau-
ſa ex peccato eſt,non ex deo: qui ordina-
uerat hominis immortalitatem duraturã. Sap.1
Quippe ex diuina lege homo temporali
morte punitur, non penitus extinguitur:
iuxta illud:creſcite & multiplicamini: ad Gene. 1
ſignificandum, quod deus gratioſe ue-
lit homines gratiæ capaces ducere ad
finem deſtinatum, nempe ad beatitudi-
nem.

¶ Præterea neceſſaria eſt corporꝫ reſur- 4.
rectio ad

rectio ad perficiendum hominis gaudiū uel ſupplicium, hic inchoatum, illuc autem in ſolo ſpiritu, non in corpore traductum: & tamen homo tam in corpore quam in ſpiritu hic bene uel male egit: ideo hominis ſalutē uel ſupplicium, gaudium uel triſtitiam, prout in ſpiritu pariter & in corpore, terminari oportet: quod in præſenti uita fieri non ſolet: ergo futurum eſt poſt carnis reſurrectionem: alioquin cœleſte gaudium uel infernale ſupplicium abſq; corpore eſſet inperfectum. Inſuper homo naturaliter amat ſeipſum, ordinate tamen ceu imaginem Dei: inordinate ſe amat plus deo. Deſyderat quoq; huiuſmodi ſui amorem ſemper durare: Ergo ſpiritus humanus continuo affectu ad ſe ſuum trahit corpus: quo huiuſmodi ſuum affectum ordinate uel inor- [Iob.17.] dinate effectu complere poſſit: Chriſtus deniq; promiſit electis ut habeant gaudiū impletum in ſemetipſis. Potiſſima cauſa corporum reſuſcitandorum eſt extremum iudicium abſq; omni dubitatione futurum ſuper iuſtos & iniuſtos homines: qui ſpiritu & corpore bene & male fecerunt: ideo oportet reſurgere corpus [ſ 12.§.7 in me.] extremam ſententiam unacum ſpiritu expectaturum. Etſi homo poſt mortem ulterius non eſt homo: eius tamen meritū uel demeritum manet, in extremo iudicio præmiandum uel puniendum, oportet igitur præmortuum reſurgere & iterum hominem fieri: alioquin ſuum meritum uel demeritum fruſtraretur. Rurſus pura ſpiritualis natura nempe angelica: ſimiliter pura corporalis natura ut cœli, ſydera, firmamētum, perpetuo durat. Hinc præſumitur, mixtam naturam ſpiritualem & corporalem, nempe humanam, pariter perpetuo duraturam: tametſi ambę hominis naturæ pro pœna abinuicem ſeparatæ ſint, uſq; ad tempus extremi diei: quo corpus humanum neceſſario reſurget & ſuo ſpiritui coniungetur: ut priſcus homo reparetur. Attamen corpus reſur- [1. Cor.15 ſ.§.7 in ſi.] get non in priſtina elementali groſſicie: ſed modo ſubtili ut ſupra patet.

5. ¶ Expremiſſis datur intelligi, non ſolum poſſibilem ſed etiam neceſſariam eſſe humanorum corporum reſurrectionem: Si enim credimus (ait Apoſtolus) ꝙ Iheſus mortuus eſt et reſurrexit, ita et deus eos, q [1. Theſ.4 in ſi.] dormierunt per Iheſū, adducet cum eo. Ecce dn̄s Iheſus in ſua humanitate moriēdo & ante nos reſurgendo, p̄parauit nobis uiā reſurgēdi cōmunem & poſſibilē. Die itaq; extremo ex quatuor elementis humana corpora undiq; cōgregabuntur & ſingula per ſingulos ſuos ſpiritus uiuificabuntur. Quippe multo credibilius eſt, tuum corpus, primitus ex nihilo creatū, tandē ex aliquo utpote ex elementis iterū redigi in unum, quam ꝙ deus ſuū plaſma in te perpetuo perire ſinat. Siquidē ab initio deus omnia humana corpora ex nihilo fecit: multo accomodatius eadē corpora in fine reficiet ex terræ pulueribus: in quos ad tempus redacta ſunt. Siquidem cœli & ſtellę facta ſunt propter homines æternaliter p̄manſura: longe potius eorū ſuperiores, nēpe homines, morte tēporali puniti & diſpartiti, in integrum reſtituentur: ad ſtatum perhennitatis tandem peruenturi: nam ab hominib. deus in æuum erit colendus: ideo reſurgere eos oportet ad gloriam aut ad iuſtitiam Dei.

¶ Demum ad ſtabiliorem Chriſtianæ fi- 6.
dei roborationem oportuit Chriſtum, corpore clarificato & uidentibus diſcipulis, eleuari in cœlum, in quo ceu filius dei poſſidet regnum ac pro ſe ſuiſq; electis mem- [Actu. 1 in prin.] bris adiuit legittimam hæreditatem ſui cę [ſ.71. in ſi.] leſtis patris: ad cuius dexteram ſedet, di- [Mar.16. in ſi.] uiſurus hæreditatem cœleſtis regni inter ſuos cohæredes, ceu adoptiuos dei. Nam poſtq; dominus Iheſus ſemel corporaliter mortuus eſt & iterum a morte ſurrexit ac in cœlum aſcendit: eſt firmiter credendum & ſecure ſperandum, ꝙ poſt ipſum mortui (qui Chriſtum ſunt ſecuti) in aduentu domini corpore clarificato reſurgent & ſimul cū CHRISTO rapien [1. Theſ.4. in ſi.] tur in cœlum: et ſic ſemper cum domino erunt. Q̄obrem dominus unicuiq; electo parauit habitationem in cęlo, dicens: uado parare uobis locū: nempe ſexiū & ſu- [Iohan.14.] premū ſtatū, ad quē oēs hoēs ſunt uocati [ſ.10.§.1]

& creati, ſed ob ſuam culpam inde reie-
cti. Eundem deniq; ſtatum dominus Ihe-
ſus ſua paſſione recuperauit illis qui eiuſ-
dem paſſionis participes fuerint. Videa-
mus ergo quomodo per ſacramenta ac-
quiratur paſſionis dominicæ meritum.

QVINQVAGESIMVM OCTAVVM CAPITVLVM. De ſacramentis in genere.

SAcramenta ſunt inuiſibilis gra-
tiæ extrinſeca ſigna: per quæ
deus concedit occultam gratiã
acquirendi finem beatum: ad quem ini-
tio ordinati, ſed deinde lapſi ſumus. In pa
radiſo & ſtatu innocentiæ dederat deus
humano generi naturalẽ ſcalam aſcenden
di ad ſupremum ſtatum cœleſtis gaudij
(cuius ſcalę qualitas nobis modo ignota
eſt) In eadem naturæ ſcala potuiſſent ho
mines per obedientiam, fidem, ſpem &
charitatem, cum dei auxilio, peruenire ad
ultimum finem æternæ ſalutis: ad quẽ fi-
naliter creati & deſtinati erant. Poſtq̃ au-
tem homo in paradiſo non ſtetit: ſed ab
innocentia in noxam lapſus: naturam bo-
nam & obedientiam tranſgreſſus ac be-
ſtiali naturæ innixus, Deo rebellis fuit:
Quapropter in iram dei & pœnam ce-
cidit tam profunde q̃ extra tartarum pro
fundius cadere nequiret. Obinde perdi-
dit homo ueram fidem, ſpem & charita-
tem, in tantum committens, quominus p̃
ſcalam naturæ ad ultimum finem, nempe
ad deum, peruenire neq; per ſe a malo re-
ſurgere nec ſtatum innocentiæ recupera
re potuerit. Dominus igitur Iheſus inter
ueniens, morte ſua, nobis a deo gratiam
impetrauit: Sacramenta quoq; inſtituit et ſ. 63. §. 1 in fi.
formam dedit: qua per eadem ſacramen-
ta gratiam dei & meritum ſuæ paſſionis
acquiri poſſit. Nemo quidem citra ſacra-
mentorum ſuſceptionẽ certus eſt, ſe tan-
tam habere fidem uel charitatẽ qua deo
incorporetur. Quamobrem Chriſtus be-
nigne exhibet ſacramenta: quibus certo
nobis conſtare poteſt de ſtatu ſalutis no-
ſtræ. Virtute etenim ſuæ innocentis mor-
tis, lapſum hominem iterum erigere &
ad gratiam lætitiamq; cœleſtem ducere
dignat̃. Propterea loco ſcalæ naturæ p̃pa-
rauit ſcalam gratiæ cum ſacramentorum
gradibus. In iſta ſcala homo adhuc ſcan-
dere poteſt ad altiora, nempe ad meritũ
paſſionis Chriſti & tandẽ ad ęternam bea
titudinem: ut tamen homo interim obe-
diat deo in uera fide, firma ſpe & ordinata
charitate.

¶ Ad profectum earundem trium capi- 2.
talium uirtutum & ad proſequendum
Chriſti meritum & diuinam gratiam, do-
minus & eius apoſtoli inſtituerunt ſeptẽ
ſacramenta: quorũ duo uidelicet baptiſ-
mus & pœnitentia concernunt fidem:
duo, ſ. confirmatio & extrema unctio ſpẽ
& duo, ſ. Euchariſtia & matrimonium ro
borant charitatem: Deſuper inſtitutum ſ. 63. §. 11
eſt ordinis ſacramentum: per quod alia
ſacramenta ſunt conferenda: ut homo a-
ſcendere poſſit ad ſtatum in paradiſo de-
perditum. Qui autem præſumit abſq; ſa-
cramentorum ſcala cœlum aſcendere, is
errat, ulterius lapſurus in abyſſum infer-
ni. Quamobrem quilibet curet ſacramen
ta neceſſaria apprehendere, colere & ho-
norare, tanq̃ ſua ſpiritualia medicamina,
oportuna ad ſalutem conſequendã. Nam
ſicut materialia non conducunt infirmo
niſi applicentur: ſic paſſio & meritũ Chri
ſti non iuuat ęgrotum peccatorem, niſi
ſacramentis fruatur. Porro humanum ge
nus plurimum ęgrotat, indigens ſpiritua-
li medicamine & medico, iuxta Euange-
lium: Non egent medico qui ſani ſunt: Er Luce 5 in fi.
go ſequitur ęgrotos egere medico: qui a
deo miſſus eſt: Sic enim deus dilexit mun Iohan. 3 in me.
dũ ut filium ſuũ unigenitũ daret & ſalue
tur mundus per ipſum. Is quidem ſaluat
nos uirtute ſuæ paſſionis, & medicat̃ nos
per ſacramenta: ceu inſtrumenta quib.
mediantibus Chriſtus debiles & egenos
homines miſericorditer attingit: & ſic eis
ſuæ paſſionis meritum impartitur. Hoc
medio præbet nobis deus ſpiritualia me-
dicamina ſub emplaſtris ſacramentorum
quæ extrinſece applicantur corpori & in
trinſece

trinſece ſanant ſpiritus ęgritudinem.

5. ¶ Eadem ægritudo ex duabus prouenit cauſis, uidelicet ex ſenſibus corporeis, ſpiritum hominis ad peccandum incitantibus. Secunda eſt, quia eiuſdem ſpiritus arbitrium deflectitur ad huiuſmodi corporis incitamenta. Itaq; peccatū emergit interius in ſpiritu, & cōſumatur externus per corpus. Quobrē dñs Iheſus ſuo ſanguine pparauit medicinā ſacramentalem: quæ non ſolum eſt ſpiritualis interiori hoī cōueniens; ſedetiā corporalibus & exteriorib. ſignis conficit: ut ſit conformis ęgroto: q ex paradiſo nimiꝝ cum corpore & ſpū huc lapſus eſt, corporali & ſpirituali morbo laborans. Quippe ſicut extrinſecus carnis pruritus cauſat intrinſecum peccatum ſic intrinſeca gratia & remiſſio peccatoꝝ cauſat per extrinſeca corporalia ſigna ſacramentorum. Contra intrinſecum utiq; ſpiritus morbum deus ordinauit intrinſecam ſpiritualem medicinam, nempe gratiam ſacramenti: qua interioris hominis infirmitas curatur: ſpiritualis defectus reficit & bona ualitudo reducitur: ut homo capax fiat altioris grę a deo acceptandę.

4 ¶ Cæterum humano generi, in huiuſmodi ſpirituali infirmitate iacenti, auxiliari poteſt nemo pręter deū: Qui idcircoꝗ dominum Iheſum ſuoſq; diſcipulos ceu eccleſię rectores, pro ſalute hoim ordinauit et pręparauit interiorem medicinam & gratiā humano ſpiritui porrigendam per exteriora materialia & uiſibilia ſigna: ſub uerbis & formis inſtitutis. Quo modo languidum corpus curatur: pari modo & ſpiritus. Siquidem corporis medicina eſt quadrifaria: nempe curatiua, conſeruatiua, preſeruatiua & melioratiua. Prima cōmoda eſt ſaluti corporis languentis: ſecunda corpus fortificat incolume; tertia præſeruat quominus in morbum recidat: quarta augmentat corporis robur. Conſimiliter ſpiritualium medicinarum genera quatuor ſunt: tria curatiua ſcz baptiſmus, pœnitentia, extrema unctio: baptiſmus ſanat mortalia uulnera ſpiritus: ſed non uulnerum cicatrices, utpote fomitem uel inclinationem ad malum. Verum quidem baptiſmus uiuificat hominis ſpiritum: qui antea erat mortuus: Ideo ei ceu mortuo ante baptiſmum nullum ſacramentum conducit neq; conferendū eſt. Pœnitentia confertur contra peccata actualia: in quę baptiſatus relapſus eſt. Extrema unctio curat debilitates ſpiritus poſt peccata relictas. Conſeruatiua medicina eſt confirmatio, tollens imbecillitatem ſpiritus & eundē conſeruans in ſpirituali ualitudine ac in gratia ei per baptiſmum conceſſa. Matrimonium pręſeruat hominē ab inordinata concupiſcētia: qua frequenter mortales afficiuntur. Ordinis ſacramentum eſt medicamen melioratiuum: ſiquidem clerici ordinatim in uirtutibus creſcere & diuinæ ſapientiæ ſtudere debent: quo perueniant ad altiorē ſtatum per ſeptem gradus: de quibus infra dicam 94. § 4. Pariter euchariſtia eſt melioratiua, reatum mitigans & hominis ſpiritū incorporans carni Chriſti contra carnem Adæ, comprehendit deniq; omnes partim uirtutes aliarum ſacramentalium medicinarum: nam ſanat uenalia: quibus peccata mortalia incitantur: conſeruat de uotum a futuris peccatis: ac augmentat in eo diuinam gratiam: qua homo ſe ubiq; meliorem reddere poteſt.

¶ Deinceps conſideranda eſt ſacramenta 5.
lis medicinæ operatio contra labem culpæ. Quodlibet opus, a deo auerſum & ad creaturā peruerſum, parit peccatū: quod ulterius generat & poſt ſe relinquit mala multa: de quibus ſupra c. 33. § . 3. Imprimis per baptiſmum tolluntur quędā mala culpæ: utpote ſuperueniens gratia diuinā uiuificat ſpiritū hoīs: qui reconciliatur deo & fit particeps paſſionis Chri: Item in baptiſato delentur maculæ ſpirituales & remittūt æterna & tēporalia ſupplicia ac etiam reatus poſt peccata relictus: mala tamen inclinatione pmanente. Secundo per pœnitentiam ſacramentalē abſoluuntur ſubſcripta mala: nempe homo abſoluitur a ppetua morte & ab ira dei, necnon ab æternali pœna & debito: ſed non a debito temporali, nec a maculis ſpiritualibus. Etſi homo per pęnitentiam uniatur Chriſto

ſuæ particeps paſſionis(quæ pro omni-
bus debitis maculiſq; ſufficit) eædem tā-
men maculæ & temporalia debita eate-
nus dumtaxat abolētur quatenus ad hoc
ſe homo coaptet per contritionē & rea-
lem pœnitentiam cæteraq; opera, præci-
pue ſummendo euchariſtiam: nam ſicut
ſacramentalis pœnitentia homini recu-
perat ſpiritualem uitam; ſic ei neceſſariū
eſt ſpiritualem cibum nempe euchariſtiā
ſumere ad ſe reficiendum. Cum uero ho-
mo poſt Baptiſmum frequenter labitur
in peccatum mortale: quo amentiam &
famē ſpiritus incurrit: neceſſe eſt, ut cre-
bro erigatur per ſacramentum pœniten-
tiæ & reficiatur per ſacramentum eucha
riſtiæ: quo ſuus ſpiritus ſpiritualiter co-
puletur carni Chriſti contra Adæ carnē:
cui alioquin naturaliter copulatus eſt.
Attamen pro reuerentia eiuſdem ſacra-
menti, euchariſtia non indigne nec intem
§.73.§.10 peſtiue ſummenda eſt. Confeſſionis au-
tem ſacramentum ſubire quis poteſt om
ni tpe: qm̄ continue iacet in peccatis: quā
quanto minus idoneus eſt, tanto plus pœ
nitentia agi opus eſt ut idoneus fiat: ſpi-
rituali itaq; lotione ideſt confeſſione ſem-
per indigemus. Cætera ſacramenta limi-
tata ſunt tempore: utpote extrema un-
ctio in mortis articulo: baptiſmus uero &
confirmatio: ordo & matrimonium ſe-
mel dumtaxat ſuſcipi ſolent: Nam ſicut
homo ſemel tantum corporaliter naſcitur
Heb.6 & ſemel adoleſcit: ſic ſemel tantummodo
renaſci & baptiſari poteſt homo. Ait eni
apoſtolus, Impoſſibile eſt eos qui ſemel
ſunt illuminati, guſtauerunt etiam donū
cœleſte & prolapſi ſunt, rurſus renouari
ad pœnitentiam. Ecce negat reiterationē
renouationis baptiſmi non pœnitentiæ.
Rebaptiſmus igitur ceu hæretica teme-
ritas ſtrictiſſime prohibetur. Conſimiliter
confirmari ideſt ſpiritualiter adoleſcere
ſemel tantum cōtingit: item ſemel ſuble-
uari in ſtatum altiorem de uno gradu ad
alium: nempe ſingulos ſacramentales or-
dines tantum ſemel ſuſcipere ſtatutū eſt.
Alta tandē diuina ſignificatio matrimonij
eſt in cōiugio ſemel dūtaxat benedicēdo.

¶ Præterea quodlibet ſacramentum exi- 6.
git materiam uiſibilem & uerba deſuper
ordinata: exceptis pœnitentia & matrimo
nio. Hoc itelligi poteſt p corporales infir
mitates: quarum quædam curantur cum
materia applicata abſq; cooperatione in-
firmi dumtaxat patientis, nil agentis: uelu
ti appoſitionem emplaſtri, ſumptionē ele
ctuarij. Quædam infirmitates requirunt
exercitiū infirmi utpote podagricus exer
ceat ſe ſtando, eundo aut aliter ſe mouen-
do. Conſimili modo quidam ſpirituales
morbi indigent ſacramentali materia abſ-
q; exteriori exercitio: ueluti baptiſmus in
diget aqua: confirmatio oleo: ordo claue
libro uel alio inſtrumento: ad euchariſtiā
requiritur panis & uinum. Duo ſacramē
ta, ſ. pœnitentia & matrimonium non ali
qua celebrantur materia: ſed loco mate-
riæ pœnitentia requirit exercitium pœni
tentis nempe contritionem interiorem &
confeſſionem exteriorem ac etiam ſacer-
dotis abſolutionem: qua pœnitentia ſacra
mentum concluditur. Matrimonium de-
niq; loco materiæ exigit utriuſq; coniu-
gis interiorem uoluntatem & eiuſdem ex
preſſionem: qua ſacramentum matrimo-
nij concluditur.
¶ Vbi in ſpiritu fuit opus nouo remedio, 7.
ibi ſpeciale ſacramentum ordinauit do-
minus, iuxta cuiuſlibet neceſſitatem ab
uno gradu ad alterum: Ita intelligendo:
homini lapſo neceſſarium eſt reſurgere
per ſacramentorum ſcalam. Ex quo autē
ſpiritualiter mortuus & in originali pecca
to natus eſt: debet ſpiritualem recupera-
re uitam, ob quam ordinatus eſt primus
gradus, nempe baptiſmus: in quo homo
regeneratur & ſpiritualiter uiuificatur.
Quo autem competentius homo ſpiri-
tualem uitam continuet, neceſſe eſt, ut
contra ſpiritus ſui inimicos ſtrenue cer-
tet: ideo confirmatio eſt inſtituta. Homo
inſuper frequenter in uulnera mortalia
recidit. Idcirco confectum eſt emplaſtrū
ſacramentalis pœnitentiæ. Omnem de-
niq; uitam ſuam homo deducit in leuitati-
bus: quibus ſpiritus eius debilitatur atq;
refocillatione indiget: quapropter extre-
me ungit

me ungitur oleo infirmorum. Eadem igi
tur quatuor ſacramenta baptiſmus, con-
firmatio, pœnitentia & ſacra unctio ſuo
tempore ſunt porrigenda omnibus & ſin
gulis perſonis mortalibus. Alia duo ſacra
menta ordo & coniugium non ſunt ſin-
gulis hominibus neceſſaria, ſed uniuerſa-
li eccleſiæ oportuna: nempe matrimoniū
proficit ad multiplicandum filios eccleſię
ordo ad augendū miniſtros eccleſiæ. Eu-
chariſtia autē in Miſſa concernit totam ec
ſ.63.ſ.3 cleſiam triumphantem, dormientem &
militantem: propterea ibidem in tres diui
ditur partes. Extra Miſſam ſpectat ad
ſingula eccleſię mēbra: quibus ſpiritualis
cibus porrigi ſolet pcipue paſcali tpe. Qui
libet quidē ad uitā ſpiritualē indiget hoc
cibo, ac etiā uiatico, exutus uita corporali.
8. ¶ Septē ſacramēta ſunt figurata in quinq;
Mat.14 panibus & duobus piſcibus: quibus do-
Mar.6 Luce 9. minus turbam famelicam ſaciauit. Quem
admodū corporalis ſuſtentatio in pane
eſt: ita & ſpiritualis ſuſtentatio in quinq;
primis ſacramentis ſcz in baptiſmo, con-
firmatione, pœnitentia, ſacra unctione &
euchariſtia. Piſcibus ueſci nemo cogitur:
pariter inuitus ad ordinē uel matrimoniū
non trahitur: tametſi oīa ſimul ſacramen-
ta ſint neceſſaria uniuerſali eccleſię hic mi
litanti contra peccata deo aduerſa. Quip-
pe in eccleſiaſtico exercitu ſunt ſeptem ge
nera: Primum in baptiſmate ſuſcipitur
& conſcribitur baptiſatus pro tirone. Cui
in confirmatione imponitur galea cætera
q; arma. Pœnitentia ligat & ſanat in con-
flictu ſauciatos: Euchariſtia alimoniam
pugnantibus ſubminiſtrat: Sacra autem
unctio defeſſis & ex bello abeuntibus
nempe morituris uiaticum præſtat &
refectionem: Ordinis uero ſacramentum
miniſtros ordinat ad expedienda Chri-
ſtiani exercitus officia: Matrimonium
tandem procurat plures milites in exer-
citum conducere.
9 ¶ In exercitu Chriſtiano præparata ſunt
ſeptem ſacramenta in adiutorium ſeptem
uirtutum contra ſeptem peccata morta-
lia deo inimica. Imprimis aduerſus ſuper-
biam eſt baptiſmus, ceu fidei ſacramentū;
in quo baptiſatus ſe humiliat erga elemē-
tum aquæ. Confirmatio eſt ſpei contra
auaritiam: Euchariſtia eſt charitatis cōtra
odiū: pœnitētia iuſtitiæ contra gulā: Sacra
unctio eſt fortis perſeuerantia contra acci
diā: Ordo eſt prudētiæ contra irā: Matri
moniū tēperantiæ contra luxuriā inordi-
natā. Hoc pacto Chriſtiana uita eſt mili- Iob 7 in prin.
tia hoīs ſuper terram. Qui modo in ſuo 2. Timo. 2
ſtatu legittime hic certauerit, illic acqui- in prin.
ret mercedem & coronam perpetuæ ſa-
lutis. Quūs omnia ſacramenta ſint paris
gratiæ: ſingulis tamen attribuitur ſpecia-
lis operatio: nempe baptiſmus purgat a
peccatis hominem: quem confirmatio in
bono roborat. Corpus Chriſti ſibi huma-
nū ſpiritum unit & eundem deo & eccle-
ſiæ incorporat. Pœnitentia iuſtificat im-
pium: quem hinc migrantē extrema un-
ctio ad futuram uitam præparat. Sacra-
mentum ordinis illuminat ordinatum in De conſec.
doctrina et matrimoniū præſeruat coniu di.5. ſpiritus ſanctus
ges ab inordinata concupiſcentia. Item 26.q.6
introeuntes baptiſantur, pugnantes con- De his 26.q.6
firmantur: ambulantes cibantur euchari- his et c. ab infir.
ſtia: quæ ideo nūcupatur uiaticum ceu ali
monia in uia: Errantes per pœnitentiam
reducunt: peregre pficiſcentes inungun-
tur: Sacramentū ordinis eſt ad edificatio-
nē boni: matrimoniū ad cauendū malum.
¶ Tria ſacramenta ſunt contra peccata: 10.
Imprimis baptiſmus ad tollendum origi-
nale & actuale peccatum omnemq; rea-
tum: a carne tamen ueſtigium & fomitē
peccati non tollit. Secundo pœnitentia re-
mittit peccatū actuale ac ſuppliciū perpe
tuū: temporale uero ſuppliciū inclinationē
ad malū nō protinus aufert: Tertio etſi al
taris ſacramentū ꝓprie et principaliter in
ſtitutū eſt ad memoriā paſſionis dominicę Luce 22 poſt prin.
effectus tamen miſſæ ſecundarie redun-
dat in ſatisfactionem pro quottidianis
peccatis debitiſq; noſtris alleuiandis uirtu
te corporis & ſanguinis dominici in cru-
ce effuſi ac in officio miſſę ſacramētaliter
renouati & contrectati. Per nullū itaq; ſa-
cramentum peccata principaliter remit-
tuntur aliter quam per inſtrumentum:
quo quis particeps ſit paſſionis & meriti

Chriſti: cuius uirtute omnia delentur pec
cata: pro quibus ſatiſfecit ſolus Chriſtus
olim ſua corporali morte & hodie ſua ui
uifica hoſtia. Nemo profecto quicq̃ fru
gi ad ſalutem procurare poteſt, niſi uirtu
Roma.5 post prin. te & opere Chriſti: Hinc Paulus ſcribit:
Si enim cum inimici eſſemus, reconcilia
ti ſumus deo per mortem filij eius, multo
magis recõciliati ſalui erimus in uita ipſius
11. ¶ Inſtituit autem deus ſacramenta diuer
ſimode: duo ſcilicet matrimonium & pę
nitentiam ante eius incarnationem: ſcri
Gene.1. Leui.5 post prin. ptura dictante: deus creauit maſculum
& fœminam & benedixit illis. Item ani
ma poſteaq̃ intellexerit delictum ſuum,
agat pœnitentiam pro peccato. Sed
neutrum eorum ſacramentorum habuit
uirtutem conferendi gratiam, donec per
Joh.2. Luce 13 in prin. Chriſtum confirmaretur: utpote quando
in Cana Galileæ nuptijs interfuit: acetiã
pœnitentiam præcepit, dicens: niſi pœni
tentiam habueritis, omnes ſimiliter peri
bitis. Baptiſmum in Euangelio integre cõ
Mar.1 post prin. Math.28. in fi. ſumauit dominus Iheſus ſuo ipſius baptiſa
tione & dando formam baptiſmi, inquiẽs:
Euntes ergo docete omnes gentes, bapti
ſantes eos in nomine patris & filij & ſpiri
Act.8 ante fi. tus ſancti: tametſi eadem forma per Apo
ſtolos ad tempus mutata fuerit. Reliqua
quatuor ſacramenta Chriſtus quidem in
choauit: ſed eorũ formã poſtea per ſuos
Marci 10. post prin. apoſtolos inſtituit: Nempe confirmare
cœpit, quando complexans paruulos &
imponens manus ſuper illos, benedicebat
Mar.6. post prin eos. Vnctio cœpta eſt, mandato domini
dato diſcipulis: qui exeuntes prædicabãt
& ungebant oleo multos ægros & ſana
bantur ſcilicet intrinſecus in ſpiritu. Ordi
nis ſacramentum contulit dominus diſci
Mat.18. pulis hijs uerbis: Quęcunq; alligaueritis
ſuper terram erunt ligata & in cœlo &
quęcunq; ſolueritis ſuper terram, erunt ſo
luta & in cœlo. Item quando eis pa
Luc.22 post prin. nem dedit dicens: Hoc facite in meam
commemorationem: & accepto calice di
xit: accipite & diuidite inter uos. Altaris
Math.13 in me. ſacramentum deſignauit dominus ſe aſſi
Marci 4. milans grano ſynapis, quod minimũ eſt
Luc.13. omnibus ſeminibus: cum autem ſemina

tum fuerit & creuerit, maius eſt omnibus
oleribus & fit arbor ita ut uolucres cœli
habitent in ramis eius. Dominus deniq; Math.26
inſtituit altaris ſacramentum quando pa
nem & uinum ſui corporis & ſanguinis
benedixit & ſuis diſcipulis dedit.
¶ Scitote in ſacramentorum diſpenſatio 12.
ne, duo ſacramenta ſcz corporalis & ſpiri
tualis generationis ualde neceſſaria eſſe
ideo facile confici: nam matrimoniũ con 27.q.1. matrimonium
trahitur nuda uoluntate mutua utriuſq;
coniugis abſq; alia opera: niſi quod ad
ipſius ſacramenti honorẽ, auctoritas ſacer
dotalis interuenire debeat. Deinceps quili §.73. §.9. in fi.
bet hõ facultatẽ baptiſandi hẽt: ad ſacra
mẽti tñ decorẽ, abſq; ingẽti neceſſitate, ne
mo baptiſare debet quam ſolus ſacerdos.
Tria inſup hæc ſacramenta, pœnitẽtia, un
ctio & euchariſtia p preſbyteros dũtaxat
ſunt porrigenda. Ideo prohibetur ne layci De conſecr. diſ.2. peruenit
portent ſacramentum corporis Chriſti
ad infirmos. Si quis uero unum eorum
aut plura, forſitan preſbyterorum penu
ria, adipiſci nequiret ſed deuoto affectu
accipere anhelaret: is nihilominus gratiã
& effectum ſacramẽti conſequitur. Con
firmationis deniq; & ordinis ſacramenta
hominem in altiorem ſtatum extollunt:
ideo ſolus Epiſcopus habet confirmare
puſillos & ordinare clericos, ex ſuperemi
nenti auctoritate ei in ſui conſecratione
conceſſa. Porro in ſingulis ſacramẽtis por
rigendis neceſſaria eſt diſpenſantis inten
tio, utpote qua intendat id agere quod ad
humanam ſalutem Chriſtus inſtituit.
¶ Sacramenta a bonis & malis miniſtris 13.
tractari poſſunt: nam ſi ſoli boni haberent
eorum diſpenſationem, nemo certus eſſet
de ſuſcepti ſacramenti effectu: dum incer
tus eſt de miniſtri idoneitate, ſicut nec de
propria. Sacramentorum quidem diſpen
ſatio ponderatur non ſecundum miniſtri
uitam: quæ eſt mutabilis: ſed ſecundum
eius ſtatum & officium; quod a deo &
immutabile eſt. Quocirca miniſtri mali
tia non poteſt nocere tuæ ſaluti, nec quic
quam adimere gratiæ ſacramenti: in quo
ſolus deus operatur per ſacerdotem tan
quã nuncium, non auctorẽ. Quippe ipſe
Chriſtus

Chriſtus eſt impetrator & dator gratiæ ſacramentalis, Atqui ſi ſacramentum ſuſciperes ſcienter ab aliquo excommunicato uel ſuſpenſo aut aliter abſciſo eccleſiæ membro: Particeps quidem fieres rei ſacramentalis ſed non gratiæ ſacramenti, propter tranſgreſſionem interdicti: quo caueturne extra neceſſitatem a tali miniſtro aliquod accipias ſacmentum. Conſimiliter in cultu uoluntario, non neceſſario, nempe orando aut benedicendo, probus ſacerdos a deo plus impetrare poteſt ꝙ reprobus. Qui enim in ira dei eſt, deum ſibi reconciliare nequit: iuxta Gregorij ſententiam: Cum is qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur.

14 ¶ Accidentalis cultus diuinus, utpote ſ.91.ſ.10 in me. pſalmodia, cantus, organum, pictura & id genus cærimoniarum, extra ſacramentorum exercitia in eccleſia ſolitus, concernit laudem dei & decorem eccleſiæ, non neceſſitatem hominis aliter ꝙꝙ aſtrictus eſt homo diuinam maieſtatem colere & magnificare ac eius eccleſiam decorare. Sacmenta autem ꝓrſus neceſſaria ſunt communi eccleſiæ & nobis ſuis mẽbris. Saluator.n. noſter ſeipſum in ſacramentis tradit nobis: eo nuncupamur Chriſtiani quia Chriſtum eiuſq; gratiã cõſequimur per ſacmenta, in quibus continet̃ omẽ id, quo eccleſia militans eiuſq; membra opus habent, nempe totum meritum Chriſti
ſ.14.ſ.7 ſuorumq; martyrũ. Idipſum eſt eccleſiæ theſaurus unicuiq; pro condigno diſpenſandus: quo illi, qui ſacramenta legittime adipiſcunt̃, iuſtificãtur: exploſa ꝓſumptione cõtraria: de qua ſup c.4.ſ.10.

QVINQVAGESIMVM NONVM CAPITVLVM.

De Charactere ſacramentali.

Signa ſacramentorũ ſunt bifaria ſ. interiora & exteriora. Quodlibet ſacramẽtũ habet extrinſecũ ſignum & formam ſpecialem ac materiã & uerborum expreſſionem debitã. Tria dumtaxat ſacmenta habent interiora ſigna: quæ uocitantur characteres: De hijs primo dicendum, atq; conſiderãdum eſt. Deus ad ſuam imaginem & ſimilitudi- Gene.1. nem ab initio fecit hominem: quem ad ſe ipſum mediante imagine nectere et cum ſimilitudine totaliter attrahere decreuit. Homo autem ſuo lapſu imaginem contaminauit: nec tñ in ſpiritu totã extinxit: quinni partim imago in libero pendet arbitrio: quod in homine ſemper durat. Similitudinem uero Dei, utpote ſapientiã, bonitatem, conſcientiam, cæteraſq; uirtutes homini porrectas, homo in ſe per peccatum prorſus extinxit & loco uirtutũ uitijs ſe ſarciuit: quibus deo diſſimilis aduerſariuſq; conſtituitur. Hoc modo humanum genus, ſeruata imagine, maculata tamen, ſimilitudinem dei totam amiſit. In ſpiritu baptiſati mundatur dei imago & datur ſimilitudo Chriſti: quo ulterius baptiſatus in ſtatu gratiæ deo reconciliatur et efficitur membrum cohereſq; Chriſti ac filius eccleſiæ: per conſequens meriti Chriſti particeps. In ſignum præmiſſorum in ſpiritũ baptiſati imprimitur character ceu ſigillum & imago Chriſti & ſuæ ſimilitudinis.

¶ Rurſus homo poſt ſui baptiſmum a 2.
ſtatu grãe in peccatum relapſus, in ſe iterum commaculat dei imaginem & perdit ſimilitudinem, amicitiã & hæreditatẽ meritumq; Chriſti & eccleſiæ: coinqnat deniq; (licet non totum extinguat) characterem ſibi impreſſum. Qꝫdiu idem character ceu imago Chriſti (ꝗuis maculatus) durat: tam diu homo eſt eccleſiæ mẽbrum, non abſciſum nec reiectum: ſed plectendum. Character igitur, ueluti ſignũ & imago redemptionis, eſt fundamentũ: per quod baptiſatus peccator pœnitendo reuerti poteſt ad ſui redemptoris ſimilitudinem, amicitiam & meritum. Pari modo in baptiſmate per imaginem dei, uirtute paſſionis Chriſti, adepti ſumus diuinam gratiã & ſimilitudinẽ. Siquidem poſt peccatũ character, ceu Chriſti fundamentũ, in hoĩe non maneret, nec hoiem ad Chr̃m ſuũ caput alligaret: ſic peccator

nunc in grām rediret tanq̄ mēbrꝝ abſciſum. Si ṽo a Chr̄o non eſt abſciſus: accipiet ſalubres influentias a ſuo capite Chriſto. in quo adhuc colligatus exiſtit. Baptiſma itaq; inſtitutū eſt cōtra primū caſum a ſimilitudine dei: pœnitentia aūt cō tra ſecundum caſum a ſimilitudine Chriſti. Porro difficilius eſt, hominem a ſecundo caſu reſurgere, q̄ a primo.

3. ¶ Tria ſunt hominum genera: Primum in mundo uniuerſo Chriſtifideles ab infidelibus diſcernuntur. Secundo genere, in

§.61.§.1 poſt me. eccleſiaſtica hierarchia ſegregantur confirmati a non confirmatis, tāq̄ incolumes ab infirmis uel armati ab inermibus. Tertio in acie Chriſtiani exercitus, per ſacramentū ordinis, clerici ordinati ſunt tanq̄ duces, iudices, uigiles & rectores ſupra gregem dn̄i. In tribus igitur ſacm̄entis, ſ. baptiſmi, confirmationis & ordinis, ſpiritusſanctus in ſpiritum humanum imprimit characterem: qui eſt ſecretum & indelibile ſignum. Quapropter hmōi tria ſacramenta in eadē materia & perſona reiterari nequeunt: alioquin ſacm̄entum redderetur informe: acſi unū ſigillū ſuper aliud in eadē cera imprimeretur. Verꝫ quidem duo aut plura ſigilla in unis literis alternatim poſſunt imprimi: prout tres characteres baptiſmi, confirmationis & ordinis in perſona clerici ſucceſſiue ſunt im-

§.60.§.1 in prin. preſſi. Proinde baptiſmi character fundamentum eſt reliquorꝫ characterꝫ: quorꝫ neuter ante baptiſmū cōferri poteſt: Ideo cōfirmatio uel ordinatio, nō baptiſato collata, non eſt ſacm̄entum. Idē eſt in cæteris ſacm̄entis: quæ ſi abſq; baptiſmali fundamēto cōferunt̄: nullius ſunt momēti. Matrimoniū igit̄ infideliū uim ſacm̄enti non

§.41.§.1 in f. habet. Bona uero opera præſertim contritio & pœnitentia cathecuminorꝫ non ſunt ſine fructu.

4. ¶ Cæterꝫ ad cognoſcendum intrinſecam et inuiſibilem medicinā, ſpiritusſanctus p eccleſiam ordinauit quædam extrinſeca ſenſibilia ſigna cum ṽbis intelligibilibus tanq̄ inſtrumenta: per quæ homines gratiam ſacramenti ceu medicinam neceſſariam ſuſcipere & a ſtatu mali ad bonum aſcendere debeant. Eadem inſtrumenta habent exterius in corpore ſimilitudinē occultæ gratię: quæ interius confertur animæ. Hinc Tertullianus de reſurrectione carnis ſcribit. Nulla anima ſalutē adipiſci poteſt: niſi dum eſt in carne: adeo caro eſt ſalutis cardo. Caro abluitur ut anima mundetur: ungitur ut anima conſecretur: Caro corpore & ſanguine Chriſti ueſcitur ut & anima de deo ſaginetur. Quare ſacramentalē gratiam non ſolum ſub ſecreta, ſed etiā manifeſta forma, tradendam deus, inſtituit: non q̄ ipſa gratia ſit uiſibilis aut aliter ſenſibilis: ſed quod ſacerdos uerbis exprimit aut ſignis & operibus extrinſecis uiſibiliter agit, deſignat quid deus intrinſece in homine operat̄. Congruum eſt fidei catholicę, alias ab inſenſibilibus pendenti, aliquid ſenſibile adhiberi: quod ſimilitudinem habeat gratię inſenſibilis: quo facilius homo inducatur credere & ſperare huiuſmodi gratiam & donum dei. Qui dat ſuam inuiſibilem uirtutem intelligi per creaturam uiſibilem: ſicut Paulus ſcribit: Inuiſibilia enim Roma.1. in me.
ipſius a creatura mundi intellecta conſpiciuntur. Sic ſacramenti gratia intelligitur a corporalibus ſignis, ad ſingula ſacramēta diſtincte ordinatis. In huiuſmodi deniq; ſignis & applicationibus ſacramentorum repræſentatur uera ſalus: etiamſi accipiens ſacramentum inde non ſaluetur. Id profecto contingit non defectu ſacramenti, ſed culpa accipientis: qui ſe incapacem reddit ſacramentalis gratiæ, homini incompoſito non conferendæ.

¶ Notandum duplicem hic eſſe bonum 5.
hominis ſtatum. Primus erat a natura §.30.§.1 in prin.
& immediate a Deo ordinatus: quem homo perdidit, quominus ſupremum beatitudinis ſtatum nanciſci poteſt. Ideo inueſtigandus eſt alter bonus ſtatus, ſcilicet gratiæ: qui immediate eſt a CHRISTO deo & homine: in quo quidem ſtatu homo impetrare poterit ſtatum cœleſtem. Quemadmodum olim Deus ordinauerat ad eundem beatitudinis ſtatum aſcendere per naturalia & ſenſibilia, utpote per obedientiam, abſtinendo a fructu

a fructu uetiti ligni:ita dominus Ihesus
ordinauit uiam ad ſe ueniendi & meritũ
ſuum acquirendi per materiam corpora-
lem,ſenſibilem & ſacramentalem:nempe
Gene.1 per Aquam,oleum & ſimilia, Porro De-
us in paradiſo interdixit, ne de materiali
ligno ſcientiæueſceretur homo: qui ſi o-
bediens Deo a fructu uetito abſtinuiſſet:
euolaſſet ad æternam beatitudinem. Cō-
ſimiliter Chriſtus in eccleſia propoſuit
materias ſacramentales: quibus ſiquis le-
gittime fruitur ;acquiret gratiam per hu
iuſmodi materias ſignificatam:non quod
in eis aliqua ſit gratia:ſed quod ſub eis de
us gratiam confert hijs qui bona fide eaſ-
dem ſacramentales materias debito ordi
ne conſequuntur:acſi deus dicat,facio ut
facias:ſiquidem nactus fueris aquam ba-
ptiſmi uel criſma confirmationis & cæte.
tunc conferam tibi gratiam ſacramenti:ſi
autē id omiſeris: gratiam tibi denegabo.
ff. de reg. iuris 2. qui non Qui enim non facit quod facere debet,ui
detur contrafacere. Itaque qui ſub forma
& uerbis debitis ſacramentalem materi-
am adipiſcitur,credens diuinæ promiſſio
ni:is in ſacramento gratiam & meritum
Chriſti inuenit, conſequuturus promiſ-
ſam gratiam, nempe hic remiſſionem
peccatorum,illic cœleſtem hęreditatem.
6. ¶ Quodlibet ſacramentum habet ſpecia-
le ſignum ac formā: qua extrinſecus cor-
porali ſimilitudine oſtenditur,quid in ho
mine interiori ſpiritualiter Deus opere-
tur: utpote aqua baptiſmi gratiam dei de
ſignat:exterior lotio corporis interiorem
purgationem ſpiritus: exterior inunctio
frontis confirmati ſignificat interiorē un-
ctionem ſpiritus:Species panis altaris re-
præſentat Manna cœleſte: quod corpus
Chriſti eſt. Similiter & in cæteris ſacmen
tis exteriora ſigna et uerba deſignāt quid
ſalutis homini interiori confertur. Equi-
dem ſignum nuncupatur eo quia per id
quoddam myſterium ſignatur:quod lon
ge melius eſt ſacramento: Vinum in uaſe
carioris ualoris eſt, q̄ index ſeu ſignacu-
lum uini propinandi. Quippe quod reali-
ter in ſacramentis agitur, congruit ſpiri-
tui humano,& ſpiritualiter, non carnali-
ter interpretandum eſt: quoniam ſacra-
menta ſpiritui,non carni applicantur,pre
cipue ad redimendum & ſubleuādum
ipſum ſpiritum.
¶ Præterea uerba ſpecialiter ſingulis ſa- 7.
cramentis adordinata,ſunt exprimenda:
omnia enim deus uerbo ſuo fecit ex nihi- Sapi. 9
lo. Eodem uerbo, quod ſacerdos loco in prin.
Chriſti ſup materia debita exprimit,con
ficitur ſacmentum, Auguſtinus ait: Acce 1.q.1
dit uerbum ad elementum, & fit ſacmen Detrahe
tum. Qñ deus dixit,tunc facta ſunt. Et q̄- Ps.32.
uis creatura dei,ſuper qua uerba proferū
tur, prius bona ſit: ſanctificatur tñ (iuxta
Pauli ſententiā) per uerbum Dei & orō- 1 Timo.4.
nem,ſ. ſacerdotis. Huiuſmodi diuinū uer in prin.
bum eſt incorruptibile ſemen ſacramen-
ti:uelut Petrus inquit: Renati eſtis nō ex 1. Pe. 1
ſemine corruptibili ſed incorruptibili per in fi.
uerbum dei uiui. Idipſum uerbum in ſa-
cramento probatum,perfecte inſinuat,q̄d
grā & ſacmentum in homine interiori o-
peretur:prout etiam ſigna exteriora deſi-
gnāt: quo leuius & firmius homo credat
ſe egenum,in ſacramento adipiſci inuiſi-
bilem gratiam & ſalutem: iuxta Chriſti
promiſſum: Qui crediderit & baptiſatus Marci 16
fuerit ſaluus erit: Verba Chriſti non præ- Math. 24
teribunt. Conſimiliter per fidem intelligi Heb. 11
mus aptata eſſe ſæcula uerbo dei ut ex in- in prin.
uiſibilibus uiſibilia fierent. Et inquit Da-
uid: Rectum eſt uerbum domini & om- Psal. 32.
nia opera eius in fide. Ex præmiſſis intel- in prin.
ligitur, omnia ſacramenta concludi uer-
bo ſuper materia ſacramentali exprimen
do:tunc enim a deo uenit donum & diui
na grā operatur in eo, cui applicatur ſa-
cramentum. Verba quidem ſacmentalia
uim habent diuini uerbi: idcirco non ſo-
lum ſignificant,ſed etiā operātur id quod
ſonant. Hoc itaq; uerbo (ego te baptiſo)
deſignatur q̄ deus interim tam originale
q̄ actuale peccatum abſtergit. Quicquid
ūbum in ſacmento altaris exprimit,nem
pe corpus Chri,idipſum operatur:trāſmu
tat.n.panem in corpus Chriſti. Oportet
igit̄ uirtute eiuſdē ūbi (q̄d ſacerdos in pſo
na Chri profert) panem & uinum muta-
ri in uer corpus & ſanguinē Chri:aliogn

ſdem uerbum Chriſti eſſet falſum, quod
eſt impoſſibile & auditu horrendum, de
quo infra lxvi. §. vij.

8. ¶ Homo in paradiſo uerbū dei contem-
pſit & ſeipſum elementis ſubiecit: ideo ſa
cramenta ſub forma uerbali & materia-
elementali inſtituta ſunt: per uerbum ex-
primiť: per elementum figurať, quali gr̄a
homo interior condonatur. Quippe q̄diu
humanus ſpiritus corpore occluditur, tā
diu nihil ab intra concipere nec ab extra
demonſtrare poteſt, niſi per corporis ſen
(ei.q. ij. io autem. in prin.) ſus. Hinc Auguſt. ait: uerba propterea in
ſtituta ſunt, ut eis quiſq; in alterius notiti-
am cogitationes ſuas proferat. Siquidem
uelim certior fieri de tua mente & eā ad
meam mentem & notitiā deducere: hoc
contingit per mutuas noſtras corporales
operationes, utpote loquendo, audiendo,
ſcribendo, legendo, annuendo aut alio ſi-
mili extrinſeco actu ſeu ſigno: Demū in-
telligo uoluntatem tuæ mentis. Pariter
humanus ſpiritus gratiā ſacr̄menti ceu ſpi
ritualem medelā non poteſt accipere ali-
ter q̄ ſignis corporalibus: Sicut ægrotus
acerbas pilulas in dulci nectare ſumit, ſic
ſacramentalis medicina porrigitur in re-
bus ſenſibilibus. Et ſicut aliquando ue-
nenum ſub melle abſconſe propinatur:
ſic ſalus ſub ſacramentali materia occulte
traditur.

9. ¶ Ex præmiſſis cauſis cogimur inconcuſ
ſe credere ac firmiter confidere, ſub ſacra
mentalibus uerbis & ſignis gratiam Dei
neceſſario conferri. Ad quod quadrat
(Mat. 11. in me.) iſtud Euangelicum: Regnum cœlorum
uim patitur & uiolenti rapiūt illud. Item
(Luc. 16 poſt me.) regnum dei euangeliſatur & omnis in il-
lud uim facit. Eadem uis a deo ſpirituſan
cto progreditur: non q̄ quis cogatur ſu-
ſcipere ſacramentum aut gratiā: ſed qui
ſponte & ordinate ſacramentum ſuſcipit:
is ui diuinæ ordinationis, hic in regno cę
lorum, i. in eccleſia militante conſequitur
gratiam & meritum Chriſti: & conſequē
ter illic æternam beatitudinem. Hac con
ſideratione regnum cœlorum per ſacr̄mē
ta uim patitur: Exempli gratia. Quemad
modum ex naturali ordinatione Deus
creat nouum humanū ſpūm, ſtatim poſt
q̄ ꝑples in matrice, humanæ formæ capax
eſt, abſq; reſpectu ſeminis in matrimonio
uel extra cōcepti: Ita ex inſtitutiōe Chri-
ſti deus ſacr̄mentaliter recreat humanum
ſpūm ſtatim poſtq̄ debita materia & u͛ba
baptiſmi adhibenť: reſpectu habito non
ad ſpūalem p̄rem aut matrem, i. ad bapti-
ſantem aut leuātem: ſed ad ſolum deum:
qui uſq; modo operať. Humani itaq; ſpiri (Johan. 5 poſt prin.)
tus natura & gr̄a immediate ꝑfluit a deo
qui nunq̄ ceſſat humanos ſpūs in mater-
nis uteris naturaliter creare & in baptiſ-
mate ſacr̄mentaliter recreare ac a ſtatu ma
lo in bonū ſubleuare, uirtute meriti Chr̄i.
¶ Cæterum qui uult eſſe particeps paſſio 10.
nis & meriti Chriſti, per conſequens Dei
gratiam & ſalutem conſequi: neceſſe ha-
bet credere in Chriſtum: Cui ceu capiti
ſeipſum ut membrum dedicet atq; uniat:
necnon ſuam fidem intrinſecā ac deuotio
nem manifeſtet extrinſecis ſacr̄mentalib9
ſignis & uerbis boniſq; opib. & cæremo-
nijs. Nam ſicut neceſſarium fuit pro nr̄a
ſalute dn̄m Iheſum non ſolum intrinſeca
beniuolentia ſpiritus: ſedetiā extrinſeco
dolore corporis cruciari: ſic neceſſariū eſt
ut homo extrinſeco corpore ſenſibiliter
ſacr̄menta accipiat: quo ſpiritui intrinſeco
impetratur gratia ſacr̄mentoꝝ. Quæ qui-
dem ſacramenta, unacum eoꝝ formis &
operationibus, deus recondidit in cōmu-
nem eccleſiā militātem: Cui etiam cōmi-
ſit eorundem ſacr̄mentoꝝ celebrationem
& diſpenſationē pro omnium & ſingulo
rum hominū neceſſitate. Deinceps nr̄æ
oblationes & operationes per ſolā eccle-
ſiam deo ſunt acceptæ. Veritas deniq; & (i. q. i. ex catholica.)
forma ſacramentoꝝ ex catholica eſt eccle (24. q. i. quacunq;)
ſia: extra quā nec ſacr̄menta porriguntur
nec peccata dimittunť. Qui ſe ab eccleſia
ſeparat, non habebit partē in cœlo: & qui
eccleſiā ſpernit, ſpernit deum: qui ad ec-
cleſiā ait: nolunt audire te, quia nolunt au (Luc. 10)
dire me. Nolite ergo negligere uel deſpi- (Ezech. 8 in prin.)
cere ſacramenta: ueluti uos mala doctri-
na ſeducti hactenus feciſtis: ſed unumq̄d
q; ſtatuto tempore cum honore quæratis
& humiliter ſuſcipiatis.

Sexageſimū

SEXAGESIMVM CAPITVLVM. De Baptiſmo.

BAptiſma primum eſt ſacramen-
tum & ianua cœli ac etiam ſac-
mentorum: quorum nullum an
s.19.§.3 in fi. te baptiſma effectualiter confertur. Chri-
ſto baptiſato tum porta cœli primitus ap
Pſal. 117. ante fi. ta eſt, hæc eſt porta domini: ſoli iuſti intra
bunt in eam. Alias cuilibet homini, mox
cum conceptus eſt, clauditur. Spiritus au
tem hominis in baptiſmo renati redimi-
tur a priori malo & nanciſcitur nouum
bonum. Cæterum poſtquam dominus
Iheſus ſua paſſione humanum genus li-
berauit, uoluit ſui meriti participes facere
mortales & ab eis auferre maledictionẽ:
Gene. 3. qua deus omnem terram propter præ-
uaricationem hominis affecerat, ideo in-
ſtituit baptiſmum dari in elemento aquę
ceu materia generali, in toto orbe facile
reperienda & nunquam a Deo maledi-
cta, ſed permanente hactenus in primæ-
Gene. 1 ua benedictione: qua Deus omnibus cre
aturis primitus benedixit. Aquam deni-
que ſaluator noſter, baptiſmo & corpo-
re ſuo tactam, ſpecialiter ſanctificauit:
Joh. 2. in prin. necnon in Cana Galileæ, aquam in uinũ
conuertens, deſignauit ſub aqua datum
iri gratiam æterni gaudij.
2. ¶ Præterea ex latere Chriſti exiuit ſan-
Johan. 19 ante fi. guis & aqua: ad ſignificandum ſub aqua
peccata remittenda & miſericordiã per-
Gene. 2. in prin. petuæ gratiæ concedẽdam fore. Hic eſt
fons aſcendens e terra & irrigans uniuer
ſam ſuperficiem terræ. Nam ſcriptum
Matth. 3 in fi. eſt: Baptiſatus Iheſus confeſtim aſcendit
de aqua: & ecce aperti ſunt ei cœli: & ui-
dit ſpiritum dei deſcendentem ſicut co-
lumbam & uenientem ſuper ſe: & ecce
uox de cœlo dicens: hic eſt filius meus di
lectus in quo mihi complacui. Per aſcen-
ſum Chriſti de aqua docemur, ꝙ ſpiritui
hominis baptiſati, aſcendenti de ſtatu cul
Luce 3 pabili, aperiuntur cœli diuinæ gratię: qua
homo ſe præparare & cor ſuum aperire
debet ut ſit dei templum: in quod ſpirit9
domini deſcendat & ſuper eum ueniat
ac cum ipſo habitet: utique uox domi-
ni de cœlo in ſacramento baptiſmi de
baptiſato occulte dicet: Hic homo, qui
fuit filius irę, nunc eſt adoptiuus meus di
lectus, in quo miſericordem complacen-
tiam habeo. Hinc Paulus ſcribit: Eramus Ephe. 2. poſt prin.
natura filij iræ: Cum eſſemus mortui pec
catis, conuiuificauit nos in Chriſto: cuius
gratia eſtis ſaluati. Clareſcit itaq; homines
ante baptiſmum naturaliter filios irę &
ſpiritualiter mortuos fuiſſe: nunc autem
baptiſati, per gratiam Chriſti ſunt uiuifi-
cati & filij ſalutis.
¶ In baptiſmate uiſibili baptiſatus non q̃- 3.
ad corpus uiſibile ſed quo ad ſpiritum in-
uiſibilem liberatur a malo: nempe a pecca
tis & pœnis, ab omni quoq; reatu: ac po-
nitur in ſtatum gratiæ: reconciliatur deo
& incorporatur Chriſto: nunc uiuit deo,
qui prius in carne mortuus ſeruiuit dia-
bolo. Nam etſi humanus ſpiritus natura-
liter uiuat corpuſq; ſuum uiuificet: ſuper-
naturalem tamen uitam, i. gratiam diui-
nam non habuit, ſed in baptiſmo acquiſi-
uit. Rurſus per baptiſmum, ſpiritus ho-
minis, non caro releuatur a malo fomitis
.i. inclinationis ad naturã brutalem: in qua
ſpiritus hic punitur, non inculpatur. Spiri
tus autem in baptiſmo liberatus, poſt ſe
debet ſuam carnem trahere atq; adigere
ad uirtutes bonaq; opera: ut eam tandem
ſecum ducere ualeat in æternam beatitu
dinem: quando Chriſtus, a terra exalta- Johã. 12.
tus, omnia trahet ad ſeipſum. Si itaq; ſpi-
ritus eniti uelit ut ſua caro exuatur malo
concupiſcibili; purgetur a maculis & li-
beretur a reatu: tunc oportet ipſum ſpiri
tum prius emancipari a diabolo (cuius ca Gala. 5
ptiuus eſt) Deinde mundari a maculis q̃s in prin.
in carne contraxit: tertio abſolui a pecca-
tis, quibus deum offendit & ſe reum de-
bendi conſtituit: Quarto oportet ut ſpiri- Ephe. 4
tus deponat ueterem hominem, i. malam &.35.§.10.
inclinationem (qua ex ueteri corrupta na
tura deorſum ad carnem flectitur) & eã Roma. 8.
mortificet atq; abijciat: nouumq; hominẽ
induat, i. nouam inclinationem ſurſum ad
deum acquirat, ac poſt ſe ſuam carnem
trahat & rebellẽ cogat, caſtiget puniatq;.

Alioquin ſi hominis ſpiritus intricatus
exiſtat aut captus, defœdatus uel errone-
us: tunc minus idoneus mediator erit in-
ter ſuam carnem & deum. Propterea an
.43.§.2 in prin. te baptiſmum ſolet adhiberi exorciſmus
ad expellendum diabolum: pariter cathe
ciſmus ad inſtructionem baptiſandi: qui
baptiſatus tanq̃ innouatus ulterius nõ de
bet ueteri Adæ adhærere: ſed fieri no-
uum corpus ſeu membrum Chriſti: ut
nuncupetur nouus & interior homo. Ea
Roma.13 in ſi. dem innouatio dicitur regeneratio: qua
Iohan.3 in prin. Chriſtus fœdatum ſpiritum iterum parit
ad mundiciam.

4 ¶ Pro intellectu illius regenerationis, ſci-
as naturam humanæ perfectionis conſi-
ſtere in tribus: nempe in carne: in ſpiritu
& in bono eſſe. Hæc tria perficiunt homi
nem, quæ in Adam & Eua primitus fue
runt: ſed poſt eorum trãſgreſſionem diſ-
ſoluta ſunt, nã in paradiſo bonum eſſe in
Adam & toto humano genere perijt, de
inde in Adæ & cuiuſlibet hominis mor-
te ſeparatur ſpiritus a carne, omnes itaq;
homines in hoc ſæculo carent bono eſſe
tam in ſpiritu q̃ in carne: tãdem poſt mor
tem, ſpiritus orbatur carne & caro ſpiri-
tu. In baptiſmo reſtituitur homini bonũ
eſſe quoad ſpiritum, non quoad carnem.
Quod quidem bonum ſpirituale eſſe ho-
mo iterum perdit actualiter peccando &
rurſus recuperat legittime pœnitendo.
Caro autem humana ſemper eſt malo eſ-
ſe repleta & bono uacua uſq; in diem ex-
tremum. poſt reſurrectionem uero iterũ
conuenient corpus & anima inutuoq; ha-
bitabunt imperpetuum, iuſtis ad fœlici-
tatem, reprobis ad ſupplicium.

5. ¶ Hinc elicitur triſaria generatio: prima
carnalis per patrem & matrem ac per ma
teriam elementalem: ex qua humanũ cor-
pus compaginatur. Q̃uis p deo origina-
liter habeas corpus tuum: iſtud tamen im
mediate per genitorem tuum accipis. Se-
cunda generatio ſpiritualis eſt a patre cœ
leſti, immediate ſpiritum humanum cre
ante et carni infundente. Tertia generatio
fit gratioſe per dominum Chriſtum & ſu
am ſponſam eccleſiam in baptiſmo, ubi
generatur bonum eſſe ſpiritus humani:
quod licet a deo accipimus, per mediũ
tñ Chriſti & eccleſiæ. Hoc modo q̃libet
homo duos habet patres, unum naturalẽ
ſui corporis, alterũ ſui ſpiritus, nempe de-
um æternum. Chriſtiano autem ſunt tres
p̃res: unus eſt merus homo: ſecundus eſt
purus deus: tertius ſimul homo eſt & de
us. Item duæ matres, eccleſia. ſ. & mater
carnalis: Excepto ſolo Iheſu Chriſto: qui
habet unum naturalem patrem cœleſtẽ
& unam matrem carnalem Mariam: mul
tos autem ſpirituales patres & matres: e *Mat.3 in fi.*
quibus per ſuam gratiam generatur, nam
qui fecerit uolũtatem dei, hic frater Chri
ſti eſt. Cæterũ generatio carnalis progre-
ditur a luxuria: ideo damnabilis eſt ceu
fœda & beſtialis, commaculans dei ima-
ginem in homine: qui magis diabolo q̃m
deo aſſimilatur. Hinc homini malum eſ-
ſe accedit. Altera generatio eſt ſpũalis, ini
tio pura: quoniam deus nĩl maculatũ cre-
at. Humanus igitur ſpiritus immacula-
tus creatur: ſed temporis puncto coinqui
natur: quia ſe inclinat contra deum ad fœ-
dam carnem: cui ex primæua dei ordina
tione coniungitur. Hinc quilibet homo
ſingulariter in originale cadit peccatum.
Quod quidem peculiare peccatum non
eſt ſimpliciter ſublatum paſſione Chriſti
in ſingulis perſonis: ſed dumtaxat illis ꝑfi
cit, qui eidem paſſioni inhærent & tanq̃
membra Chriſto in baptiſmo incorporã-
tur. Quocirca inducta eſt tertia genera-
tio. ſ. baptiſmi: quo humanus ſpiritus, a
peccato originali redemptus, renaſcitur
& purificatur. Quemadmodum idem
ſpiritus defœdatus fuit, carni Adæ na-
turaliter coniunctus: ita purificatũ Chriſto
& eccl'ię incorporatus: eſtq; ultra idoneus
recuperandum dei imaginem (quam car
nali generatione contaminauerat) ac-
etiam bonum eſſe: quod humanum ge-
nus in paradiſo exploſerat. Ex iamdi-
ctis tribus genealogijs emergunt tres
fraternitates. De quibus ſupra xlvij.
§. iiij.

¶ Sacramenta ſunt præpugia ſpũalis ſca 6.
lę: in qua deus deſcendit & homo aſcẽdit
obuiando.

Gene. 28 in me. obuiando. Hanc ſcalã uidit Iacob in ſomnis ſtantem ſuper terram et cacumẽ illius tangens cœlũ; angelos q̃ꝫ dei aſcendẽtes & deſcendẽtes per eam & dñm innixum ſcalę. Cuius ſupremus gradus eſt Chriſti diuinitas, deſcendens per multos gradus ſeu prepugia, utpote per Chriſti humanitatem, paſſionem, crucem & mortẽ uſq ad bapuſma ceu fundamẽtale & baſſum prepugium dictæ ſcalę. Baptiſma igitur a fundo eſt primum ſcalę prępugium: in quo inchoando lapſus homo ſcandere debet ſurſũ ad dominũ: p̃cipue ut in baptiſmate humanus ſpũs aſcendat a malo eſſe & ab ira dei, ad bonum eſſe & ad gratiam dei. Tobi. 11 in me. Tunc pater occurrit obuiam filio & ambo coram ueniunt: utpote deus deorſum cum ſua gratia & homo ſurſumcum ſua obedientia. Luce 24 in fi. Ita homines induunt uirtute ex alto. Sacramenta inſuper æquiparantur firmæ cathenæ preparatæ, ut per eam homo trahatur ad dominũ. Eiuſdem cathenę infimus nodus eſt baptiſmus: ſupremus eſt Chriſti humanitas: Eccle. 12 in fi. quæ in altũ deitatis quaſi clauus defixa eſt. Deinde ſequuntur amara Chrĩ paſſio & mors: iocunda reſurrectio & aſcenſio ac reliqua inuiſibilis gratia undiq profluens: quã homo adipiſci põt per uiſibilẽ baptiſmum ad eandem gratiam ordinatum: qua homo in cœlum trahatur. Apo. 20 in prin. Hęc eſt, magna cathena, quam angelus de cœlo in manu tenet & ligat diabolum. Baptiſmus itaq eſt inſtrumentum uel anſa & medium: quo baptiſatus, ceu membrum Chriſti, apprehẽdit crucem & mortem omneq meritum Chriſti: in cuius nomine & ſanguine baptiſatus eſt. In eius igĩ manũ dñs omnem ſuam tradit paſſionem, ac ſi ipſe baptiſatus Chriſti pœnã ſuſtinuiſſet: nam lignũ Prouer. 3 in me. uitæ eſt hijs qui apprehenderint eam & q tenuerint eam beati.

7. ¶ Itẽ uiſibilis baptiſmus eſt uiſibilis eſca: ſub qua latet occultus hamus inuiſibilis Job 40 gratię. Ille hamus ſucceſſiue colligatus eſt ad zonam Chriſti. ſ. ſuæ humanitatis, paſſionis, mortis, reſurrectionis, aſcenſionis et aliorũ operum Chriſti: tandẽ baptiſmus pendet in eadẽ zona; quæ ſuperius illigata eſt ad deitatẽ Chriſti: qui piſcatur & capit ac ad ſe trahit eos homines qui condependent & manent in hamo baptiſmi: in quo aqua & uerbum eſt ſicut eſca uiſibilis & ſenſibilis, diuina autẽ gratia, ceu hamus, inuiſibilis eſt: per eam capitur inuiſibilis ſpiritus baptiſati & fit electus piſcis Chriſti. Pro. 5. Huiuſcemodi piſcationẽ exercẽt animarum curatores, ceu ſagenarij & miniſtri Chriſti. Hiere. 16 ante fi. Math. 4 De quibus dns: Ego mittam piſcatores multos & piſcabunt eos, item faciam uos fieri piſcatores hominũ. Aqua piſcium eſt benedicta & figurata, Exo. 15 in fi. quando Moyſes mandato dei miſit lignũ in amaras aquas & in dulcedinem uerſæ ſunt. Aqua igitur baptiſmalis fit dulcis et ſalubris per lignum ſanctæ crucis & per Math. 3 in fi. corpus Chriſti in Iordano merſum.

8. ¶ Omnis effectus baptiſmi profluit a fonte deitatis p Chriſtũ. Can. 4 in fi. Hic eſt fons hortorũ, puteus aquarum uiuentiũ, quæ fluunt impetu de libano. Cuius interpretatio eſt talis. In baptiſmate deſcendit occulta gr̃a p oĩa & ſingula opera Chrĩ uſq ad extrinſecum & uiſibilẽ hominis corpus & rurſus de eodẽ corpore ad ſuum intrinſecum & inuiſibilẽ ſpiritũ: qui ſi diſpoſitus eſt, ſuũ quoq corpus bene diſponit & tandẽ ſecũ ad felicitatem ducet. Ita per baptiſmum totus homo fit Chriſti membrũ, actu in ſpiritu & habitu in corpore. In baptiſmate Chrs accedit hominẽ & hõ incorporatur Chriſto: ambo ſimul coadunanť, iuxta pmiſſionẽ Chriſti: Marci 16. Qui crediderit & baptiſatus fuerit, ſaluus erit. Siquidẽ eandẽ promiſſionẽ homo ſponte ſequitur: profecto eius anima fit libera Chriſti ſponſa: quæ prius fuit mancipata diaboli meretrix, exuitur ueteri & conſciſſa ueſte uitiorũ & induitur nouo amictu uirtutum: pro ſua uirili fideliter & diligenter cuſtodit doctrinam & præceptum dñi & adimplet promiſſum pro eo in baptiſmate factum.

¶ Nam quilibet Chriſtianus uti iuratus uaſſallus, erga deũ ſuum dominũ & feodariũ: 9. debito homagio, pro eo in baptiſmate prę ſtito, aſtrictus eſt atq obligatus ſeruare et exequi mandata & pcepta catholica. Qui autem felloniam committit, expers erit

1.Johā.1. promiſſionis meritiq; Chriſti. Hinc bea-
tus Iohannes nos admonet dicens: uidete
uoſmetipſos, ne perdatis quę operati eſtis,
ſed ut mercedem plenam accipiatis: nam
omnis qui retrocedit & non permanet in
Luc. 9 in fi. doctrina Chriſti, deum non habet: quaſi
non ſit uerus Chriſtianus qui Chriſto nō
adhæret: qui autem in Chriſto manet, ue
rus eſt Chriſtian9. Cui in baptiſmo Chri-
ſtus ſuum meritum & hæreditatem im-
partitur tanq; ſuo libero & emancipato
ſeruo: quem care emit & in baptiſmo ap-
1.Cor. 6 in fi. preciatus eſt ſuo ſanguine: Paulo ſcriben
te: empti eſtis precio magno. Baptiſatus
itaq; proprius ſeruus Chriſti efficitur: pro
pterea imponitur ei nomen proprium Io
hannes, Rudbertus &c. ad innuendum
q; Chriſtianus non eſt ſui iuris nec alte-
rius: ſed proprius emptitius Chriſti ſui re
demptoris. Qui honorat aut lędit Chri-
ſtianum, hic honorat aut lędit Chriſtum
caput & dominum ac redemptorē Chri-
Math. 25 in fi. ſtiani: eo ipſo teſte: quamdiu feciſtis uni
de his fratribus meis minimis, mihi feci-
ſtis. Qui igitur ſeipſum poſt baptiſmum
per peccata actualia priuat diuina gratia:
is ſpoliat Chriſtum merce ſua empta &
redempta: ideo uiciſſim merito deſtitui-
tur cœleſti hæreditate, quemadmodum
ſcriptum eſt: uæh qui prædaris: cum con
Eſa. 33 in prin. ſummaueris deprecationem, deprædа-
beris.

10. ¶ Subſtantialia baptiſmi ſunt quatuor
ſcz homo baptiſandus, baptiſans, forma
uerborum & aqua elementalis. Primo ba
ptiſandus ſe baptiſari conſentiat: item cre-
dat, neceſſe eſt: quoniam euangelium,
Mar. 16. in fi. prius ponit: qui crediderit: poſtea & ba-
ptiſatus fuerit. Attamen in expertibus ra-
c. 3. ſ. 13. tionis & uſum liberi arbitrij non habenti-
bus utpote in paruulis & fatuis, actuali
peccato carentibus, ſufficit conſenſus ec-
cleſiæ & aliena fides per leuantem expreſ
ſa. Porro loco eorū qui per ſe Chr̄o adhæ
rere nequeunt, poſſunt leuantes rationis
capaces pro paruulis & inſipiētibus Chri-
ſto adhærere & credere. In defectum
quoq; leuantis, ſupplet eius uicem bapti-
ſans unacum communi fide uniuerſalis ec
cleſiæ. Eiſdem quippe inſipientibus in ba
ptiſmo remittitur originale peccatum, ad
eos aliena culpa traductum: aliena igitur
fide & promiſſione, nimirum per leuan-
tes facta, poſſunt Chriſto & eius eccleſiæ
incorporari ac ab originali abſolui: nihil
etiam damnationis eſt eis donec ad uſum Roma. 8
rationis deuenerint ſecūdum carnem am in prin.
bulantes. Rationis autem capaces bapti-
ſandos oportet propria fide & aſtipulatio
ne Chriſto & eccleſiæ ſponte adhærere:
alioquin captiua diaboli membra remane
bunt nec filij Chriſti & eccleſię fient. Eos
deniq; oportet cōterere peccata ſua actu
alia: nemo enim nouam uitā inchoare po De pen. dis. 1 Ите
teſt, niſi quem ueteris uitæ pœniteat.
¶ Secundo baptiſans debet eſſe ſacerdos, 11.
excepta neceſſitate: baptiſantis quoque
intentionem oportet eſſe, bapiſandum
a peccatis abluere & dum uerba ſubſtan-
tialia profert, per ſe baptiſandum aqua
tangat & baptiſet: nec congrueret ſacra-
mento baptiſmi unum baptiſare, interea
alterum uerba proferre. Tertio exprimē-
da ſunt debita uerba iuxta formā a Chri-
ſto traditam, nempe: Ego baptiſo te in Math. 28
nomine patris & filij & ſpiritus ſancti: nil
ſubſtantiæ uerborum adimendo uel ad-
dendo uel mutando: Tametſi eandē for-
mam Petrus cæteriq; apoſtoli, forte non
abſq; cauſa, ad tempus mutauerunt, bapti
ſantes hijs uerbis: ego baptiſo te in nomi
ne Chriſti Iheſu: ut patet in eorum acti- Acta 8 Actu. 10 in fi
bus. Quarto baptiſari oportet aqua ele-
mentali: quę a deo non eſt maledicta, quē
admodum terra. Eadem aqua ſignificata
eſt per fluuium aquæ uiuæ: quem ange- Apo. 22 in prin.
lus Iohanni oſtendit ſplendidum tanquā
cryſtallum, procedentem de ſede dei &
agni. Hæc eſt aqua gratiæ: qua deus inte
riorem animam lauat & mundat ab om-
ni peccato uſq; adeo: ut inter deū & ipſam
animam nullus obex impediat quomi-
nus anima ad deum perueniat. Iſte obex
eſt lapis ſuperpoſitus ſpeluncæ demor- Johan. 11
tui Lazari.
¶ Ante & poſt baptiſmum inunguntur 12.
paruuli, ad implendum figuram Samue- 1. Reg. 16 in ine.
lis: qui iuſſu dei unxit paruulum Dauid
in domo

in domo patris & in medio fratrum ſuorum. Aqua, oleum, uerbum & modus baptiſmi, eſt inditium: quomodo Chriſtus interiorem animam occulte lauat, ungit, innouat, purgat & in bonum ſtatū locat; tunc enim hominis ſpiritus Chriſto incorporatur ac eius paſſionis & meriti participes fit deoq; placitus & gratus; cui denique reconciliatur tanq̃ filius adoptiuus & coheres Chriſti. Per baptiſma deus homini peccata indulget; reatum æternæ pœnæ remittit; gratiamq; cōcedit perueniendi de una gratia ad aliam. Præterea deus hominē baptiſatum iuſtificat, eiuſq; mundat imaginē: cui modo impreſſus eſt character tanq̃ dei ſignaculum. Qui quidem character ſoli animæ, non etiā corpori imprimitur; Ideo baptiſatus generat prolē non baptiſatam: conſequens eſt q̃ per baptiſmum carni fomes totus nō adimitur, licet aliqualiter alleuietur.

13. ¶ Duo ſacramenta, baptiſmus & pœnitentia, principaliter ordinata ſunt contra peccatum: duplici tamen diſcrimine: Primo homines in defectu ſpirituali medendi ſunt: prout in morbo corporali: qui curatur duplici purgatione: una operatur deorſum per ſeceſſum: altera ſurſum per uomitum. Pariter baptiſmus deſurſum eſt a Chriſto & deorſum purgat hominem: pœnitentia inferius ab humilitate pœnitentis ſumigat ſurſum ad Chriſtum peccata relaxantem. Baptiſmus quidem incipit in CHRISTO & finitur in homine: pœnitentia uero per gratiam præuenientem incipit in homine contrito & digreditur ſurſum per oris confeſſionem & finitur in gratia CHRISTI gratum faciente. Quemadmodum prior purgatio, deorſum laborans, fit abſq; hominis opera: ita hominis ſpiritus abſq; ſua cooperatione in baptiſmo facile liberatur. Econtra ſicut febricitans ſe ad uomitum exercere & commouere ſolet: ſic actualis peccator ſeipſum ad pœnitentiam cogere & ſponte commouere debet, contritione in corde, confeſſione in ore, opere in anima & corpore.

¶ Alterum diſcrimen inter baptiſmum & pœnitentiam conſideratur per binas ueteris teſtamenti tabulas. Primæ erant factæ opere domini: ſed per Moyſen: cum uideret uitulum a Iudęis exaltatum, ex ira iterum confractæ, poſtea mandato domini, Moyſes alteras duas tabulas lapideas confecit inſtar priorum. Primis itaque Synagogæ tabulis figuratum eſt baptiſma ceu prima tabula eccleſiæ: Secundis Moyſi tabulis figurata eſt altera eccleſiæ tabula, ſcilicet pœnitentia. Vtramque eccleſiæ tabulam attigit Paulus de baptiſatis ſcribens: uos eſtis Epiſtola CHRISTI miniſtrata a nobis & ſcripta, non atramento, ſed ſpiritu Dei uiui; non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Hinc elicitur, in nauicula Petri eſſe duas tabulas, nempe baptiſmum & pœnitentiam: In qua ſedent baptiſati: qui ex torrente originalis & actualis peccati enatarunt. Qui uero eandem primam tabulam corrumpit, actualiter peccando & iterum in fluuium peccatorum incidendo: is non poterit reuerti ad tabulam priorem in ſe diruiam: ideo præparata eſt altera tabula, ſcilicet pœnitentiæ, in refugium & remedium naufragij. Quamdiu homo præſentem mortalē uitam agit & miſericordiam Dei implorat, eſt locus pœnitentiæ: Qui uero tabulam pœnitentiæ non apprehenderit: in eccleſiæ nauiculam non reuertitur: ſed in peccatorum flumine ſubmergi cogitur.

Exo.32 in me. Exo.34 2.Cor.3. in pr. De pen.dis. 1 c.secunda 1.70.§.5 in prin.

CAPITVLVM SEXAGESIMVM PRIMVM. De ſacramento confirmationis.

QVEMADmodum in uita corporali ordo eſt, præſertim poſt generationem coporis humani

quædam incrementa ordinatim ſequun-
tur, uitæ corporali accõmodata & neceſ-
ſaria: ita in uita ſpirituali, præſertim in ſa-
cramentis, ordinẽ fecit deus: a quo utraq;
ꝓcedit uita. Quod hoi in corpore ſenſibili
ter euenit: cõſimile euenit ei in ſpiritu in-
ſenſibiliter. Imprimis humanum corpus
de ſemine patris in utero matris concipi-
tur: poſtea uiuificatur: tandem naſcitur:
natum ſucceſſiue augmentatur in ſtatu-
ra & mole: in robore & uiribus uſq; ad
ætatem adultam: qua laborare & ſtatum
competentem miniſtrare ualeat. Parimo
do ſpiritus humanus concipitur diuino
ſemine: utpote per gratiã dei præuenien-
tem (ſiquidem eam oblatam acceptet)
poſtea per baptiſmum uiuificatur in ute-
ro matris eccleſiæ: ex qua etiam naſcitur:
mollis tamen & imbecillis adhuc relinqui
tur. Ad obtinendam igitur fixam uitam
ſpũs, oportet eum aſſidue pugnare cũ ad
uerſarijs ſpiritualis uitę & fidei catholicæ
Job 7. in prin. & 59 §.3 in prin. uiſibilib. et iuiſibilib. Hinc dicit̃, uita hoīs
militia ſuper terram. Qua propter inſtitu
tum eſt ſacramentum confirmationis: in
quo ſpiritus ſanctus confertur ad robur
Ps 67. ante fi. baptiſati & ad ſtabilimentum gratiæ in
baptiſmo conceſſę: Eccleſia deum inuo-
cante: Confirma hoc deus quod operatus
es in nobis, nempe in baptiſmo. Equidem
opus eſt confirmationis ſacramento: quo
ſpiritus humanus per gratiam ſpiritus ſan
cti augmentetur & roboretur in ſpiritua-
libus uiribus & uirtutibus: quibus ſpiri-
Ephe.4 ante me tualiter adoleſcat & perficiatur ad cultum
dei & obſequium proximi: Paulo docen
te: ut occurramus omnes in unitatem fi-
dei & agnitionis filij dei, in uirum perfe-
ctũ, in menſuram ætatis plenitudinis Chri
ſti: ut iam non ſimus paruuli fluctuantes
& circumferamur omni uento doctrinæ:
utpote per uaria falſa & inania dogmata.
2. ¶ Baptiſati ſunt Chriſti & eccleſiæ par-
uuli ſpirituales: quos non decet ſemper eſ
ſe infantes, ſed per confirmationis ſacra-
mentum pubeſcere & uirtutibus uireſce-
re. Sicut baptiſmus homini prebet uitam
ſpiritualem: ſic confirmatio adultam æta-
tem & augmentum. Porro gratia in ba-
ptiſmo conceſſa, eſt adhuc mollis & im-
perfecta: ideo per confirmationem robo Actu.8. ante me.
randa & perficienda. Petrus itaq; & Jo-
hannes imponebant manus ſuper baptiſa
tos: & accipiebant ſpiritum ſanctum. Pa-
riter & cæteri apoſtoli diuinam gratiam
contulerunt: prout adhuc agunt preſby-
teri in confeſſione & Epiſcopi in confir-
matione. In qua confertur non ſolum gra
tia, ſed etiam gratiæ dator, nempe ſpiritus
ſanctus: ueluti Petrus Judæis promiſerat,
inquiens: pœnitentiam agite & baptiſe- Actu.2. ante fi.
tur unuſquiſq; ueſtrum in remiſſionẽ pec
catorum ueſtrorum, & accipietis donum
ſpiritus ſancti, nempe in confirmatione.
In baptiſmo lapſus homo de luto ſubleua
tur: ſed huiuſmodi leuatio non ſufficien-
ter ſecura eſt abſq; perſeuerandi uirtute:
quæ in confirmatione porrigitur. Baptiſ-
mus quidẽ eſt adiumentũ fidei affirmãdę
Cõfirmatio aũt firmamẽtũ fidei fortiter &
ſenſandę. Et ait Melchiades: In baptiſmo De conſe. diſ.5. ſpiritus ſanctus.
generamur ad uitam ſcz ſpirituale: poſt
baptiſmum cõfirmamur ad pugnam. In
baptiſmo quidem anima abluitur: in con
firmatione abſtergitur, fortificatur & po-
litur. Ideo Chriſtianus poſt baptiſmatis
aquam ungitur & ſolidatur oleo chriſ-
matis.
¶ Chriſma eſt unctio a qua dicitur Chri- 3.
ſtus: unde baptiſati nuncupantur Chri-
ſtiani: qui omnes in campo Chriſti de-
bent pugnare contra carnem, mundum
& diabolum. Quilibet igitur Chriſtianus
debito tempore inungendus eſt chriſma- Actu.10. in fi.
te in ſacramento confirmationis, iuxta
euangelicam admonitionem: Niſi quis re Joban.3. poſt prin.
natus fuerit ex aqua ſcz baptiſmi, & ſpi-
ritu ſancto. ſ. confirmatione, non poteſt in
troire in regnum dei: Qui eſt fortitudo Hiere.16 in fi.
noſtra, robur noſtrum & refugium: ſine Ezech.30 ante fi.
quo neq; gladium ſpiritualem tenere neq;
hoſtes repellere ualemus. Chriſma in oleo
& balſamo conſecratur, uerbis ſignifican-
tibus, quid in homine interiori agatur.
Poſt baptiſma deniq; inungit̃ homo chriſ
mate: nam ſicut oleum natat ſupra aquã
ſic gratia & donum ſpiritus ſancti, in con
firmatione acquiſitum, excellit gratiam,
in baptiſ

Eccl 24. in me. in baptiſmo collatam. Inſuper balſamo aromatiſans, utpote precioſus balſami odor, repręſentat odoriferã ſpiritus ſancti gratiam, in confirmatione occulte datam. Præterea unctio chriſmatis fit in fronte: quia ſcriptũ eſt: Signemus ſeruos dei noſtri in frontibus eorum. Item & faciet omnes liberos & ſeruos habere characterẽ in frontibus ſuis. In confirmatione igitur chriſmatur frons ut in eo homo portet galeam ſalutis atq; cognoſcatur ceu conſtãs pugil in prelio contra inimicos Chriſti.

Apo. 7 poſt prin. Apo. 13 in fi.

4. ¶ Rurſus frontis chriſmatio repręſentat conceſſam in confirmatione gratiam, ſine timore & rubore publice confitendi nomen dñi noſtri Iheſu Chriſti & pro eo cõtra ſuos inimicos ſtrenue digladiandi & pugnandi uſq; ad mortẽ: quemadmodũ iubet dominus: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam aũt non poſſunt occidere. Nemo igitur uerecundetur iuſtificari. Quippe in fronte facile apparet hominis firma conſtantia & cor intrepidũ pariter etiam hominis timida uerecundia. Chriſtianum autẽ non decet formidare neq; uerecundari in quauis aduerſitate occaſione fidei uel alterius cauſæ ſibi innocẽti inflicta: quum ſit in confirmatione unctus & ſuſceptus miles ad Chriſtianũ exercitum: intrinſece portans characterem & ſignum Chriſti, nempe uexillum triumphantis crucis. Propterea ſpiritus ſanctus per ſcripturam nobis præcipit: Accipite armaturam dei ut poſſitis reſiſtere in die malo & omnia tela nequiſſimi ignea extinguere: & galeam ſalutis aſſumite & gladium ſpiritus. Nam chriſmate confirmati, ſunt ſuſcepti & electi ſtipendiarij Chriſti: quemadmodũ olim Sopher probabat tyrones de populo terræ. Sopher interpretatur liber, in quo nouorum Chriſtianorum nomina conſcribuntur: Ideo in confirmatione nomen proprium mutari uel nouum imponi poteſt: quoniã ſcriptum eſt: Serui eius ſeruient illi & nomen eius in frontibus eorum.

Math. 10 poſt me. [.7. §. 11. in prin.] Ephe. 6 4. Regu. 25 poſt me. Apo. 22 poſt prin.

5. ¶ Quæritur cur ſoli Epiſcopi, ceu apoſtolorum locumtenentes, confirmare habẽt: & cur in baptiſmo non idem ſit gratiæ effectus qui eſt in ſacramento confirmationis? Reſpondetur, Primum poſt domini aſcenſionẽ miſſus eſt ſpiritus ſanctus apoſtolis: qui ſoli, non etiam cæteri diſcipuli, baptiſatos confirmauerunt & donum ſpiritus ſancti tradiderunt. Legitur deniq; Chriſtifideles in Samaria longe poſt ſui baptiſationem confirmatos eſſe & ſpiritum ſanctum accepiſſe, nõ paſſim a ſimplicibus preſbyteris ſed ab apoſtolis Petro & Iohanne: qui imponebant manus ſuper illos & accipiebant ſpiritum ſanctũ. Qobrem confirmationis ſacramentum non eſt ſpernendũ ſed dignius baptiſmo uenerandum, ob eximiam gratiam & donum ſpiritus ſancti in eodem ſacramento tradendum. Nullum præterea aliud ſacramentum (demptis baptiſmo & pœnitentia) ante confirmationem conferri debet abſq; cauſa pregnanti. Tandem confirmato Chriſtiano ad ſe nutriendum & ad præſeruandum uires in confirmatione acquiſitas, opus eſt cibo ſpirituali. Quẽ dominus Iheſus in ſuo proprio corpore inſtituit & in ſuo receſſu pro ualeta ſeu enxenio nobis reliquit. Deſuper officiũ erexit miſſę: in qua huiuſmodi ſuũ corpus ſacramẽtaliter trãſſubſtãtiaẽ. De miſſa primo ſcribã: poſtea de euchariſtiæ ſacramento.

De confec. diſ. 5. ca. et c. manus. Act. 8. [.61. §.5 poſt prin.]

SEXAGESIMVM SECVNDVM CAPITVLVM. De inſtitutione Miſſæ.

Saluator noſter Miſſam inſtituit uerbo & facto: uerbo, ubi ait: Amen dico uobis: niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem: non habebitis uitam in uobis: Caro enim mea uerus eſt cibus & ſanguis meus uere eſt potus: Hic eſt panis quide cœlo deſcendit. Deinde facto eſt Miſſa inſtituta: dum dominus Iheſus in ſancta cęna accepit panem & benedixit ac fregit deditq; diſcipulis ſuis. Ibidem dominus ſuam incepit Miſſam: quam poſtea in cruce cõpleuit: Interea cõmittẽdo ut ſui diſcipuli cæteriq; preſbyteri Miſſam celebrent in commemorationem ſuę Miſſæ, utpote ſuæ cænæ & ſanguinis effuſi ac mortis crucis. Ibidem itaque ſacri.

Iohan. 6 ante fi. [. 66. §. 1. poſt prin. et § 10. in me. Math. 26 Marci 14 Luce 22

ficium eſt cœnæ & crucis, ibi inchoatū, hic conſummatum, hactenus continuatum per memoriam. Et q̃uis dominus ſub ſua miſſa, nẽpe infra cœnandum, cõmune officium miſſæ presbyteris iniunxerit: ſua tamen propria miſſa in cruce (ut præmittitur) conſummata, fuit longe altenius formæ & ordinis a reliquis miſſis: quas poſtea ſpirituſſanctus per Apoſtolos formauit & ordinauit. Verum eo tempore Chriſtus diſcipulis impoſuit onus celebrandi miſſam: formam autem miſſæ non expoſuit: ſed eam diſtulit in aduentũ ſpiritusſancti: qui Apoſtolos erat docturus ordinem & uiam ac formã ſacrificij miſſalis. Interim Apoſtoli miſſam non celebrarunt, donec a ſpirituſancto informati eſſent. In cœna itaque domini datum eſt præceptum miſſæ: eius autem forma a ſpirituſancto in die Pẽthecoſtes inſpirata eſt: fatente Paulo, ſe accepiſſe a domino qđ nobis tradidit, nempe de celebratione miſſæ. Poſtea Apoſtoli erant perſeuerantes in communicatione & fractione panis, ſ. ſacramentalis: quem diuiſerunt inter Chriſtifideles. In huiuſmodi tandem altaris ſacrificio diſcipuli Chriſti ad tempus Deo ſeruierũt, donec numerus diſcipulorum creſceret: tunc aliquos ex eis elegerunt a miniſterio altaris ad rem domeſticam: aliquos ad uerbum dei. Super opus domeſticum conſtituerunt Stephanum cum alijs ſex diaconibus: quo commodius cæteri diſcipuli inſtarent orationi & celebrationi ac etiam uerbo et cultui diuino. Ad prędicandum uerbum dei ſegregati ſunt per ſpiritum ſanctum Barnabas & Paulus: ue luti ſcriptum eſt: Miniſtrantibus diſcipulis domino (noua tranſlatio habet) cum illi ſacrificarent domino (utiq; miſſam celebrantes) dixit illis ſpiritus: ſegregate mihi Barnabam & Paulum in opus, ad quod accerſiui eos.

1 Cor. 11 ante ſi.

Acta. 2. in ſi.

Acta. 7. in prin.

Acta. 13. in prin.

2. ¶ Officium Miſſę Chriſtus inſtituit ex cauſis ſex: Prima eſt ad commemorandam ſuam incarnationẽ & fructum profluentem a ſuo corpore, ſub ſpecie panis contento. Porro iſtud corpus Chriſti in Euchariſtia eſt ſcabellum pedũ dei, adorandum, quoniã ſanctum eſt. Hinc Paulus refert: Quoniam dominus Iheſus, in qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens fregit & dixit: accipite & mãducate: Hoc eſt corpus meum qđ pro uobis tradetur: hoc facite in meã commemorationem. Iſtud uerbum (facite) non trahitur ad communionem extra miſſam: ſed ad actum ipſius miſſæ quottidie celebrandæ: per quam ſacramentaliter repetitur cœna & mors Chriſti, utpote inchoatio & finitio miſſæ Chriſti. Quoties in miſſa ſacrificium corporis & ſanguinis Chriſti deo offertur: toties in eccleſia & in nobis eius membris renouatur et ſuſcitatur fructus incarnationis & paſſionis Chriſti. Hoſtia quidem ſub ſpecie panis eſt uerum corpus Chriſti & ſignificat myſticum corpus eccleſiæ: In calice eſt uerus ſanguis Chriſti ſignificans eundem ſanguinem pro eccleſia effuſum eſſe. Porro ſacramentum miſſæ ſacerdos tractat atq; ſummis loco totius eccleſiæ & ſingulorũ ſuorum membrorum, pręcipue circumſtantium. In Miſſa igitur circa eleuationem & ſumptionem corporis Chriſti, deuote pertrectes incarnationem Chriſti ac depreceris te fieri membrum Chriſti & eccleſiæ. Circa calicem deum deprecceris te fieri participẽ effuſi ſanguinis Chriſti. Hic eſt Miſſæ fructus: quem ſi a deo humiliter poſtulas, firmiter ſperare potes te exaudiri & miſſalis fructus participem fieri. Nã uirtute paſſionis & meriti Chriſti, Miſſa principaliter inſtituta eſt, ad demulcendũ iram iudicis & ad reconciliandum deum cum hominibus.

Pſ. 98.

1. Cor. 11

Luce 22

¶ Secunda cauſa inſtitutæ Miſſæ eſt ad commemorationem ſanguinolentæ effuſionis Chriſti ſub ſpecie uini ſignificatę in calice: quo ſacramentaliter repetitur & innouatur Chriſti mors & eius inde profluens meritum, quemadmodum Paulus ulterius inquit: Similiter accepit calicem poſtq̃ cænauit dicens: Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine: Hoc facite, quotienſcunq; bibetis, in meam cõmemorationem: quotienſcunq; enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis, 3.

Luc. 22

1. Cor. 11

mortem

mortem domini annunciabitis donec ueniat. Hinc elicitur, miſſæ celebrationem duraturam uſq; ad extremum diem, uel ad præſentiam magni Antichriſti: cum dominus uenerit ad iudicandam uel reformandam eccleſiam. Per nouum teſtamentum intelligitur dominici ſanguinis effuſio, in ueteri teſtamento animalium ſanguine figurata. Ne autem domini Iheſu paſſionem obliuioni tradamus, ſed in aſſiduo exercitio habeamus: ideo ad Dei laudem: ac uniuerſali eccleſiæ, ſ. triumphãti ad decus, dormienti ad ſuffragium, militanti ad commodum, omnibus deniq; mortalibus & cuilibet noſtrum ad ſalutem: Chriſtus inſtituit miſſam tanq̃ memoriale ſuæ incarnationis & paſſionis ac noſtræ redemptionis.

4. ¶ Tertia cauſa inſtitutæ miſſæ hoc modo eſt intelligenda: Quemadmodum neceſſe fuit, corpus & ſanguinem Chriſti pro humano genere diuinæ iuſtitiæ in cruce realiter offerri: Idipſum dominus Iheſus ſua morte ſemel opere compleuit: Ita neceſſe eſt, idem ſacrificium ad memoriam incarnationis & paſſionis Chriſti, pro nobis mortalibus quottidie peccantibus, in quottidiano miſſarum officio ſacramentaliter reiterari & diuinæ maieſtati offerri, ad quod officium presbyteri ordinati ſunt. Licet enim ſola realis oblatio crucis & immenſum meritum Chriſti ſufficiat ad remittendum omnia peccata: tamẽ nobis (qui crebris peccatis noſipſos merito Chriſti priuamus) ad recuperãdum idẽ meritum, opus eſt ut commemoratio paſſionis & mortis Chriſti in miſſa ſacramentaliter renouetur & ſæpius reiteretur. At tamen ſcias: nec per miſſam nec per alia ſacramenta (extra baptiſmum & pœnitẽtiam) peccata mortalia ſimpliciter remittuntur: ſed partim alleuiantur, propter participationem paſſionis & mortis ac meriti CHRISTI: qui ſeipſum, ceu ueram & ſufficientem hoſtiam pro nobis ſemel in cruce obtulit. Quod autem ſemel tantum fit, pertranſit, in ſola remanẽs memoria aut inſcriptura aut pictura. Mors itaq; CHRISTI, pro noſtris delictis ſemel in cruce ſuſtentata, in memoria ſemper durare debet. Quocirca inſtituta eſt Miſſa tanq̃ depicta imago ſeu conſcripta epiſtola: qua præterita paſſio CHRISTI, ſemel actu completa, iterũ eſt contemplanda, pertractanda & in memoriam reducenda: quo magis huiuſmodi paſſio nobis imprimatur & eo efficatius contra noſtra operetur peccata. Quæ quia frequentia ſunt atq; quottidiana: ideo neceſſitas noſtra exigit ut memoria quoq; paſſionis CHRISTI quottidie & frequenter, Miſſarum celebratione, in eccleſia per ſuos miniſtros peragatur & excitetur pro honore Dei & auxilio noſtri.

Rom. 6 ante me.

5. ¶ Quarto cenſetur Miſſa inſtituta eo q̃, dono Miſſæ, creatori noſtro offeratur naturalis debiti obſequium: ad quod naturaliter obligamur, ſed defectu noſtræ fragilitatis, legittime perſoluere nequimus: utque per Miſſam, uirtute paſſionis CHRISTI, ſatiſfiat pro noſtris commiſſis: de quibus pariter diuinæ maieſtati iure tenemur ſatiſfacere: ſed minime ſumus ſoluendo aliter q̃ per æternam pœnam. Ea de cauſa dominus IHESVS recedẽs & nos ualefaciens, ſeipſum nobis reliquit, omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi nobiſcum permanſurus: quo eum, ceu immenſum & perpetuum ſacrificium, in officio Miſſæ, ſub ſpecie panis & uini, omnipotenti Deo offerre ualeamus pro noſtro debito tum naturali, tum etiam commiſſo. Imprimis ita q̃ CHRISTVS ſeipſum pro nobis diuinæ iuſtitiæ in cruce obtulit: deinde poſt ſuam reſurrectionem ſe dedit omnibus hominibus: ut pro ſuis debitis eundem CHRISTVM in Miſſa per ſacerdotes Deo pariter offerant, ad memoriam incarnationis & paſſionis ſuæ. Nimirum CHRISTVS in Miſſa eſt donum quod eccleſia pro debitis ſuorum membrorum Deo porrigit. Eſt denique memoria & gratitudo, quam eccleſia exhibet domino Deo: qui ſui filij morte humanum genus pie redemit. Præterea altaris ſacramentum eſt ſacrificium, quod

c. 53. §. 11 in prin.

c. 61. §. 1 in fi.

Math. 28 in fi.

Z

Chriſtus & ſua eccleſia ad gloriam Dei in miſſa offert pro nobis exulibus. Alioquin omnipotenti Deo nullum aliud donum eſt acceptum extra Chriſtum: qui eſt filius patri dilectus & placitus. Enimuero Deum ſatis timere, colere, diligere aut effectualiter ſequi nequis aliter q̃ per Chriſtum: in quo reperies quod Deo cõmode des: prout ſeipſum in cruce pro te Deo dedit atq; ſuam carnem & ſanguinem quottidie in miſſis pro te Deo exhibet. Math. 3 in fi.

6. ¶ Hinc emergit quinta cauſa inſtitutæ miſſæ: Eccleſia quippe præ manibus nihil habet inſigne, quod Deo pro condigno offerre poſſit: & tamen neceſſe eſt habere aliquid quod offerat. erexit igitur dominus miſſæ officium: in quo ſuum corpus & ſanguinem per ſacerdotes ſacramentaliter conſecrat & eccleſiæ condonat ut habeat quod Deo digne offerre ualeat. Deſuper mater noſtra eccleſia pro ſe & ſuis liberis, nempe pro Chriſti fidelibus uiuis & defunctis, in officio miſſæ offert ſuum ſponſum & caput Iheſum Chriſtum, tanquam ſacrificium Deo acceptum & idoneum ad eius gloriam & congruum noſtræ gratitudini: qua tenemur grates referre Deo: qui ſuum filium pro noſtra ſalute in exilium huius miſeriæ miſit & idem filius ſeipſum in cruce pro nobis Deo obtulit. Quamobrem eccleſia rurſus Deo omnipotenti eundem ſuum filium, ceu anthidoræ donum, per ſacerdotes in Miſſa offert, ad memoriam perſonalis ſacrificij & ſanguinis Chriſti in cruce effuſi. Eccleſia denique pium creatorem obſecrat: quatinus huiuſmodi ſacramentalem oblationem clementer acceptet, pro uniuerſis ſuis membris, præcipue cœlicis ad decorem, dormientibus in purgatorio ad requiem: mortalib9 hic degentibus ad remiſſionem reatuum, ac alias ad impetrandum quicquid ipſi eccleſiæ ſuiſq; membris ſalubriter cõducit. Demum ſpiritualis uita & larga gratia a Chriſto, ſub euchariſtia contento, proflu it in eccleſiæ membra, alioquin infœlicia abſque Chriſto: ex quo & per quem & in quo ſunt omnia. Quomodo uero miſſa ſit oblatio, habebitur infra capit. lxv. Roma. 11 in fi.

7. ¶ Sexta cauſa eſt: qua dominus Iheſus in nouo teſtamento, ceu ultima uoluntate ſua, nobis legauit & reliquit ſuum corpus: ut ſecum unirentur noſtræ animæ & ſic reſurgerent a caſu: in quem alioquin corpori Adæ coniunctæ ceciderant. Inſtitutum eſt igitur officium miſſæ, in quo corpus domini tranſmittitur ad nos exules ut eodem corpore ceu Manna cœleſti nutriti aſſequamur legatum: quod nobis dominus teſtatus eſt atque in ſuo receſſu reliquit, de quo cœleſtis pater per Prophetam loquitur: Statuam illis teſtamentum alterum ſempiternum, ut ſim illis in Deum & ipſi erunt mihi in populum. De hoc articulo dicam poſtea. Baruch 2 in fi. ſ 65. ſ. 1

Sunt præterea aliæ cauſæ: propter quas altaris ſacramentum inſtitutum eſt: quæ habentur infra lxvij. ſ. iij. uſq; ad ſ. vij.

SEXAGESIMVM TERTIVM CAPITVLVM. De neceſſaria forma Miſſæ.

IN ſacrificio miſſæ eſt obſeruanda forma neceſſaria: quæ conſiſtit in quatuor ſubſtantialibus: quæ ſunt ſacerdos ordinatus & eius intentio conſecrandi: item debita materia et expreſſio uerbi formalis. De primo requiſito, ſcilicet, de ſacerdote, dicetur infra xciiij. ſ. x. Secundo ad ſacramenti cõſecrationem requiritur conſecrantis intẽtio ſpecialis uel generalis. Si autem in uerborum prolatione diſtractus ſacerdos non ſpecialiter attenderet ad conſecrandum: nihilominus conſecraret propter præambulam uoluntatem: qua intendebat conſecrare iuxta ritum eccleſiæ: quamuis peccaret inquantum ex praua negligentia uel incuria diſtraheretur. Si uero ſacerdos generalem uoluntatem conſecrandi omittit uel habitam deceptorie immutat: ipſe cum ſua falſa miſſa & ficta conſecratione Idolatriam commit

committit. Conſimiliter obſeruanda eſt
intentio dei & eccleſiæ, ſacramentum al-
taris inſtituentis & ordinantis ad neceſſi-
tatem ſeu utilitatem hominum. Sacer-
dos igitur ſimul conſecrare poteſt tot eu
charitiæ particulas; quot populi commu
nicandi neceſſitas exigit. Qui uero om-
nem panem in piſtrina uel omne uinum
in cellario temerarie conſecrare intende-
ret; ibi non fieret tranſſubſtantiatio, pro-
pter ludibrium ſeu uafriciam ſacerdotis,
non præſeferentis diuinam intentionem
nec eccleſiaſticum ordinem, neque po-
puli neceſſitatem uel ſacramenti digni-
tatem.

2. ¶ Tertium ſacramenti requiſitum eſt ne-
ceſſaria materia, panis & uinum. Panis
J. 6t. §. 7 post me. debet eſſe azimus, non fermentatus: quo
niam Chriſtus ſine omni fermento pecca
3. Reg. 17 in me. ti fuit: prout figuratum eſt in paruo pane
ſubcinericio. i. ſub cinere cocto: quem ui-
dua, i. eccleſia mandato Heliæ confecit
& cuius farinæ hydria non defecit. Præ-
terea uinum debet miſceri cum modica
aqua in uinum conuertenda: ut nos per
aquam ſignificati uniamur Chriſto per
uinum ſignificato: quo eius effuſi ſangui-
nis participes ſimus & ſuo myſtico incor-
Joan. 19. poremur corpori, nempe ſanctę eccleſię:
quæ ex Chriſti latere fluxit. Frumentaci
us itaque panis & purum uinum eſt neceſ-
ſaria materia ſacramenti; ſed panis nō fer-
Prouer. 9 mentatus & uinum aqua mixtum eſt de-
bita materia eiuſdem ſacramenti. Nam
ſicut aqua uino immiſcetur: ſic populus
Chriſto eſt uniendus. Tamen nihilomi-
nus in fermentato pane & ſolo uino con-
ficitur ſacramentum: At in hoc negligēs
conſecrans grauiter offenderet tanquam trāſ
greſſor ordinationis dei & eccleſiæ. Pari-
ter eſt in uerbo enim: de quo infra §. v.
in fine.

3. ¶ Sub utraque ſpecie eſt ſacramentaliter
totus Chriſtus: utpote ſub pane eſt uerum
corpus Chriſti per conuerſionē: ſanguis
eius per connexionem: anima per coniun
ctionem & deitas per unionem. Pariter
ſub ſpecie uini eſt ſacramentaliter uerus
ſanguis Chriſti: cui connectuntur corpus,
anima & deitas. Iſta enim quatuor diuidi
non poſſunt nec ab inuicem ſeparari. Ca-
lix indiuiſus pro omnibus & ſingulis ho- Roma. 6.
minibus effuſus eſt in cruce Chriſti: qui Heb. 7
ſeipſum ſemel obtulit: ultra non moritur.
In miſſa igitur, non calix: ſed hoſtia panis
eccleſiam repræſentans, diuiditur in tres
partes; una imponitur patenæ: ad ſignifi-
candum eccleſiam triumphantem eſſe in
ſecuritate cœleſtis patriæ. Secundam par
tem tenet aliquantulum celebrans in ma
nu ſiniſtra, eam tandem poſiturus ad pa-
tenam: ad ſignificandum animas in pur-
gatorio pœnitentes ſtatuto tempore con
tineri in ſiniſtro latere: hoc eſt ſub iuſtitia
dei: donec finita pœnitentia ad patenam
cœleſtis ſecuritatis locentur. Tertia ho-
ſtiæ pars, attinens eccleſiæ militanti, im-
ponitur calici: ut ipſa eccleſia & eius mē-
bra mortalia participent cum ſanguine
Chriſti in cruce effuſo & ad memoriam
huiuſcemodi effuſionis, quottidie in miſ-
ſa offerendo. Equidem illa tripartita ho-
ſtiæ diuiſio non ſacramentalis corporis
Chriſti ſed myſtici nempe eccleſiæ parti
tionem repræſentat. Sacramentum qui-
dem eſt indiuiſibile; quamdiu enim una mica
uel minima gutta ſpeciei panis uel uini
manet: tamdiu eſt ibi ſacramentum: do-
nec tota ſpecies conſecrata deſierit: quem
admodum fit in ablutione calicis: ubi ſpe
cies minoris guttæ cōſecratæ abſorbetur
a maiori uino infuſo.

¶ Quarto ad altaris ſacramentum requi- 4.
ritur formale uerbū a ſpirituſancto Apo
ſtolis occulte reuelatum: quo Hebraice,
Græce uel Latine ſuper debita materia p-
lato conficitur ſacramentum. Siquidem
lingua Hebræa hominibus a natura ori-
ginali ineſt & primitus in toto orbe ſola
in uſu fuit: uti ſcriptum eſt: erat autem ter- Gene. 11 in prin.
ra labij unius. Græca uero lingua pariter
& latina eſt arte quæſita. Reliqua ideo-
mata ſunt confuſa: quippe propter pecca
ta per plagam introducta. Quapropter
conſecrari non decet in eiſdem ideoma-
tibus: alioquin abſurdum eſſet altiſſima
Dei officia in barbaris celebrari labris:
quæ frequenter in ſeipſis diſſonant & ſo

leociſmum committunt. Prædictę igitur
tres regulatę linguæ ſunt ordinatæ & cō
gruæ ad Miſſam: præcipue circa eius
ſubſtantialia. Sic etiam CHRISTI titu-
Joh. 19 lus fuit ſupra crucem ſcriptus Hebraice,
Græce & Latine. Nota uerba conſe-
crationis ſubſtantialia concernunt perſo-
nam CHRISTI, & non celebrantis: pro
ut fit in alijs ſacramentis: utpote in abſo-
lutione pœnitentiæ exprimit ſacerdos
uerba non appoſitiue ſed demonſtrati-
ue: dicens ex ſua perſona & authoritate
Joh. 20 in fi. ſibi a CHRISTO conceſſa: ego abſol-
uo te in nomine patris & filij & ſpirituſ-
ſancti. Pariter fit in ſacramentis baptiſmi
confirmationis & extremæ unctionis. In
ſacramento autem altaris uerba conſecra
tionis ſtant materialiter ſeu appoſitiue: ac
ſi ipſe CHRISTVS dicat: hoc eſt corpꝰ
§. 66. §. 7. in prin. meum: in quo ſola diuina uirtus, non ſa-
cerdotis authoritas operatur: qui Miſ-
ſæ intereſt non uti mediator: ſed ſi-
cut nudum inſtrumentum CHRI-
STI.

5. ¶ Proculdubio dominus in ſua propria
miſſa, nempe in cœna, panem & uinum
tranſſubſtantiauit in ſuum corpus & ſan
guinem, quando deſuper benedictionē
dedit (Nam Paulus appellat iſtud ſacra-
1 Cor. 10 mentum calicem benedictionis cui be-
nedicimus) poſtea conſecratam hoſtiam
fregit & ſuis diſcipulis porrexit: tandem
expreſſit uerbum (hoc eſt corpus meū)
quo uerbo in cæteris Miſſis conſecratur
hoſtia. Alioquin dominus non potuiſſet
ueraciter demonſtrare & dicere, hoc eſt
corpus meum: ſi ante pronunciationem
huius pronominis, hoc, ſuum corpus præ
ſens non fuiſſet. Idem uerbum alius cele-
brans nō pro ſe (ſicut CHRISTVS) ne
q; demonſtratiue ſed appoſitiue in perſo-
na CHRISTI profert: tanq; una ſit di-
ctio (hoceſtenimcorpuſmeum) Quoqui-
dem materiali ſeu ſacramentali uerbo
forſitan aliquid myſterij diuini ſignifica-
tur: quod nobis mortalibus prorſus oc-
cultatum & ſoli diuinæ ſapientiæ notum
eſt. Exempli gratia: ac ſi ruſticus, audiens
illud preconium (Laus tibi domine) hoc
interpretatur ſecundum noſtrum ideo-
ma, inmundum pediculum exhiberi do-
mino: At dictio, Laus, Latine altiorem
præ ſe fert ſignificationem, nempe hono-
rem & gloriam; Pariter uerbum (hoceſt
corpuſmeum) aliquid ſecretum impor-
tat nobis incognitum, ſed per ſpiritum
ſanctum Apoſtolis olim denunciatum.
Huiuſmodi igitur uerbum, hoc eſt enim
corpus meum, & alterum uerbum ſu-
per calicem proferendum, pro ſubſtan-
tiali uerbo conſecrationis eccleſia hacte-
nus tenuit & in uſu habuit: prout adhuc
uera fide tenet atq; habet. Porro iſta di-
ctio enim addita eſt non ex neceſſitate
ſed propter certitudinem diuinæ ueritа-
tis. Qua dictione obmiſſa, nihilominus fit
conſecratio: tametſi negligens ſacerdos
grauiter culpandus eſt: quemadmodū is
qui calicem aqua miſcere negligit, ut ſu-
pra §. ij. in fi.

¶ Hinc apparet, dominum IHESVM 6.
miſſæ neq; formam neq; modum diſcipu
lis reuelaſſe: ſed nude cōmiſiſſe in ſuę paſ
ſionis memoriam eſſe celebrandam miſ-
ſam: Eius autem formam & modum ma-
nifeſtare diſtulit uſq; ad ſpiritusſancti ad-
uentum & informationem. Iuxta eiuſdē
ſpiritus doctrinam inter alia ſacramenta
Apoſtoli ordinauerunt ſacramentum al-
taris. Cuius formam & modum inſti-
tuerunt: quemadmodum eccleſia per ſu-
os miniſtros miſſam celebrare hactenus
conſueuit: eandem formam conſecrandi
Paulus a CHRISTO doctus tradidit 1. Cor. 11
Corintheis. Nullibi in Euangelio uel alia
ſcriptura certa forma ſeu ordinatio miſſę,
pręſertim calicis, compoſita reperitur: ni
ſi in ſacro miſſæ canone: qui in ſua ſubſtā
tia per Apoſtolos confectus & ordinatus
eſt, forte plus uerbaliter q̄ literaliter. Hoc
conſtat ex Pauli informatione, de altaris
ſacramento presbyteris data: cui anne-
ctit ſequentia uerba: Cætera autem cum 1. Cor. 11 in fi.
uenero diſponam. Quibus nimirum
uerbis pollicetur ſe, quantum ad uſum
& ritum huius ſacramenti ſpectat, tra-
diturum alia: de quibus hactenus in
ſuis literis nullam fecerat mentionem.

Atqui Pau

Atqui Paulus & Euangeliſtæ præſcri-
pſerunt hiſtoriã dumtaxat & actum cœ
næ domini, præcipue calicis: & non for-
1 Cor. 11 mam celebrandi miſſam. Nam Paulus et
Luce 22 Lucas recenſent dixiſſe dominum, Hic
calix nouum teſtamentum in meo ſangui
Mar. 14 ne, qui pro uobis fundetur. Marcus autẽ
ita: hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti
qui pro multis effundetur. Mathæus plu
Mat. 26 ſculum adijcit: Hic eſt enim ſanguis me-
us noui teſtamenti qui pro multis effun-
detur in remiſſionem peccatorum. Nulli
bi fit mentio de miſſæ forma: quam pri-
mũ Apoſtoli, inſtinctu ſpiritusſancti, in
ſtituerũt iuxta tenorẽ ſacri Canonis. Vbi
eiuſdem neceſſariæ formæ unus dumta
xat punctus in miſſa omittitur, ibi nõ eſt
uerum ſacrificium. Siquid autem omitti
tur quod non eſt de ſubſtantia miſſæ: id
uitiat, non omnino annihilat ſacrificium.
Extra formam ſubſtantialem, per Pon
tifices & Concilia: per diuos patres &
iura ſcripta: ſunt pleraq; cærimonialia
inſtituta, deo ad gloriam: eccleſiæ militan
ti ad honorem: dormienti ad ſuffragium:
militanti ad ſalutem: præcipue ſacroſan-
cto miſſæ officio & Euchariſtiæ ſacmẽ
to ad decorem: maxime ad memoriam
& imaginem paſſionis Chriſti. Verum
ornamenta & præparamenta: ritus & ora
tiones: inſuper cantus lamentationis & iu
bilationis: ieiunia & feſta: templa & alta-
ria: lucernæ & campanæ: ueſtes & pictu-
ræ uariuſque diuinus cultus circa Miſ-
ſam inductus eſt, pro laudabili gratitudi-
ne & humili obedientia noſtra erga De-
um ſuoſque ſanctos: abſque diminutio-
ne tamen & alteratione omnium ſub-
ſtantialium ad officium miſſæ ſpectan-
tium.

7. ¶ Vltra prædictam miſſæ formã & poſt
priorum patrum decreta: in eccleſia
uniuerſali, ueletiam in ſingularibus eccle
ſijs ſunt quandoq; conſueta cærimonialia
circa celebrandas miſſas introducta, Chri
ſtianæ politiæ & fidei conuenientia: ideo
non deſpicienda: Iheronymo dictante:
diſt. 11 illas Conſuetudines eccleſiaſticas, præſertim
quæ fidei non officiunt, ita obſeruandas
ut a maioribus traditæ ſunt. In eccleſia ita
q; ordinatum eſt atq; conſuetum ante me-
ridiem miſſam celebrari: ieiune ſacramẽ-
tum ſumi: uinum limphatum in calice
conſecrari: tametſi hæc & ſimilia in Euã-
gelio ſcripta non ſint: Imo Chriſtus poſt
meridiem ſacramentum benedixit atque
poſt cœnam porrexit: aquam calici non
infudit: neq; ſcriptum eſt qualis potus in
calice fuerit, an aqua uel uinum: an cere-
uiſia uel medo. At credibile eſt uinum in
calice fuiſſe, ex informatione ſcilicet & ri
tu eccleſiæ. Quæ apud nos ceu filios (quos
in baptiſmo ſpiritualiter generauit & tan
quam membra ſibi incorporauit) tantæ repu
tationis & authoritatis eſſe debet ut eius
ordinatio, cultura, ſtatutum, mandatum
& uſus apud nos iure & merito pluri-
mum ualeat & nullatenus infringenda
ſit. At nos friuoli teutones, eccleſiæ non
auſcultantes neque obedientes, cadimus
in hanc Euangelicam ſententiam: Si au-
tem eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut
ethnicus & publicanus. Ethnicis multo
turpiores ſumus: qui eccleſiam non ſo-
lum derelinquimus ſed etiam ei acriter
iniuriamur, ſua præcepta & documenta
abijcientes: ſacræ miſſæ inimicos ſequen-
tes & contra eccleſiam defendentes ac pe
nitus rebelles eidem matri noſtræ eccle-
ſiæ. Quæ de nobis per Eſaiam conqueri-
tur, dicens: filios enutriui & exaltaui: ipſi Eſa. 1 in prin.
autem ſpreuerunt me.

¶ Miſſæ forma potiſſimum in tranſmu- 8.
tatione ſacramenti conſiſtit: eo conſide-
randa eſt quadruplex mutatio: una artifi
cialis: duæ naturales: quarta ſupernatura-
lis. Primo artificialiter cineres mutantur
in uitrum. Secundo una naturalis muta-
tio fit accidentaliter: quando bonum in
malum: malum in bonum: dulce in ama-
rum: uinum in acetum: ſub ſole nigrum
in album mutatur: Tertio altera natura-
lis mutatio fit formaliter: quando eadem
materia manet ſub diuerſis formis ſub-
ſtantialibus: ſicut patet in tranſmutatione
elementorum mutua: exempli gratia: uas
prius plenum aqua, iam exiccatum reple-
tur aere: poſtea incenſum fit plenũ igne:

quoniam in elementalibus uacuum non datur: ideo uas ſemper repletur aliquo elementali corpore: cuius forma de uno elemento in aliud naturaliter mutetur. Præmiſſę tres mutationes ſunt inſtabiles. Quarta autem mutatio ſupernaturalis eſt fixa & ſtabilis: quando unum fit ex alio, deceętero immutabile permanſurum: quemadmodum in ſacramento neq; materia neq; ſubſtantia panis remanet: ſed ei us loco & ſub eius ſpecie conficitur materia & ſubſtantia ueri corporis Chriſti inæternũ immutabilis. Ipſum uero Chriſti corpus in ſe mutat animas hominum.

f.66. §.1.

Inſuper in altaris ſacramento fiunt quatuor mutationes: duæ infra miſſam & duæ extra miſſam infra §.xij. & xiij. Prima ſupernaturalis & ſacramentalis mutatio eſt in miſſa: ubi aduenienti corpori Chriſti ſubſtantia panis eueſtigio cedit. Quę ceſſio nuncupatur tranſſubſtantiatio: nam per diuinum uerbum, ſuper debita materia prolatum, panis & uini ſubſtantia mutatur in ſubſtantiam corporis & ſanguinis Chriſti: prout declaratum concluſumq; eſt in cõcilio Innocentij Papæ: de quo infra capi.lxvi.§.i.

9. ¶ Sacramentum quidem altaris diſcrimẽ habet ab alijs ſacramentis: quorum materia non mutatur: ſed infra actum, nempe quando porriguntur, cenſentur eſſe ſacramenta, dum infans baptiſatur, interim perficitur ſacramentum baptiſmi. Sunt enim ſacramenta in fieri tantum, dum uerba proferuntur, prolatis uero uerbis non manent ſacramenta. Euchariſtia autem fit pariter ſacramentum in prolatione ṽborum: ſed permanet quoq; ſacramentũ poſt uerba prolata. Præterea cætera ſacṁenta applicantur homini ab extra: ſolum altaris ſacramentum ſumit homo in ſe: ad ſignificandum ut interiori corde ferat Chriſtum ceu cibũ, qui in ſe mutat nutritum. Omnia ſacṁenta ſunt propter homines: ideo hominibus applicanda. Imo tunc primum fiunt ſacṁenta, dum applicantur: excepta ſola euchariſtia: quæ eſt præſens & perfectum ſacṁentũ anteq̃ applicat. Hoc ita intellige. Sacṁentũ baptiſmi uł cõfirmationis, utpote inuiſibilis gr̃a ſpirituſſancti pficiſ, dum cõferſ, i. dũ corpus aqua lauatur uel oleo ungiſ cum uerbis neceſſarijs: ubi nec aqua nec oleũ mutatur: ſed in ſua ſubſtãtia durat. Altaris autem ſacṁentũ ante applicationẽ perficiſ ſtatim poſtq̃ ṽba debita ſuper panẽ & uinum exprimuntur. Quæ quidem uerba diriguntur ad ſubiectam materiã, nẽpe ad panem & uinum: non ad perſonã, cui ſacṁentum eſt applicãdum: ad quã cæterorũ ſacramentorũ uerba diriguntᷓ.

¶ Sacrificium miſſæ nuncũpatur ſacṁentum, non q̃ homini applicetur: ſed q̃a ſub eo fit ineffabile ſacrum opus, nempe trãſſubſtantiatio corporis & ſanguinis Chriſti, permanentis ſub ſpecie panis & uini q̃diu eadem ſpecies durat. Porro uerba ad baptiſmum uel ad cætera ſacramenta ordinata, non proferuntur ſuper materiam ſacramenti, ſed ſuper hominem, cui ſacramentum applicandum eſt. Baptiſmus igitur pariter et confirmatio, ordo, unctio uel pœnitentia efficiũtur ſacramentum, quando cum debita materia & ordinatis uerbis applicatur homini: tunc enim per idem ſacramentum operatur ſpirituſſancti gratia: qua ſpiritus baptiſati mutatur in ſtatum meliorem. Euchariſtiæ autem ſacramentum perficitur in miſſa, uerbis ſuper materiam prolatis: & eius applicatio ſeu ſumptio non operatur nouum ſacramentum ſed ſpirituale nutrimentum ſumentis, qui per id occulte unitur Chriſto & incorporatur eccleſiæ: non autem mutatur neq; in altiorem ſtatum ponitur: ſed melioratur & flagrantiori charitate incenditur. Ad amorem nil magis incitat q̃ pręſentia amati. Siquidẽ amas Chriſtum, gratulari debes eidem: qui ſacṁentaliter pręſens eſt in euchariſtia: denique multomagis gaudendum eſt, quãdo eandem euchariſtiam ſumis & corpus Chriſti ſacratiſſimum tuo cordi applicas.

¶ Secunda tranſmutatio infra miſſam fit ſignificatiue: nam altaris ſacramentum ſignificat myſticum corpus Chriſti, nempe eccleſiam & unionẽ ſuorũ membrorũ. Id quidẽ ſacṁentum Chrs reliq̃t eccleſię, ut Chri

ut Chriſtifideles inter ſe uniantur ſub ſpe
cie panis, Sicut enim ex multis granis con
ficitur panis unus: ſic omnes homines ſub
capite Chriſto deberent fieri unũ corpus
eccleſiæ in ſacramento altaris ſignifica-
tum: præſertim ut homines per Miſſam
Chriſto incorporentur & in eius ſangui-
ne mergantur ac (uti uulgo dici ſolet) ca-
1.Cor.10. lice operiantur, quia unus panis & unum
d.18.§.1 corpus multi ſumus, Corpus deniq; Chri
in prin.e ſti eſt ſacramentum amoris: cuius natura
J.67.§.7 eſt amantem conuertere in amatum. In-
de prouenit delectatio & gaudiũ: ſiquidẽ
fructus ordinati amoris gaudium eſt ſem
piternum. Cuius gratia ſacramẽtũ altaris
inſtitutũ eſt ſub bina ſpecie ſcz panis ceu
amoris, & uini, quod generat gaudium.
Hoc pacto ſacramentũ altaris eſt uerum
& eſſentiale Chriſti corpus & ſanguis: q̃
figuraẽ & ſignificaẽ corpus uniuerſalis ec
cleſiæ ſuorumq; membrorũ: quę ſe inuicẽ
in Chriſto amare ac deo & eius angelis
uniri debent. Homo itaq; Euchariſtiam
ſumens unitur Chriſti corpori, animæ &
deitati ac pariter angelis cæteriſq; dei ele-
ctis uiuis & defunctis: quos omnes penes
ſe reperit in Chriſti corpore, quod deuo-
te ſumpſit. Inſuper ſumptione ſacramen
ti: quod celebrans uice eccleſiæ infra Miſ-
ſam ſumit: repræſentatur eccleſiæ immu
tatio & unitio cum Chriſto ceu capite
J.66.§.2. ſuo. Aduerte tamen, ſub ſpecie panis con
tineri uerum & præſens corpus Chriſti:
non autem uerum corpus eccleſiæ: cuius
myſticum dumtaxat corpus ibi eſt ſignifi-
catiue, non præſentialiter.

12. ¶ Tertia ſacramentalis mutatio fit extra
miſſam realiter: Nã ſpiritus digne et actua
liter ſumentis ſacramentum, mutatur in
Chriſtum: qui ſumentem ſpiritualiter nu
trit. At Chriſti corpus non mutatur in ho-
minis animã: ſed ipſa anima debet mutari
& ĩcorporari in Chriſtũ. Siquidẽ ſpiritua
li amore mutatur, non amatus Chriſtus
Gala.3 (qui eſt immutabilis) ſed amans hõ: q ha
bet aſſumere Chriſti formã & imaginẽ,
ad extollendum ſuum ſtatum & emen-
dandum uitam ueterem. Tunc enim in
ſuo ſpiritu paſcitur & fit Chriſti membrũ
qui prius fuit diaboli neruus. Hinc Augu
ſtinus ait. Tu domine nõ mutaberis in me
ſed ego debeo mutari in te. Quippe ſpiri-
tualis cibus alius eſt a corporali cibo: qui
mutatur in carnem & ſanguinem nutriti:
Econtra ſpiritualis cibus, nempe euchari-
ſtia, in ſe mutat nutritũ hominẽ. Porro in
nutritione corporali calor naturalis mutat
cibum & potum in carnẽ & ſanguinem:
In ſpirituali uero nutritione, diuinus ca-
lor, i. amor incenſus mutat amatorẽ Chri-
ſti in amatum Chriſtum, & rurſus ipſum
Chriſtum in eundem ſui amatorẽ. Fides
quoq; abſq; amore eſt aliquantulũ calida. J.90 §.1
Cęterum nuda panis ſpecies uim ſubſtan
tialem obtinet: quoniam pręter naturam
accidentium nutrit & mutatur in corpus
hominis, euchariſtiam actualiter ſumen-
tis: ad ſignificandum q inuiſibile corpus
Chriſti, ſub uiſibili ſpecie panis, nutrit &
cibat inuiſibilem ſpiritum hominis digne
ſumentis. Quiquidẽ ſpũs mutatur in cor-
pus Chriſti, & fit membrum ipſius Chri-
ſti ac eccleſiæ. Itaq; idem dominus Chri-
ſtus extrinſece augmentatur in ſuo corpo
re myſtico, nempe in eccleſia: quæ iam
amplior facta eſt in uno membro acquiſi
to. Rurſum hõis aĩa intrinſece augetur:
quia p legittimam euchariſtiæ ſumptio-
nem deo appropinquat. Hic non cibus,
nempe corpus Chriſti, ſed cibatus homo
mutatur de malo in bonum: de uitio ad
uirtutem: a peccato ad pœnitentiam. Et
quãuis per euchariſtiam ſolus hõis ſpiri-
tus, non etiam corpus mutaẽ: idem tamẽ
corpus melioratur: utpote per ſuum ſpm̃
trahitur ad obedientiam, caſtitatem, mo-
deſtiam aliaſue uirtutes: donec poſt re-
ſurrectionem rapietur obuiam CHRI- 1.Theſ.4
STO in aera. Euchariſtiæ igitur ſacra- in fi.
mentum eſt hic ſum̃um noſtrum refugiũ
& illic finis completus.

¶ Quarta ſacramentalis mutatio fit pari- 15.
ter extra Miſſam: ut ſi deuotus interſis
Miſſæ: cuius particeps fieri deſideras;
etſi ipſe ſacramentum altaris corporaliter
non ſumis: ſumit tamen ſacerdos uice
totius eccleſiæ: cuius tu membrũ es. ideo
per ſacerdotem miſſæ, cui aſtas, ſacmẽtũ

altaris ſpiritualiter ſumis, conſequenter ar
denti charitate in Chriſtum ſpiritualiter
conuerteris: necnon myſtico eius corpo-
ri, nempe eccleſiæ, cui prius incorporatus
es, nunc magis annecteris. Nam Miſſa ce
lebratur ſpecialiter pro te & omnibus cir
cumſtantibus ac generaliter pro uniuer-
ſa eccleſia, quapropter eadem Miſſa pro
ficit ſingulis eccleſiaſticis membris pro
cuiuſlibet deuotione. Tu quidem tanta
contemplatione officio Miſſæ intereſſe
& tã ſedulo a deo poſtulare potes te par-
ticipem fieri Miſſæ & eius repræſentatio-
nis, nempe paſſionis Chriſti: ut uim ſacra
§ 64. §. 10 menti & gratiam dei integre acquiras, ac
ſi ipſe Miſſam celebres & ſacramentum
altaris corporaliter ſumas.

SEXAGESIMVM QVAR: TVM CAPITVLVM. De præparatione ſacrifi- cij altaris.

SVmmus ſacerdos Iheſus Chriſtus
ante & poſt ſuam Miſſam cœnę
uel agni paſcalis, præparatione
Marci 14. cerimoniali uſus eſt: nam ante eandem
Miſſam miſit duos ex diſcipulis, nempe
iuſtitiam & miſericordiam, ad præparan
dum paſcha: non in loco deſpecto, ſed in
Luce 22 cęnaculo grandi ſtrato, eccleſiam orna-
tam ſignificante, iuſſit parare ſibi paſcha.
Joh. 13 Præterea poſt Miſſam ſcz cęnæ, domi-
cum ſeq. nus Iheſus diſcipulorum pedes lauit &
terſit, pleraſq; alias cerimonias egit, in Io-
hanne recitatas; pręſertim idem dominus
Math. 26 & ſui diſcipuli hymnum dixerunt, & in
Mar. 14. montem orandi gratia exierunt. Ne-
mo igitur criminetur ꝙ ad exemplum
Chriſti, eius apoſtoli cæteriq; patres & cõ-
cilia, pro decore ſanctiſſimæ Euchariſtię,
nonnullas horas ſtatuerint & prępara-
menta ordinauerint. Quibus preſbyter
aſtringitur ſe ad oblationem Miſſæ ordi-
natim præparare cum orationibus & ce-
rimonijs: preſertim neſcienter in peccato
mortali, abſq; neceſſitate ſeu cauſa enor-
mi, altare accedat: ſed prius, quantum po
teſt, ſuam conſcientiam purificet & iuxta
Pauli doctrinam, ſeipſum probet & ſic de

pane illo edat & de calice bibat. Imo nõ 1. Cor. 11 in fi.
ſolum abſq; mortali peccato, ſed etiam
abſq; iniuria & offenſione: qua ipſe & pro
ximus mutuo altercantur, Miſſam cele-
bret: euangelio dictante: Si offers munus Math. 5 in me
tuum ad altare & ibi recordatus fueris ꝙ
frater tuus habet aliquid aduerſum te: re
linque ibi munus tuum ante altare, & ua-
de prius reconciliari fratri tuo, & tunc ue
niens, offeres munus tuum. Conſcientia
igitur imprimis inueſtiganda eſt atq; pur-
ganda, ne a deo, nec a proximo iuſte in-
culpetur: tandẽ poterit ſacerdos miſſam
celebrare. Identidem obſeruari oportet in
ſacramenti ſumptione extra miſſam.
¶ Altaris ſacramentum decenti puritate 21
tractandum & ſumendum eſſe, figura- Math. 27 in fi.
tũ eſt: quando Ioſeph demortuum Chri
ſti corpus in ſyndone munda inuoluit &
poſuit illud in monumentum nouum, in
quo nondum quiſq; poſitus erat: multo
decentius uiuum Chriſti corpus tractan
dum eſt in corporali mundo, nempe in cõ
ſcientia illęſa, ac in nouo calice, id eſt, inte-
riori nouo homine, in quo hactenus non
ſit praua conſuetudo peccandi ſepulta.
Præterea in ueteri lege mandauit domi- Exo. 30 poſt me
nus, ut ſacerdotes lauarent manus ſuas ac
pedes, quando acceſſuri erant ad altare
offerre in eo thymiama domino: ne forte
moriantur. Similiter qui habebat maculã, Leui. 21. ante fi
non debuit offerre panes deo ſuo nec ac-
cedere ad miniſterium eius. Siquidem in
umbra ueteris teſtamenti, circa figuram
ſacrificiorum, neceſſaria fuit ſacerdotũ pu §. §. 5. in fi
ritas: multomagis immaculata puritas ſa- & §. 99 §. 13 in prin.
cerdotum noui templi requiritur circa
ueritatem ſanctiſſimæ Euchariſtiæ.
¶ In offerendo pane noui & ueteris teſta 3.
menti diſcrimẽ eſt. Vetera ſacrificia ſunt 1. Cor. 10 poſt prin.
umbra & facta in figura nouorum ſacri-
ficiorum. Quoties ueteres ſacerdotes offe
rebant panes, oportuit prius a mulierum
cõtubernio abſtinere ac ab omni imundi-
cia purificari: nemo inficias ibit, quin ſacer
dotes noui teſtamenti, in ſuis manibus pa
nem æternæ ueritatis contrectaturi, ab
omni coinquinatione mundi & caſti eſſe
debeant. Econtra cauillant quidam laſci-
ui docto-

ui doctores, allegantes Paulum ſcribentē
1. Timo. 4 in prin. quoſdam attendentes ſpiritibus erroris et
cauteriatam conſcientiam habentes, futu-
ros, qui nubere prohibebunt. Acſi nuptię
nō ſint pſ̄byteris iure prohibitę, libere igi
tur matrimonium cōtrahere poſſint &c.
Quo dogmate plerique procliui preſbyteri
monachi & moniales, ſtatum caſtimoniæ
derelinquentes, fictum coniugium teme-
rarie ineunt. Quod ipſis non conceſſum
ſed dānabile eſt. Profecto ipſi pſeudodo
ctores & ſui æmuli non mediocriter er-
rant: nam neque Papa, neque concilia neque ec-
1. Cor. 7. in fi. cleſia cuipiam connubij capaci nuptias in
terdicit: quin unuſquiſque libere contrahe-
re poſſit in dño; iuxta ordinem tamē iu-
ris: quod moderat̄ deſponſationē in plu-
rib. caſibus: quorum unus: ne quis ad maio-
res ordines promoueatur neque ad religio-
Diſ. 27. c. 1 & c. preſbyte rio cum ſi- milibus. nem admittatur abſque uoto regulæ aut de
cretorum deſuper emanatorum: Inter quę
caſtitas comprehenſa eſt. Nullus cleri-
cus aut religioſus conqueri poteſt, ſibi,
dū laicus eſſet, interdictas fuiſſe nuptias;
ſed ultro ſeipſum ad cœlibatum aſtrin-
xit, ſuſcipiendo ordinem aut religionem.
Imo beatior erit ſi ſic permanſerit ſecun-
dum Pauli conſilium. Neque ſtatus caſti-
Mat. 19 poſt prin. tatis eſt contra Euangelium: quod huiuſ-
modi ſtatum ſuadet dicens: Sunt Eunu-
chi q ſeipſos caſtrauerunt ꝓpter regnū cę
lorum: qui poteſt capere capiat. Quod
quidem conſilium acceptat qui ſtatum
eccleſiaſticum ſubit: ad quem ſtatum ne-
que ab ordinatore neque ab eccleſia cogitur:
ſed ſua ſponte ſe alligat & per conſe-
quens in cœlibatum conſentit. Quocir-
Nume. 30 in prin. ca cōſtringitur uotum & caſtitatem per-
petuam ſeruare & omne quod promiſit
implere, nunquam legittimum matrimonium
contracturus ꝓpter ſacramenta per eū
tractanda.
4. ¶ Rurſum quidam pallíant incontinen-
tiam clericorum: acſi ipſis ſanctius ſit uxo
rem quam concubinā ducere. utrunque qui-
dem culpandum eſt. Etiamſi ſacerdos ma
ritum ſe eſſe præſumit, nihilominus forni
carius eſt: cum ſuum matrimoniū corā
deo & hoīe, confictum ſit in contemptū
iuris cōmunis. Idem maritatus presbyter
merito per prophetam cogitur conſiteri:
Ipſa non eſt uxor mea & ego non uir eius Oſe. 2 in prin.
Qui in domo concubinam caute tenet, is
admonet̄ aliquando in conſcientia & ue-
recundia, conſitens ſuum exceſſum: qui
autem ſub prætextu coniugij mulierem
tenet, molit̄ ſuā malitiā lege cooperire: is
contemnit eccleſiā: abutitur lege & ludi-
ficat utrunque ſacramentū, nēpe altaris & ma
trimonij. Turpior igitur eſt cōcubinario.
¶ Nullatenus decet ſuſpectas mulieres 5.
cohabitare presbyteris: qui nō ſolum pro Heb. 7 in fi.
ſe ſed pro toto populo habent quotidie Diſ. 17
orare & altiſſimas hoſtias offerre deo: preſbyterū
propterea in omnibus maiorib. ordinibus
tam connubium quam concubinatus pe-
nitus interdicitur. Ordinādi denique prius 1 Timo. 3.
probandi ſunt an caſte uiuere poſſint, nec Diſ. 32
ne: ut ſine uitio altari miniſtrent. Tranſ- preter ex ira de co-
greſſores autem & fornicarij ſunt ple- bab. cle. 2
ctendi & ad honeſtam uitam coercendi mul. p to. De onere
iuxta canonum ſtatuta: primo ſunt ab eccleſ. c. 13. §. 8
officio ſuſpendendi; deinde excommuni-
candi: tandem priuandi beneficijs, alijs
dignis clericis conferendis. Siquidem hu-
iuſmodi pœnæ excedentibus infligeren-
tur, multa ſcandala hactenus fuiſſent in-
tercepta. Clericus enim ſuſpectam mulie
rem potius euitaſſet, quam beneficium
amiſiſſet, compunctus hac ſententia:
Quid faciam? quia dominus meus au- Lu. 16 in prin.
fert a me uillicationem, fodere non ua-
leo, mendicare erubeſco. Longe inconue
nientius eſt, ſacerdotes penes ſe, ſub fuco
matrimonij, palā tenere mulieres: nā ipſi,
iuxta Pauli elogium, debent ſine ſollicitu- 1. Cor. 7 ante fi.
dine temporali eſſe, ſolliciti dumtaxat in
his quæ ſunt domini quomodo placeant
deo ac ſine impedimento dominum obſe
crent: qui autem cum uxore eſt, ſollicitus
eſt quæ ſunt mundi quomodo placeat
uxori: & diuiſus eſt. Acſi dicat Paulus: ta
lis uult (quod quiſ nequeat) duobus dñis ſerui- Math. 6 poſt me
re, nēpe deo & mundo. Ergo qs cogit̄ aut
ſacerdotalem aut maritalem curam di-
mittere. Quod autem ſacerdotibus ad di-
uinum cultum ordinatis, non liceat uti re 4. Reg. 11 poſt prin.
uxoria, tradit̄ in ueteri teſtamēto: quando

Achimelech non antea uoluit de panibus propoſitionis quicquã impartiri Dauid & pueris eius, donec intelligeret eos a mulieribus (hoc eſt ſecundum Hieronymũ) ab uxoribus ſuis fuiſſe mundos. Similiter Iudæis præceptum erat materialem agnũ paſchalem comedere accinctis ſuis renibus, i. puritate continentiæ. Multoplus nouæ legis ſacerdotes: qui non in umbra uel figura: ſed in ueritate, agnum dei & ſacramentum quottidie tractant & ſumunt: ab omnibus mulieribus & carnalibus cõmixtionibus abſtinere debent.

Exo. 12 poſt prin. & § 1. in fi.

6. ¶ Non ſoli ſacerdotes infra Miſſam, ſed etiam uniuerſi extra miſſam ſacramentũ euchariſtiæ reuerenter ſumere debent. Contra quod modo crudele dogma datur, poſſe ſacramentum ſumi etiam in peccatis mortalibus: quaſi ſufficiat credere, in ſacramenti ſumptione acquiri diuinã gratiam: qua quis peccatorum remiſſionem conſequatur, aſſeritur quoq; ſola fide, abſq; omni præparatione & opere, hominem purificari ac abilitari ad ſumendum euchariſtiam: ſecluſa Pauli doctrina de ſumptione huius ſacramenti data: in qua nullam facit mentionem fidei: quam proculdubio induxiſſet, inquantum ſufficeret ad ſumendum ſacramentum prælibatum. Quippe idem falſum dogma intelligitur de nuda fide: in qua peccatum mortale locum habet: nam fides ueſtita penes ſe non patitur peccatum: in quo nemo ad ſacramentum accedere debet. Circa ſacramenti igitur ſumptionem eſt differentia quadrifaria. Quidam ſumunt ſacramẽtaliter tantum, quidam ſpiritualiter tantum: quidam nec ſacramentaliter nec ſpiritualiter, quidam ſacramentaliter & ſpiritualiter ſimul: nempe qui ſe ad ſumendũ bene præparauerunt. Primi indigne ſumentes accipiunt rem ſacramẽti, ſed non gratiã. Secundi rem ſacramẽti deuote poſtulantes ſed impediti non ſumentes, naniſcuntur cõmodum & gratiam ſacramẽti. Tertij nihil accipiunt. Quarti ſumunt ſacramentum & effectum ſacramenti. Hinc eccleſia promit: Sumunt boni, ſumunt mali, ſorte tamen inæquali.

1 Cor. 11

7. ¶ Primi itaq; ſumentes ſacramentũ rem tantum, non autem gratiam, ſunt qui in peccatis mortalibus Euchariſtiam indigne accipiunt, ipſis non ad ſalutem ſed ad plura incommoda: quæ enumerat Dauid, dicens: Fiat menſa eorum corã ipſis in laqueum & in retributiones & in ſcandalum: obſcurantur oculi eorum ne uideant & dorſum eorum ſemper incurua: effunde ſuper eos iram tuam & furor iræ tuæ comprehendat eos: fiat habitatio eorum deſerta & in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet: deleantur de libro uiuentium & cum iuſtis non ſcribãtur. Quapropter dominus Iheſus, ſuis diſcipulis Euchariſtiam porrecturus, prius eorum pedes lauit: ad Petrum inquiens: Si nõ lauero te, nõ habebis partem mecũ. Per hoc ſignificando, peccatoribus ſua acta malã, priuſq; ſacramentum ſumant, per pœnitentiam eſſe abluenda. Cur alio quin dominus Iheſus in cæna ante porrectionem panis conſecrati, lauiſſet pedes diſcipulorum: quos antea paſſus eſt communem panem illotis manibus manducare? Iudas poſt buccellam in peccatis ſumptam male finiuit: abiens enim laqueo ſe ſuſpendit: nam principio captus fuit a diabolo: qui iam in cor eius miſit ut traderet dominum: poſtq; uero in malo propoſito & in peccato ſuo ſacramentum ſumpſerat: totus in eum introiuit Sathanas: ut claret in Euãgelio. Et alibi ſcriptum eſt: laua a malitia cor tuum Iheruſalem ut ſalua fias.

Pſal. 68. ante fi.

Joha. 13 in prin.

Math. 26. Mar. 7. in prin.

Math. 27 in prin. Johan. 13 in prin. et ante fi.

Luce 22

Hiere. 4 in me

8. ¶ Quomodo homo ad ſacramentum digne accedere & ſe præambula contritione, confeſſione, pœnitentia & contemplatione præparare debeat, docet Paulus dicens: Quicunque manducauerit panem hunc & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis domini: probet autem ſeipſum homo & ſic de pane illo edat & de calice bibat: qui n. manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, non dĩiudicans corpus domini. Q̃uis hæc informatio ſpecialiter datur ſacerdotibus celebrantibus, facta mentione calicis in ſola Miſſa ſumendi: conſimilis

1 Cor. 11 in fi.

conſimilis tamen præparatio iniungitur etiā Laicis ac alijs Euchariſtiā extra Miſſam ſumentibus, Qui uero, iuxta dogma Lutheranorum, in peccatorum ſordibus ad ſacramentum accedunt; quemadmodum ſus ad luterem; illi rurſum ſibimet-
Heb.6 in prin. ipſis crucifigunt filium dei & eius cibum oſtentui habent. Auſcultate o ſacerdotes celebraturi: Prius uoſmetipſos probate: tunc de pane illo edatis & de calice bibatis uice totius eccleſiæ: nam qui illud offi-
1.Cor.11 in fi. cium indigne, ideſt, abſq; præparatione exequitur, a domino iudicabitur, Pauli teſtimonio.

9 ¶ Licet nemo ſatis dignus ſit ad ſumendum hoc ſacramentum, iuxta illud: digne
Job.37. in fi. 1.Cor 11 deum inuenire non poſſumus: prędicta tamen Pauli ſententia eſt eo trahenda ut ſumpturus Euchariſtiam, prius diligenter conſcientiam ſuam expurget & ſacramento debitam pro uirili reuerentiam exhibeat: non q; ſe ualeat dignum reddere
f.67.§.4 ante me. ſacramento: cuius nec angeli ſe dignos æſtimant: ſed poſt diligentiam adhibitam eo ſecurius accedat ad mundiſſimū ſacramentum CHRISTI: cuius gratiam in ſacramento diligens conſequitur. Huiuſmodi diligentia & ſuipſius probatio deprehenditur in hominis contritione, cōfeſſione, pœnitentia & bonis operibus. Qui uero ſe nec interiori conſcientia nec exteriori exhibitione & humilitate præparat, ſumit indigne & damnabiliter, ſecundum uerba hæc: Qui enim mandu-
1.Cor.11 f.66.§.9 in fi. cat indigne, iudicium ſcilicet damnationis ſibi manducat, non diiudicans corpus domini, ideſt, hunc cœleſtem cibum non uult cognoſcere nec a communi cibo diſcernere. Poſtea in Paulo ſequitur: Inter uos ſunt multi infirmi & imbecilles & dormiunt multi, ideſt, pleriq; nolunt ponderare nec intelligere, quid ſit accedere ad menſam domini: Ideo labuntur in ſpiritus infirmitatem & imbecillitatem ac in ſomnolentiam. Quemadmodum carnalem cibum aut potum intemperate ſumentes, ſomnolenti fiunt atque letaliter infirmi: ita ſpiritualem cibum inordinate ſumentes efficiuntur in fide infirmi, in mente imbecilles ac in bonis operibus ſomnolenti uel dormiunt in peccatis. Qui autem ſe indignos æſtimant, nihilominus tamen quantum poſſunt, ſe præparant quominus indigni ſacramento reddantur, illi ſibi non iudicium ſumunt ſed uirtutem ſacramenti unacum gratia diuina nanciſcuntur. Homo igitur pro ſua uirili intrinſece & extrinſece niti debet, ne indigne ſuſcipiat digniſſimum ſacramentum: in quo ueraciter & præſentialiter adeſt noſter ſaluator, creator & redemptor corpore ſacramentali unacum cohabitante anima & deitate eius. Quobrem ſacramentum corporis Chriſti pro ſua dignitate omnia præcellit: ideo non poſtergandum ſed a nobis, quantum totis uiribus noſtris ualemus, omni honore & reuerentia merito glorificandum, colendum, timendum ac diligendum eſt præ omnibus. Caueant igitur qui idem ſacramentum, peruerſo dogmate ſeducti, in peccatis ſuis ſumpſerunt. Hactenus de prima parte.

¶ Secundo qui deuote interſunt officio 10.
Miſſæ, aut alias appetunt ſacramentum ſumere, ſed id effectu conſequi nequeunt uel non debent: illi ſumunt corpus Chriſti non ſacramentaliter ſed ſpiritualiter, ut pote commodum & gratiam: qua participes fiunt ſacramenti & corporis Chriſti, tametſi realiter non manducēt: unde Auguſtinus: Crede & manducaſti, ideſt, corpori Chriſti myſtico incorporatus es, de hoc articulo habetur ſupra, 63. §. 13.

¶ Tertij nec ſacramentaliter nec ſpiritua- 11.
liter ſumunt, aliqui ex ſine culpa, non tamen ſine cauſa: aliqui ex culpa uel negligētia. Primis, qui ex cauſa ſine eorum culpa a ſacramenti perceptione excluduntur: ut ſunt infantes cæteriq; rationis expertes: Euchariſtia non porrigitur: quia ſacramento reuerētiam exhibere non norunt. Similiter Euchariſtia non porrigitur ei qui defectu digeſtionis uel alterius indiſpoſitionis ſacramentum ſumere uel retinere nequit: ne circa ſacramentum periculum eueniat. Interdum quis ſentit ſeipſum indignum aut indiſpoſi-

tum ad ſacramentum: is ſua ſponte a ce-
lebratione Miſſæ uel ſumptione ſacramẽ
ti abſtinere uel eam differre poteſt: niſi
neceſſitate officij ſui uel pręcepti ſine ſcan
dalo non eſſet abſtinendum: tunc ſe tem-
poris neceſſitati accommodare debet.
Alijs interdicitur altaris ſacramentum ob
culpam triplicem: prout olim in lege tria
genera hominum excludebantur ab eſu
agni. Primo incircumciſi: ideo dominus
2.Reg.6 percuſſit Ozam qui incircumciſus ex te
meritate tetigit archam dei: & ſignat in-
mundos & incircumciſos corde: qui in-
digne, utpote in peccatis mortalibus uel
contra ordinem eccleſiæ, tangunt &, ſu-
munt ſacramentum: in quo ſibi necem
Exo.12 in fi. manducant. Secundo prohibebatur agni
eſus alienigenis: per quos hodie taxantur
infideles, hæretici, excommunicati &
alia membra abſciſſa: iuxta uerbum domi
Math.7 in prin. ni: Nolite ſanctum dare canibus neq; mit
tatis margaritas ueſtras ante porcos, ne
forte conculcẽt eas pedibus ſuis & canes
conuerſi dirumpãt uos. Alioquin deus (ſi
Gene.37 in fi. cut Iacob) conqueri poſſet: fera peſſima
Nume.9 in prin. deuorauit filium meum. Tertio inmundi
non poterant facere phaſe: illi autem qui
Nume.19 tetigerant cadauer, inmundi cenſebantur.
Sic hodie inmundi ſunt peccatores, ante
communionem neq; contriti neq; confeſſi
neq; firmiter proponunt ulterius morta-
lia cauere peccata: ſimiliter illi qui inordi-
nate Euchariſtiam ſumunt. Huiuſmodi
perſonis ceu indignis denegatur altaris ſa
cramentum. Vnde ſcriptura nos alloqui-
Eſa.52 tur: Mundamini qui fertis uaſa domini.
12. ¶ Vltra predicta tria genera inculpanda,
eſt quartum genus eorum qui praua ne-
gligentia ſacramentum ſumere præter-
mittunt, eccleſiam & eius præcepta con-
temnentes: neq; fructum neq; gratiam ſa-
cramentorum reportaturi: ſed graue pœ
Johan.6 in fi. nam expectaturi: iuxta Euangelium: niſi
manducaueritis carnem filij hominis, non
habebitis uitam in uobis. Hic intelligitur
æterna mortis pœna. Illi præterea expertes
ſunt influentiæ ſpiritualis: quæ in cæte
ros peccatores, quaſi membra eccleſię de
bilia, manat a capite noſtro Chriſto: qui

tum ſua gratia influit in eos qui ſui corpo
ris participes fiunt, ordinatim ſumentes
Euchariſtiam. Qui uero eodem corpore
Chriſti caret, is areſcit & adeo macilentus
fit ut neq; uim neq; gratiam habeat: pro-
ut contingit abſciſo membro corporali
quod neq; a capite neq; a corpore ſuo hu-
midum recipit. Pariter qui ſacramentum
malitioſe negligit, nullam gratiam acqui-
rit neq; a capite noſtro Chriſto neq; a ma-
tre noſtra eccleſia: cuius membrum olim
fuit, ſed modo abſciſum eſt. Quarti ſu-
munt ſacramentum ſpiritualiter & corpo
raliter, i. ſacramentaliter & ordinate: hij
utuntur & fruuntur gratia & fructu ſa-
cramenti.
¶ Quomõ ad altare & ad Euchariſtiã ſit 13.
accedendum, olim figuratum eſt tradito
ordine edendi agni paſchalis: cuius car-
nes edi oportebat nocte aſſas igni & azi Exo.12 poſt prin.
mos panes cum lactucis agreſtibus. Cor-
pus itaq; Chriſti ueri agni: qui nocte ba-
rum tenebrarũ paſſione aſſatus eſt igni
ſuæ incenſæ charitatis: edi oportet in azi
mo pane hoſtiæ cum acerba mentis con-
tritione. Vnde Pſalmiſta: Cibabis nos pa Pſal.79 in prin.
ne lachrymarum. Sequitur in lege uete- Exo.12.
ri. Sic autem comedetis agnum: renes ue
ſtros accingetis & calciamenta habebitis
in pedibus, tenentes baculos in manibus,
& comedetis feſtinanter. Hoc ſignat, eu-
chariſtiam eſſe ſumendam in caſta puri-
tate & deuota affectione ardentiq; chari-
tate: iuxta illud: Sint lumbi ueſtri præcin Luce 12 poſt me.
cti & lucernæ ardentes in manibus ue-
ſtris & uos ſimiles hominibus expectanti-
bus dominum ſuum. Tunc pulchri ſunt Can.7. in prin.
greſſus tui in calciamentis. Item bacu-
los tenemus in manibus, contemplatione
ligni crucis & paſſionis Chriſti, cum pa-
triarcha dicentes: In baculo tuo tranſiui Gene.32
Jordanem. Tandẽ Euchariſtia eſt ſumẽ- poſt prin.
da feſtinanter: utpote ſedula præparatio- Exo.12
ne ſine dilatione & deſidia: Veluti ſcriptũ Prouer.22 in fi.
eſt: uidiſti uirum uelocem in opere ſuo
coram regibus ſtabit nec erit ante igno-
biles.
¶ Qualiter autem tu, ad altare acceſſurus 14.
uel Euchariſtiam ſumpturus, intrinſece in
ſpiritu

ſpiritu ueſtitus eſſe debeas, monent ueſti menta ſacerdotalia. Imprimis humerale, capiti imponendum & circumcingendum, docet te, ut intellectu bene utaris et diſciplina te cingas. Per albam longam admoneris in bonis perſeuerare operibus ſemperq; ſis humilis atq; patiens: Cingulum repræſentat puram continentiam & ieiunam parſimoniam: quibus caro eſt cingenda & mortificanda. Manipulus ceu clipeus manui ſiniſtrę imponendus, deſignat ut fortis ſis atq; conſtans contra malam inclinationem & concupiſcentiā cæteraſq; tentationes. Per ſtolam ceruici impoſitam & deorſum pendentem, memento iugum & doctrinam Chriſti ſuauem eſſe atq; ueram: necnon eius onus & præceptum eſſe leue & facile: in quibus nos exercere debemus dum uiuimus. Noſtram itaq; uitam & operam concludere & complere poſſumus Dei charita te per caſulam deſignata: Qui in ea perſeuerauerit uſq; ad finem, ſaluus erit.

Matt.11 in fi.

Matth.10 Math.24 in fi.

SEXAGESIMVM QVINTVM CAPITVLVM. De ſacrificio Miſſę.

HIIS temporibus reſuſcitatur antiquata hęreſis, nempe officiū Miſſæ non ſacrificium ſed teſtamentum dumtaxat eſſe: acſi per Miſſam nulla gratia a Deo impetretur: non enim decere CHRISTVM in altari iterum offerri: q ſeipſum in cruce ſemel obtulit & omnia mala ſuſtulit: cum pluribus inanibus argumentis per aduerſarios confictis & relatu faſtidioſis. E fundamento igitur adducam uerum ſacrificium eſſe miſſam. Quæ in ſe continet tria: uidelicet diuinum teſtamentum & neceſſarium ſacramentum acetiam oblationis ſacrificium. Teſtamentum eſt donum olim a Deo nobis promiſſum & prefiguratum tandem in noua lege obſtagiatum: utpote Manna corporis CHRISTI in Miſſa nobis oblatum; quo adimus hæreditatem promiſſæ patriæ ac æternæ ſalutis. Et quamuis Miſſa æſtimetur eſſe teſtamentum propter calicem: quem CHRISTVS nuncupauit nouum teſtamentum in ſuo ſanguine; tamen intelligendum eſt, quod dominus per calicem, nempe effuſionem ſui ſanguinis, nouum teſtamentum confirmauit: quoniam teſtamentum in mortuis confirmatum eſt. Moyſes quoq; uetus teſtamentum confirmauit quando occiſorum uitulorum ſanguinem reſperſit in populum: & ait: hic eſt ſanguis fœderis quod pepigit dominus uobiſcum. Quocirca nec calix nec Miſſa proprie eſt nouum teſtamentum, ſed ad id ſpectat: ſicut ſacramentum altaris uel baptiſmi & cætera ſacramenta uel alia negotia eccleſiaſtica, non ipſa ſunt nouum teſtamentum, ſed nouo teſtamento adhærentia. Hoc pacto in Miſſa fit ſignificatio & commemoratio noui teſtamenti: qualiter dominus IHESVS incarnatus, paſſus & mortuus eſt: quo uetus teſtamentum ad impleuit & nouum inſtituit: in quo ſuum ſacrum corpus nobis legauit & hic reliquit.

1.Cor.11 ante fi.

Hebre.9 Exo.24 in uet.

¶ Secundo Miſſa ſecum affert ſacramentum corporis & ſanguinis CHRISTI, ſub ſpecie panis & uini conſecratum, ad memoriam uerę incarnationis & paſſionis CHRISTI. Extra Miſſam autem idem ſacramentum corporis CHRISTI ſub ſpecie panis tantum porrigit, tanquam teſtamentum ſeu legatum, hominibus relictum ad nutrimentum ſpirituale. Tertio Miſſa eſt ſacrificium: in quo eccleſia & eius membra nos Chriſti fideles omnipotenti Deo offerimus corpus & ſanguinem CHRISTI, nobis finaliter relictum, ut præ manibus habeamus aliquid quod offeramus Deo placitum atque acceptum. Præterea in Miſſa ad memoriam reducitur & ſacramentaliter innouatur oblatio: quam dominus IESVS reali ſacrificio in cruce perſonaliter peregit. Miſſa itaq; redigitur tanquam ſacrificium Deo ad gloriam: tanquam ſacramentum toti eccleſiæ ad augmētum; 2.

Matth.5 in fi.

præſertim triumphanti ad honorem:dor
mienti ad ſuffragium:militanti in hijs ter-
ris ad ſalutem, Item Miſſa tanquam te-
ſtamentum uniuerſaliter proficit ſingu-
lis hominibus, utpote ad unionem fideli-
um:ad cibum peregrinantium & ad uia-
ticum recedentium, Inſuper in Miſſa Ihe
ſu Chriſto gloria datur per ſacrificiū ſuæ
paſſionis,quo nos redemit, Quilibet ho-
mo ſingulariter exhilareſcit ex teſtamen
to ceu ſpirituali cibo;quo anima ſua refi-
citur,Tota gens eccleſiæ catholicæ uni-
tur & colligatur ſacramento ueri corpo-
ris Chriſti: quod eſt omnibus commune
& cum quo quilibet ſpiritus humanus
uniri & incorporari ualet, Rurſus Miſſa
repræſentat ſacrificium, quod dominus
1. Cor. 11 in cruce obtulit;ueluti Paulus innuit; Quo
tienſcunq; manducabitis panem hunc &
calicem bibetis:mortem domini annunci
abitis:hoc eſt,ſacrificium crucis repetetis,
Ephe. 5 Vnde Paulus alibi inquit : Tradidit ſe-
metipſum pro nobis oblationem ac uicti-
mam Deo,Ergo quemadmodum domi
nus ſeipſum ſemel realiter in cruce pro no
bis immolauit patri:ita eidem patri domi-
nus per ſacerdotes in altari ſuum corpus
& ſanguinem quottidie ſacramentaliter
immolat,
3: ¶ Sequitur nunc de ſacrificio miſſæ, Im-
primis nota,Saluator noſter dupliciter ſa
ſ.eg.ſ.1 cerdos eſt atq; hoſtia,Semel temporaliter
ſicut Aaron in corpore uiſibili,paſſibili et
mortali. Secundo æternaliter uſq; ad diē
extremum,ſicut Melchiſedech,in corpo
re inuiſibili,immortali & clarificato, Hāc
differentiam Chriſtus de ſeipſo maniſe-
Iohā.6 ante fi. ſtat hijs uerbis: Panis quem ego dabo,ca
ro mea eſt,pro mundi uita, Per carnē in-
telligitur Chriſti humanitas:quā eo tunc
ſemel tanq; Aaron in cruce obtulit : pro
mūdi uita, Per panem intelligitur altaris
ſacramentum : quod nobis dominus ad
memoriam ſuæ paſſionis,in miſſa ſecun-
dum ordinem Melchiſedech quottidie
præbet,Primitus dominus Iheſus in car-
ne mortali ſeipſum pro toto genere huma
no ſemel in cruce obtulit, ſecundum figu-
ram temporalis ſacerdotij Aaron:prout

Paulus inter alia refert:In ſecundo,ſ,taber
naculo ſemel in anno ſolus Pōtifex intro- Heb.9 poſt princ.
iuit non ſine ſanguine quem offerret pro
ſua & populi ignorantia:Chriſtus autem
aſſiſtens Pontifex per proprium ſangui-
nem introiuit ſemel in ſancta, æterna re-
demptione inuenta: & per ſpiritum ſan-
ctum ſemetipſum obtulit immaculatum
Deo, Item alibi: Chriſtus reſurgens ex
mortuis,iam non moritur, mors illi ultra
non dominabitur:q,n,mortuus eſt pecca
to,mortuus eſt ſemel, Idem ſacerdotium Roma.6
Aaronis unacum ueteri lege finiuit et cō
pletū eſt in cruce,Chro dicente:Cōſum- Iohā.19 ante fi.
matū eſt, Ita proprio ſanguine introiuit
in ſancta, Conſūmato ergo ſacerdotio ſe Heb.7
cundum Aaron,neceſſariū fuit alterū in-
ſtitui ſacerdotiū ſecundū Melchiſedech,
¶ Iſte itaq; ſecundus & æternus ſacerdos 4.
pariter Chrs eſt iuxta ordinē Melchiſe-
dech:cuius figuram dn̄s impleuit & ueri
ficauit in cœna; ubi incepit nouum teſta
mentum & officium miſſæ, In qua nō iu
xta ritum ſeu uſum Aaronis cum ſangui
ne brutorum:ſed ſecundum ordinē Mel
chiſedech corpus & ſanguis Chriſti ſub
ſpecie panis & uini ſacrificatur: prout ipſe
Chriſtus ſe in cœna ſub ſpecie panis & ui
ni diſcipulis dedit atq; demandauit:ut ul-
terius hmōi hoſtiam uiuentē in officio
miſſæ ſacerdotes multoties celebrent,ad
memoriā ſuæ mortalis hoſtię in cruce ob Luc.22 1.Cor.11
latæ, Hoc modo Chrs in cruce ſemel tm̄
corporaliter & actualiter oblatus eſt : ſed
in altari quottidie ſpiritualiter ſeu myſti-
ce et ſacmentaliter offertur,Primario cru
cis ſacrificio Chriſtus in infinitum abſq;
menſura ſatiſfecit pro omnibus peccatis,
Cuius ſacrificij effectus in nos profluit
per ſecundarium Chriſti ſacrificium, nē-
pe per Miſſam ,in memoriam prioris ſa-
crificij celebrandam, In Miſſa tamen gra-
tia in menſura,idеſt tantum confertur u-
nicuique quantum capax eſt.Poirò om-
nes Miſſæ non plura ſed dumtaxat unū
ſacrificium ſunt, quemadmodum Chrus
unum ſolum corpus habet:ita ubiq; ſacra
mentaliter offertur ceu unicum ſacrifici-
um,ad memoriā unicę actualis oblationis
in cruce,

in cruce. Sed eadem memoria frequenti-
bus Miſſis eſt ſæpius repetenda. Domi-
Iohan.13. in prin. nus itaq; IHESVS ſurgens a cœna, in-
cepit nouum teſtamentum, anteq; uetus
teſtamentum in cruce conſumauerat: ad
ſignificandum quod figura Melchiſe-
dech longe præcelſerit Aaronis ſacrifi-
cium.

5. ¶ Q; officium Miſſæ ſit noui teſtamen-
ti ſacrificium: hoc eſt ordine Melchiſe-
dech in ueteri teſtamento figuratum: per
Dauid atteſtatum et expreſſum: per Pau
lum ac in plerisque ſcripturæ locis atta-
ctum. Imprimis ſacerdotem Dei altiſſi-
Gene.14 in fi. mi Melchiſedech fuiſſe figuram CHRI
STI eo apparet: quia benedictionem de-
dit ſuper Abraham: qui rurſus eidem
Melchiſedech dedit decimas: ex omni-
Nume.18 ante fi. bus. Veteri autem lege cautum erat, om-
nem decimationem ſolis ſacerdotibus p̄-
ſtandam eſſe. Cum autem eiuſdem Mel
chiſedech regnum & ſacerdotium: pari-
ter & eius ſacrificium & ordo ſolummo-
do temporaliter fiebat: ideo id totum fi-
gura fuit CHRISTI: cuius regnum &
ſacerdotium ac ordo in perpetuum du-
rant: quemadmodum Dauid de CHRI
Pſal 109 STO profitetur: Tu es ſacerdos in æter-
num ſecundum ordinem Melchiſedech,
Ordo itaq; in Melchiſedech, æternitas au
tem in CHRISTO intelligitur. Ordo
Gene.14 ipſius Melchiſedech, ceu ſummi ſacerdo
tis ueteris teſtamenti, erat proferre pa-
nem & uinum. Hanc figuram oportet
compleri in CHRISTO ceu ſummo ſa
cerdote noui teſtamenti: ubi hodie in ſo-
lo Miſſæ officio & non alibi, panis & ui-
num offertur ſecundum ordinem Mel-
chiſedech. Cuius figuræ complementum
CHRISTVS in cœna, panem & ui-
num benedicendo, incepit & poſtea in
cruce moriendo terminauit, ac ordinem
dedit ſuum corpus & ſanguinem ſub
ſpecie panis & uini de cætero in officio
Miſſæ offerendi uſque ad tempus extre-
1. Cor. 11 mum: Paulo dictante: mortem domini an
nunciabitis donec ueniat: utpote uſq; ad
ſ. 67. ſ7. in fi. extremum iudicium. Sicut panis ex mul
tis granis conficitur & uinum ex multis
racemis confluit: ſic in Miſſa corpus & Eccl 14 ante me.
ſanguis CHRISTI in ſui memoriam,
Deo offertur pro multis Chriſtifidelibus
tanq; pro uno corpore CHRISTI et ec
cleſiæ. Cæterum Paulus manifeſte de-
clarat Melchiſedech fuiſſe figurā Chri- Heb.6 in fi.
ſti, inquiens: Introiuit IHESVS ſecun-
dum ordinem Melchiſedech Pontifex
factus in æternum. Hic enim Melchiſe- Heb.7 in prin.
dech rex Salem ſacerdos dei ſummi: qui
obuiauit Abrahæ regreſſo a cæde regū:
& benedixit ei. Paulus inſuper miſſæ ſa- Heb.5 in prin.
crificium annotat dicens: Omnis nanque
Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro
hominibus conſtituitur in his quæ ſunt
ad Deum, ut offerat dona & ſacrificia
pro peccatis. Iterum: Omnis enim Pon- Heb 8. in prin.
tifex ad offerenda munera & hoſtias con
ſtituitur. Ex præmiſſis clare conſtat,
huiuſmodi ſacrificium eſſe ſanctam Miſ
ſam: quoniam non datur quicquam me-
lius nec ſanctius corpore & ſanguine
CHRISTI, in Miſſa per ſacerdotem
oblato. De quo in ſacro Canone ponitur:
hæc dona, hæc munera, hæc ſacrificia il-
libata.

¶ Conſimiliter ſpiritus ſacræ ſcripturæ 6.
diuinum officium & ſacrificium Miſſæ
crebrius propalat, præcipue in Salomo-
ne ſcribente: Sapientia ædificauit ſibi do- Prouer.9 in prin.
mum: immolauit uictimas ſuas: miſcuit
uinum & propoſuit menſam ſuam, nem-
pe altare: & locuta eſt, uenite, comedite
panē meū & bibite uinū quod miſcui uo
bis. Præterea ceſſatio ueteris ſacrificij
Iudæorum & inchoatio noui ſacrificij
Miſſæ, per ſpiritumſanctum inconcuſſe
taxatur in Malachia, Iudæos de Chriſti- Mala.1
colis ſic alloquente: Offertis ſuper altare
meum panem pollutum: non eſt mihi uo
luntas in uobis & munus non ſuſcipiam
de manu ueſtra: ab ortu enim ſolis uſque
ad occaſum, magnum eſt nomen me-
um in gentibus (nempe in Chriſtifideli-
bus) & in omni loco ſacrificatur & offer-
tur nomini meo oblatio munda: nempe
CHRISTVS: qui corporaliter in cru-
ce ſemel tantum & in uno loco oblatus
eſt. Eadem igitur prophetia intelligen-

da eſt de oblatione Miſſæ: in qua Chriſtus ubiq; locorum in terris ſæpiſſime offertur. Iudæorum oblatio erat quidem crebra, ſed in uno tantum loco habita, nempe in Iheruſalem. Ecce ꝙ aperte Malachias pronoſticauit finem ſacrificiorum ueteris legis & uſum ſacrificij altaris deo accepti in uniuerſo mundo futurum. Eo modo Auguſtinus dictum textum Malachiæ interpretatus eſt, uidelicet poſt ueteris teſtamenti ſacrificia, in nouo teſtamento per totam eccleſiam unum dumtaxat extrinſecum ſacrificium, nempe altaris Deo eſſe acceptum.

De ciui. Dei lib. 18. c. 35. lib. aduerſus Iudæos c. 9.

7. ¶ Quamobrem eccleſia nil ſublimius aut fiducialius, nil melius aut fructuoſius habere poteſt ꝙ miſſam: in qua CHRISTVS acceptiſſimus Deo & dilectiſſimus unigenitus offertur. Ipſe denique Chriſti tanquam ſponſus & caput, pro eccleſia ſua ſponſa & corpore, ſemel in cruce corporaliter ſe obtulit iuxta ritum Aaronis & ad memoriam eiuſdem corporalis ſacrificij, quottidie in officio miſſæ ſacramentaliter ſe offert ſecundum ordinem Melchiſedech. Imo ſeipſum dedit in oblationem & edulium. Cuius figura fuit agnus Paſchalis primum imolandus, deinde edendus, ad perpetuam memoriam eductionis de ergaſtulo Aegyptiorum. Conſimiliter ſolet eccleſia in officio Miſſæ Chriſtum Dei agnum primitus offerre (quemadmodum ſeipſum Deo omnipotenti in cruce obtulit) deinde ſumere: ad memoriam ſuæ nobis impartitæ paſſionis: qua nos de diabolico eduxit ergaſtulo. Propterea per Hieremiam inquit: Ego quaſi agnus manſuetus qui portatur ad uictimam. Propterea oblatio panis azimi (de quo multis locis ſcriptum eſt) fuit figura Mannæ Chriſti: qui in ſe nullum fermentum nec acerbitatem peccati unquam habuit: ideo in pane non fermentato debet fieri cōſecratio. Quod quidem ſacrificium omnipotenti Deo propter ſuum filium acceptiſſimum eſt ultra omnia reliqua ſacrificia præcipue extrinſeca: nam intrinſecum ſacrificium deuoti cordis Deo pariter placet iuxta id: Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: & Petrus iubet ut offeramus ſpirituales hoſtias. Nihilominus tamen huiuſmodi intrinſeca ſacrificia debito tempore & loco ſunt exhibenda effectu per extrinſeca opera: Paulo adhortante: ut exhibeamus corpora noſtra, hoſtiam uiuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium noſtrum.

Exo. 12 in prin. Exo. 6 in prin.

Hiere. 11 ante fi. Exo. 29 cū ſimilib. & c. 16. 2 in prin.

Pſal. 50. 1. Pe. 2 in prin. Roma. 12 in prin.

8. ¶ Extra Miſſam, inter reliqua ſacrificia eſt differentia. Intrinſeca ſemper ſunt Deo accepta. Extrinſeca uero & uoluntaria ſacrificia, utpote oblationes ad altare pro honore Dei: uel opera miſericordiæ pro commodo proximi: uel ſimilia bona opera, uoluntate libera non ex debito facta, eatenus Deo placent, quatenus ex corde bono procedunt & perſona ſit accepta: ſcriptum eſt enim, Deum prius reſpexiſſe ad Abel, poſtea ad munera eius. Extrinſecum autem & uoluntarium oblatum ſeu aliud bonum opus, ſiniſtra mente, forte ad oſtentationem uel in rem propriam exhibitum, nihil proficit nec Deo acceptum eſt: ulterius enim ſcribitur: Ad Cain & munera illius dominus non reſpexit. Item in Abacuc: Super hoc lætabitur & exultabit, propterea immolabit ſagenæ ſuæ & ſacrificabit reti ſuo. Oblatio autem Miſſæ, quamuis extrinſeca, eſt tamen Deo ſemper accepta & placita propter filium ſuum dilectum dominum noſtrum IHESVM CHRISTVM: qui eiuſdem ſacrificij eſt principalis & mundus uſqueadeo ut nec ipſe nec eius miſſa manu celebrantis uſquequaquam coinquinari poſſit: tametſi miſſa indigne celebranti uel illi, qui eam celebrari diſtorta mente procurat, non expediat. Miſſæ autem fructus nihilominus applicatur illis pro quibus celebratur, uirtute paſſionis CHRISTI, in miſſa ad memoriam reductæ. Deus enim ad celebrantem ait: Non in ſacrificijs arguam te, holocauſta tua in cōſpectu meo ſemper. Item Malachias: Erunt domino offerentes ſacrificia in iuſtitia: & placebit

Gene. 4. Gene. 4. Abacu. 1 in fi. Matth. 17 in prin. Pſal. 49. Mala. 3 in prin.

& placebit domino ſacrificiũ Iuda. Hoc referendum eſt ad Chriſtum: qui ſolus Deo placet: ipſe quidem purgat filios Leui ad ſacrificium altaris. Quod quidem ſacrificium mundum eſt ac ſanctum & Deo acceptum, a nemine abijciendum: J.66.§.7. c.91.§.1 in fi. nam ipſemet Chriſtus, ceu iuſtus, uerus, mundus, æternus & uiuus ſacerdos, perficit miſſæ ſacrificium per ſacerdotes tanꝙ per inſtrumenta ad hoc deputatos & ordinatos. Porro presbyteri celebrant non propria authoritate ſed uti miniſtri & teſtamentarij Chriſti; qui ſua ultima uoluntate & nouo teſtamento ſuam carnem & ſanguinem teſtatus eſt, in miſſæ officio per ſacerdotes pro nobis altiſſimo offerri & tandem ſacramentum altaris inter nos diſtribui: quemadmodum Paulus 1.Cor.4 in prin. commemorat: Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti & diſpenſatores miniſteriorum dei. 2.Cor.6 post princ. Item exhibeamus nos ſicut dei miniſtros.

9. ¶ Reliquæ uero oblationes exteriores, per Chriſtifideles iuxta ritum eccleſiæ ordinatim factæ, ſunt Deo acceptæ propter ſuam ſponſam eccleſiam: quæ huiuſmodi extrinſecas oblationes quibuſdam diebus feſtis, potiſſimum pro defunctis, fiendas inſtituit: auctrice prophetia hac: Ps.4. Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ. Item: Imo Psal.49. la deo ſacrificium laudis. Sicut realia & extrinſeca ſacrificia mala mente facta officiunt: ſic quæ bona mente fiunt proficiunt: Roma.12. c.§.7 in fi. ideo Paulus ad exteriorem hoſtiam corporalem nos hortatur. Attamen ut unacum corporali ſacrificio & exteriori bono opere, intrinſeca deuotione contẽplemur dominicam paſſionem: qua ſola ſalutem conſequi ualemus: alioquin nos & noſtra exteriora ſacrificia aliaue bona opera coram Deo deſpectui ſumus. Quocirca eccleſia in officio Miſſæ paſſionem Chriſti potiſſimum pertractat.

10. ¶ Miſſam & ſacramentum altaris eſſe diuinum ſacrificium, hactenus affirmauit eccleſia catholica unacum priſcis & modernis doctoribus orthodoxis, nempe Cypriano, Origene, Euſebio, Ambroſio, Hieronymo, Chryſoſtomo, Damaſceno, Bernardo, præcipue Auguſtino: qui in Enchirid. c.110. & in varijs locis de ciui. ta. dei pleriſꝗ ſuis ſcriptis, ſufficientibus allegationibus tam abundanter probauit Miſſarum celebrationem eſſe ſacrificium: ut ſoli ſuæ aſſertioni credendum ſit. Pariter ſubſcribunt reliqui fideles patres ac Pontifices Conciliaꝗ legittima: quorum dicta partim in decreto continentur. De consecr. dis.1. p to. Ex quibus clariſſime apparet, hoc tempore ſacram Miſſam inique abrogari per Lutherum & ſuos ſequaces: qui Miſſæ ſacrificium perperam negant ſcripturamꝗ ſacram in falſum ſenſum torquent contra ueram antiquorum patrum & Conciliorum interpretationem non reijciendã, ſecundum elogium ſpiritusſancti dicentis: Prouer.22 in fi. Ne tranſgrediaris terminos antiquos quos poſuerunt patres tui. Qui quidem patres fuerunt uitæ ſanctæ: per quos aliquando Deus mirabilia fecit: aliqui ex eis pro nomine Chriſti cruciati: aliqui in confeſſione ſancta uitam ſuam terminauerunt. Cum eis præſumitur ſpiritusſanctus cohabitaſſe nec permiſiſſe eos uſꝗ ad finem errore periclitari: neꝗ per malignum ſpiritum longius ſeduci, præſertim eſt incredibile ꝙ idem ſpiritusſanctus præfatorum doctorum auditores & ſequaces, Miſſam pro ſacrificio bona fide obſeruantes & colentes, tamdiu errantes dereliquerit: & iam primum incipiat ueritatẽ propalare per uagos homines a diabolo excitatos: utpote per clericos puerſos & monachos deſperatos, ſub fuco matrimonij cum monialibus inceſtum committentes: qui tamen, nulla ſcriptura fulciti, ſacrificium Miſſæ negant: nec quicquam probant: niſi inquantum ſcripturam falſe interpretantur. Nihilominus eiſdem maledictis prophetis per leues homines maior fides adhibetur, quam ſupradictis approbatis ueteribus doctoribus: quos eccleſia in hac eorum doctrina acceptat & ſalubri uſu ac legittima conſuetudine inuiolabiliter hactenus obſeruat: Miſſam ſcilicet & altaris ſacramentum eſſe ſacrificium pro fidelibus uiuis & defunctis.

II. ¶ Ex ſupradictis neceſſarie concluditur, Miſſam eſſe ſacrificium, non ſolum ad memoriam paſſionis CHRISTI, ſed etiam ad fructificandum eandem paſſionem pro ſalute et medicina contra peccata. Nam in Miſſa coram patre cœleſti recolitur & proponitur amara paſſio & mors CHRISTI: qua ei reconciliati ſumus: ut modo ſecuri ſperare poſſimus adeptionem meriti CHRISTI & redemptionem a peccatis. Hinc Paulus ait: Ephe.1. poſt prin. Deus gratificauit nos in dilecto filio ſuo, in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius in remiſſionem peccatorum. Quemadmodum CHRISTVS unicus ſacerdos fuit, qui ſe- Roma. 6 ipſum ſemel in cruce uſque ad mortem temporalem actualiter obtulit & ſic Aaronis ſacerdotium adimpleuit: ita ipſe eſt unicus æternus ſacerdos, qui ſe quotidie in Miſſa ſacramentaliter offert ad memoriam prioris ſacrificij & mortis ſuæ. Et ſicut eadem mors & crucis ſacrificium fuit communis & perpetua redemptio: ſic memoria eiuſdem, nempe Miſſa, eſt ſpeciale & ſacramentale ſacrificium, non corporaliter in cruce cum ſanguinis effuſiõe, ſed ſpiritualiter in altari ſecundum ordinem Melchiſedech ſub ſpecie panis & uini Deo offerendum.

SEXAGESIMVM SEXTVM CAPITVLVM. De quatuor quæſtionibus circa Miſſam.

c.11.§.4 c.16.§.6 c.63.§.8 PRimo quæritur: An in ſacramẽto altaris maneat ſubſtantia panis & uini? Aduerſus eccleſiæ concluſionem olim ac hodie increbuit intolerabilis aſſertio: conſecratione facta, nihilominus in ſacramento manere ſubſtantiam panis & uini: quia in ſcriptura ſacramentum altaris plerunque panis nuncupetur & cæte. Ad quod orthodoxi reſpondent, Scriptura appellatione panis non ſemper intelligit panem materialem, ſed aliquando CHRISTVM uerum panem & uerbum Dei: ſine quo homines ſpiritualiter uiuere nequeunt. Sicut omnis Luc. 4 in prin. neceſſarius cibus ſub appellatione panis uenire conſueuit, licet ex granis non ſit confectus: ſic communiter cibus ſpiritualis nuncupatur panis, tametſi non eſt panis materialis. Corpus igitur CHRISTI, nobis maxime neceſſarium, non immerito panis uocitatur, quem ſeipſum uocitauit dicens: ego ſum panis uitæ qui Iohan.6 c.61.§.1 de cœlo deſcendi. Sacra ſcriptura ſæpe aliquid nominat per ſuum ſimile: ueluti in prin. ſerpentem ex Aaronis uirga factum, uirgam dicit: Exo.7 cum tamen uirga non eſſet, ſed uerus ſerpens, magorum dracones deuorans. Vt igitur hic ſerpens, quia ex uirga factus erat, uirga dicitur: ita & in ſacramento altaris, id quod uere corpus eſt CHRISTI, panis tamen uocabulo adhuc non deſinit nominari, tum propter ſimilitudinem panis, tum etiam propter nomenclaturam priorem. In ſcriptura denique hoc ſacrificium nuncupatur angelorum panis, certe non mate- Pſal. 77 c.67.§.9 rialis ſed ſpiritualis: quo angeli ſuſtentantur. Circa ſacramentum uero calicis nullibi in Euangelio exprimitur uinum, licet ſub uini ſpecie exiſtat. Ad præmiſſam orthodoxorum informationem eccleſia concludit quod in ſacramento altaris facta conſecratione, ſubſtantia panis & uini tranſmutetur in ſubſtantiam carnis & ſanguinis CHRISTI: ut panis non maneat panis materialis, ſed loco panis & uini aſſit uerum corpus & ſanguis CHRISTI: qui ſub eadem ſpecie ueraciter apud nos eſt: quemadmodum ipſe promiſit, ſe nobiſcum fore omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi: proculdubio in ſacramento Miſſæ: quæ celebrabitur donec Chriſtianiſmus durauerit. Alibi enim commonſtrari nequit ubi CHRISTVS ſuam pollicitationem obſtagiet & nobiſcum ſit q̃ in ſacrãmento altaris ſub ſpecie panis. Ideo CHRISTVS ſeipſum uocauit panem: cum tñ triticeus panis intelligi nequeat:

nequeat: Alioquin ipſe cenſeret eſſe panis in cœlo: cum dicat, ego ſum panis q̄ de
Iohā.6 cœlo deſcendi.

2. ¶ Vt intelligas corpus Chriſti eſſe ſub panis forma: animaduerte, in pane cōſiſtere duo: uidelicet formā uel ſpeciē, alterū eſt ſubſtantia uel materia. Forma dependet a ſubſtantia & percipitur ſenſu corporali utpote uiſu, auditu, guſtu, odoratu uel actu. Subſtantia eſt uera medulla panis, & percipitur intellectu ſpiritus, non ſenſu corporis. In ſomno uel ſpeculo apparet panis forma: ſed non eius ſubſtantia: quæ eſt inuiſibilis ſub forma panis. Quippe ſub eadem unica forma nequeunt ſubſiſtere duæ ſubſtantiæ. Quinni manente panis ſubſtantia, ei inhæreret panis forma: & corporis Chriſti ſubſtantia eſſet ſub panis ſubſtantia, quemadmodum equus in ſtabulo uel uinū in uaſe, in ſcandalum ſanctiſſimi ſacramenti, ſubſtantia enim corruptibilis panis non eſt digna commiſceri ſubſtantiæ corporis Chriſti incorruptibili: neq; panem cum corpore Chriſti uniri quemadmodum deitas et humanitas Chriſti uniuntur. In eodē igitur ſacramento oportet abeſſe panis ſubſtantiam: quæ ſola, inquantum in intellectu conſiſtit, non quod ſenſus in pane percipit, tranſubſtantiatur in uerum corpus Chriſti. Pura itaq; nuda & inuiſibilis ſubſtātia panis e ueſtigio mutatur in inuiſibilē puram ſubſtantiam corporis Chriſti, uirtute uerbi, ad hoc a ſpiritu ſācto ordinati. Et ſicut ante ꝓlationē eiuſdē uerbi inuiſibilis ſubſtantia panis erat erga ſuam uiſibilē formā: ſic ꝓlato uerbo, inuiſibilis ſubſtantia corporis Chriſti eſt erga uiſibilem formam panis: niſi q̄ eadem forma nō dependet a corpore Chriſti, quemadmodū antea in pane pependit. Quo autē uerbo fiat tranſubſtantiatio, habetur infra, §. vij.

3. ¶ Prædicta tranſubſtantiatio non ſit corporaliter uel mutabiliter, ſicut ex granis farina, ex farina paſta, ex paſta panis fit: uel ex acinis uinū: ſed ex noua opatiōe & uirtute dei ceſſat hic panis & uinū eſſe & eis loco fit corpus & ſanguis Chriſti, omnibus qualitatibus & totis uiribus quemadmodum pependit in cruce & modo ſedet a dextris patris cœleſtis. Attamē cardinales qualitates Chriſti ultra formam panis & uini non extenduntur: ſed quatenus eadem forma ſentitur, eatenus & non ultra, ſacramentaliter comprehenditur corpus & ſanguis Chriſti: non q̄ idem ſanctum corpus aut ſanguis in ſe contineat colorē, ſaporē, formā, ſpeciem aut aliud accidens: ſed eadē accidentia ibi mirabiliter conſiſtunt abſq; ſubſtantia. Hoc pacto per tranſubſtantiationē ſacramēti oīa exaltantur: imprimis ſubſtātia panis & uini in corpus & ſanguinē Chri: deinde panis & uini accidentia nobilitant̄ ſup uniuerſa cętera accidentia: nam acquirunt uim ſubſtantialē & fiunt tegumenta, ſub quibus corpus & anima ac deitas Chriſti latet. Quapropter in ſacramento altaris colere debemus, nō ſolū præſentē carnem & ſanguinem Chriſti, potiſſime ſuam humanitatē & ſanctiſſimam deitatem: ſed etiā panis & uini formā tanq̄ ueſtem & ſignum ueri corporis & ſanguinis Chriſti: Non q̄ eadem accidentia inhæreant pręſenti corpori & ſanguini Chriſti: ſed q̄a per ſe ſubſiſtunt abſq; omni ſubſtantia. Vim deniq; ſubſtantialē operantur utpote realiter nutriendi ſeu reficiendi corpus hominis: in ſignū ſpiritualis nutritionis & refectionis p eucharīſtiā fiendæ. Verum materialis panis cum ſua ſubſtantia nutrit quidē hominē & in eius corpus & ſanguinē mutat̄: ſed ſua forma accidentalis abſq; effectu pertranſit. Singulariter notandum eſt, Quāuis ſacra hoſtia manibus & oculis cæteriſq; ſenſibus attrectetur: ſola tamē accidentia præteriti panis & uini ſentiuntur: nulla autē præſentis corporis & ſanguinis CHRISTI accidentia apprehenduntur: quia nobis mortalibus incōprehenſibilia ſunt. Cum uero prædicta accidentia, nempe ſenſibilis forma & ſpecies panis & uini euaneſcit, ſiue hoſtia ſumat̄ ſiue alias eius forma depereat: tunc ceſſat ibi eſſe ſacramentum, & nec corpus nec ſanguis CHRISTI ulterius adeſt. Catholice itaque concluditur, poſt conſecrationem ibi ceſſare ſubſtantiā panis & uini: ac ſolā §.67.§.8

11. ¶ Ex ſupradictis neceſſarie concludi-
tur, Miſſam eſſe ſacrificium, non ſolum
ad memoriam paſſionis CHRISTI,
ſed etiam ad fructificandum eandem paſ-
ſionem pro ſalute et medicina contra pec
cata. Nam in Miſſa coram patre cœleſti
recolitur & proponitur amara paſſio &
mors CHRISTI: qua ei reconciliati
ſumus: ut modo ſecuri ſperare poſſimus
adeptionem meriti CHRISTI &
redemptionem a peccatis. Hinc Pau-
Ephe.1. post prin. lus ait: Deus gratificauit nos in dilecto
filio ſuo, in quo habemus redemptio-
nem per ſanguinem eius in remiſſionem
peccatorum. Quemadmodum CHRI-
STVS unicus ſacerdos fuit, qui ſe-
Roma. 6 ipſum ſemel in cruce uſque ad mortem
temporalem actualiter obtulit & ſic A-
aronis ſacerdotium adimpleuit: ita ipſe
eſt unicus æternus ſacerdos, qui ſe quo-
tidie in Miſſa ſacramentaliter offert ad
memoriam prioris ſacrificij & mortis
ſuæ. Et ſicut eadem mors & crucis ſa-
crificium fuit communis & perpetua
redemptio: ſic memoria eiuſdem, nempe
Miſſa, eſt ſpeciale & ſacramentale ſacri-
ficium, non corporaliter in cruce cum
ſanguinis effuſiõe, ſed ſpiritualiter in alta
ri ſecundum ordinem Melchiſedech ſub
ſpecie panis & uini Deo offerendum.

SEXAGESIMVM SEXTVM CAPITVLVM. De quatuor quæſtionibus circa Miſſam.

c.11.§.4 c.16.§.6 c.63.§.8 PRimo quæritur: An in ſacramẽ
to altaris maneat ſubſtantia pa-
nis & uini? Aduerſus eccleſiæ
concluſionem olim ac hodie increbuit in-
tolerabilis aſſertio: conſecratione facta, ni-
hilominus in ſacramento manere ſubſtan
tiam panis & uini: quia in ſcriptura ſacra-
mentum altaris plerunq; panis nuncupe-
tur & cæte. Ad quod orthodoxi reſpon-
dent. Scriptura appellatione panis non
ſemper intelligit panem materialem, ſed
aliquando CHRISTVM uerum pa-
nem & uerbum Dei: ſine quo homines
ſpiritualiter uiuere nequeunt. Sicut om- Luc. 4 in prin.
nis neceſſarius cibus ſub appellatione pa
nis uenire conſueuit, licet ex granis non
ſit confectus: ſic communiter cibus ſpiri-
tualis nuncupatur panis, tametſi non eſt
panis materialis. Corpus igitur CHRI-
STI, nobis maxime neceſſarium, non im-
merito panis uocitatur, quem ſeipſum
uocitauit dicens: ego ſum panis uitæ qui Johan.6 c.63.§.8
de cœlo deſcendi. Sacra ſcriptura ſæpe a- in prin.
liquid nominat per ſuum ſimile: ueluti
ſerpentem ex Aaronis uirga factum, uir- Exo.7
gam dicit: cum tamen uirga non eſſet,
ſed uerus ſerpens, magorum dracones
deuorans. Vt igitur hic ſerpens, quia ex
uirga factus erat, uirga dicitur: ita & in
ſacramento altaris, id quod uere corpus
eſt CHRISTI, panis tamen uoca-
bulo adhuc non deſinit nominari, tum
propter ſimilitudinem panis, tum etiam
propter nomenclaturam priorem. In ſcri
ptura denique hoc ſacrificium nuncu- Psal. 77
patur angelorum panis, certe non mate- §.67.§.9
rialis ſed ſpiritualis: quo angeli ſuſten-
tantur. Circa ſacramentum uero calicis
nullibi in Euangelio exprimitur uinum,
licet ſub uini ſpecie exiſtat. Ad præmiſ-
ſam orthodoxorum informationem ec-
cleſia concludit quod in ſacramento alta
ris facta conſecratione, ſubſtantia panis
& uini tranſmutetur in ſubſtantiam car-
nis & ſanguinis CHRISTI: ut panis
non maneat panis materialis, ſed loco
panis & uini aſſit uerum corpus & ſan-
guis CHRISTI: qui ſub eadem
ſpecie ueraciter apud nos eſt: quemad-
modum ipſe promiſit, ſe nobiſcum fore
omnibus diebus uſque ad conſumma-
tionem ſæculi: proculdubio in ſacramen
to Miſſæ: quæ celebrabitur donec Chri-
ſtianiſmus durauerit. Alibi enim com-
monſtrari nequit ubi CHRISTVS ſu-
am pollicitationem obſtagiet & nobiſ-
cum ſit q̃ in ſacmento altaris ſub ſpecie
panis. Ideo CHRISTVS ſeipſum uoca
uit panem: cum tñ triticeus panis intelligi

nequeat;

nequeat: Alioquin ipſe cenſeret eſſe panis in cœlo: cum dicat, ego ſum panis q̃ de cœlo deſcendi. Iohā.6

2. ¶ Vt intelligas corpus Chriſti eſſe ſub panis forma; animaduerte, in pane cõſiſtere duo: uidelicet formã uel ſpeciẽ, alterũ eſt ſubſtantia uel materia. Forma dependet a ſubſtantia & percipitur ſenſu corporali utpote uiſu, auditu, guſtu, odoratu uel actu. Subſtantia eſt uera medulla panis, & percipitur intellectu ſpiritus, non ſenſu corporis. In ſomno uel ſpeculo apparet panis forma: ſed non eius ſubſtantia: quæ eſt inuiſibilis ſub forma panis. Quippe ſub eadem unica forma nequeunt ſubſiſtere duæ ſubſtantiæ. Quinni manente panis ſubſtantia, ei inhæreret panis forma: & corporis Chriſti ſubſtantia eſſet ſub panis ſubſtantia, quemadmodum equus in ſtabulo uel uinũ in uaſe, in ſcandalum ſanctiſſimi ſacramenti, ſubſtantia enim corruptibilis panis non eſt digna commiſceri ſubſtantiæ corporis Chriſti incorruptibili: neq; panem cum corpore Chriſti uniri quemadmodum deitas et humanitas Chriſti uniuntur. In eodẽ igitur ſacramento oportet abeſſe panis ſubſtantiam: quæ ſola, inquantum in intellectu conſiſtit, non quod ſenſus in pane percipit, tranſubſtantiatur in uerum corpus Chriſti. Pura itaq; nuda & inuiſibilis ſubſtãtia panis eueſtigio mutatur in inuiſibilẽ puram ſubſtantiam corporis Chriſti, uirtute uerbi, ad hoc a ſpiritu ſãcto ordinati. Et ſicut ante ꝓlationẽ eiuſdẽ uerbi inuiſibilis ſubſtantia panis erat erga ſuam uiſibilẽ formã: ſic ꝓlato uerbo, inuiſibilis ſubſtantia corporis Chriſti eſt erga uiſibilem formam panis: niſi q̃ eadem forma nõ dependet a corpore Chriſti, quemadmodũ antea in pane pependit. Quo autẽ uerbo fiat tranſubſtantiatio, habetur infra. §. vij.

3. ¶ Prædicta tranſubſtantiatio non fit corporaliter uel mutabiliter, ſicut ex granis farina, ex farina paſta, ex paſta panis fit: uel ex acinis uinũ: ſed ex noua opatiõe & uirtute dei ceſſat hic panis & uinũ eſſe & eius loco fit corpus & ſanguis Chriſti, omnibus qualitatibus & totis uiribus quemadmodum pependit in cruce & modo ſedet a dextris patris cœleſtis. Attamẽ tãdem qualitates Chriſti ultra formam panis & uini non extenduntur: ſed quatenus eadem forma ſentitur, eatenus & non ultra, ſacramentaliter comprehenditur corpus & ſanguis Chriſti: non q̃ idem ſanctum corpus aut ſanguis in ſe contineat colorẽ, ſaporẽ, formã, ſpeciem aut aliud accidens: ſed eadẽ accidentia ibi mirabiliter conſiſtunt abſq; ſubſtantia. Hoc pacto per tranſubſtantiationẽ ſacramẽti oĩa exaltantur: imprimis ſubſtãtia panis & uini in corpus & ſanguinẽ Chr̃i: deinde panis & uini accidentia nobilitant ſup uniuerſa cętera accidentia: nam acquirunt uim ſubſtantialẽ & fiunt tegumenta, ſub quibus corpus & anima ac deitas Chriſti latet. Quapropter in ſacramento altaris colere debemus, nõ ſolũ præſentẽ carnem & ſanguinem Chriſti, potiſſime ſuam humanitatẽ & ſanctiſſimam deitatem: ſed etiã panis & uini formã tanq̃ ueſtem & ſignum ueri corporis & ſanguinis Chriſti: Non q̃ eadem accidentia inhæreant pręſenti corpori & ſanguini Chriſti: ſed q̃a per ſe ſubſiſtunt abſq; omni ſubſtantia. Vim deniq; ſubſtantialẽ operantur utpote realiter nutriendi ſeu reficiendi corpus hominis: in ſignũ ſpiritualis nutritionis & refectionis p euchariſtiã fiendæ. Verum materialis panis cum ſua ſubſtantia nutrit quidẽ hominẽ & in eius corpus & ſanguinẽ mutat̃: ſed ſua forma accidentalis abſq; effectu pertranſit. Singulariter notandum eſt. Quãuis ſacra hoſtia manibus & oculis cæteriſq; ſenſibus attrectetur; ſola tamẽ accidentia præteriti panis & uini ſentiuntur: nulla autẽ præſentis corporis & ſanguinis CHRISTI accidentia apprehenduntur: quia nobis mortalibus incõprehenſibilia ſunt. Cum uero prædicta accidentia, nempe ſenſibilis forma & ſpecies panis & uini euaneſcit, ſiue hoſtia ſumat̃ ſiue alias eius forma depereat: tunc ceſſat ibi eſſe ſacramentum, & nec corpus nec ſanguis CHRISTI ulterius adeſt. Catholice §.67.§.1 itaque concluditur, poſt conſecrationẽ ibi ceſſare ſubſtantiã panis & uini ac ſolã

I.61.§.1. in fi.

adeſſe ueram ſubſtantiā corporis & ſanguinis Chriſti, qui dicitur panis ſuperſubſtantialis.

4. ¶ Alterum dubium incidit: An neceſſarium ſit aut deceat Miſſam ſæpius uel

Exo.5. Exo.8 Exo.35 cum ſimili.

etiam quottidie celebrari? Atqui ſacrificia ueteris legis oportuit crebro fieri ac multoties frequentari, ad figuram futuræ paſſionis Chriſti. Multo igitur æquius eſt ſacrificium nouæ legis, nempe miſſam ſæpius celebrari, ad memoriam preteritæ paſſionis Chriſti. Tametſi eadem paſſio ſemel tantum corporaliter peracta ſit: per memoriam tamen ſæpius eſt repetenda, præſertim ſacramentaliter in Miſſa & deuote in cordibus fidelium. Porro ad noſtra peccata tollenda fuit ſemel neceſſaria Chriſti mors: qua etiam quottidie opus eſſet propter peccata noſtra quottidiana: in quæ continue labimur, diuinam amittentes gratiam: quam in baptiſmo eramus nacti. Peccando igitur iterum incurrimus pœnam æternæ mortis: quæ a nobis non aufertur, niſi per mortem inno-

Roma.6

centis agni Iheſu Chriſti. Qui quidem Chriſtus reſurrexit & ultra non moritur. At omnino indecens eſſet Chriſtum continue mori, prout nos cōtinue peccamus. Quobrem dominus ſuam carnem & ſanguinem hic reliquit: ut loco ſuæ reiterandæ mortis, eundem ſanguinem & carnē in officio Miſſæ quottidie deo offeramus ad memoriam ſuæ præteritæ mortis: quę licet pro omnibus præteritis & præſentibus peccatis noſtris ſufficiat: iterum tamē ſacramentaliter repetenda eſt: Paulo refe-

Heb.10 poſt prin.

rente: Omnis quidem ſacerdos præſto eſt quottidie miniſtrans & eaſdem ſæpe offerens hoſtias, nempe ſacrificium Miſ-

Heb.7 in fi. De onere eccleſie c.13.§.3 Leui.9 in prin.

ſæ. Item ſacerdotes (præcipue Epiſcopi & animarum curatores) habent neceſſitatem quottidie offerre hoſtias, prius pro ſuis delictis, deinde pro populi. Hoc eſt figuratum in Aarone: qui iuſſus eſt accedere ad altare & immolare pro peccato ſuo & poſtea deprecari pro ſeipſo & pro populo. Pluribus deniq; ueteris legis ſacrificijs figuratus eſt dominus Iheſus ceu uerum ſacrificium: qui crebro in Miſſa nouæ legis offertur uſq; ad magni Antichriſti aduentum, quo aliquantulo tempore uerum ſacrificium Miſſæ intermittetur in eccleſia uniuerſali: quemadmodū iam euenit in diſturbata eccleſia Romana ac in pleriſq; alijs eccleſijs ſingularib. in quibus, ordinato Miſſæ officio ſublato falſa & ficta ſacrificia adolentur, eo q̄ nonnulli præcurſores Antichriſti modo aduentarunt.

¶ Tertio quæritur: An ſacerdos pro miſ- 5.
ſarum celebratione præmiari poſſit? Quis eccleſiaſticis iniunctum eſt, ne pro ſpiritualibus tēporalia exigant: quinimmo gratis ſacramenta porrigant, ſolam hominū

Mat.10. poſt prin.

ſalutem procurantes: iubente domino: gratis accepiſtis gratis date. Hoc tamen interpretandum eſt de ſacramentis alijſue donis ſpiritualibus, nulla tēporali mercede æſtimandis neq; uenundandis. Attamen pro fatiga ſeu opera, in negotijs ſpiritualibus per miniſtrantem habita, utpote ſacramenta præparando, portando aut alias expediendo aut uictum quęritando: pro huiuſmodi laboribus, expenſis & uictualibus miniſtrans præmiari debet: unde dominus ulterius inquit: Dignus eſt

Math.10 Luce 10.

enim operarius cibo ſuo & mercede ſua. Deſuper Paulus ſcribit: Qui bene præ-

1. Timo.5 in me.

ſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, nempe reuerentia & larga remuneratione: dicit enim ſcriptura: Non alli-

Deut.25 1 Cor.9

gabis os boui triturāti: & dignus eſt operarius mercede ſua. Per bouem intelligitur ſpiritualis operarius: prout Paulus alibi exponit: dicens: Nunquid de bobus cura eſt deo? propter nos utiq; ſcripta ſunt. Si nos uobis ſpiritualia ſeminauimus, non eſt magnum ſi nos carnalia ueſtra metamus. Qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt: & qui altario deſeruiunt, cum altario participant. Ita & dominus ordinauit hijs qui Euangelium annunciant, de Euangelio uiuere. Ex hijs Pauli uerbis conſtat, non eſſe contra deū neq; ſimoniam, ſi eccleſiaſtici pro obſequio, fatiga, labore & uictu mercedem accipiunt. Nam miſſarum celebratio, ſacramentorum porrectio aliaue negotia

ſpiritualia

ſpiritualia exigunt operam & impenſam
in præparando, cuſtodiendo, porrigendo
& expediendo: egent quoq; ſpirituales
miniſtri familia, uictu & amictu: quem
Math. 17 Luce 8 etiam ipſi domino Iheſu ſuiſq; diſcipulis
ſanctę mulieres miniſtrauerunt.

6. ¶ Prohpudor Seculares modo huiuſmo
di neceſſarium uictum egeno clero iniu-
ſte denegant: retrahentes largam manum
ab altari: pro legendis enim Miſſis aut
pro alijs obſequijs diuinis ſuo nomine ce-
lebrandis, clero nihil erogant: acſi diui-
num cultum appreciari ſimoniacum ſit.
Cum autem pleriq; titulares presbyteri
ſuper Laicali elemoſyna & remuneratio-
ne Eccleſiaſtici obſequij ordinati ſint: qui
bus Laici uictum neceſſarium adimunt
eo quia ulterius non promouent obſe-
quia diuina per miſeros clericos exercen
da & eis præmianda. Extincta itaq; Lai-
corum deuotione, deſolati presbyteri nō
beneficiati (quos uulgus gratianos appel
lat) egeſtatem pati coguntur. Memi-
ni penes ſacrarium eccleſię Salzeburgen
ſis olim centum presbyteros gratianos ſuf
ficientem uictum facilius quæſiuiſſe, quā
modo unum ſuſtentari. Siquidē ante tpa
Laici manifeſtaſſent ſuam futurā tenaci
tatē circa clerꝝ alendum: præſertim ꝙ nol
lent ulterius cultum diuinum & obſequia
eccleſiaſtica promouere neq; clerum præ
miare (ꝑut hodie ipſi Laici huiuſmodi bo
na opera prætermittunt) tunc titulares p̄-
ſbyteri iam exulantes, nō fuiſſent ordina-
1. Theſſ. 5. in me. ti ſuper laicorꝝ elemoſyna & pręmio. Pro
illis egenis presbyteris Paulus rogat ditio
res laicos ut habeant illos abundantius in
charitate propter opus illorum. At omni-
bus poſtergatis, laici non ſolum derelin-
quūt presbyteros ad laicorum uotiua (ut
præmittitur) ordinatos: ſedetiā ſponte ne
gligunt diuinum cultum & propriam ſa-
lutem, maxime ex odio, quod conceperūt
contra eccleſiaſticos. Qui modo tantā mi-
ſeriam patiunť, quantam paſſi non fuerūt
Luce 22. diſcipuli dn̄i: quēadmodū ipſi dn̄o inter-
rogāti reſpōderunt ſibi nihil deeſſe. Hoc
aūt infelici tēpore miniſtri dei & eccleſiæ
ſæpenumero defectum patiuntur. Quo-
rum neceſſitas exigit non ſolum cibaria,
ſedetiam indumenta: necnō ſumptus pro
libris, medicaminibus alijſue utenſilib. cō
parandis, ad conſeruandum debitum ſta-
tum & domicilium iuxta ſacerdotalē di-
gnitatem. Attamen ſuperfluitas euitāda
eſt tum in clericis, tum etiā in cęteris Chr̄i
fidelibus: ait enim ſcriptura: habentes ali- 1. Tim. 6
menta & quibus tegamur, hijs contenti ſi-
mus: nam qui uolunt diuites fieri, incidūt
in tentationem & in laqueum diaboli: ac
fodiūt ſibi ciſternas diſſipatas quæ con- Hiere. 2 poſt princ.
tinere non ualent aquas.

¶ Quarta conſideratio eſt de uerbo tran- 7.
ſubſtantiationis: quæ non fit in uerbo cele 8. 61. §. 4
brantis, ſed in uerbo Chriſti: qui illud in in fi
ſancta cęna expreſſit & quotidie in ſingu
lis miſſis exprimit per uocem celebrantiū
dicens: Hoc eſt .n. corpus meum. Idē pro Math. 26 Marci 14
fecto uerbum eſt ipſius Chriſti & non ce- 8. 61. §. 8
lebrantis: licet repetatur & in memoriam circa fi.
annuncietur ꝑ ſacerdotes: non tamen for-
mať ex eorū proprio cōceptu: ſed opatur
uirtute chr̄i. Sicut illa uox, Creſcite et mul Gene. 1
tiplicamini & replete terrā, ſemel quidē di
cta eſt: ſed oī tpe ſentit effectū ad genera-
tionē operāte natura: ſic uox iſta (hoc eſt Chriſo.
corpus meū) ſemel dicta, per oēs menſas
eccleſiæ uſq; in hodiernam diem & uſque
ad Chriſti aduentū, p̄ſtat ſacrificio firmita
tem. Porro ſacerdotes celebrant uirtute
ſui officij: quod eis dominus Iheſus com- Luce 22
miſit, dando poteſtatē ut in ſuæ paſſionis
memoriam hoc faciant, ideſt, ſacrificent,
quēadmodū ipſe in cęna fecit. Idcirco ꝟ-
bum Chr̄i, uoce celebrantis expreſſum,
potenter operatur id quod uerbum ſigni
ficat, nēpe mutationē panis & uini, in ſub
ſtantiā ueri corporis & ſanguinis Chriſti
Idipſum Chriſti uerbum ſole clarius pro
bat, maledictum Oecolampadij dogma, 8. 16. §. 6
contra ueritatē euchariſtiæ fraudulenter
introductum, eſſe falſiſſimum & men-
datio hæreſiq; deprauatum: non obſtanti-
bus ſcripturis per eum temerarie retor-
tis & ſiniſtre illatis, quibus homines dāna-
biliter ſeducit, acſi altaris ſacmentū non ſit
uerū ſed dūtaxat ſignificatū corpus Chr̄i.
Atat oēs ſuæ allegationes et illationes ceu

friuolę, ſufficienter abiguntur ſolo uerbo Chriſti: qui uoce celebrantis expreſſe inquit: Hoc eſt enim corpus meum: item hic eſt enim calix ſanguinis mei &c. Dominus autem Chriſtus mentiri nequit: ideo oportet, iuxta eius uerbum, ſuum uerum corpus & ſanguinem, ſub officio Miſſæ ſacramentaliter adeſſe. In qua quidem Miſſa & uerbo domini nihil aliud extrinſece adhibet ſacerdos quam ſuam uocem & commemorationem eius quod uerba Miſſæ important, unacum fractione panis & ſumptione ſacramenti etiam alijs porrigendi. Quemadmodum Deus pater, in Chriſto manēs, facit opera Chriſti: ipſo teſte: ita opus tranſubſtantiationis facit ſolus IheſusChriſtus: qui eſt uerę & ſubſtantiale ac eſſentiale dei uerbum: quod per ſacerdotum uocem loquitur, inquiens: Non enim uos eſtis qui loquimini ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis. Ad idem quadrat Zacharię elogiū: Deus locutus eſt per os prophetarum eius. Illi quippe non propria formata uerba expreſſerunt, ſed per eorum uocem ipſum uerum dei uerbum loquebatur. Sic Iohannes fuit uox dei clamantis in deſerto. Pari modo uerbum tranſubſtantiationis a Chriſto exprimitur per uocem ſacerdotum peritorum & imperitorum: iuſtorum & iniuſtorum. Quemadmodum uniuerſalis natura ſua influentia fructificat agrum coloni tam mali quam boni, ita deus ſua benigna influentia operatur in Miſſa tam reprobi quam honeſti ſacerdotis. Balaan propheta peruerſus non poterat peruertere uerbū dei ut plus uel minus loqueretur, quam deus in os eius dabat. Cayphas ſumus & malitioſus pontifex prophetauit & expreſſit uerbū dei: Quod diuina ſapientia ad hominum ſalutem ordinat: dicēs: uerbum meum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me uacuum, ſed faciet quæcunq; uolui & proſperabitur in hijs ad quæ miſi illud. Ergo uerbum Chriſti, de eius ore in Miſſa per ſacerdotis uocem egreſſum, uacuum manere nequit.

8. ¶ Q: autem altaris ſacramentum non ſit nuda ſignificatio ſeu figura ſed uerę corpus & ſanguis Chriſti, manifeſte claret ex ſcriptura dicente: Calix benedictionis cui benedicimus, nempe in miſſa, nōne cōmunicatio ſanguinis Chriſti eſt: et panis quē frangimus, nonne participatio corporis domini eſt? Quibus uerbis Paulus clare oſtendit, in qualibet particula panis cōſecrati participari diſpenſatū corpus Chriſti. Quod quidem corpus eſt commune donum: quo multi corporaliter & ſpiritualiter ueſcuntur & participant: prout in Paulo ſequitur: Quoniam unus panis & unum corpus multi ſumus: utpote cōmunis turma Chriſtifideliū: Omnes quidem de uno pane & de uno calice participamus. Diſcrimen tamen eſt inter corpus Chriſti & corpus fidelium eccleſiæ ut ſupra pater. Communicatio autem corporis Chriſti nil aliud eſt quā uerū Chriſti corpus, quod ceu commune donum inter multos diſpenſatur & ad ſalutem porrigitur. Qui itaq; altaris ſacramentum ſumit, is adipiſcitur uerum corpus Chriſti, tanq; commune donum inter multos diuiſum. Neceſſe igitur in altaris ſacramento præſens adeſt uerum Chriſti corpus: ut eo homines ueraciter & corporaliter ueſci ualeant. Paulus namq; ibidē loquitur de corporali communicatione, nempe de communi Chriſti corpore: quod inter fideles cōmuniter diſpenſatur. Super præmiſſis ōmnibus eſt finaliter concludendum. In altaris ſacramento ſub ſpecie panis realiter adeſſe uerę corp9 Chriſti: alioquin non poſſet iuxta ſcripturam frangi nec diſpenſari nec ſumi. Identidem eſt in ſacramento calicis.

9 ¶ Eadem concluſio clarius probatur per manifeſta uerba domini dicentis: Hoc eſt corpus meū: Itē hic eſt ſanguis meus &c. quemadmodum tres Euangeliſtæ una cum uaſe electionis Paulo pari ſententia promulgant. Quibus quidem uerbis nemo poteſt repugnare neq; dictionē (eſt) trahere ad ſignificandum: aci Chriſtus dixiſſet: hoc ſignificat corpus meum: Cū ſane dixerit: hoc eſt corpus meum quod pro uobis tradetur: Et hic eſt ſanguis meus

Marginalia: K.19.ſ.7. in ſi. — Iohā.14 poſt prin. — Mat.10 ſ.11.ſ.2. — Zach 1 — Luce 3 in prin. — K.19.ſ.2 — Nume 22. — Iohan.11 — Eſaie 55 in ſi. — 1.Cor.10 in me. ſ.69.ſ.1 — ſ.63.ſ.11 in ſi. — Mat.26 — Mat.26 Marci 14 Luce 22 1.Cor.11

meus qui pro multis effundetur, Vnde in
concuiſſe intelligitur uerum Chri corpus
Iohan.6 in quo crucifixus eſt, Conſimiliter ait dñs:
ante fi. Mea caro uere eſt cibus & meus ſanguis
uere eſt potus, Quare dictio (eſt) nequaꝙ̃
retorqueri debet ad ſignificandū, Alioqn
in alijs ſcripturæ locis pariter pro ſignifi-
catione accipi poſſet, in confuſionem to-
tius fidei catholicæ: ut hic, hodie natus eſt
Luce 2 nobis ſaluator mūdi, Itē uerbū caro factū
Iohan.1 eſt, Nam ſi ibi dictio, eſt, exponeretur, id
eſt, ſignificat uel figurat uel repræſentat:
profecto clara & certa ſententia euangeli-
ci textus falſificaretur, immutaret̃ & per-
uerteretur, Q̄ aūt Oecolampadius & ſui
Ioh.2.6 cohæretici opponunt hoc euangeliū: Ca-
ſ.§10. ro non ualet quicꝙ̃: Acſi caro non ſit in ſa
ante me. cramēto, Hinc ſequeret̃ talis illatio: ergo
caro Chriſti non eſt in cœlo, At ibidem
Chriſtus non de ſua carne loquitur, ſed
ne ſuæ carnis ſacramentum carnaliter ſu-
matur, quēadmodum Iudæi intelligebāt:
domino innuente: Panis quē ego dabo,
caro mea eſt pro mundi uita, Quæ quidē
caro plurimum ualet: nempe in cruce at-
tulit nobis fructū: qui quotidie repetitur
in ſacramento altaris, Reliqua aūt caro ut-
pote carnalis intelligentia eſt inutilis: do
Math.16 mino ad Petrum aiente: Caro & ſanguis
1.Cor.15 nō reuelauit tibi ſed pater meus q̄ eſt in cę
ante fi. lis, ac Paulo aſtipulante: Caro & ſanguis
Roma.8. regnum dei poſſidere non poſſunt, Quo-
niam ſapiētia carnis inimica eſt deo, Ideo
Gala.6 qui in carne ſeminat, metet corruptionē,
1.Cor 11 Rurſum Paulus: Quicunꝙ manducaue-
in fi. rit panem hunc & biberit calicē domini
indigne, i. carnaliter, reus erit corporis &
ſanguinis dñi & iudicium ſibi manducat,
ſ.64.§.9 nō diiudicās corpus dñi, ſ. ſpiritualiter ſu-
in me. mendum, Hinc ſequit̃, in euchariſtia con
tineri uerꝫ corpus & ſanguinē Chri, Nam
ſi ſolūmodo materialis panis & uinū adeſ-
ſet: Certe Paulus aſſeruiſſet, indigne ſu-
mentem eſſe reum panis & uini: non cor
poris & ſanguinis domini,
10. ¶ Memoratum ſcrupulum circa uenera-
De conſec. bile ſacramentum excitauit (licet poſtea
Dis.2. Ego reuocauit) Berengarius: p̄ſumēs Chrm,
Berengar. q̄ in cœlum aſcendit ad dexteram patris,
1.Co.15
non poſſe nobiſcū ſup terram in ſacramē
to corporaliter uel ſimul in pluribus locis
eſſe: Ipſe, n, aſſerat: Siquis uobis dixerit, Mat. 24 in me.
Ecce hic eſt Chrs: ecce illic: ne credideri-
tis, Quippe eadē uerba non intelligunt de
ſacramento Chriſti: ſed trahuntur ad tem
pus Antichriſti: Exurgēt, n, pſeudochri-
ſti & pſeudoprophetæ: ut ibidem ſequi-
tur, Nam oē uerbum nō eſt impoſſibile Lu.1
apud deū, Virtute igit̃ uerbi Chri, poteſt
ipſe unico contextu corporaliter & inuiſi
biliter eſſe in ſacramento apud nos, & ni-
hilominus ſedere in maieſtate ad dexterā
pris in forma uiſibili & quātitatiua: q olim
uiſibiliter fuit in terris ac in cruce: pariter
& apud Paulū in Damaſco, dicens: ego ſū ſ.§10.
Iheſus, quē tu pſequeris, Proculdubio eiſ in me
dē tēporibus fuit Iheſus etiā in cęlo, Cor-
pus igit̃ Chriſti localiter eſt in cœlo per-
ſonaliter in diuino uerbo: ſacramentaliter
in euchariſtia, latens in ſpecie panis inuiſi-
biliter & inſenſibiliter ſine quantitate &
ſine dimenſione, Verum quidem Oeco-
lampadius & Zuinglich cæteriꝗ falſi pro
phetæ innitunt̃ ſoli fidei adhibendæ Chri-
ſto, Cui tamen circa hoc ſacramētum pla-
ne credere nolunt, aperte dicenti, Niſi mā Iohan.6
ducaueritis carnē filij hoīs, & biberitis ei- ſ.62.§.1 in prin.
ſanguinem, non habebitis uitam in uobis. & ſ.62.§.3
Hic eſt panis qui de cœlo deſcendit: qui
manducat hunc panē, uiuet in æternum,
De quo fortaſſis Chriſti corpore & ſāgui
ne edēdo uel bibendo diſcipuli obſtupue
runt, Quapropter ipſis dñs ulterius mon-
ſtrauit atꝗ porrexit huiuſmodi ſuū corpꝰ
& ſanguinē, ſub ſpecie panis & uini como
dius ſumendū, ſubiungēs: hoc eſt corpus
meum, item hic eſt ſanguis meus, Rurſus
diſcipulis (uti conijcitur) ambiguitate per-
plexis, qua nā uia Chriſti abſentis carne
& ſanguine ueſci ualeant: Mox promiſit
ſe apud nos perpetim manſurum uſꝗ ad
ſæculi conſumationem, Quod non alicu- Mat.28 in fi.
bi quā in ſacramēto intelligi poteſt, Ecce
oīs dubietas circa altaris ſacramentū tollit̃
niſi Chri verbis fidē præbere nolimus, Con
cludit̃ ergo firmiſſime uerꝫ corpus Chri
eiuſꝗ ſanguinē ſub ſpecie panis & uini in
Euchariſtia neceſſario contineri,

SEXAGESIMVM SEPTIMVM CAPITVLVM. De ſacramento euchariſtiæ.

Vita ſpiritualis formatur ſecundū uitam corporalem: quæ initio requirit generationem: qua homo in mundum producitur: deinde homo ſucceſſiue adoleſcit & creſcit corpore ac robore: tandem cibo corporali præcipue pane paſcitur: quo in uita ſuſtentetur. Pariter ſpiritualis uita exigit baptiſmi regenerationem: qua homo bonum ſtatum acquirit: poſtea per confirmationem ſpiritus hominis adoleſcit & fortiſicatur: tandem homo alitur & ſuſtentatur pane Chriſti: ut in uita ſpirituali floreſcat. Quobrem ſaluator noſter inſtituit nobiſq; reliquit ſuum corpus ſacramentale quatuor ex cauſis. Primo in Miſſa: ubi idem ſacramentum ſub ſpecie panis & uini conſecratur, offertur & ſumitur ad memoriam paſſionis Chriſti & ſui ſacrificij: quod tradito ſuo corpore & effuſo ſanguine, in cruce compleuit: & p hoc hominem deo reconciliauit. Secundo extra Miſſam: ut hominū ſpiritus, inter ſe, propter confuſam Adæ carnem, diſperſi & contrarij, in ſancto Chriſti corpore conueniant & unanimes fiant ac mutuo communicent. Idcirco idem ſacramentum, tempore paſchę ſumendum, communio appellatur ut unus cum altero communicet: hoc uoluit Paulus quādo dixit: Cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. De hoc membro clarius infra c. 68. dicetur. Tertio dictum uenerabile ſacramentum corporis Chriſti inſtitutū eſt ut iterum extra Miſſam ſumatur, tanq̃ uiaticum et nutrimentum in uia huius exilij. Hac ratione ſolent homines deuoti, extra tempus paſchale, ſæpius in anno, hoc ſacramento communicari. Præcipue morituri ſunt prouidendi Euchariſtia: ut animæ eorum ſuis corporibus exutæ ſuſtentamentum ac quietem habeant in corpore Chriſti uſq; ad diem extremum: quo ſuis corporibus iterum coniungentur & tandem electi anima & corpore cū Chriſto in cœlum rapientur. Ideo præcipitur ut ſacerdos ſemper paratā habeat Euchariſtiam panis. Quarta cauſa, qua dominus Iheſus ſuum corpus in ſacramento hic reliquit, eſt ad demonſtrandum ſuam erga homines immenſam charitatem.

1. Cor 11 in ſi.

1. Ref. 4 in ſi. De conſecr. diſ. 2. pereunt.

¶ Nam ſeptem uirtutes obſirmantur per ſeptem ſacramenta: inter quæ Chriſti corpus ſacramentum eſt charitatis & uitæ ideo nuncupatur Euchariſtia, id eſt, bona gratia: quoniam ibi corporaliter cōprehenditur uerus Iheſus: a quo in homines profluit ſpecialis gratia: qua ſuam erga nos dilectionem commonſtrat. Siquidem amore noſtri indutus eſt duabus ueſtibus: in quibus ad nos fideliter appropinquauit. Vnam ueſtem in uentre Mariæ ſuſcepit, nempe humanam mortalitatem: in qua mūdo apparuit, uerbo & opere nos docuit atq; morte redemit. Altera ueſtis eſt ſpecies & forma panis: qua ſuū ſanctum corpus cooperitur pro ſpirituali nutrimento hominum: ut eorum animæ cum eodem ſancto corpore ad ſalutem ſacramentaliter uniantur alias corpori Adę ad caſum naturaliter unitæ: ut etiam hominum corda incendantur & commoueantur, amorem cum amore compenſare & deum præ omnibus diligere. Quapropter te erga tui amatorem Iheſum merito incendere debes ac exercere in amore: quo in eum commuteris. Quod ſit, quando ſui amoris memor ſedulo perpēdis hic in ſacramento præſentialiter adeſſe uerum corpus Chriſti: qui immenſo amore pro te olim mortuus eſt & ſeipſū hodie præbet in alimentum tuæ animæ, te ſaluum facturus. Huiuſmodi Chriſti amor, in ſacmento ſui corporis tibi oſtenſus, eſt tua ſpiritualis ſuſtentatio: qua in deo uiuificaris, alioquin in corpore Adæ mortuus. Hoc pacto ſacramentale Chriſti corpus eſt ſpirituale nutrimentum: q̃ homines in deo aluntur & uniuntur ac inuicem, ceu filij dei, uniti eſſe debent: præſertim nos Chriſtifideles: qui mēbra unius corporis & fratres unius genealogiæ ſumus, de uno patre Chriſto & una matre eccleſia in baptiſmo regenerati.

2.

c. 47. §. 4 in ſi.

¶ Corpus

3. ¶ Corpus Adæ, cui humani ſpiritus naturaliter copulantur, ſua confuſione cauſat hominum diuiſionem, utpote diſcordiam & inuidiam: odium & iram, ac tandem corporum humanorum diſſolutionem ac mortem. Et cuius ſpiritus ſe cum ſua carne, ultra naturalem coniunctiõem, etiam uoluntarie unit & cõcordat: is cum deo diſcordat & conſequenter ſpiritualem incurrit mortem: a qua liberari neq; niſi uoluntarie copuletur corpori ſecundi Adę, nempe Chriſti: qui recuperat nobis uitam ſpiritualem & concordat nos cum deo & proximo. Humano igitur ſpiritui præparata ſunt hab:tacula duo: in uno cogitur habitare naturaliter: in altero debet habitare uoluntarie, manſio naturalis in corpore Adæ eſt periculo & fraudi expoſita: ideo euitãda quoad fieri poteſt. Præterea homo debet ſponte odire corpus Adæ, tanq̃ malam ſocietatem qua ſe ducitur: atq; quærere manſionem & ſocietatem in Chriſti corpore: ubi ſecurus habitare & ad beatitudinem perduci, ac euitare poterit ſingula pericula ex naturali manſione imminentia. Nam uoluntaria manſio & unio: quam homo in charitate cum corpore Chriſti inire debet: eſt multo precioſior, fortior & conuenientior, q̃ naturalis coniunctio: quam homo neceſſario in Adæ corpore habere cogitur.

ſ.ſ6 Can.8 Naturam enim corruptam iure uincit uoluntaria dilectio: quæ fortis eſt ut mors.

4. ¶ Neceſſe eſt ut ſpiritus humanus in hijs terris copuletur alicui corpori quo perſona humana fiat: naturaliter autem nulli corpori adiungi ualet, niſi Adæ carni: quæ hominem in deuium abducit. Siquidem hominis ſpiritus uelit recto ſecuroq; itinere incedere: oportet adiungatur alteri meliori corpori: quo ſecuritatem aſſequatur. Ad noſtram igitur oportunam commoditatem dominus Iheſus inſtituit ac nobis reliquit ſuum ſyncerum corpus ut id demortuos humanos ſpiritus uiuificet & a futuro interitu præſeruet: ut etiã poſſimus idem corpus ſub ſpecie panis in hac ęrumna adipiſci & mãducare, nec non ſecum uniri & Chriſtum ſequi ac recto tramite ſecure duci & uirtute huiuſmodi cibi ambulare uſq; ad montem dei Oreb. 3.Reg.19 post prin. Vtrunq; corpus, Adæ & Chriſti, eſt commune omnibus & ſingulis humanis animabus. Ipſis quidem Adæ corpus naturale eſt ſed contrarium: quoniam animas abinuicem diſtrahit: quippe ſuo ſemine in innumera multiplicatur indiuidua: quemadmodum ſeminata mala herba multifariam germinat. Iuxta numerũ ſingulorum indiuiduorum corporũ Deus creat animas: quarum quælibet ſuæ ſingulari portioni corporali naturaliter copulatur, perſonalem hominem conſtituens. Attamẽ omnium hominum idem eſt corpus: quod conformi generatione immundã ab uno Ada procedit. Homines igitur omnes immundi ſunt atq; diſcordes. Nam ſicut diuiſa humana caro cauſat animarum diuerſitatem, ſic quoq; cauſat animarum a deo ſeparationem & mutuam inter eas ſeditionem.

¶ Ob communem & conſuetam ſocietatem: quam anima ſuo affectu contrahit cum propria naturali & immunda carne: elongatur eadem anima a dei & proximi dilectione. Omnis enim anima ſuam naturaliter diligit carnem. Hinc emergũt diſcordiæ, lites, inimicitiæ, guerræ & ſeditiones inter homines contentioſos: quot praua corpora, tot rebelles animæ: quot capita tot ſenſus: omne caput lãguidum: quilibet ſcorio prçconiſat ſuum cõtum: quis non defendit ſuam opinionẽ & quęrit propriam gloriam atq; luxum ac odit omne quod ſibi obſtat? Huiuſmodi mala pullulant ex Adæ carne, maculante & deturpante quicquid comprehendit. 5. Eſa.1 in prin. Hanc igitur carnem ab Ada productã, homo quoad poteſt, fugiat, deteſtetur atq; ſponte derelinquat. Inquantum uero eandem carnem naturaliter deſerere nequit, ſaltem affectum ſuum ab ea auertat.

¶ Alterum corpus, ſcilicet Chriſti, omnibus pariter hominibus commune, eſt immaculatum, integre purum ac uirtutib9 refertum: nihil mali in ſe admittens: ſed 6.

omne quod comprehendit, purificat iu-
ſtificatq́;. Cum autem idem corpus ſit na
turaliter incomprehenſibile, debemus il-
lud uoluntarie & charitatiue quærere, ap
prehendere, accipere & ſumere cum ſu-
is proprietatibus: quæ ſunt patientia, hu-
militas, obedientia, caſtimonia, iuſtitia, cle
mentia cæteræq́; uirtutes: donec eidem
corpori penitus ſimus uniti. Tunc pur-
gabimur ab immundis maculis & uince
re poterimus Adæ carnem cum ſuis
uitijs in ea naturaliter pendentibus. Nam
ſpontaneæ uirtutes facile uincunt natura
c.§.3 in fi. lia uitia. Præmiſſo modo conſtat, omnes
homines a deo progredi per primum A-
dam ad impuritatem & mortem. Rur-
ſus ijdem homines poſſunt purificari &
reuerti in Deum ad uitam per ſolum do
minum Iheſum. Ergo eius ſacratiſſimū
corpus amabilius & longe gratius eſſe
debet cuilibet homini, q̃ ſuum proprium
corpus perſonale: quoniam idem propri
um corpus cum ſuo fomite ſpiritum ho-
minis ſeducit in concupiſcentiam illicitam
ac etiam in mortem ſpiritualem & omne
malum: tandem in æternam damnatio-
nem. Viceuerſa Chriſti corpus ignita
charitate & amara paſſione liberauit nos
a morte ſpirituali omniq́; malo: eſt deniq́;
ſalubre remedium, per euchariſtiam, nos
recuperandi & finaliter ducēdi ad uitam
Iohan.6 æternam: quoniam dominus ait: qui ede-
rit me, ipſe uiuet propter me.
7. ¶ Finis hominis eſt ut charitate uniatur
c.21.§.8 in prin. deo: in quo omnes & ſinguli homines cō-
uenire et alternatim ſe mutuo diligere de
bent. Porro in unico Chriſti corpore poſ
ſunt omnes humani ſpiritus concludi ac ſi
eſſent unus dumtaxat homo. Conuenire
autem uel concordare mutuo nequeunt,
niſi prius ſint uniti Chriſto ceu capiti: nā
unitas membrorum oritur a capitis uni-
tate. Qui uero Chriſtum recte amat, ſecū
eſt integre unitus: conſequenter quoque
cum ſuis conchriſtianis unitur per corpꝰ
c.63.§.11. ſcilicet Chriſti. Opus igitur eſt ſacramen
to charitatis nempe euchariſtiæ: ubi eccle
ſia & ſui fideles filij q̃tidie uniri poſſunt
1. Iohan.4 ante fi. cum deo: qui eſt uera charitas: & qui ma-
net in charitate, in deo manet & Deus in
eo. Præterea oportet Chriſtianos, ceu fi-
lios Chriſti & eccleſiæ, inter ſe unitos eſ-
ſe atq́; pacificos: ueluti fraterna & conglu
tinata membra decet. Hinc euchariſtiæ
ſumptio nuncupatur communio, quaſi
mutua proximorum conuentio. Siquidē c.65.§.5 poſt me.
panis & uini forma indicat ut Chriſtiani
inter ſe prorſus conueniant in pace, ami-
citia, fraterna charitate & erga Chriſtum
in omni obedientia.

8. ¶ Quælibet ordinata charitas promouet,
non impedit alteram. Ergo qui Chriſtū
bene amat, deſiderat ut Chriſtus ab om-
nibus diligatur Chriſtuſq́; diligat omnes.
Hic non eſt inuidioſa zelotipia: quæ ſo-
let eſſe in affectione inordinata. At om-
nes Chriſti amatores ſunt eiuſdem uolun
tatis & arbitrij: unius cordis & ſpiritus in
unico Chriſti corpore: quod omnes ani-
mas in ſe comprehenſas uiuificat: ideo pa Iohan.6 ante fi.
nis uitæ nuncupatur: in quo omnes ani-
mæ concludi & uiuificari poſſunt. Quā- c.66.§.9 in fi.
obrem neceſſe eſt, in altari tranſſubſtan-
tiari uerum corpus Chriſti, non figuratū:
per quod ſpiritus humani uiuificentur, ci
bentur, nutriantur, ſuſtententur & cum
deo uniantur: quod ſine uero Chriſti cor-
pore fieri nequiret. Nam ad perfectam
utriuſq́; unionem requiritur corpus Chri
ſti & ſpiritum hominis mutuo conueni-
re, intantum propinque ut non poſſint ꝓ
pius accedere: uti ſcriptum eſt: appro- Iacob.4 c.10.§.11
pinquate deo. Huiuſmodi propinqua cō
uentio non fit accomodatius q̃ ſub ſpecie
uiſibilis manducationis: iuxta illud Euan-
gelicum: Siquis manducauerit ex hoc pa Iohan.6 poſt me.
ne, uiuet in æternum: nempe in uero Chri
ſti corpore: cui anima integre eſt unita.

9. ¶ In prælibato ſacramento uitæ & cha-
ritatis eſt integer Chriſtus: nempe partes
ſubſcriptæ: uiſibilis ſpecies panis: ſub qua
occultatur uera caro & ſanguis Chriſti:
cui adhæret anima: unde ſequitur, præ-
ſentem eſſe totum Chriſtum, uerum ho-
minem & filium dei: quoniam ſua inſepa
rabilis deitas a corpore & ſanguine ab
animaq́; Chriſti nunq̃ diuidi poteſt. Hæc
omnia rea-

omnia realiter ſunt præſentia & adhærē-
tia Chriſti corpori: quod ſolum ſacramē-
taliter præſens eſt ſub ſpecie panis. Quæ
quidem ſpecies ſola uiſibilis eſt: cætera,
quæ ſacramento condependent, ſunt in-
uiſibilia & idem Chriſtus qui cruci affi-
xus fuit. Quicunq; igitur conſecrati pa-
nis ſpeciem ſumit, ſub ea accipit uerum
& eſſentiale corpus Chriſti, unacum eius
carne & ſanguine, ac anima & deitate,
cum qua unitur. Ecce potentiam & or-
dinationem domini Chriſti noſtri, quam
grandia ſpiritualia & inuiſibilia operatur
in interiori homine, ſub modica uiſibili
corporali & extrinſeca panis ſpecie. Cæ-
terum corpore diuino communicatus u-
nitur angelis: qui ceu puri ſpiritus, partici
pant cum humano Christi ſpiritu: per
ſ.13.§.47 quem angelos in domino firmari, ali &
e c.27.§.7 perpetuari oportet: quemadmodum ele-
e c.63 §11 e.c.64 §9 cti homines poſt eorum reſurrectionem,
ej.63.§.9 per Chriſti humanitatem in cœlo perpe
tuabuntur. Singulariter eſt conſideran-
dum: Sicut Chriſti ſpiritus eſt angelorum
eſca: qua ſtabiliuntur & reficiuntur cœle
ſti gaudio; ſic Chriſti caro & ſanguis me
dicina eſt humanorum ſpirituum in hoc
exilio, ne deficiant in uia. In patria autem
electi homines in deo ſtabilientur Chri
humanitate. Vtroſq; igit tū hoīes, tū ange
los paſcit Chriſtus in æternum: angelos
quidem per ſpem ut ſatientur in patria:
Homines autem per fidem ut paſcantur
Pſal.77 in uia. Quocirca ſcriptum eſt: panem cœ
li dedit eis, panem angelorum manduca-
ſ.66 §.1 ante fi. uit homo. Chriſtus itaq; appellatur panis
cœli & angelorum, ideſt, perpetuum ſu-
ſtentaculum & gaudium omnium ange-
lorum & electorum ſpirituum in cœlo.
Eſt præterea in hijs terris medicina &
pax iuſtorum hominum: prout in domi-
Luce 2. poſt prin. nico natali angeli cecinerunt: Gloria deo
in altiſſimis, nempe ſpiritibus cœleſtib9,
& in terra pax hominibus bonæ uolunta
Pſ 104 in fi. tis. Porro hoc cœleſti pane in patria lętan
tur & ſaturantur immortales angeli &
homines cœleſtes ut in Deo æternaliter
Pſ 36 permaneant: iuxta illud: Iuſti autem hæ-
reditabunt terram (nempe panem corpo
ris Chriſti) & inhabitabunt in ſæculum
ſæculi ſuper eam. Similiter eodem pane
hic in terra conſolantur, cibantur & nutri
untur mortales homines, ne triſtes defi-
ciant in uia præſentis calamitatis, tandem
peruenturi ad gaudia æterna. Parauit Pſ.67 poſt prin.
itaq; Deus in ſua dulcedine pauperi ho-
mini diuitum angelorum panem. Hinc
præſumitur, etiamſi homo non cecidiſ-
ſet, nihilominus Deum fuiſſe incarna- ſ.10. §.1 circa fi.
tum ad firmamentum electorum & com Sapi.10
pletionem totius plaſmatis, necnon ad
uirtutem continendi omnia. Conſequen
ter uideri oportet quomodo humanus
ſpiritus ſit uniendus corpori Chriſti in
ſumptione Euchariſtiæ.

SEXAGESIMVM OCTAVVM CAPITVLVM. De ſumptione Euchariſtiæ.

SVperioribus Capitulis lxij. & ſ 61.§.7
lxvij. diſtuli dicere de unione et in fine e
ſumptione ſacratiſſimi corpo- 67.§.1. ante fi.
ris Chriſti. Imprimis nota duo corpora,
ueteris ſcilicet Adæ & Chriſti noui Adę,
cum quibus humani ſpiritus ſunt unien-
di: cum priori coacte & naturaliter: cum
poſteriore ſponte & gratanter. Priori
coniunctione cadit homo a ſtatu naturæ:
in quem locatus erat: & demeretur finē
in quem deſtinabatur, poſteriori coniun
ctione homo iterum ſurgit ad ſtatum
gratiæ: in quo finem ſibi deſtinatum re-
cuperare poteſt. In Chriſti corpore clari
ficato & immenſo (quod nunquam diſ-
ſoluitur nec diminuitur nec mutatur)
poſſunt omnium hominum ſpiritus, ceu ſ.49.§.7.
unus ſpiritus, quiete habitare et perpetim ante fi.
manere, ſine quouis impedimento. Quē-
admodum omne malum humani ſpiri-
tus emanat ex primi Adæ carne: ita om-
ne bonum ex carne Chriſti acquiri po-
teſt. Hinc Paulus: Quoniam quidem per 1.Cor.15
hominem mors, & per hominem reſur-
rectio mortuorum, & ſicut in Adam om
nes moriuntur, ita & in Chriſto omnes

uiuificabuntur. Et infra: Factus eſt primus homo Adam in animam uiuentem, nouiſſimus Adam in ſpiritum uiuificantem: & prius quod animale eſt, deinde quod ſpirituale: primus homo de terra terrenus: ſecundus homo de cœlo cœleſtis. Igitur ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœleſtis, uſq; huc Paulus. Quocirca omni modo indigemus corpore Chriſti tanq̃ pane quottidiano & ſupſubſtantiali: qui non eſt panis ex granis confectus nutriens corpus: ſed a cœlo datus fulciens animæ noſtræ ſubſtantiam.

Matth. 6 ō. 66. §. 3 in fi.

2. ¶ Nunc conſiderandæ ſunt utriuſque inter ſe contrarij corporis conditiones & operationes abinuicem differentes. Primi Adæ corpus diuiditur, & ex ſe luxurioſe & turpiter generat multa poſtera corpora, ſingulis animabus ſibi prædeſtinatis, naturaliter coniungenda. Quas quidem animas ad ſe trahunt, intoxicant, maculant & aſſociant. Ex huiuſmodi ſocietate omnis hominum miſeria prouenit. Econtra Chriſti corpus indiuiſibile eſt atq; laudabile: a ſpirituſancto conceptum & ex uirgine natum. Quæcunq; anima eidem corpori in fide, ſpe & charitate uoluntarie coniungitur aut unitur, ab eo conſequitur omne bonum & purificatura labe, ex priori corpore contracta. Nam Adæ corpus terrenum eſt & diſſolutum: intempeſtiuum & mortale: acare & prorſus dæmoniacum. Ediuerſo Chriſti corpus cœleſte eſt & integrum: temperatum & immortale: plenum gratia & deitate. Corpus Adæ offendit, maculat, innodat, mortificat & damnat ducitq; hominem in ſupplicium perpetuũ. Econtra corpus noſtri ſaluatoris ſanat, purificat, redimit, uiuificat & beatificat ducitq; hominem ad æternum gaudium. Humanus ſpiritus contra ſuam uoluntatem cogitur poſt ſe relinquere naturalem manſionem, hactenus in ſua carne habitam: ſed ſuam uoluntariam manſionem, in carnę Chriſti acquiſitam, contra ſuam uoluntatem relinquere nõ cogitur: quinimo in ea, ſi fecerit diligentiam, perpetim perſeuerare poteſt. Siquidem homo naturalem uitam obtinere ſemper appetit, nempe ut ſuus ſpiritus diutius maneat in mortali carne Adæ: Cur non affectat cõtinue durare uitam ſuam ſpiritualem: nẽpe ut ſuus ſpiritus perpetuo habitet in immortali corpore Chriſti?

¶ Sicut humanus ſpiritus, nocenti carni Adæ cohabitans, inculpatur: ſic indulgetur eidem cohabitanti & unito cum carne Chriſti innocente: iuxta uulgare prouerbium: Contraria contrarijs curantur. Societas & unitio, qua hominis ſpiritus primæ impuræ & mortali carni connectitur, affert homini mortem corporalem atq; cauſat mortem ſpiritualem & interitum æternum. Econtra ſocietas & unio quam acquirit homo in ſecunda puriſſima & immortali carne: aufert mortẽ ſpiritualem & æternum interitum: Prætérea præbet homini in præſenti ſæculo gratiam ac in patria beatitudinem. Sicut hominis anima corpori Adæ adiuncta contaminatur: ſic purificat̃ corpori Chriſti unita. Et ſicut fugit omne nitrus ex aſpide, id eſt, ex naturali carne Adæ, ſic mel, ideſt, ſalutẽ ſugere poteſt ex petra Chriſti. Profecto deuota anima merito fit particeps boni fructus ſanctificati corporis: dum cogitur particeps eſſe uenenoſi fructus maledicti corporis. Quod ſuo puerſo inſtinctu intoxicat animam infœlicitate. Viciſſim corpus Chriſti ſua paſſione, cruce & morte ſaluat animam fœlicitate. Vt omnia uno uerbo concludam. In carne Chriſti habitat deus occulte: in carne Adæ manet diabolus fucate. Deus poſſidet corpus Chriſti ceu electam archam totius honoris, uirtutis & bonorum morum: corpus Adæ a diabolo captum eſt & obſeſſum ceu obſcœnum uolutabrum omnis ignominiæ, ſcandali & uitiorum. 3.

De peni. Diſt. 2. c. 1

Job 16 in me.

Deut. 32 poſt prin.

¶ Finis hominum eſt ut principaliter uniantur deo: deinde inter ſeipſos. Huiuſmodi unione deſtitutum eſt humanum genus in corpore Adæ: ideo neceſſe eſt alio corpore, quo hominum ſpiritus commigrent ad ſuũ finem, nempe ad unionẽ 4.

dei & pro-

Dei & proximi, Idipſum eſt Chriſti cor-
pus ceu charitatis ſacramentum, Cum
autem idem corpus ſacramentalis cibus
eſt ac uita omnium humanorum ſpiritu-
um: requiritur igitur ut omnes adulti &
rationis capaces, inquantum facultas da-
tur, eodem Chri corpore cõmunicentur
ſacmentaliter, ex quo naturaliter neque-
unt, Qui aũt ad accipiendũ illud ſacmen-
tum omnino inutiles ſunt: ueluti infan-
tes, rationis expertes uel aliter legitime
impediti: iſti nihilominus eiuſdem ſacra-
menti effectum conſequuntur in eccleſia;
quę eorum loco ſumit ſacramentum per
ſacerdotes in officio miſſæ, Porro prædi-
ctum Chri corpus uerum & integrũ po-
teſt, uirtute ſuę deitatis (cum qua eſt uni-
tum & clarificatum) totaliter & eſſentia-
§.5. 7e ante ii. liter in ſacmento eſſe ubiq; locorũ: ut oẽs
& ſinguli Chriſtifideles in toto orbe diſp-
ſi, p ſua neceſſitate, illud ſalutiferi corpis
ſacramentũ nanciſcanť, Ad idem igitur
ſacramentum communem materiã De-
us ordinauit: queãdmodum aqua ad ba-
ptiſmum, ita ad communionem condu-
cit panis: qui tanq̃ cibus omnibus homi-
nibus communis, in toto mundo reperi-
tur: ideo ſpecies panis apta materia eſt
ſub qua porrigatur Chriſti corpus, ceu
communis ſuſtentatio & ſpiritualis nu-
tritio omnium animarum, Nam ſicut A-
dę corpus per totum mundum naturali-
ter diſperſum eſt: ita totum Chriſti cor-
pus ubiq; terrarum gratioſe eſt diſtribu-
endum integre, non particulatim, Etiam-
ſi panis uel uini ſpecies in fruſta diuida-
tur: manet tamen ſub qualibet particula
integrum Chriſti corpus, Quod poſt ſu-
[illegible] in ii. am reſurrectionem clarificatum eſt uſq;
adeo ut ubique eſſe ac ſua uirtute opera-
ri poſſit pro ſuæ deitatis omnipotentia &
gratia: quæ ubique eſt, Hoc ita intelli-
gas, Diuinam maieſtatem decet proprie
eſſe ubique: ſed eius mera creatura non
poteſt eſſe ubiq;: Corpus autem Chriſti
(quamuis creatura) eſt tamen cum dei-
tate unitum, Itaq; infra Deum & ſupra
§.co.§ 8.e omnem creaturam exiſtit, Proprie qui-
6.11.§.4 in ii. dem non poteſt ubiq; eſſe quemadmo-

dum Deus: ſed in omnibus & ſingulis lo-
cis totius mundi in hoſtijs ſacramentali-
ter eſſe poteſt: quod nulli alij creaturæ
conuenit,

¶ Quomodo autem præmiſſa omnia ſint 5.
poſſibilia, nos mortales latet: nec inueſti-
gare neceſſe eſt: ſed ſufficit ſcire uel cre-
dere, q Chriſtus, æterna & incarnata ue
ritas, nobis Chriſtifidelibus iniunxit atq; Johan. 6 Math. 26
præcepit ſumere ſacramentum ſui cor-
poris: quod ueræ deitati & humanitati
unitum eſt, Huiuſcemodi inſtitutioni &
mandato Chriſti, uti infinitæ ueritati
(quæ fallere neſcit) obediendum eſt atq;
credendum: quoniam aliter eſſe nequit 6.66.§.10 ante ii.
quam uerum quod Chriſtus dixit, inſti-
tuit, præcepit & promiſit: nempe ad ho-
minum ſalutem neceſſarium eſſe ſum-
ptione corporis Chriſti, Item q idem cor
pus ſub ſpecie panis: necnõ ſanguis Chri
ſti ſub ſpecie uini, indiuiſe & integre ac
ubiq; terrarum in omnibus & ſingulis le-
gittimis Miſſis ſacrificetur & tractetur
iuxta eccleſiæ ritum, Siquidem huiuſmo
di ſacramentum cum ſupradictis circum
ſtantijs non eſſet poſſibile nec conducibi
le, profecto dominus Iheſus hoc non inſti
tuiſſet nec eccleſiæ commiſiſſet illud na-
uiter tractare, Sufficit ut idem ſaluator,
ceu optimus medicus noſter, ſciat diſpo
ſitionem prælibati ſacramenti: quemad-
modum ægroto non opus eſt ſcire for-
mam uel uirtutem electuarij quod ei pe
ritus medicus ordinauit: ſed ſatis eſt, ut
ægrotus medico cõfidat & electuarium
ſumat, Pariter noſter medicus Chriſtus 6.51.§.1
ſacramenta, ceu neceſſaria medicamina,
ordinauit atq; præcepit ut ea ſumamus:
non ut ſenſu corporeo intelligamus neq; 6.8.§.9
curioſe perſcrutemur qualia ſint aut quã
ta: ſed ſufficit credamus per ſacramenta,
uirtute paſſionis Chriſti, ab omnipoten-
te gratiam & ſalutem nos conſecuturos, 6.
¶ Ne autem incredulos miru nimis mor-
deat: præbent doctores nonnulla exem-
pla cognoſcendi poſſibilitatem Euchari
ſtiæ: in qua pluresq; in alijs ſacramentis
difficultates apparent, Primo unicum
Chriſti corpus totum & indiuiſum eſt ſi-

mul & ſemel uno tempore in pluribus lo cis. Sicut unum ſyncerum uerbum, ex uno ore prolatum, eſt ſimul & ſemel indiuiſum in pluribus auribus: manet quoq; integrũ in unaquaq; aure: ſic puriſſimum
Sap.7. in fi. uerbum a diuino ore emanatum, attingit ubiq; propter ſuam mundiciam: utpote manet ſub ſpecie panis & uini in ſingulis hoſtijs & calicibus per uniuerſum mun
Luce 8. in pr n. Baruch 1 in prin. dum conſecratis. Sic diſcipuli domini erant curantes ubique. Sic Baruch legit uerba ſui libri ad aures uniuerſi populi uenientis. Cæterum corpus Chriſti non eſt minus in parua quã in magna hoſtia: quemadmodum hæc dictio (Deus) ſiue paruo ſiue magno grammate ſit depicta, ſemper idem ſignificat. Siquidem paruitas aut granditas ſcripturæ in ſignificatione nihil mutat. In ueritate igitur ſacramenti & corporis Chriſti nihil mutatur propter quantitatem formæ panis uel uini. Eadem forma & ſpecies eſt ueluti ſignificatio dictionis: corpus & ſanguis Chriſti eſt ueluti id quod per dictionem (Deus) ſignificatur. Nam uiſibilis panis eſt dumtaxat ſignum inuiſibilis corporis Chriſti: quod ſub forma panis præſens eſt ſacramentaliter & occulte, ueluti res ſignata ſub ſigno, non ueluti ciplex in pane uel cinifex in uino. Tales illuſorias interpretationes fingit diabolus in reuerentiſſimi ſacramenti ignominiam.
Luce 3. poſt me dic. Act.2 in prin. Spiritusſanctus deſcendit ſuper dominum baptiſatum corporali ſpecie columbæ: & ſedit ſupra Apoſtolos in ſpecie ignis. Neutra tamen ſpecies fuit materialis columba uel ignis, ſed nudum ſignum præſentis ſpiritusſancti. Pariformiter poſt conſecrationem ſpecies panis uel uini dumtaxat ſignum eſt præſentis ueri corporis & ſanguinis Chriſti.

7. ¶ Præterea multiplicatis hoſtijs, non multiplicatur Chriſti corpus: quod ſemper idem manet quod eſt: quemadmodum dictio (deus) etſi centies pronunciatur aut ſcribitur, non ideo multiplicatur ſua ſignificatio: quæ ſemper eundem repræſentat Deum. Item quamdiu iſta quatuor grammata d, e, u, s, in ſua forma indeleta & ſine tranſpoſitione manent: tamdiu manet ibi ſignificatio eiuſdem dictionis. Pariter quamdiu forma ſpecies panis manet: tamdiu ibi perſeuerat uerum Chriſti corpus, quando uero ſpecies panis finit uel commutatur, tunc ceſſat ibi eſſe corpus domini: nam ſublato ſigno, nempe panis forma, aufertur ſignatum nempe ſacramentum. Inſuper in quot particulas hoſtia frangitur, uerum corpus Chriſti eſt ſub ſingulis particulis: formam ſaltim & nomenclaturam panis ſeruantibus. Exemplo ſpeculi, quantumuis magnum iſtud eſt, in eo tamen una dumtaxat imago apparet: fracto autem ſpeculo in plura fruſta, in quolibet fruſto eadem imago (licet pluriſarie) enitet quæ in integro ſpeculo ſola enituit: & tantum imaginis eſt in qualibet parte ſpeculi, quantum in toto erat. Similiter in parte diuiſæ hoſtiæ eſt idem Chriſti corpus quod fuerat in inte- 1.ſ. in me.
gra hoſtia, etiam ubique terrarum. Cape exemplum in ſole: cuius una & eadẽ imago coruſcat in omnibus locis alicuius lacus: quem ſi mille circumſtant: eorum quilibet coram ſe, in ſuo loco & non in alterius loco, ſolis imaginem habet: quæ ſequitur ipſum omni parte lacus quocunque pergit. Ecce figura ſimplicis creaturæ, utpote Phœbi, eſt apparenter in ſingulis ſitibus lacus, ergo multo conuenientius ueritas diuini corporis Chriſti ſacramentaliter ubiq; locorum cõſiſtit: prout dominus ipſe per celebrantem indubitanter exprimit: Hoc uere eſſe corpus ſuum.

¶ Vnde elicitur, Immenſum Chriſti 8.
corpus in parua hoſtia ubiq; terrarum, 1.co.ſ in f.
ueraciter conſiſtere poſſe. Nam ſicut deitas CHRISTI poſt reſurrectionem in ſe ſuam ſanctiſſimam animam tranſmutauit & deificauit: ſic eadem deificata anima Chriſti corpus in ſuam ſpirituale naturam tranſmutat, clarificat & deificat: ut poſſit ſimul & ſemel eſſe in multis locis. Quemadmodum Deus ubiq; eſt uirtualiter, ſapienter, potenter, gratioſe & cæt. ita diuinum Chri corpus poteſt eſſe ubiq; ſacramen

ſacramentaliter. Conſimiliter ſpiritus hu-
manus in ſe concipit res corporales & in
ſuam ſpiritualem naturã transmutat eaſ-
C.28.§.3 post princ. dem: ut ſi in mente tua cogitas hoc gram
ma, A, quod ducis ad ſpiritualitatem hoc
modo: quamuis idẽ, A, depictum ſit cor-
porale, magnum, longũ, latum et ſpiſſum
aut exprimitur ſonoroſe; attamen in tua
mente nec corporale eſt nec magnum
uel paruum &c, nec ſonorum: ſed ſtat in
tua fantaſia abſque omni corporali acci-
dente. Alia deniq; corporalia per te exco-
gitata uel intellecta uel cõcupita in te tra-
huntur ad formam ſpiritualem: prout di-
xi, ſupra 28. § 3. Hoc pacto corpus Chri
ſti neq; longum neq; curtum, neq; magnũ
neq; paruum eſt: ſed totum ſpirituale &
ſub parua hoſtia contentum, nullum ibi
locum occupans. Sicut ingens ædificium
aut caſtrum, quod inſpicis, cum ingenti
ſua mole, in parua pupilla tui oculi exiſtit
abſq; omni mole: ſic conformiter infini-
tum Chriſti corpus eſt ſpirituale ſub cor-
porali & finita hoſtia ſeu forma panis cõ-
tentum: quo a deo poſſit impetrari homi
ni uita ſpiritualis & gratia diuina. Sicut
homo realiter maſticat & deglutit hoſtiã:
ſic Chriſtus hominem manducantem iu-
ſtificat & mergit in ſpirituale corpus ec-
cleſiæ: ubi dominus IHESVS ad ſe tra-
hit animam hominis, ut decætero inhæ-
reat corpori Chriſti & abneget corpus
Adę. Homo itaq; unitur & incorporatur
ſpirituali corpori Chriſti, nempe eccleſiæ
catholicæ: cuius caput Chriſtus eſt: qui-
cunq; igitur militat ſub capite, is ſaluatur
in corpore.

9 ¶ Ex legitima corporis Chriſti ſumptio-
ne proueniunt multi boni fructus: quorũ
quinq; notabo. Primo per iſtud ſacramen
Luc. 22 tũ ſit memoria Chriſti, nobis præcipientis
ut hoc faciamus in ſui cõmemorationẽ.
Quæ ſit triplici uia: nempe Chriſtum dili
gendo: eius paſſionis recordando & ſuã
doctrinam ſequendo. Secundus fructus
eſt: gratia huius ſacramenti hominem in
teriorem uegetat atque mundat; nam ſi-
cut humanus ſpiritus eſt corporis uita na-
turalis: ſic corpus Chriſti humani ſpiritus
uita eſt gratioſa. Et ſicut per inhibitũ cor-
poralem cibum mors in hominem introi-
uit, ſic per inſtitutum ſpiritualem cibum
homo reuiuiſcit. Et ſicut Adam in mortẽ
cecidit, manducans de ligno prohibito, in
medio paradiſi ſtante; ſic uitam conſer- Gene. 2
uaſſet, ſi loco eiuſdem ligni prohibiti, co- post princ.
mediſſet de ligno uitæ, ibidem in medio
paradiſi exiſtẽte. Tertius fructus eſt: poſt
q̃ humanus ſpiritus in baptiſmo renatus
& in confirmatione ſtabilitus eſt: oportet
ut ulterius non ſit ĩbecillis nec lacte egeat
& paruulus ſit: ſed iuxta Pauli doctrinã, Heb. 5 in fi.
ſumat ſolidum cibum perfectorum, prę-
cipue Euchariſtiæ ſacramentum: quod
humanum ſpiritum nutrit & ſatiat. Hinc Psal. 22 in prin.
Dauid loquitur: Nihil mihi deerit: in loco
paſcuę ibi me collocauit. Quarto condu- Psal. 103
cit hoc ſacramentum ad cordis reſocilla- Nume. 11 post prin.
tionem: ueluti Dauid ulterius ait: Panis
cor hominis confirmet, nam de cœlo de-
ſcendebat ros unacum manna. Ideo ſa- Sap. 16 ante fi.
piens ad dominum: Angelorum eſca nu
triuiſti populum tuum & paratum panẽ
de cœlo præſtitiſti eis ſine labore, omne
delectamentum in ſe habentem & omnis
ſaporis ſuauitatem. Quinto per deuotam
ſumptionem huius ſacramenti remittun-
tur peccata uenalia, iuxta ratam deuotio-
nis. Igitur poſt orationis dominicæ clau- Matth. 6
ſulam, panem noſtrum quottidianum da
nobis hodie, ſtatim ſequit: Et dimitte no-
bis debita noſtra: intelligit: quẽadmodũ
quottidie peccamus & eo tui debitores ſu
mus: ita dimitte nobis debita noſtra pro-
pter tui corporis ſyncerum panem: cuius
quottidie indigemus.

¶ Notandum: Communione Euchari- 10
ſtiæ remittuntur uenalia, non mortalia
peccata: quæ abſq; contritione & debi-
ta pœnitentia minime relaxantur. Cor-
poralis quidẽ cibus uel medicamen ęgro
tum reficit: mortuum aũt non reſuſcitat.
Spiritualis igitur cibus releuamẽ eſt eius
qui peccatis & debitis ægrotat & nondũ
mortuus eſt in peccatis. Siquidem
mortalis peccator pœnitendo reuiuiſcit:

tunc mortalia fiunt ei uenialia & ſumptio ſacramenti euchariſtiæ conducibilis. Porro poſt peccatū remanet in homine macula: quæ eius mentem offendit & continue magis incitat ad malam concupiſcentiā & uoluptatē: hoīs inde mens obfuſcatur & impeditur, quominus quiete & integre Chriſto adhæreat, Ideo porrigitur ei ſacramentū corporis Chriſti: quo ſpiritus hominis purificetur & reficiatur: ſua macula & mala inclinatio tollatur uel ſubleuetur: necnon bona inclinatio & ſalutifera modulatio in hominē inducatur: Nam quod ſacramentum pœnitentiæ non delet, hoc euchariſtiæ ſacramentum reſarcit: eadem enim ambo ſacramenta, in remiſſione peccatorum & perpetuę pœnæ, pariter in extinctione reatus & debiti, ſimul fortiter operantur ad purgandum & innouandum hominis ſpiritum, uelutí baptiſmus ſolus hominem innouat, Quam-
c.64.§.7 in prin. obrem nemo in peccatis mortalib. ſacramentum hoc ſcienter ſumat: alioquin iniuriatur Chriſto & eius ſacramento. Nā ſicut mortuum funus abſque illuſione nō eſt cibandum corporali cibo: ſic peccator apud deum mortuus, non eſt communicandus ſpirituali cibo, anteq̄ per pœnitentiam a morte reſuſcitetur: tandem ſpiritualis cibus ei utilis eſt atq̧ conducit: qui alias eſt ei iudicium ad damnationem. Quid
1.Cor.11 cōmodi afferat deuota Euchariſtiæ ſumptio, enumerat Bernhardus dicens: Corpus Chriſti eſt ægrotis medicina: peregrinantibus dieta: debiles confortat: ualentes delectat: languorem ſanat: ſanitatem ſeruat: fit homo manſuetior ad correptionem: patientior ad laborem: ardentior ad amorem: ſagatior ad cautelam: ad obediendum promptior: ad gratiarum actionem deuotior.

SEXAGESIMVM NONVM CAPITVLVM. De calice extra Miſſam non ſumendo.

Circa altaris ſacramentum attendenda ſunt duo. Vnum quid ſpecies panis & uini ſignificet: alterum, quæ uis ſit in eodem ſacramento. Imprimis altaris ſacramento ſignificatur ſacrificium: quod dominus Iheſus ſuo corpore in cruce deo obtulit cum effuſione ſanguinis: qui quidem ſanguis totus una cum ſanctiſſima Chriſti anima ab eius corpore effluxit. Ideo dominus ordinauit ſuum corpus & ſanguinem in Miſſa cōſecrari & ſumi ſub ſpecie panis & uini. Porro ſpecies panis refert nobis exangue corpus Chriſti: ſub ſpecie uini intelligitur
ſanguis: in quo eſt anima Chriſti. Quippe iuxta ſcripturam, anima carnis eſt in ſanguine. Eadem ſignificatio hauritur ex Leui.17
hoc fundamento: Humanum genus non potuit iure ſaluari: niſi dominus Iheſus, ſecundum ritum Aaronis, offerret ſuum De conſec. Diſ. 2. cum perimus.
corpus ſanguinemq̧ effunderet: quo pro noſtris peccatis ac debitis ſatiſfaceret deo c.65.§.8
q̄ nos reconciliaret, iuxta ſcripturam: Sine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. Id ipſum Chriſtus in cruce conſummauit. Hebre.9 ante fi.
Verum in ueteri teſtamento per crebrā hoſtiam pacificorum & ſanguinis fuſionē in oblationem domino ſacrificandam, ſignificata eſt atq̧ p̄figurata Chriſti paſſio in cruce ſecundum ordinē Aaronis corporaliter conſummanda. Ad memoriam igitur eiuſdem corporalis ſacrificij iam conſummati inſtituit dominus altaris ſacrificium ſecundum ordinem Melchiſedech, ſub ſpecie panis & uini ſacramentaliter celebrandum. Leui.3 in prin.

¶ Quod quidem altaris ſacrificium ſolis presbyteris commiſſum eſt, nempe facultas celebrandi Miſſam: offerendi panem & uinum ac uirtute uerborum conſecrandi in corpus & ſanguinem Chriſti: necnon uice eccleſiæ & ſuorum membrorum, ſumendi ſacramētum ſub utraq̧ ſpecie, ad memoriam ſcilicet corporalis ſacrificij, quod Chriſtus in cruce obtulit: uelutí in Paulo continetur: Hoc facite: quotienſcunq̧. n. manducabitis panem hunc 1.Cor.11 circa fi.
& calicem bibetis, mortem domini annūciabitis donec ueniat. Quicquid ibi Paulus de altaris ſacramento diſſerit, refertur dumtaxat ad diſcipulos: cum quibus ſolis ſub cęna dominus locutus eſt: ideo eius 2.

uerba & facta (quæ Paulus recenſet) diriguntur ad ſacerdotes ceu diſcipulorum ſucceſſores & minime trahi debent ad Laicos: quibus dominus dicere non potuit: hoc facite quotienſcunque bibetis, in meam commemorationem: ſiquidem facere eſt ſacramentum conſecrare: quod presbyteris, non Laicis, conuenit. Ad quod Pauli uerba referuntur quod CHRISTVS presbyteris, non laicis, præcepit ſacramentum altaris ſub utraque ſpecie conſecrare & ſumere. In Miſſa igitur ſoli conſecranti, uice eccleſiæ, licet calicem ſumere. Quod dominus in Mathæo iuſſit oẽs ex calice bibere: non taxauit homines uniuerſos, ſed cunctos apoſtolos eotunc ſolos præſentes: illi omnes (alias nemo) ex calice biberunt, iuxta Marci Euangelium. Poſſunt præterea dicta Mathæi uerba exponi: ut omnes homines ex calice bibere, hoc eſt, participes fieri, debeant effuſionis ſanguinis, ſignificati per calicem: qui in altari offerendus eſt per ſacerdotes pro tota fidelium communione. Nam illa uerba: Hic calix nouum teſtamentum in meo ſanguine, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum: non ſunt prolata de potatione calicis, ſed de paſſione domini: nec hic pro calicis potatione remiſſio peccatorum promiſſa eſt, ſed dumtaxat pro ſanguinis effuſione: quam principaliter penes Miſſam, ac alias ubique deuote contemplari debemus.

Math.26

Mar.14

Math.26

3. Johan.6 ante A. ƒ.5.6 ¶ Similis expoſitio fieri poteſt illius ſententiæ: Niſi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius ſanguinem, non habebitis uitã in uobis. Per manducationẽ intelligit ut Chriſtũ diligamus: per bibitionẽ ut, eius paſſionẽ contẽplemur: acſi dicat dominus: Niſi participes ſitis ſacrificij mei corporis & ſanguinis: alioquin ſpiritualiter non uiuetis. Nam ſacrificium quod Chriſtus ſemel in cruce actualiter obtulit & ſæpe in altari ſacramentaliter repetit: a morte homines redimit & uitam eis præſtat. Præmiſſa igitur dñi verba ſunt trahenda ad miſſam: in qua ſub utraque ſpecie ſacramentũ altaris ſumitur. Atqui in eiſdẽ uerbis mentio fit non uini ſed ſanguinis: qui tam ſub ſpecie panis quam ſub uini ſumit. Quo ad corpus Chriſti eſt manducatio: quoad ſanguinẽ eſt potatio. Extra miſſam ſub una ſpecie eſt tantum uirtutis, frugalitatis & operationis, quantum ſub utraque, nẽpe totus Chriſtus cũ eius carne & ſanguine, cum anima & deitate. Sub ƒ.5.104 ſolo igitur pane omne id porrigitur quod ſub utraque ſpecie porrigi poſſet: excepta ſignificatione: quæ eſt corporis Chriſti per panem & eius ſanguinis per uinum. Quę quidem ſignificatio non extra miſſam locũ habet ſed in miſſa: quæ celebratur ad memoriã et ſignificationẽ paſſionis Chriſti: in qua omnis ſanguis a corpore ſeparatus eſt. Ea intentione ſacerdos loco eccleſiæ offert & ſumit ſeparatim utranque ſpeciem: ad repræſentandum quod dñs Iheſus tam ſuum ſanguinẽ quam corpus quottidie impertit eccleſiæ & ſuis membris cũ continuo influxu ſui meriti. Cuius meriti & calicis quilibet particeps fieri poteſt qui deuote intereſt miſſæ uel eã celebrari bona fide procurat. Quocirca ei calicis ſumptione actuali minime opus eſt. 4.

¶ Secũdo principaliter conſiderari oportet: qua efficatia ſacramentũ altaris operetur? Notum eſt, omnes humanos ſpũs infectos eſſe atque diſperſos per commune corpus Adæ: qua de re neceſſarium eſt eoſdem ſpiritus congregari & ſaluari in alio corpore: quod eſt Chri Iheſu & ſui ſacramenti ſub ſpecie panis. Qui quidem cœleſtis panis tantã uirtutẽ obtinet ut in ipſo omniũ hominũ ſpũs uolũtarie conuenire & mutuo ſe unire ualeant: prout oẽs ſpiritus naturaliter coniunguntur corpori Adæ: ſed rurſus per idem corpus abinuicem ſeparantur. Quobrem dñs Iheſus ſui corporis iſtituit ſacmentũ ut in eo oĩm hominũ ſpũs cõueniãt & calicis meritũ acquirãt: alioquin hoẽs non conueniũt ĩ calice pro nobis effuſo: nec extra miſſã ex calice bibendum eſt aliter quam ut eiuſdem calicis & paſſionis Chriſti participes fiamus per præmeditationes & opera bona ac per ſedulas contemplationes: præſertim ſumendo ſacramentum corporis Chri: quod ſua paſſione pro omnib. hominib. ſatiſfecit.

Cuius tamen ſatisfactionis participatione priuantur iniuſti, potiſſimum rei criminis commiſſi. Idcirco dominus oſtendit ſe Marci 14. calicem effuſurum pro multis, non pro omnibus. Porro multi etiam qui calicem domini realiter non ſumunt, tamen non excluduntur ab unitate corporis eccleſiaſtici nec a merito & ſanguine Chrī: quoniam ſacerdos loco eccleſię ſumit calicē pro omnibus membris eccleſiaſticis, maxime pro participibus Miſſæ. Qua quidē celebrantis ſumptione gaudere poſſunt omnes ueri Chriſtiani.

5. ¶ Iam dicta ſententia elicitur ex hoc Pauli 1.Cor.10 in me. c.66.§.8 dicto: Calix benedictionis cui benedicimus, nonne cōmunicatio ſanguinis Chriſti eſt? & panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini eſt? quoniam unus panis & unum corpus multi ſumus (nempe omnes Chriſtiani) quaſi dicat Paulus: communicatio ſanguinis uel potatio calicis eſt noſtri ſaluatoris Iheſu Chriſti: participatio autem panis eſt eorū qui cum Chriſto unionem & communionem habent. Paulus non ponit nos eſſe unum calicem uel uinum: ſed unum panem & corpus: nempe ut noſtri ſpiritus ſint uniti cum Chriſti corpore: quo erimus participes paſſionis & ſanguinis Chriſti. Calix itaq; deſtinatus eſt ad impetrandum Chriſti meritum, non ad uniendum humanos ſpiritus: ad quod Chriſti corpus conducit. Quobrem calix extra Miſſam nemini tradendus eſt, ſed per ſolum celebrantem, tanquā deputatum eccleſiæ miniſtrum, in Miſſa benedicendus & ſumendus: ad memoriam ſcilicet & repetitionem effuſi ſanguinis & ad impetrādum meritum Chriſti, necnon ad cōmonendum circumſtantes ut recordati deuote pertractent Chriſti paſſionem. Quatenus ſacerdos cōſecrat & miniſtrat: Chriſtum repræſentat, quatenus autem ſacramentum in altari ſumit: eatenus gerit uicem plebis & eccleſiæ.

6. ¶ Saluator noſter exemplum eſt non porrigendi calicem extra Miſſam: nam in ſua Miſſa, nempe in cœna, dumtaxat ſub utraq; ſpecie ſacramentū ipſe prius ſumpſit, deinde ſolis apoſtolis dedit, dicens: exemplum dedi uobis: extra cęnam autem calicē porrexit nemini. Ad cuius inſtar eccleſia nullum præter celebrantem Johan.13 post prin. calice potat, exceptis Epiſcopis cōſecrandis. Nam quando in cęna dominus apoſtolos ſub utraq; ſpecie communicauit, eo tunc in Epiſcopos conſecrauit, concedendo eis facultatem legēdi Miſſas aliosq; ordinandi presbyteros. Hinc eccleſia ſtatuit ut Epiſcopi conſecrandi unacum conſecrante ſimul Miſſam celebrent & ſub utraq; ſpecie ſacramentum altaris ſumāt. Intellecta itaq; cauſa cur extra Miſſam nō doceat ſub utraq; ſpecie cōmunicari: Videamus nunc exempla. Equidem dominus Iheſus in ſola cęna: ceu Miſſa ſua, ſacramentum ſub utraq; ſpecie porrexit. Extra eandem cęnā frequenter ſub ſola panis ſpecie hoſtiam dare conſueuit. Cui exemplo eccleſia innixa, extra Miſſam dumtaxat pane conſecrato utitur. Nam dominus dum in cęna calicem apoſtolis dederat, ad eos dixit: Non bibam Mat.26 Mar.14. ammodo de hoc genimine uitis uſq; in diē illum, cum illud bibā uobiſcum nouum in regno patris mei. Hæc uerba de ſacramento calicis ulterius non porrigendi prompſit dominus: qui alioquin extra cęnam frequenter fregit panem abſq; calice: præcipue in Emaus: ubi Iheſus accepit panem & benedixit ac fregit & porrigebat duobus diſcipulis: Lu.24 poſtea euanuit ex oculis eorum: unde præſumitur calicem non fuiſſe eis porrectum, & per panis fractionem proprie intelligitur corporis ſacramentum, iuxta Pauli expoſitionē. 1.Cor.10 in me.

7. ¶ Deinde creditur Chriſtum omnibus diſcipulis ſacramentum panis dediſſe, quando iuſſit eos uenire & ſecum prandere: Joh.21 in me. nulla ibi calicis mentione facta, per prandium præſumitur communicatio extra Miſſam ſub ſpecie panis tantū: ſicut per cęnam intelligitur Miſſæ celebratio ſub utraq; ſpecie. Tandem Iacobo apoſtolo: qui mortuo Chriſto uouit cibum ſe non ſumpturum donec uiderit Chriſtum a mortuis ſurrexiſſe: apparuit dominus, panem accipiens, frangens ac porrigens Iacobo,

cobo, dicens: frater manduca quia filius hominis iã a mortuis ſurrexit:nil de calice commemorans. Idipſum Hieronymus teſtatur in quodam Hebraico euangelio
1.Cor.15 in prin. deſcriptum eſſe. Similiter & Paulus aſſirmat ꝙ dominus deide uiſus eſt Iacobo. Preterea idem Paulus extra miſſam por-
Actu.27.c. ante fi. rexit ſacramẽtũ ſub ſola panis ſpecie,quã do ſuos comites rogabat ſumere cibum pro ſalute ſua & ſumens panẽ gratias egit deo in conſpectu omniũ: & cum fregiſſet cœpit manducare & ipſi comites aſſumpſerunt cibum. Ibi nihil de calice. Simi-
Actu.2. in fi. liter & omnes apoſtoli fecerunt, ut in eorum patet actibus, ꝙ Chriſtifideles erant perſeuerantes in doctrina apoſtolorum & cõmunicatione, ac fractione panis,i. in diſtributione ſpiritualis cibi: tacito potu & calice. Quamobrem in eccleſia ordina-
Deut.8. in prin. tum eſt,intra & extra miſſam panẽ cœleſtem edi, iuxta ſcripturam: Dominus dedit tibi cibum manna,quem ignorabas tu & patres tui,ſ.ueteris teſtamenti: ut o-
Mat.4. in prin. ſtenderet tibi ꝙ non in ſolo pane.ſ. materiali,uiuat homo,ſed in omni uerbo quod egredit̃ de ore dei:nempe ſacramentũ panis Chriſti:qui ꝓcedit de deo ęternaliter.

8. ¶ Quod abſ q̃ uino ſed non abſ q̃ pane ui-
Iohan.6. poſt prin. uere poſſimus,uerbo & facto demõſtrat dñs: Qui quinq̃ panibus pręter uinum cibauit & ſaturauit quinq̃ milia hominum:ad demonſtrandum panis ſacramẽtum abſ q̃ calice ſufficere pro ſpirituali nutrimento omniũ hominum. Hoc paſtu ſumpſit dominus occaſionem plura dicendi de eſu ſuę carnis: quam panem ap-
Ioha.6 pellauit,aiens: Panis enim dei eſt qui de cęlo deſcendit & dat uitam mundo. Et infra: ut quis ex ipſo manducauerit, non moriatur. Hic Chriſtus uini non meminit,ſed ulterius dicit: Ego ſum panis uiuus qui de cœlo deſcendi:ſiquis manducauerit ex hoc pane,uiuet in ęternum:& panis quẽ ego dabo,caro mea eſt,pro mundi uita. Nam caro Adæ per ſuam animam infecta eſt abſ q̃ ſui ſanguinis effuſione. Ita quoq̃ tuam animam ſaluat do-
Mat.6 minus abſ q̃ calice. Quocirca docemur orare pro pane quottidiano,non pro uino ſine quo,non autem ſine pane, uiuere ualemus. Plerię omnem uitam ſuam abſ q̃ uini uſu egerunt. Chriſtus igitur uſum neceſſarij cibi ſpiritualis inſtituit ſub ſpecie ſolius panis: quo intelligatur: quẽadmodum mortale corpus materiali pane (quo nemo carere poteſt) eſt ſuſtentandum: ita immortalis anima pane Chriſti, nempe ſacramento ſub ſpecie panis, eſt neceſſario paſcenda,iuxta ritum eccleſię hactenus obſeruatum. Inſpecto Pauli documento ut agnum paſchalem epulemur i azimis ſynceritatis & ueritatis: quo 1.Cor.5.
niam unus panis & unum corpus multi ſumus. Ecce Paulus in paſchali cõmu 1 Cor.10
nione ſolum panem ſtatuit, non etiam calicem. Quo olim nonnulli epiſcopi & De conſ. diſt.2. comperimus.
ꝑſbyteri ducebantur in miſſa a calice abſtinere: quos Gelaſius reprehendit.

¶ Obijciunt quidam maliuoli, Quomodo olim, forſitan poſt apoſtolos,(qui ſub 9.
ſolo pane ſacramentũ Chriſtifidelibus miniſtrauerunt) nõnulli antiqui patres plebẽ ſub utraq̃ ſpẽ cõmunicari admiſerint. Quibus reſpondetur, non reperiri pręceptum ut Laici calicem ſumant Etſi appareat,olim in quibuſdã locis conſuetam fuiſſe calicis diſtributionem: huius tamen uſus neq̃ initium neq̃ fundamentum reperitur. Proculdubio eo tempore fuit dubitatum,an ſub utraq̃ ſpecie ſacramentum porrigendum fuerat,nec ne: quod quidẽ dubium ex euangelio Iohãnis emerſerat. Iohan.6. ante fi. & 5.9. in prin.
In dubio autem tutior uia eſt eligenda: eo fortaſſis dicti antiqui patres ęſtimarunt tutius eſſe aliquid,ſuperflui admitti,quã aliquid neceſſarij omitti: donec eccleſia ſpũ. ſancto edocta conſuetudinẽ calicis extra miſſam ſumendi ſuſtulit. Potuit deniq̃ martyrum ſanguis innocenter effuſus cauſam pręſtitiſſe ſumendi ſanguinis ſacramentum extra miſſam tamdiu donec Chriſtiani fuerunt pacificati. Poſtea ſine dubio ſpũſſctũs eccleſię manifeſtauit,calicis ſumptionẽ extra miſſam eſſe ſuꝑfluã. Ex ꝓcepto igit̃ uel cõſuetudine uel potiſſime ex ſpũſſancti inſtinctu ꝑ uniuerſam eccleſiam catholicã, ceſſauit calicis extra miſſalis porrectio & hactenus omittitur.

inſpectis præmiſſis uerbis & operibus ac exemplis Chriſti.

10. ¶ Conſultum inſuper fuit euitari nonnulla pericula: quæ circa porrectionem uini ſacrati emergere poſſent: utpote ne ſacramentum effundatur uel acetetur: potiſſime ut ueritas reſpondeat umbræ: quia in lege ſoli ſacerdotes de uini libamine bibebant. (Nume. 6, Deut. 32) Calicis itaque diſpenſatio extramiſſalis in tota quaſi eccleſia hactenus intermittitur ubique: excepto ubi diabolus ſuã zizaniam ſeminauit: prout apud Græcos & Bohemos alioſque ſciſmaticos ac modo apud quoſdam theutones: qui ſe friuole de calice extra miſſam ſumendo intromittunt, in contemptum eccleſiæ, ipſiſque ſibi in damnationem. Porro dominus Iheſus æternam uitam promittit, non pro calicis ſed cœleſtis panis ſumptione, dicens: (Joban. 6.) Panis dei dat uitam mundo: Hic eſt panis, de cœlo deſcendens: ut ſiquis ex ipſo manducauerit, non morietur ſed uiuet in æternum. Item ego ſum panis uitæ: qui uenit ad me, non eſuriet, & qui credit in me, non ſitiet unquam. Ecce hic panis cœleſtis extinguit famem & ſitim: quoniam Chriſtus totus ſub utraque ſpecie continetur. (a. f. y.) Qui ergo ſub ſpecie panis communicat, Chriſtum cum corpore & ſanguine recipit. Crebro legitur quod Iudæi hoſtiam cõſecratam malitioſe perforauerint & inde ſanguinem ſtillaſſe: In ſignum ſanguinem contineri ſub ſpecie panis. Singulis ergo perſonis opus non eſt ſumptione calicis: de quo nil aliud promittitur quam eius effuſio in remiſſionem peccatorum eccleſiaſticæ turbæ, uice cuius ſacerdos in miſſa ſumit calicis ſacramẽtum, ad memoriam quod Chriſtus effuſionem & meritum ſui ſanguinis impertit eccleſiæ ſuæ.

11. ¶ Ex præmiſſis finaliter concluditur: Altaris ſacramentum, in miſſa oblatum, ſub utraque ſpecie a ſolo celebrante tractandũ eſſe atque ſumendum, quemadmodum extera exercitia ſacramentalia ad clerũ ſpectant, non ad laicum: ita & miſſæ celebratio & calicis ſumptio. Extra miſſam autẽ eſt idem ſacramentum ſub ſolius panis ſpecie porrigendum: utpote quando petitur tanquam teſtamentũ uel uinculum charitatis ſeu unionis: in paſcha uel alio tempore tanquam ſpiritualis cibus uel uiaticum infirmorum. Cæterum eadem hoſtia extra miſſam tangitur per panis fractionem cuius ſepenumero ſcriptura meminit, eo quod inter Chriſtifideles diuidi ſolet: ueluti in Paulo panis quẽ frangimus eſt participatio corporis dñi. (1. Cor. 10) Præterea altaris hoſtia ſub utraque ſpecie deſignat ſacrificium corporis & ſanguinis domini in cruce oblatum & in miſſa iterum ad memoriã reducendum. Idem ſacrificium calicis nemo extra miſſam ſumere debet, ſed quilibet humiliter deum precari ut per miſſam, ceu memoriam paſſionis Chriſti, particeps fiat eiuſdem paſſionis & calicis Chriſti.

SEPTVAGESIMVM CAPITVLVM. De ſacramento pœnitentiæ.

POenitentia eſt duplex: una ſacramentalis, quæ eſt ipſum ſacramentum pœnitentiæ: altera eſt legittime iniuncta uel ſponte ſuſcepta: quæ cohæret ſacramẽto, licet non ſit pars ſacramenti. De qua pœnitentia ponuntur inferius tria capitula. (f. 74. e 75. cc. 76) Imprimis ſacramentalis pœnitentia eſt medicamẽ contra uulnus: quod homini poſt baptiſmum inflictum eſt actuali peccato. Pro cuius declaratione oportet ponderare ſpiritualem uitam reſpectu uitæ corporalis. Quemadmodum ad temporalem uitam homo ex nihilo creatur & carnaliter naſcitur: poſtea adoleſcit & nutritur: quandoque cadit in pericula uel obſcœna: contra quæ utitur medicaminibus uel emplaſtris uel lotionibus: Ita humanus ſpiritus peccato annihilatus, per gratiam præuenientem promotus, de malo eſſe ad bonum, ſpiritualiter renaſcitur in baptiſmate, adoleſcit in confirmatione & paſcitur ac nutritur corporis Chriſti ſacramento. Iam dicta tria ſacramenta ad ſalutem ſufficerent, inquantum homo poſt baptiſma in labem peccatorum non recideret: prout nullo medicamine

opus

opus eſſet, ſi homo natus nullo recenti morbo laboraret. Cum autem homines in uaria labuntur incommoda: ad reijciendum eadem, ſunt inuenta remedia: quibus corporalis uita conſeruetur. Conſimi-
Luce 15 in prin. li modo Chriſtus inſtituit pœnitentiam ceu ſpirituale remedium contra mortalia damna: in quę homines poſt baptiſmum quottidie peccando incidunt: ut pœnitēdo reconualeſcant & mortem æternam euadant.

2. ¶ Qui modo ſpiritualem uitam & Dei gratiam: in baptiſmo acquiſitam, temerarie peccando perdit: nequit per ſeipſum huiuſmodi deperditam gratiam recuperare neq; ſpiritualiter reuiuiſcere: prout aliquis ſe a corporali morte reſuſcitare non poteſt. Ex quo autem homo baptiſatus membrum eſt Chriſti: qui eius adhuc caput exiſtit: q̄uis ille ſuo peccato ſe conſtituit membrum turpe & ſemimortuum: idem tamen membrū (dummodo a corpore eccleſię nondum penitus eſt abſciſum) poteſt a ſuo capite Chriſto ſalubres capere influentias: per quas gratiam prius deperditam iterum inueniet & ſpiritualiter reconualeſcet: ut tamen homo liberum arbitrium ad deum dirigat & ſe diſponat capacem fieri præcurrentis gratiæ: qua perueniat ad ſacramentalem medicinam ei a Chriſto præparatā. Ad tollendum itaq; peccata requiruntur
Apo.3 duo: nempe gratia dei præueniens, nemini denegata, ſed ſtans ante hoſtium uniuſcuiuſq;. Deinde requiritur alterum: ut ad eandem gratiam homo ſe trahi patiatur et ſuum arbitrium a deo non auertat, ſed in ſe ſinat deum libere operari: alioqn præuenientis gratię capax non fieret. Nā
§.12. §.1 in prin. quemadmodum deus humanum uiuificat corpus, ſimulac in utero matris membratim formatum & naturaliter diſpoſitum fuerit: ita deus peccatorem ſpiritualiter reſuſcitat, ſi is in gremio matris eccleſiæ repertus fuerit capax diuinæ grē: alioquin eadem gratia non conceditur inuito in morte perpetua manſuro. Chriſtus igitur ordinauit pœnitentiam, ceu ſpirituale medicinam, cōtra culpabilem morbum & uulnus hoīm poſt baptiſma cōtinue cadentium in ſui mortalitatem & dei iram.

¶ Etſi pœnitentia in cathecuminis non operetur ſacramentaliter, eiſdem tamē eſt 3.
neceſſaria: ideo præcepta omnibus hominibus baptiſatis & non baptiſatis: Iohanne ante baptiſmum prædicante: pœnitentiam agite in remiſſionem peccatorū, appropinquabit enim regnum cœlorū. Huiuſmodi pœnitentia fit interiori contritione cum diſplicentia facinoris perpetrati. Math.3 Luce 3 in prin.
Eadem tamen contritio non ſacramentū ſed naturalis dolor eſt etiam ante baptiſmum neceſſarius. Nimirum legalis homo nunq̄ contriſtari ceſſat: quin quoties ſua malefacta in mentem occurrunt, toties de eis conteritur & ſponte pœnitet. Si quidem pœnitentiam ſpontaneam primitus Iohannes: poſt eum dominus Ieſus contionando præcepit: tandem per Math.4 in me.
Apoſtolos & eccleſiam inſtituit pœnitētiam ſacramentalem. Porro naturalē dolorem quis concipit poſt commiſſum facinus, forſitan luxuriæ uel homicidij uel alterius inſignis damni illati proximo: quē modo exulē conſpicit & ei compatit̄ cum dolore. Huiuſmodi compaſſionis dolor in nr̄a ptāte nō exiſtit: ideo nō eſt meritorius: niſi aliq̄s patiēter doleat & ſpōte mali facti pœniteat: tūc eidē naturalis triſtitia ꝓdeſt ceu uolūtaria pn̄ia: quę in hoīs arbitrio cōſiſtit & in ipſum ex diuina gr̄a ꝓfluit.
¶ Inſuper ſaluator noſter eſt ſpiritualis medicus, interiorem hominē curans per exteriora ſigna & materialia ſacmentorum: quæ ſenſibilibus operationibus & intelligibilibus uerbis ſignificant interiores operationes ſpūales: Excepta pœnitentia: in qua, loco ſenſibilis materiæ, utimur uerbis intelligibilibus, tanq̄ uiſibilibus ſignis remiſſionis peccatorū: quam quidem remiſſionem in homine interiori operatur diuina gratia. Quippe uerba pœnitentiæ ſunt duo: unum eſt uerbalis confeſſio: qua interior confitentis contritio & peccatorum expulſio repræſentatur: alterum uerbum eſt confeſſoris abſolutio: qua indicatur diuina peccatorū remiſſio & gr̄æ cōceſſio. Proinde 4.

recuperatur membrum, quod eccleſię in baptiſmo accreuerat, ſed poſtea iterum ce ciderat per peccatum, deo & homini cõtrarium. Quod quidem peccatum, ceu ſuum & dei capitalem inimicum, homo odiſſe debet atq; de domo ſuę conſcientię expellere per bonas cogitationes, locutiones & operationes. Pręcipue homo in ſe ipſo diligenter inquirat peccatũ ceu ſui necatorẽ, atq; perſcrutetur quid & quantum deliquerit: interim ſe exercendo, deprehenſa peccata ꝓfodiat & plectet uerbaliq; confeſſione accuſet: tandem contra ea ſententiã nempe abſolutionem expectet. Demũ per pœnitentiam iniunctam ſeu ſponte ſuſceptam feces & reliquias peccatorum expurget: ac debita, in quibus diuinę iuſtitię obnoxius exiſtit, pro ſua facultate perſoluat: ſed in quantũ non eſt ſoluendo (prout hominis ſors modica eſt) reſiduũ debiti ſperet reſtaurari per ſacerdotis abſolutionem, tanquam ꝑ concluſionem ſacramenti, continentis gratiam & meritum paſſionis Chriſti. Chryſoſtomus inquit. Nemo poteſt gratiam dei accipere, niſi prius purgatus fuerit ab omni ſorde peccati. Item Auguſtinus: Nullus debitę pęnę accipit ueniam niſi ſoluerit pęnam qualemcunq;: ita enim impartitur a deo largitas miſericordię, ut non relinquatur iuſtitia diſciplinę. Neminem putes a quocunq; peccato ſine pęnitentia ad correctionem poſſe tranſire: cũ euangelium pręcipiat pœnitentiã agere. fruſtrareẽ euangelium & uerbũ Chriſti, ſi remiſſionem peccatorum ſine pœnitentia promitteremus: quod & ipſe dominus renuit, ad nos dicens, pœnitentiã agite.

De pe. diſ. I non pōt e c. nullus cũ ſimilibus.

Mat. 4.

5. ¶ Pœnitentia eſt ſecunda tabula nauis eccleſiaſticę: de qua ſupra: & habet tres gradus uidelicet interius cordis contritionem: exterius oris confeſſionem & ſacerdotis abſolutionem, quibus gradibus homo aſcendere habet ad paſſionem & meritum Chriſti: cuius particeps fit in ſacramento: per quod Chriſtus operatur. At uero hac ſecunda tabula difficilius ac

6.60.§.14 in fi.

minus ſecure aſcenditur, quam per primã: quoniã homo (qui a deo ſeparatus erat) totus in baptiſmo redimitur & Chriſto unitur: ideo tota Chriſti paſſio unacum cęleſti ſecuritate baptiſato applicatur ac ſi ipſe paſſus fuiſſet: omnis igitur macula debitumq; remittitur ei ceu innouato naſcenti infanti. Si autem homo poſt baptiſmum in peccatum relabitur: cum a Chriſto eiuſq; merito excluditur & debitor conſtituitur non ſolum ęternę pœnę: ad quam tenebatur ante baptiſmum: ſed etiam pœnæ temporalis unacum ſui commaculatione. Huiuſmodi macula & reatus, in baptiſmo quidem, ſed nõ in pœnitentia abluitur uel remittitur. Nam per pœnitentiam non fit ablutio ſed relaxatio commiſſi & ęternę pœnę, non autem temporalis: quę debetur occaſione maculæ & reatus poſt peccatum relicti. Idipſum repræſentatur exterioribus ſignis utriuſq; ſacramenti uti ſequitur.

Ad hoc. Ca the. deci. c. 4 §. 4. in prin.

¶ Imprimis aqua baptiſmi deſignat baptiſato applicatam fore aquam, ex latere Chriſti emanatam in ablutionem omnium criminum, pro modo immenſi meriti Chriſti, tanquam alieni ſufficientis ſuffragij. In baptiſmo igitur omnia peccata unacum toto reatu tolluntur & abluuntur. Non ſic in ſacramento pœnitentiæ: ubi uirtute paſſionis Chriſti remittuntur quidem peccata & ęternum ſupplicium: ſed non temporalis reatus nec relicta macula: ideo cœlum non ilico aperitur ad pœnitentiam, quemadmodum ad baptiſmum: donec reatus abolitus & omnis macula deleta fuerit. Quæquidem abolitio eatenus fit, quatenus homo per propriam aquam, i. per cõtritionem, confeſſionem, pœnitentiam & operam, uel etiam per alienum ſuffragiũ particeps fuerit paſſionis Chriſti. Equidẽ ad ſacramentum pœnitentię & ablutionẽ peccatorum non eſt opus elementali aqua aliena & exteriori, ſed ſpũali aqua & interiori, nempe contritione: Magdalena enim domini pedes proprijs lachrymis rigauit. Pro menſura huiuſmodi aquæ interioris 6.

Luce. 7 ante fi.

interioris, utpote pro rata contritionis, deuotionis, charitatis & diligentiæ ac pro labore bonorum operum: præcipue pro cōtemplatione paſſionis & crucis CHRISTI: multum uel parum diuinæ gratiæ & meriti conceditur & de reatu remittitur uel de maculis abſtergitur: iuxta euangelium: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum: cui autem minus dimittitur, minus diligit. Quo amplius quis hoſtium ſui cordis erga Deum contritione & dilectione aperit: eo plus luminis diuini ſolis in cor ſplendet.

Luce. 7 in fi.

7. ¶ Itaq; in ſacramento tum baptiſmi tum pñiæ uniuerſa peccata & ꝑpetua ſupplicia abolentur: amplius autem in baptiſmo: ubi etiam abſque oris confeſſione et operis pœnitentia, gratis remittuntur & abſterguntur omnes ſordes unacum reatu temporalium pœnarum: de quibus baptiſatus peccator ſatisfacere tenetur. Quemadmodum Deus hominem gratis creat corporaliter, ita eum gratis recreat ſpiritualiter: eo quod per ſe uel ſuum leuantem carni & ueteri uitæ renunciat ſeſeq; deo deuouet. Hoc quidē uotū frangit actualis peccator: ob id acrius poſt baptiſmum, quam ante plectendus. Ecce maiori pœna corripitur peccator baptiſatus quam paganus: ille enim magno precio ſanguinis CHRISTI emptus, non ſolum ſuum creatorem ſed etiam ſuum redemptorem offendit, erga dominum Deum ingratiſſimus: propterea in duplicatum cadit commiſſum, iuſte bis inidipſum puniendus, nempe ſupplitio temporali & æterno. Inſuper baptiſatus peccator fidem frangit, per ſe uel ſuum leuantem in baptiſmo præſtitam, præſertim peccata & carnis acta euitandi, pompam mundi fugiendi, malignis ſpiritibus recuſandi: nullum eorum promiſſorum obſeruat peccator, coram deo toties fallax & mendax, quoties peccat. Ob cuius fidei fractionem peccata aggrauantur, & pœnæ augentur.

1. Cor. 6 in fi.

ſ. 36. ſ. 1 poſt prin.

ſ. ſ. 8. c ſ. 74. ſ 9 in me.

8. ¶ Sunt præterea aliæ cauſæ, cur quis difficilius poſt, quam ante baptiſmum a peccatis ſurgat. Primo baptiſmus inſtitutus eſt ad liberandum hominem a naturæ lapſu, quem præter uoluntatem incurrit. Sufficit ergo ſponte renunciare carni ueteri & cōterere peccata perpetrata, ut eadem homini baptiſato condonentur uirtute paſſionis Chriſti. Pœnitentia uero inſtituta eſt ad liberandum hominem a uoluntario lapſu: quem poſt priorem redemptionem, contra fidem in baptiſmo præſtitam, ſponte incurrit. Igitur requiritur peccatoris contritio, confeſſio & pœnitentia: & quo plus peccauit, eo magis pœniteat: tunc de nouo, uirtute ſacramēti pœnitentiæ, impartitur pœnitenti meritum CHRISTI. Alioquin ſuſtinebit duplicem pœnam, unam infinitam & perpetuam, quia offendit deum immenſum & æternum: Altera pœna eſt finita & infligenda pro modo culpæ: quā quis contra ſeipſum, ceu finitam creaturam, commiſit: deſtituit enim ſe ſtatu gratię, in baptiſmo acquiſitæ: adimit ſe Chriſto & tradit ſe diabolo. Rurſus alia ex cauſa grauius eſt ſurgere a caſu grāæ per pœnitentiam, ꝙ a caſu naturæ per baptiſmum. Siquidem quo crebrius quis uulneratur, eo maiori cum difficultate ſanatur. Peccatum baptiſati eſt illud uulnus ſæuum & peſſimum ac inſanabile: dę quo in Apocalypſi. Vulnus denique non intellectum tardius ſanatur ait Iheronymus. Item qui multoties dominum ſuum offendit, durius a domino increpatur. Quippe culpa etiamſi remittitur, tamen poſt ſe plerunque relinquit ſordeculam: qua inimicitior eſt dominus erga ſeruum nequam; qui ſecundo tranſgreſſus acerbius uapulabit.

ſ. ſ. 7

Apo. 16 in prin.

¶ Cæterum paſſio Chriſti latius operatur in baptiſmo (ubi homo abſque medio renouatur) quam in pœnitentiæ ſacramento; in quo homo, ſua agilitate mediante, rectificatur. Ediuerſo oportet hominem plus operari in pœnitentia ꝙ in baptiſmo; quo gratis remittuntur omnia peccata unacum æternis & temporalibus pœnis ac reatu poſt peccata relicto; neq; alia ſatisfactione opus eſt; quo. 9.

niam baptiſmus omnem defectum reſartit. In ſacramento autem pœnitentiæ remittuntur quidem peccata unacum ſupplicijs æternis: ſed reatus & macularum ueſtigia manent indeleta. Ea igitur ſunt delenda aut hic caſtigatione carnis & cõtritione cordis ac pœnitentia boni operis: aut illic in purgatorio. Quicquid deeſt facultati pœnitentis, hoc reſtaurat paſſio Chriſti & ſuffragium eccleſiæ. Ad quã quidem temporalem pœnitentiam uel ſatisfactionem in ſacramento pœnitentiæ, non autem in baptiſmo, homo obligatur. Alia tandem differentia inter utrunq; ſacramentum: baptiſmus eſt prima eccleſiæ tabula: pœnitentia ſecunda: de qua ſu-
c.60.ſ.13 pra. Item baptiſmus eſt medicina deorſum purgans: pœnitentia deſurſum: de q̃
c.60.ſ.14 ſimiliter ſupradictum eſt.

SEPTVAGESIMVM PRIMVM CAPITVLVM. De tribus partibus ſacramẽtalis pœnitentiæ.

Sacramentalis pœnitentia tres integras habet partes, nempe contritionem, confeſſionem & abſolutionem: quemadmodum omnis ordinata pœnitentia trifarie commouetur: primitus timore ſeruili generante contritionem. Secundo fide: nam qui credit eccleſiæ & ſuis inſtitutis, facile inducitur ad confitendum. Tertio commouetur aliq̃s ſpe, poſita in ſacerdotis abſolutionem, cõfiſus quicquid in contritione & confeſſione deficit, hoc redintegrari abſolutione. Tandem accedit charitas: ex qua pœnitentiæ opera profluunt. Huiuſmodi triplex commotio oſtenſa eſt in Paulo:
Act.9. in prin. qui fulmine ad terram proiectus cœpit timere ac ſtupere: ſtatimq; credit uerbis Iheſu, confeſſus ſuum exceſſum: de Dei tamen gratia non parum ſperauit, interrogans quid ulterius faciendum ſibi eſſet tandem ex charitate mandatum domini Iheſu uoluntarie executus: præterita ſua mala opera bonis uiciſſim operibus ſedulo ſtuduit adæquare. Hoc reſpectu ordinata pœnitentia triplici diſcernitur parte: eius principium eſt formido & interior attritio: medium eſt fides & exterior confeſſio: finis concludens eſt abſolutio. Pœnitentia uero legittime iniuncta uel ſponte ſuſcepta non eſt ſacramenti pars ſed cohærentia. Præmiſſæ tres pœnitentiæ partes ſunt tres dietæ: quibus in hac uaſtitate itur ad terram promiſſionis, id eſt ad cœleſtem beatitudinem: ueluti ſcriptum eſt: deus uocauit nos: ibimus uiam Exo.3 in fi. trium dierum in ſolitudinem ut immolemus domino deo noſtro.

¶ In tres partes diuiditur pœnitentia triplici cauſa: 2. Prima eſt: quia peccatum incipit in corde: exit de ore & perficitur opere. Iuſtum igitur eſt ut peccator culpam animo deteſtetur: uerbo accuſet; abſolutione deleri appetat: tandem facto puniat. Secundo peccator offendit Deum & eccleſiam ac ſeipſum. Contritione recõciliatur Deo: qui pœnitenti remittit ſupplicium æternum. deinde confeſſione iterum recipitur in filium & membrum eccleſiæ: quæ ſecũ participat grãm ſui theſauri. Poſtea abſolutione confitens adipiſcitur ſacramentum. tandem per iniunctam pœnitentiam & bona opera uel per ſatisfactionem, purgat conſcientiam. Confeſſus deniq; alleuiat pœnam, quam hic aut in purgatorio pro reliquijs peccatorũ ſuſtinere habet. Hinc ait dominus: ego reficiam uos, tollite iugum meum ſuper Math.11 in fi. uos & diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus ueſtris. Tertia cauſa tripartitæ pœnitentiæ eſt deſignata per tres mortuos: quos Chriſtus ſuſcitauit ut ſequitur.

¶ Imprimis dominus in domo ſuſcitauit 3. Iayri filiam, cuius manum tenuit, dicens: Math.9 Luce 8. puella ſurge: & continuo ſurrexit: Significat peccantem in domo cordis ſuæ conſcientiæ: ſi eius manum diuina gratia tenet, ne cœptum peccatum in opus deducat: 1. tũc idem peccator ſurgit a morte per contritionem in domo ſuæ conſcientiæ.

Alter

Lucę 7. poſt prin. Alterum defunctum ſuſcitauit dominus ſub porta:ubi portatoribus ſtantibus acceſſit & loculum tetigit ac ait:adoleſcens tibi dico ſurge:& reſedit qui erat mortuus & cœpit loqui & dedit illum matri ſuæ. Per eundem repræſentatur qui ſuam culpam ore detegit: ſiquidem diuinā gratiā (quæ ipſum præuenit & eius cōſcientiam tangit) acceptauerit & carnales repreſſerit ſenſus,ne in eis culpa ulterius opere perficiatur: maxime ſi ad huiuſmodi admonitionem & ſenſuum repreſſionem,contritionem habuerit: tunc reſurgit a morte peccati:ſed poſtea debet incipere loqui, idest, oretenus confiteri: tandem deus per ſacerdotalem abſolutiōnem reſtituit illum ſuæ matri eccleſiæ.

Ioh.11 Tertius mortuus eſt Lazarus fœtidus et quadriduanus in monumento:ad quem Iheſus uoce magna clamauit, Lazare ueni foras:& ſtatim prodijt qui fuerat mortuus,ligatus manus & pedes inſtitis,& facies illius ſudario erat ligata:dixit diſcipulis Iheſus:ſoluite eum & ſinite abire. Per hunc Lazarum figuratur inueteratus peccator quatuor temporibus anni in cōſuetudine peccandi ſepultus:ad quem dominus per ſcripturam uel contionem: quandoq; per conſcientiam uel aliam admonitionem clamat: O homo ceſſa peccare:ueni foras ad lucem pœnitentiæ. Siquidem is ad Deum conuerſus fuerit, ſtatim reuiuiſcit utpote gratiam & remiſſionem peccatorum adipiſcitur. Nihilominus tamen remittitur oſtentatum ſe ſacerdoti: qui eum ſoluere habet a uinculis & pœnis temporalibus: quibus ligatur,iuxta diuinam iuſtitiam ad ſatisfaciendum ꝓ debitis & maculis peccatoꝝ: tāetſi ad ſuā contritionē perpetua pęna ſit ſublata.

Mat.8. in prin.

4. ¶Quemadmodum commune iudicium criminale tres partes habet, nempe accuſationem,probationem & ſententiam:tandem ſententiæ executionem:ita forus pœnitentię eſt trium partium: nam conſcientia & attritio accuſat peccatum ceu inimicum dei & hominis: uerbalis confeſſio eſt traditio & probatio: ſacerdotis uero abſolutio eſt ſententia: ſuper qua iniungitur pœnitentia,tanquam ſententiæ executio. Cum uero ſolus Deus ſuper peccatis cognoſcere & iudicare ualet: ſui autem eſſentialis tribunalis exercitium in hijs terris per ſe non habet:ſed id ſuis commiſit locumtenentibus,utpote animarum curatoribus,Qui quidem,ceu mortales, hominum corda (e quibus conſcientia accuſationem edere habet) neque conſpicere neque iudicare poſſunt abſque ſcrutinio archani. Oportet igitur hominem articulos accuſationis ſuipſius:pręſertim peracta facinora cum ſuis circumſtantijs, contra ſeipſum uerbali confeſſione diligenter inſinuare ſuo curatori. Qui deſuper cognoſcere poteſt atque facultatem habet, uice Dei iudicandi, non ad mortem: ſicut in iudicio prophano: ubi confeſſus de crimine pro conuicto habetur & ad mortem condemnatur: ſed in hoc iudicio ad uitam iudicatur & a morte perpetua abſoluitur, cui ad ſuam contritionem Deus peccatum remiſit. Pro executione autem dictæ ſpiritualis ſententiæ,perpetua & infernalis pœna commutatur in pœnam temporalem cum iniuncta iuxta qualitatē exceſſuum digna pœnitentia,quicquid in ea minus iniunctum eſt aut alias hic impunitum relinquitur, Hoc in purgatorio complebitur. Siquis autē iudicio eccleſiæ ſe ſubijcere recuſat, arduo iudicio extremo ſubijciēt. Hactenus de trib. pñiæ partib. iudiciarijs: in qbꝰ peccatum tanq̄ latrocinium eſt propalandum corā uicario dei: qui ſuū unigenitū propter nr̄a delicta in mortem tradidit: multo æquius tenemur propter noſtra multiplicia commiſſa noſipſos tradere iudicio eccleſiaſtico & diuino.

15.q.6. De crimine

Romā.4 in fi.

6.28. §.17

5. ¶ Inſuper in ſacramēto pœnitentiæ ſunt duo intrinſece occulta. Primo cordis contritio: qua ſe homo ad peccatorum abſolutionem præparat: alterum eſt remiſſionis gratia homini contrito impartita. Rurſus ſunt duo extrinſece manifeſta: unum quod homo uerbali confeſſione & actuali pœnitentia oſtendit ac manifeſtat interiorem attritionem: qua ex corde odit & affligit peccatum

ceu Dei inimicum. Secundo manifeſta eſt ſacerdotis Dei uicemgerentis, abſolutio expreſſa extrinſecis uerbis, ſonantibꝰ quid Deus intrinſece in homine operetur, nempe remiſſionem peccatorum & relaxationem æternæ pœnæ. Poſtea ſequitur tertium, ſcilicet dignus fructus temporalis pœnitentiæ, hic aut in purgatorio ſuſtinendæ pro debitis & maculis peccatorum relictis. qua quidem pœnitentia confeſſor loco Dei confitentem ligat, quippe huiuſmodi iniuncta pœnitentia inhæret ſacramento, ſed non eſt pars ſacramenti. In ſacmentali adſt pœnitẽtia, etiamſi interior contritio ſufficiat ad impetrandum diuinam gratiam & remiſſionem peccatorum, tamen nihilominus ſequi debet ſacerdotalis abſolutio ad concludendum ſacramentalem pœnitentiam & ad ſupplendum omnem defectum hominis & eius contritionis.

6. ¶ Nemo iactitare ualet de ſua digna uel ſufficiente contritione: ſolus Deus nouit ſyncere contritum eiuſque dignam pœnitentiam & an formaliter an fruſtratorie credat: fatente Paulo: Nihil enim mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum: qui autem iudicat me, dominus eſt. Item: Non qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat. Attamen ſcire quis poteſt an aliquam, an nullam habeat contritionem; an confidat, an diffidat. Firmiter autem credere ac ſperare debet: quicquid in ſeipſo aut ſuæ contritioni, confeſſioni ſeu operibus deeſt: hoc per pœnitentiæ ſacramentum redintegrari & ſibi uſui uenire. Quamobrem nemo ſuorum peccatorum remiſſionem fundat ſuper ſua fide aut contritione; ſuper confeſſione aut pœnitentia; uel etiam ſuper bonis operibus: ſed ſuper ſola gratia diuina cõceſſa infra ſacerdotis abſolutionem ceu concluſionem ſacramenti pœnitentialis; quod uirtutem habet ex merito Chriſti. Sacramento itaq; pœnitentiæ per abſolutionem concluſo, tandem quis non dubitet quin tunc remiſſa ſint ei peccata. Sequens autem pœnitentia, per confeſſorem iniuncta, non eſt pars ſed appendix ſacramenti; non ad tollendum peccata (quæ prius remiſſa ſunt) ſed pro temporali pœna, ablutione & perſolutione reliquiarum, macularum & debitorum quę poſt peccata reſiduantur.

1. Cor. 4 in prin.

2. Cor 10 in fi.

7. ¶ Conditio peccati eſt uelut domeſtici inimici ſe occultantis, ne tradatur, ſed pro libitu in domo graſſetur, donec expulſus fuerit. Peccatum igitur, ceu domeſticum inimicum, expelli oportet atque diſſipari per ſibi contraria. Imprimis mala & ſuperba mens eſt ſupprimenda contritione ceu triſti & humili corde: deinde peccati occulta ſunt deſtruenda & reuelanda, confeſſione uerbali: tãdem uitia ſunt interrumpenda & uincienda per opera uirtutum. Hoc modo peccatum confringitur & depellitur ex corde, ore & manu uel opere. Cum autem peccatum fuerit diſſipatum & remiſſum, ulterius non eſt plectendum ęterna morte uel pęna infernali: quas deus poſt contritionem habitam mox remittit uirtute immenſæ pœnæ: quam Chriſtus pro nobis ſuſtinuit: ſed maculas, reliquias ſeu petias poſt peccata relictas & obligatorias oportet deleri confeſſione ordinata & pœnitentia temporali iuxta qualitatem commiſſi ſuſtinenda.

8. ¶ Enimuero qui ſuum & dei inimicum peccatum non expellit ſed in hoſpitio ſui cordis fouet: plurimum periclitaꝛ, incautus de nece ſibi infligenda a domeſtico inimico: qui ipſum fraudulenter ſeducit & decipit ac tandem prorſus interficit. Quocirca tibi conducibilius eſt tua crimina cum ſcandalo reuelare & confiteri, ꝙ ſilẽtio periculum ęternæ mortis expectare: quoniam alias omnia occulta coram diuino tribunali uniuerſis manifeſtantur & peccatores in cœlo aſſidue accuſantur. Paulus igitur præcipit dicens: Nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, magis autem redarguite, ſcilicet huiuſmodi opera: omnia autem quæ arguuntur, a lumine manifeſtãtur, ſcilicet confeſſione; & omne quod

Johan. 3 in fi.

Ephe. 5 in med.

manifeſtat

manifeſtatur,lumen eſt. Per quod intelligitur diuina gratia: qua indulgetur id quod in confeſſione prolatum eſt. Sequitur in Paulo: propter quod dicit, ſcilicet dominus ad peccatorem: Surge qui dormis & exurge a mortuis & illuminabit te Chriſtus.

Eph. 5. in prin.

9. ¶ Ex præmiſſis clareſcit, ad pœnitentiam ueram tria eſſe neceſſaria. Primo ut pœnitens triſtetur a ſe offenſum eſſe ſuum creatorem & redemptorem. Secundo lamentum & diſplicentiam habeat in peccato, quod eum deturpauit atq; ſpoliauit diuina gratia & bono ſtatu. Tertio credat, confidat ſperetq;, ad ſuam contritionem ſibi remiſſa eſſe peccata æterna. q; ſupplicia. Tum homo ex charitate mouetur perficere ea, quæ ſibi a Deo & eccleſia iniunguntur, utpote ore confiteri, abſolutionem quærere, ſeipſum corripere, libenti animo temporalem pœnitendiam ſubire & pro uirili expedire. Quamuis credendum eſt per contritionem peccata eſſe ſublata, uirtute paſſionis Chriſti: qui morte ſua a perpetua morte nos liberauit ac pro nobis ſatisfecit. Pariter tamē credi oportet q; ipſe dominus non nude abſq; noſtra cooperatione nos redimere uoluit ac ſi nihil agere debeamus: ſed mādauit ut ſecum compatiamur noſtramq; crucem poſt ipſum baiulemus pro noſtris debitis & maculis delendis. Porro defectum noſtræ contritionis, crucis, cōpaſſionis cæterarumque noſtrarum operarum reficit paſſio CHRISTI: qui pro nobis perſoluit quod noſtram facultatem excedit: non quod pro noſtra diligentia exequi ipſi poſſumus. Idcirco ſubire & ſuſtinere debemus pœnam temporalem: carnis caſtigationem ac patienter ferre aduerſa. Verum dominus Iheſus pro nobis ieiunauit, orauit, pœnituit, paſſus eſt aliaue grauia onera ſuſtinuit: ſed cum huiuſmodi oneribus nihilominus præbuit nobis exemplum ipſum ſequendi pro noſtra poſſibilitate. Alioquin dominus quoq; ſolus pro rebellibus aſcendiſſet ſed cœlum poſt ſe iterum clauſiſſet: dicens ad eos, neſcio uos: diſcedite a me. Sequitur modo de prima parte pœnitentiæ.

Luc. 14 ante fi.

Iohan. 13

F. 17. §. 6. F. 74. §. 1 in fi. Luce 13

F. 88. §. 4

CAPITVLVM SEPTVAGESIMVM SECVNDVM.
De Contritione.

CONtritio eſt prima & initialis pars ſacramentalis pœnitentiæ: Quæ ad conſequendum finem & uim ſacramenti omnino requiritur, ut confeſſurus doleat de peccatis præteritis, ſiue dolor ſit abſque uel cum charitate. Dolor ſine charitate dicitur attritio: ut ſi me pœnitet tempus in peccatis male conſumpſiſſe: aut digladiaſſe: quia ſauciatus ſim: uel doleo quod nequeam habere dignam contritionem peccatorum aut conſimili animi moleſtia. Dolor autem in charitate eſt uera contritio: Quæ ita deſcribitur. Contritio eſt dolor ſpontanea mente aſſumptus pro peccatis cum propoſito eadem confitendi & pœnitendi ac de cætero cauendi. Et ſit tripliciter: Primo quando quis graui cura atteritur & anguſtiatur. Alter dolor prouenit naturaliter ex animo perturbato. Tertius aſſumitur uoluntarie. hi duo poſteri dolores appellantur contritio. Primitus attritione & anguſtia, homo admonetur a peccatis deſiſtere: Deinde timore ſeruili, homo commouetur ad uoluntariam contritionem, præſertim ad timorem filialē & dilectionem dei. Hinc ſequitur ordo pœnitentiæ, quam homo libere ſubit. Nam attritio eſt prima admonitio pœnitendi: poſtea contritio naturalis dat occaſionem pœnitendi: uoluntaria uero contritio eſt diligens pœnitentiæ executio. Etenim homo ad pœnitēdum citatur initio aduerſitatibus exterioribus: deinde per ſeruilem timorem intrinſece ſuſcitatum & in filiali timore finitum: tandem homo ad pœnitendum inducitur charitate: quæ in deo incipit ac finit.

2. ¶ Qobrem Iohannes ad dignam pœnitentiam nos uocat, primitus per anguſtiam & horrorem: deinceps per naturalem

Luce 3. post prin. contritionem & timorem, inquiēs: Geni-
mina uiperarū, quis oſtendit uobis fugere
a uentura ira? facite ergo fructus dignos
pœnitentię: Iam eñ ſecuris ad radicem ar
borū poſita eſt: omnis ergo arbor non fa-
ciens fructū bonum, excidetur & in ignē
mittetur. Cōſimiliter dominus Iheſus ſę-
penumero nobis cōminatur cum angu-
Math. 5 in me. ſta attritiōe, utpote cum gehenna ignis &
ęterna damnatione: cum tenebris exteri-
Math. 22 poſt prin. oribus & fletu ac ſtridore dentiū: ut nos
Mat. 10 poſt prin. cōmoueret ad pœnitentiā. Chriſtus de-
niq̧ terret nos plagis, terræ ſodomorū im-
miſſis: ut talibus exemplis compūcti, ſub-
eamus contritionē & pœnitentiam. Ipſe
inſuper pluribus uijs nos monuit cōtritio-
Math. 10 ante fi. nis & timoris domini: qui poteſt animam
& corpus perdere in gehennam. Ex hoc
intelligitur ꝙ ſeruilis timor, in homine cę-
ptus, ducit eum ad cōtritionē & filialē ti-
Luce 15. in me. morem uſq̧ ad deum: qui miſericordia
motus obuiat ei, qui adhuc longe eſt à pa-
tre: ad quem tamen pergit ueluti fidelis
& contritus.

3. ¶ Fides namq̧ importat diuinam iuſticiā
& extremū iudicium: quo fidelis cadit in
Luce. 18. poſt prin. timorem & cōtritionē. Ita publicanus ex
fide acquiſiuit timorem & diſplicentiam
ſuorum peccatorum, faciens dignum fru-
ctum contritionis dicēdo: Deus propitius
eſto mihi peccatori. Eo timore & cōtriti-
one iuſtificatus eſt. Alioquin abſq̧ diuino
auxilio humana caro, ceu pellis inuetera-
ta, ad dei timorē & fructum contritionis
trahi nequit. Cum pſalmiſta igitur ad de-
Ps. 118. p. um clama: Confige timore carnes meas, a
iudicijs eñ tuis timui. Attamen dolor cō-
tritionis non debet ſeruilis permanere: ſed
contritum oportet legittimā pœnitentiā
hilariter & uoluntarie ſubire: nam iuxta
Auguſtini doctrinā, quod quis faceret ſu
am temporalem mortem differendo, hoc
multo lętius facere debet ęternam mortē
cauendo. Nihilominus tamē homo extrin-
ſecus pęniteat cum amaro interiori luctu
acſi filius unigenitus mortuus eſſet: Hie-
Hiere. 6 in fi. remia pcipiente: accingere cilicio & con-
ſpergere cinere, luctum: unigeniti fac tibi
planctum amarū. Penes filium intelligitur
tuus ſpūs: qui peccato mortuus, plangen-
dus eſt: acſi dicat propheta: ex ratione ma
gis debes plangere tua pctā, hoc eſt mor-
tem tui ſpiritus, quam ex natura mortem
tui carnalis filij.

¶ Contritio neceſſaria eſt contra pctm̄ 4.
actuale: non contra originale: id quidem
diſplicere nobis debet eſſe cōmiſſum per
Adam: quem pro ſe & toto humano gene
re pœnituit peccati originalis: cuius ſingu
laris cōtritio uel confeſſio nulli alij homini
iniungitur: cum pter primos parentes ne-
mo cauſam dedit originali peccato: ſed id
in carne quilibet hęreditauit. Vniuerſa cę
tera peccata mortalia ac etiā uenialia ſunt
conterenda pro uiribus cuiuſq̧: qui enim
peccauit delectatus, neceſſe eſt conturba-
tus pœniteat. Cū aūt debili homini ſit im-
poſſibile ſufficientē contritionē & diſpli-
centiam in peccatis habere: quoniam læſo
immenſo deo, debetur immenſa contri-
tio & confeſſio ac ſatiſfactio: quam homo
defectibilis creatura exequi nequit: Ideo
immenſus redemptor noſter Iheſus Chri
ſtus pro nobis & noſtris peccatis præteri-
tis, pſentib. & futuris contritionē habuit,
pœnitentiā peregit, contriſtatus, anguſtia
tus & territus fuit, dicens: triſtis eſt anima
mea uſq̧ ad mortem, ſatiſfecit deniq̧ pro Math. 26
omni defectu noſtro. Hac tamen condi-
tione, ut poſt eum noſtram crucē porte-
mus, ipſum ſequēdo in contritione & pœ
nitentia: ac bonis operibus ſatisfaciendo ꝓ
noſtris commiſſis inquantū poſſumus: nō
ſolum interiori affectu ſed etiam exteriori
effectu: ex quo peccatum interius incipit
exterius aūt perficitur. Pro noſtra inſuꝑ
uirili ubiq̧ deo exhibere tenemur cōgru-
um honorem naturalis debiti.

¶ Porro in contritione ſunt tria .ſ. dolor, 5.
gratia & meritum: quę tria legittime pœ
nitens in eccleſia obtinet. Qui autem im-
perfecte pœnitet, habet dolorē & gratiā
(ſicut Iudas) ſed gratia abutitur & in do- Math. 27
lore deſperat, deo diffiſus: ideo caret me-
rito. Præterea inuidus, de ſui proximi ꝓ-
ſperitate contriſtatus, deſtituitur gratia:
tametſi dolorem habeat ex peruerſo ſuo
arbitrio profluentem. Item animę in pur-
gatorio

gatorio contriſtantur in dolore & gratiæ
qua bene utuntur, forte in charitate erga
deum & in ſpe ſuę redemptionis. Dolor
igitur ipſis redundat in ſolutum debitorũ
& in purgationem macularum ſuarũ: ta-
metſi animę ibi nihil mereantur aliud quã:
quantum, dum hic uiuerent, impetrarunt
uel earum nuic in eccleſia quottidie impe-
tratum fuerit. Item electi in cœlo habẽt
contritionem ſalutiferam; in qua non do-
lorem ſed gaudium & gratiam acquirunt
perpetuo peccatum odientes. ex ea autẽ
contritione illis cœlicis nullum ſingulare
meritum accedit: quia ſuorum meritorũ
prẽmium modo ſunt adepti.

6 ¶ Preterea peccatum committitur ex uo-
luntate & beneplacito: necnon cum de-
lectatione & lętitia: ideo uiciſſim conte-
rendum eſt cum indignatione & diſpli-
centia: cum ęgrimonia & triſtitia. Siqui-
dem tali aſperitate expellitur peccatum,
ceu inimicus dei; ſtatim remittitur uirtu-
te ſacramenti: quod pœnitens ſubſequen-
ter conſequi habet uerbali confeſſione &
ſacerdotis abſolutione: quę concludit ſa-
cramentalem pœnitentiam & remiſſionẽ.
Pœnitentia autem poſtea iniuncta, utpo-
te bonũ opus, caſtigatio corporis uel ſimi-
lis ſatiſfactio, diminuit uel alleuiat reatũ
poſt culpam relictũ. Attamen contritio
pro ſuo modulo ſufficit ac adimplet con-
feſſionem & abſolutionem: inquantũ ho-
mo ſacramentalem pœnitentiam ſeu ſatiſ-
factionem, prẽter ſuam uoluntatẽ & de-
ſiderium, nullatenus conſequi ualeret.
Imo contritio poſſet eſſe tanta, utpote in
humilitate, patientia & charitate taliter e-
xtenſa, ut non ſolum culpa & ęterna pęna
indulgeatur, ſedetiam omnis reatus & pę-
na totaliter remittatur & tollatur. Poteſt
denicꝫ homo in obuenientibus aduerſita-
tibus adeo patiens eſſe uel ſuam carnem
tam acriter caſtigare aut in dei charitate
inflãmari & inimicum dei peccatum ſtre-
nue perſequi: ut ſufficiat ad deletionem to-
tius uel maioris partis debitę pęnę.

7. ¶ Cęterum ad ſolam contritionẽ nõ cœ-
lum aperitur, ſed culpa indulgetur una-
cum ꝑpetua pęna, uirtute paſſionis Chri-
ſti: cuius particeps fit contritus peccator ꝑ
pœnitentiam ſacramentalẽ. Si autẽ ean-
dem pœnitentiam in contemptum eccle-
ſię neglexerit: tunc ſua contritio fruſtrabi-
tur. Si uero habita cõtritione & facta uer-
bali confeſſione, in charitate & patientia
nactus fuerit ſacerdotis abſolutionem: uel
inquantum eandem, poſt adhibitam dili-
gentiam & requiſitionem, conſequi neqt;
nihilominus ei impartitur meritum paſſi-
onis Chriſti: ſed cœlum adhuc non aperitẽ
ꝓpter maculas & obligatiões nondũ dele-
tas. Idcirco pro pœna temporali confeſ-
ſor uice eccleſię iniungit confitenti mode
ratam pœnitentiam extrinſecam. Quicqd
minus in eadem pœnitentia eſt impoſitũ,
iſtud reſtaurabit homo alia uia hic aut in
futuro, iuxta modum ſui exceſſus: aut de
ſuperimpetrandum erit alienum ſuffra-
gium remiſſionis & gratię, uſcꝫ ad ſuffici-
entem acquiſitionem meriti Chriſti inte-
gre ſatisfacientis.

¶ Inter ueram & dignam pœnitentiam 8.
diſcrimen eſt. Iudas traditor uera, ſed nõ Math.27
digna, pœnitentia ductus eſt. Petrũ ama- Luce.22 f.77.§.9 in f.
re flentem ſui mendacij uere & digne pœ- Luce 3
nituit, ſecundum euangelium, facite fru-
ctus dignos pœnitentię. Conſimilis di-
uerſitas eſt iter Nabuchodonoſor & Pha-
raonem ut ſupra. xliij. §. xvij. Veram &
dignam ac ſufficientem contritionẽ habu-
erunt Paulus, Magdalena & nonnulli alij Luce.7
electi: prẽſertim latro in cruce, ad ſuum Luce.23
complicem promẽs; necꝫ tu times deum.
Pariter publicanus pectus ſuũ uerberans
& dicens: deus ꝓpitius eſto mihi peccato- Luce.18
ri; iam fuit digne contritus: cui dominus
ipſe teſtimonium prẽbet ꝙ iuſtificatus de
ſcenderit in domum ſuam; quia deus cor Psal.50
contritum & humiliatum non deſpicit: Psal.146 Dani.3
ſed ſanat contritos corde. Oremus igitur ante me.
cum Daniele ad dominum: ut in anima
cõtrita & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur.
Atqui ſola cõtritio necꝫ digna eſt necꝫ ſuf-
ficiens ad impetrandam abſcꝫ ſacerdote
relaxationẽ peccatorum, quibus homo ſe
irretiuit: Chriſtus eñ huius ſacramenti po
teſtatem dedit ꝓ̃sbyteris in ꝑſona apoſto- Mat.18
lorũ: ad quos inquit: quodcunqꝫ ſolueritis,

erit ſo-

erit ſolutum: nam ſi peccatum indulgeretur & omne debitum remitteretur ſola contritione uel fide (quemadmodum falſarij modo prędicant) ſuperflui eſſent ſacerdotes ac dominus Ihesus ad diſcipu
Johan. 10 los .i. ad ſacerdotes uafre dixiſſet: quorum remiſeritis peccata, remittũtur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. His uerbis Chriſtus ſacerdotibus plane conceſſit facultatem remittendi peccata & ligandi uulnera peccatorum. inſtituit quoq; confeſſionem uerbalem: ſine qua impoſſibile eſſet confeſſori aliena delicta ſcire aut remittere aut retinere; niſi et huiuſmodi delicta reuelentur.

9. ¶ Eccleſiaſtica igitur forma pœnitentię eſt ut pœnitens uera conuictione ac firma fide (etiamſi non eſt ſufficienter formata) omnia mortalia ſibi nota primitus doleat: poſtea oretenus confiteatur ſuo Curatori poſt cuius abſolutionem confeſſus conſequitur diuinam gratiam: qua fides, contritio, ſpes & charitas (quę prius fuerũt informes ac inſufficientes) modo formantur & per ſacramentum pœnitentię adimplentur ad conſequendum meritum Chriſti & beatitudinem. In huiuſmodi gratiam conſentit Chriſtus: qui alioquin ſacerdotibus nõ conceſſiſſet poteſtatem peccata remittendi: quõm abſq; diuina gratia remiſſio peccatorum fieri nequit. Qui itaq; conterit & odit ac ex ſe pellit peccatum ceu dei inimicum, proponitq; confiteri & legittime pœnitere: is gratus erit domino: Alioquin dei amicus non eſt qui penes ſe uel in ſe dei inimicum retentat, potiſſime cum inimicum, quem homo in ſeipſo generat & nutrit. Peccatum inſuper eſt intrinſecus inimicus hominis: quem ſpiritualiter necat & in ęternam mortem ſeducit. Nõ ſunt truculentiores nec fraudulentiores inimici hominis quam domeſtici eius.
Michee 7 poſt prin. Pręterea peccatum rapit deo ſuam creaturam nempe hominem & tradit eum diabolo. Quocirca interiori contritione, indignatione & diſplicentia eſt extirpanda interior radix culpę: quę plantata eſt in hominis arbitrio, in carnali cõcupiſcentia & in mundana complacentia. Quam quidem radicem, poſtquam eſt euulſa, tanquam uenenoſam homo expuere & tanquam inimicum ſuum domeſticum manifeſtare debet atq; proclamare per cõfeſſionẽ: de qua nunc ſequitur.

CAPITULUM SEPTUAGESIMUM TERTIUM. De Confeſſione & abſolutione.

Secunda pars ſacramentalis pœnitentię eſt confeſſio: qua morbus latens ſpe uenię aperitur. Et eſt bifaria: una mentalis ſeu interior ex natura: altera uocalis & exterior ex lege. Primo tenetur homo iure naturali intrinſeca mente deo confiteri. Quęquidem interior confeſſio in ueteri lege fiebat & ſufficiebat. Deus eni nondum ſe in humanitate manifeſtauerat: ideo eotunc manifeſtum iudiciũ per plagas in populum peccantem exercuit. Conſimiliter antequam homo peruenit ad baptiſmum & fidei notitiam: interea ſacramentalis pœnitentia uel uerbalis confeſſio non eſt ei neceſſaria. Sic prodigus filius patri Luce 15. confeſſus eſt: Sic publicanus ad ſuam Luce. 18. interiorem contritionem & confeſſionem iuſtificatus eſt, iuxta domini teſtimonium. Hinc Gręci aliįue ſciſmatici pręſumunt ex natura ſufficere occultam confeſſionem & coram ſolo deo peccatum accuſari. At poſtquam deus manifeſtam humanitatẽ aſſumpſit: ulterius ſup peccatis manifeſte iudicauit (tametſi aliquando plagas euenire permiſerit pro admonitione uel inchoatione infernalis pœnę) tamen deus pater Chriſto, ceu deo & homini, reſignauit omne iudicium eccleſię: iuxta illud: Neque enim pater iudicat quemquam ſed omne iudicium dedit filio: Et poteſtatem dedit ei & iudiciũ Johan. 5. in med. facere quia filius hominis eſt.

2. ¶ Super iamdicta poteſtate in eccleſia inſtituit dñs Ihesus iudicium ſacramentale, per ſeipſum pœnitentiã pdicando. Mat. 4. In ſuo deniq; receſſu diſcipulis ac eorum ſucceſſoribus animarũ curatoribus mandatum &

datum & facultatem dedit huiuſmodi iu-
Math. 18. dicium exequenti, dicens: Amen dico
uobis, quęcunq; alligaueritis ſuper terrã,
erunt ligata & in cœlo, & quęcunq; ſolue-
ritis ſuper terram, erũt ſoluta & in cœlo.
Eiſdem uerbis dominus dedit animarum
curatoribus poteſtatem peccatores a pec
catis abſoluẽdi & pro debitis relictis pœ-
nitentiam iniungendi: poſtea etiam iuxta
eorum arbitrium remittendi aliquid uel
nihil de pœnitentia iniuncta pro ſatiſfacti
one debitorum: dando eis ſpiritumſanctũ
Iohã. 20 dicens: accipite ſpũmſanctum: quorum re
miſeritis peccata, remittuntur eis: & quo-
rum retinueritis, retenta ſunt. Cum aũt
huiuſmodi remiſſio uel retentio abſq; co-
gnitione fieri nequeat: ideo dominus, dan
do ſpiritumſanctum & per hoc diſcipulos
in p̃sbyteros ordinando, conceſſit eis au-
ctoritatem ſpirituſſancti, nempe officium
cognoſcendi in cauſis culparum. Quod-
quidem officium curatores exercere non
poſſunt abſq; ſcrutinio & diſcuſſione oc-
cultarum culparum cum ſuis circunſtã-
tijs, neceſſe igitur eſt cauſas ipſis innote-
ſcere per uocalem & expreſſam confeſſi
onem. Nam quemadmodũ baptiſmus
& cętera ſacramenta modum, formã &
ordinem habent acquirendi diuinam gra
tiam & meritum Chriſti: ita ſacramẽtalis
pœnitentia modum & iudiciarium ordi-
nem habet, nempe accuſationem, proba-
tionem & ſniam, i. contritionem, confeſſi-
onem, abſolutionem ad impetrandũ gra-
Roma. 10 tiam & meritum Chriſti. Hoc pacto de-
us diuiſit menſuram fidei. Tacite inſup
Iohan. 11 poſt me inſtituit dominus confeſſionem uocalem
manifeſto exemplo: quando ait, tollite la-
pidem & uoce magna clamauit, Lazare
ueni foras: & ſtatim ꝓdijt qui fuerat mor-
tuus. Hinc colligitur obicem cordis eſ-
ſe tollendum & intrinſecum peccatũ exte
riori confeſſione foras prodiendum: quo
homo reſurgere poſſit a ſua morte ſpiritu
ali. Poſtea apoſtoli inſtituerunt uerbalẽ
confeſſionem coram pręsbytero fiendã:
modumq; confitendi ordinarunt uirtute
Math. 8 uerbi Chriſti: Oſtende te ſacerdoti. Quẽ
admodum ſi pater ſub pœna pręcipit ne

filius ueſtem dilaceret: qua poſtea lacerata
pœnam incidit, ſed ueniam petit: quam
pater ei prębet: hac tamen cõuentione: ut
ueſtem reſarciat: alioquin in pœnam rela-
pſurus. Ita deus remittit peccatori pœni-
tenti culpam & pœnam ęternam: hac ta- I. ſ. 4
men conditione ut dilaceratam & conta-
minatam animam coram ſacerdote per di
gnã pœnitentiã redintegret atq; purget. 3.
¶ Eccleſię itaq; ac noui teſtamenti pręce- De pe. diſ.
ptum & uſus habet, deo & ſacerdoti eſſe quidam &
cõfitendum; utpote ſacerdoti loco dei pec circa fi.
catum propaletur. At quãdo loquimur
de publica confeſſione: non eſt intelligen-
da generalis cõfeſſio quę initio miſſę uel
finito ſermone fieri ſolet: uel ut quiſquam
ſe palam omnibus prodat: ſed ad ſuę obe-
dientię oſtenſionem ſe confeſſurum nul-
latenus occultet: in ſilentio autem coram
ſacerdote confiteatur: uti ſcriptum eſt: Eccl 8.
Non omni homini cor tuum manifeſtes. in fi.
Porro uni aut pluribus dei uicarijs tua
peccata aperias neceſſe eſt: poſtquam enim
deus ſeipſum in ſua humanitate maniſe-
ſtauit & in ſuis operibus indies manifeſtat:
exigit igitur ut ſacerdotibus ſui loco no-
ſtram conſciẽtiam pariter aperiamus. Et
inquit Auguſtinus, humiliter ſubeundũ
eſt iudicium ſacerdotis quem dñs ſibi nõ ſ. ſ. 8 in fi.
dedignatur uicarium.
¶ Quamquam contritione peccatum & 4.
ſupplicium ęternum tollatur; macula tamẽ
& reatus non totaliter deletur: quocirca
neceſſaria eſt confeſſio propter obedien-
tiam eccleſię exhibendam. qui autem ec-
cleſiam & eius ſtatutum contemnit & cõ-
fiteri pertinaciter recuſat: illi nuda contri-
tio non patrocinatur neq; peccata remiſſa De pe. diſ. 1
cenſentur. Verumquidẽ Chriſtus le- quis aliquã
proſum ad ſuas preces mundauit: ſed cum cum ſimi-
nihilominus miſit oſtentatum ſacerdoti: libus.
cui nimirum maculas & cicatrices poſt Math. 8 in prin.
lepram relictas, cum oblatione debita, o- Luce 5 poſt prin.
ſtendat & enucleat: quo is deſuper empla- 5. ſ. 2. in fi.
ſtrum .i. pœnitentiam imponeret & ma-
culas radicitus deleret. Conſimiliter pec-
catorem contriſtantem mundat deus: eo
tamen pacto ut ſe unacum ſua contritiõe
interiori exterius oſtẽdat ſacerdoti: nem-
pe ſuam

pe ſuā cōſcientiam uocali cōfeſſione aperiat,& offerat munus,i. obedientiā in exequēdo pœnitentiā iniunctā.Nam etſi deus uerus eſt medicus:per ſuum tamen miniſtrum medelam porrigit. Primam quidem purgationem confert deus:feces autem peccatorum expurgandas ſuis committit miniſtris. Si autem peccator contriſtatus actu confeſſionem conſequi nequiret:pponat ſaltem,data facultate, ſpōte ſe eccleſiæ obtemperaturum: alioquin ſpreta confeſſione ,deus non remittit peccata ſuper triſtitia manca:præſertim ei q recta pœnitentiæ uia non graditur neq morbū ſuum occultū oſtendere conatur.

5. (§. 38. §. 1 ante fi.) ¶ Ex quo peccatum incipitur & concluditur in corde liberi arbitrij ceu in radice: deinde ex corde per os uel ſenſum in opus deducitur,ingroſſatur & adgrauatur diuino igitur inſtinctu eccleſia ſtatuit:poſtquam per ueram contritionem & diuinam gratiam peccatum in corde necatū eſt:ut iſtud morticinium e corde proijciatur & per os euomatur:quo nitidius purgent hominis penetralia per confeſſionē & abſolutionem ac tandem per iniunctā pœnitentiam & ſatisfactionem.Porro habita contritione, deus quidē indulget,ſed hoc addito ut ſponſæ ſuæ eccleſiæ pariter obediatur,præſertim confeſſione uerbali & abſolutione ſacerdotali. Ordo quippe eccleſiaſticus eſt,pœnitentem reconciliari,non ſolum diuinæ iuſticiæ per contritionem in occulto iudicio dei: ſed etiam eccleſiæ per confeſſionem & abſolutionē in manifeſto iudicio conſcientiæ. Etiamſi ſubditus obediat domino,dominus tamē uult pariter obediri ſuæ Cōiugi:quam ſi quis ſpernit,is offendit tam dominū quam (Luce 10.) dominam:iuxta illud: qui uos nempe eccleſiam ſpernit, me ſpernit.

6. ¶ Sane ante Chriſti aduentum uocalis confeſſio non præcepta nec alia ſacramēta inſtituta fuerunt. Atqui in pleriſq; ſcriptis & exemplis ueteris teſtamenti,confeſſio & pœnitentia ſacramentalis ſignificata & figurata eſt:ut patet in ſequentibus. (Pſal. 37) Im primis pſalmo.xxxvij. Dauid ſeipſum corripit q factus fuit ſicut homo non habens in ore ſuo redargutiones:ſed paratus erat in flagella & dolor in conſpectu ſuo erat ſemper: ac dixit: iniquitatem meam annunciabo,i. oretenus confitebor.Quod & fecit,ad deum locutus:delictum meum (Pſ. 31) cognitum tibi feci & iniuſtitiam meā non abſcondi: dixi , confitebor aduerſum me iniuſtiam meam domino. Non q ſufficiat confiteri ſoli deo:cui alias omnia ſunt apta & quem nulla latet cogitatio, ſed nouit (Job 42. in prin.) omnem conſcientiam & ſecretum hominis: ideo minime opus eſt quicquam deo confeſſione manifeſtari. Dicta igitur Dauidis prophetia figurauit, in nouo teſtamento ſacramentum pœnitentiæ inſtituendum fore ac neceſſarium ut ſacerdoti loco dei,uerbali confeſſione peccata manifeſtentur.

7. ¶ Subinde ſcriptum eſt in Leuitico: (Leuit. 5. in prin.) Si peccauerit anima,niſi indicauerit, portabit iniquitatem ſuam.Et infra:oblitaq; poſtea intellexerit delictum ſuum, agat pœnitentiam pro peccato,orabitq; pro ea ſacerdos & pro peccatis eius. Hic aperte deſignatur ſacramentalis pœnitentia & uocalis confeſſio: quæ niſi fiat ſacerdoti, alioquin neſciret orare pro anima nec pro eius peccatis. Quocirca olim præceptum fuit,leproſum adduci ad ſacerdotē:cui ſu- (Leuit. 14 in prin.) per lepram cognoſcere competebat: ad ſignificandum ut peccator lepram ſuæ culpæ oſtendat & confiteatur ſacerdoti: qui deſuper cognoſcendi & pœnitentiam iniungendi obtinet auctoritatem. Siquidem uetus lex umbrā habet futurorum (Heb. 10 in prin.) bonorum:tum quicquid in ea ſcriptū eſt de lepra,hoc in noua lege de peccatorum lepra intelligitur. Quemadmodum curata lepra poſt ſe ueſtigia & cicatrices relinquit:ita remiſſa culpa relinquit reatum, omnipotenti quidem ſine medio notum: ſed eius uicario ſacerdoti prorſus ignotū, donec ei lepra culpæ indicata fuerit per confeſſionem expreſſam: tunc primum cognoſcere & iudicare poterit, qualiter reatus ſit puniendus & eius ueſtigia extirpanda. Item huic eſt confine quod Numeri legitur: (Nume. 5 in prin.) Si uir ſiue mulier per negligentiam tranſgreſſi fuerint mandatum

domini & dereliquerint, confitebuntur peccatum ſuum: Nimirum ſacerdoti: de quo ibi totum capitulum loquitur: Salomon deniq; ait: Qui abſcondit ſcelera, nõ dirigetur: qui autem confeſſus fuerit & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur. Hieremias inſuper clamat: Effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectum domini, nempe coram ſacerdote ſedente in loco domini.

Pro. 28. in me. Tren. 2 ante fi.

8. ¶ Deinceps in nouo teſtamento pluriſaria mentio fit uerbalis confeſſionis: Imprimis Iohanni baptiſtę confeſſi ſunt per eum baptiſati: Et multi credentium ueniebant ad Paulum & ſuos diſcipulos, quibus confitebantur et annunciabant actus ſuos, Item Iohannes in ſua Canonica ait: Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt et iuſtus ut remittat nobis peccata noſtra & emundet nos ab omni iniquitate. Huius admonet nos & Iacobus, quando ſuadet induci presbyteros ad infirmum: nõ longe poſt inquit: Confitemini ergo alter utrum peccata ueſtra & orate pro inuicem & ſaluemini. Hinc datur intelligi: q̃uis presbyteri ſint ordinati in uicarios Chriſti, tamen ceu homines priuati confiteri tenentur. Presbyteri deniq; ſunt patres fratres Laicorum: iſti autem nihilominus abſq; rubore ſeu tedio confiteri debent presbyteris: quorum eſt orare pro Laicis. Siquidem Chriſtus ſui loco dignatur ſacerdotem auriculari confeſſiõi praeficere: Laicus igitur non dedignetur pro ſuo grato confeſſore eundem ſacerdotẽ ſuſcipere.

Math. 3 Act. 19. ante me. 1. Iohan. 1 in fi. Iacobi 5 ante fi. c. §. 5 in fi.

9. ¶ Ex præmiſſis conſtat confitendum eſſe ſolis presbyteris, ad curam animarum & forum conſcientiæ ordinatis: prout eſt Papa in toto mundo: epiſcopus in ſua dioceſi: plebanus in ſua parrochia ac illorum commiſſarij & ſubſtituti aut alias priuilegiati. Quippe quoad diuinam reconciliationem, omnes presbyteri a minimo uſq; ad ſummum ſacerdotem, habent parem poteſtatem (præcipue in neceſſitate) abſoluendi a peccatorum culpa & ab æterna damnatione, ratione clauis eis in ordine ſacerdotali conceſſi. Sed in tollendo peccatorum reatum ſeu maculam uel in relaxando pœnam a Deo uel ab eccleſia impoſitam & hic ſeu in purgatorio luendam, requiritur cognitio iudicialis: ideo in hijs presbyteri inæqualem habent facultatem: Epiſcopus plus plebano: Papa plus Epiſcopo. Ad indubitatam itaq; fiduciam & ſecuritatem relaxandorum peccatorum, Chriſtus poſt ſe in hijs terris dimiſit plenam poteſtatem: committẽs ſuæ eccleſiæ authoritatem per curatores, ceu Dei miniſtros, ligandi & ſoluendi homines contritos & confeſſos. Et ſiquis ſui curatoris copiam habere nequit: is cuilibet ſacerdoti ſaltim idoneo confiteri poteſt. Canonis uero conſilium eſt, confeſſionem fieri ſacerdoti meliori: qui clauem non ſolum authoritatis ſed etiam ſcientiæ habeat. Qui autem claue caret ſeu priuatus eſt, ueluti excommunicatus uel ſuſpẽſus: illius abſolutio eſt nulla. Nam ſacramentum pœnitẽtiæ (ſicut & extrema unctio) non plene dependet ab ordine ſacerdotali, ueluti officium Miſſæ: ſed magis ab authoritate: quæ curatoribus ſpecialiter datur. Quocirca excommunicatus ſacerdos in Miſſa conſecrat: ſed in confeſſione non abſoluit. Excepta mortis neceſſitate: qua quilibet ſacerdos ſine diſcrimine facultatem habet abſoluendi ac etiam baptiſandi: a quocunq; enim quis baptiſatur, baptiſatus cenſetur: baptiſmo exiſtente ſacramento neceſſario: tametſi ad baptiſmi honorem extra neceſſitatem a ſolo ſacerdote quis baptiſari debeat.

Math. 18 Iohã. 20 De penitẽ. diſ. 6. c. 1 Luce 11 in fi. 26. q. 6. ſi presbyter cum c. ſeq. c. 58. §. 13

¶ Quando ſit confitendum quæritur? 10.
Quoties conſcientia admonet confeſſionis te oppreſſum in peccatis mortalibus, toties confiteri debes, cum tu cures maculas tuæ ueſtis cito abluere, cur non curas maculas tuæ animæ ocyus abſtergere? Quoties præterea ad aliquod accedis ſacramentum, prius confitere, quo purior fias atque capatior ad illius ſacramenti gratiam aſſequendam. Item enorme periculũ aggreſſurus: aut remotius peregrinaturus: Similiter præ-

c. 58. §. 4 poſt me.

grans mulier propinqua partui, confiteri debet. Item qui, caſu reſeruato obſtrictus, Romæ eſt aut Salisburgæ, ad confitendum feſtinare debet dum copiam habet pœnitentiarij: ne periculum ſit in mora. Item ex præcepto eccleſiæ omnis Chriſtifidelis tempore Paſchæ ſingulis annis confiteatur & communicetur, iuxta Canonem: Omnis utriuſque ſexus. Extra. de pe. et remiſ.

11. ¶ Cæterum omnia peccata mortalia in memoriam uenientia ſunt in confeſſione exponenda, ceu Deo inimica: & nullum peccatum ſcienter obmittendum: ſcriptum eſt enim: confiteatur omnes iniquitates filiorum Iſrahel, ideſt Chriſtianorum, & uniuerſa delicta atque peccata eorum. Leuit. 16 in me. Nam qui deſiderat pacem inire cum Deo, eius inimicos omnes expellat, neceſſe eſt: hoc figuratur ueteris teſtamenti præcepto ut omnium hoſtium multitudo uſque ad internitionem caderet. Iosue. 4. ante fi. Homo igitur de omnibus peccatis ſuis contriſtetur & ea, præſertim ſibi nota, unacum ſuis circumſtantijs, confeſſori loco eccleſiæ confiteatur & ſuos defectus inſinuat: quo idem ſacerdos, ceu medicus animæ uel iudex conſcientiæ, deſuper cognoſcat & hominem a debitis, quæ peccando contraxit, abſoluat, in ſua denique uulnera uinum & oleum infundat ac ubique neceſſaria emplaſtra apponat medelamque porrigat. De pe. diſ. 1 aut facta §. 1.

12. ¶ Nemo uerecundetur confiteri: nam qui ſua peccata corã ſacerdote CHRISTI uicario pronunciare renuit: ea diabolus diuulgabit coram ſtricto iudicio CHRISTI: qui iudicat ſingulariter unumquenque morientem, & iudicabit generaliter uniuerſos in extremo iudicio. §. 61. § 4. in prin. Omnes igitur & ſinguli ſolliciti ſint, ne præ uerecundia uel deſidia confeſſionem obmittant: quin potius ſua peccata detegant uni ſacerdoti occulte, quam expectent peccatorum ſuorum publicam manifeſtationem in extremo iudicio: quod cuilibet homini imminet ſingulariter in hora ſui exitus. Qui autem abſcondit ſcelera, non dirigetur, ſcilicet, ad beatitudinem. Pro. 28 in me. Porro pudor confitendi pœna eſt & pars iudicij. Et quanto plus ſeipſum quis tradit & ſua flagitia confeſſori enucleat: tanto maior eſt pudor & per conſequens efficatior pœnitentia gratiaque acquiſita. Quantomagis teipſum coram ſacerdote accuſas, tanto plus coram Deo excuſaberis. Quamobrem ſcriptura præcipit ut humilies ualde ſpiritum tuum: gratia enim uerecundiæ illius ſuper aurum. Eccl. 7. in me. Item: Ante grandinem præibit coruſcatio & ante uerecundiam præibit gratia & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Eccl 32. in me. Quippe qui præ uerecundia ſuum morbum: quo in membris pudendis laborat: medico oſtendere uitat: is mortis periculum incurrit. Pariter æterna morte pereunt plerique qui præ rubore ſua occulta peccata negligunt confiteri & reuelare ſacerdotibus: quos Deus cum ſacramentis ad ſpiritualem medelam ordinauit quemadmodum phyſicos cum medicaminibus & herbis ad corporalem ualetudinem creauit: uti ſcriptum eſt: Da locum medico: etenim illum dominus creauit & non diſcedat a te: quia opera eius ſunt neceſſaria. Eccl 38. poſt prin. Qui delinquit in conſpectu eius qui fecit eum, incidet in manus medici. Eodem medico repræſentatur animarum curator: in cuius manum peccator cadit. Ex præmiſſis & pluribus alijs ſcripturis affirmare cogimur, ſolam occultam erga Deum confeſſionem nonſufficere, ſed requiri interiores defectus ſpirituali medico reuelare & oretenus confiteri. Ad inſtar indigeſtæ materiæ ſtomachum uexantis: (quæ expellenda eſt oris uomitu, alioquin non medenda) Pariter e tua conſcientia omne intrinſecum & culpabile uirus oris confeſſione ejcias, neceſſe eſt ad tuam ſalutem & beatitudinem. Confeſſor tamen confeſſa prorſus celare debet.

¶ Quæ in ſacramentis exterius geruntur, ſunt ſigna interiorum geſtorum. 13.
Confeſſor igitur, qua quis ſe ſacerdoti

ſubijcit,

ſubijcit, ſignum eſt interioris ſubiectiõis: quia ſe deo dedicat. Deus autem peccatum confitentis confeſſori detectum gratioſe contegit: pariter & confeſſor tegere
Prouer. 25 in prin. debet: ſiquidem gloria dei eſt celare uerbum. Vbi homo ſuorum pctõꝝ bene recordatur, ibi deus obliuiſcitur: ubi peccator confitetur, ibi Deus indulget. Poſtq̃
Pſ. 31. Dauid dixit: Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino: mox Deus remiſit ei impietatem peccati ſui. Canones
2. q. 1. § peccauerit igitur diſtricte præcipiunt, ne quis occultam confeſſionem prodat ſed in ſecreto arguat. Confeſſio eſt celanda non ſolum ex lege, ſedetiam ratione ſignificationis: ut ſacerdos, cui peccata ſunt reuelata, loco Dei huiuſmodi peccata indulgentis, etiã ipſe eadem peccata celet iuxta ſcripturã:
Pro. 11 ante me. qui fidelis eſt, celat amici commiſſum. Alioquin pleriq; a confitendo retraherentur uel in confeſſione aliquid obticerent, ſibiipſis & proditori in damnationem.
De pe. diſ. 6 ſacerdos Confeſſor deniq; non ſolum peccatum in confeſſiõem deductum celare debet, ſed etiam omnia alia per quæ confitens uel quiuis alius in ſuſpitionem uenire poſſit. Excepto eo quod confitens conſentit ad aures ſuperioris aut aliorſum deferri.

14. ¶ Fructus confeſſionis eſt ſalubris: nam ſanat ſpiritualia animæ uulnera: quæ alioquin diutius non ſanarentur. Confeſſio præterea a morte liberat reum cõfeſſum: qui in foro criminali ad mortem condemnatur ceu ſeruus peccati. Hic autem libe
Roma. 6 ratus a peccato, ſeruus factus eſt iuſtitiæ. Confeſſio tua manifeſtat tibi Deum pro
Heb. 4. in fi. pitium: tu tamen non manifeſtaris Deo: cuius oculis alias tua peccata cæteraq; omnia ſunt aperta. Confeſſio paradiſum a
Luce. 23 perit: ſiquidem latroni confitenti ſe digna factis recipere, ſtatim dominus promiſit ſecum eum in paradiſo hodie futurum, intelligitur de limbo patrum, non de paradiſo, ex qua Adam pulſus eſt. Eadem enim paradiſus non eſt ulterius naturalis noſtra uia in cœlum tranſcendi: loco cuius habemus uiam gratiæ, nempe Chriſti meritum: per quod ad cœlum modo aſcendendum eſt. Tandem facta confeſſione, mens hominis alleuiatur & exhilareſcit: ut patet Pſalmo 41. In uoce exultationis & confeſſionis ſonus epulantis. Quæ quidem confeſſio hic acquirit gratiam & illic æternam lætitiam.

DE ABSOLVTIONE.

¶ Poſt confeſſionem auricularem abſol- 15.
uit ſacerdos confitentem a pœna æterna & ligat ad pœnam temporalem. Abſo- 6. 7. § 1
lutio ab æterna pœna eſt tertia pars pœ- in me.
nitentiæ ſacramentalis: & fit præordinatis uerbis: quibus ſacramentum pœnitentiæ concluditur & gratia abſolutionis cõ- De pe. diſ. 1
fertur. Nemo poteſt bene agere pœni- nemo. e ibi
tentiam niſi qui ſperauerit indulgentiam glo.
utpote abſolutionem ſacerdotis. Contra quam quidem abſolutionem hoc infœlici tempore per maliuolos doctores prætenditur in confeſſione gratiam acquiri ſola fide: qua quis credat ſibi per ſacerdotem peccata eſſe remiſſa, acſi pœnitentia non ſit ſacramentum nec abſolutio neceſſaria. Hoc figmentum inducitur aduerſus eccleſiam in detrimentum ſacramenti pœnitentiæ. Porro ſacerdos me aut uere aut minime abſoluit: Siquidem uere me abſoluit & id credo: tunc abſolutus ſum non ſolum mea fide, ſedetiam ſacerdotis abſolutione: Si uero me non abſoluit (forte ſubſtantialia uerba omittens) ego autem nihilominus credo me abſolutum: & ſic in facto erro, aliquid credendo quod non eſt factum: Tali erronea fide nec abſolutus ſum nec iuſtificatus. Ergo prædictum falſum argumentum in ſeipſo corruit. Etſi abſq; fide nemo conſequatur ſacramenti gratiam, nempe abſolutionem ſuoꝝ peccatoꝝ: non ideo ſola fides ſufficit, nam quemadmodum nec contritio nec confeſſio nec abſolutio ſola ſufficit: ita nec fides ſufficiens eſt ad impetrandum gratiam & remiſſionem peccatorum: ſed oportet omnia ſimul concurrere fidem, contritionem, confeſſionem, abſolutionem: quibus conficitur gratia & ſacramentum pœnitentiæ, uir-

tute paſſionis CHRISTI. Alioquin argutari poſſet neque fidem eſſe neceſſariam, paſſione CHRISTI omnia ad implente: ſed ipſius paſſionis particeps ſit nemo abſq; legitima pœnitentia.

16. ¶ Siquidem uelim gratiam ſacramenti et remiſſionem peccatorum conſequi, oportet me uerbis CHRISTI credere quod poſt meam contritionem & confeſſionē ſacerdos, authoritate ſibi a domino conceſſa, per abſolutionem peccata mihi remittat, uirtute ſacramenti pœnitentialis a CHRISTO & eccleſia inſtituti: nihilominus iuxta ſcripturam: non debeo eſſe ſine metu de propiciato peccato, ſed plurimum ſolicitus, acſi remiſſionem peccatorum ſufficientem minime ſim nactus: nec mea fides, contritio & confeſſio ſatis idonea. Idcirco ad cautelam deliberem continue pœnitere & me ac mei abſolutionem omnipotenti Deo committere firmiterq; credere: quid in me ac mea opera necnon in ſacerdotis diligentia circa abſolutionem deficit, hoc diuina reſtauret miſericordia, uirtute ſacramenti pœnitentiæ. Ea fides meretur remiſſionem peccatorum. Secuta tandem ſacerdotis abſolutione, tum concluditur ſacramentum : quo peccata unacum æterna pœna tolluntur: ſed reatus & pœna temporalis non remouentur. Quocirca in eccleſia, ultra ſacramentalem pœnitentiam ordinata eſt temporalis pœnitentia ueluti iudicialis cognitio & congrua pœna in compenſationem debitorum poſt peccata condonata relictorum. Ecce ineffabilem bonitatem & charitatē CHRISTI: quem peccatis noſtris continue offendimus contra uotum noſtrum Deo præſtitum, amittētes gratiam & bonum ſtatum in baptiſmo acquiſitum: Nihilominus nobis, de ſe non deſperantibus, ſemper indulgere uult, docens nos uiam reuertendi per ſacramentum pœnitentiæ: quam ordinauit tanquam modum & medicamen: quo nos miſeri peccatores recuperemus gratiam deperditam necnon abſolutionem peccatorum & reconciliationem diuinam. Ex prædictis punctis plane conſtat peccatum eſſe luendū, non tantum intrinſeca contritione, ſed etiam exteriori confeſſione & pœnitentia ac ſacerdotali abſolutione: qua ſacramentum pœnitentiæ concluditur & peccatū remittitur uirtute paſſionis Chriſti.

Mat.18

Eccl.5. poſt prin.

SEPTVAGESIMVM QVARTVM CAPITVLVM. De Pœnitentia iniuncta.

AD perſoluendum debita & abſolendum uitia poſt culpam indultam relicta, ordinata eſt temporalis pœna hic aut illic luenda. Quæ quidem pœna in hoc ſæculo eſt triſaria: una poſt confeſſionem iniungenda: quā confeſſus humiliter acceptare debet. Secunda pœna repit ex occulto Dei iudicio: ut plaga uel aduerſitas: quam homo patienter ſufferre habet. Tertia pœna eſt Euangelica: quam homo uoluntarie in humeros ſuos imponere & bonis operibus inſudare debet. Illic uero, nempe in alio ſæculo, pœna eſt biſaria: una temporalis in purgatorio: altera perpetua in inferno. Ad alleuiandum prædictas pœnas ſubuenit Deus & eccleſia homini cum alienis ſuffragijs, utpote cum ſanctorum imploratione & pauperum elemoſyna: cum cærimonijs & indulgentijs ac cum pluribus alijs auxilijs. Imprimis dicendum eſt de pœnitentia poſt confeſſionem imponenda. Poſtq; humanum genus ſua tranſgreſſione ingeſſit malum & corrupit bonum naturalem ordinem, ſibi a Deo præparatum ad beatitudinem conſequendam: uoluit Deus prædictum malum ordinare ad bonum, nempe ad hominis ſalutem: præſertim malum opus cum bona pœna emendando: nam culpa legitime emendata cenſetur bene ordinata. Pro eiuſdem pœnæ executione in eccleſia erectus eſt forus conſciētiæ uel pñiæ: in quo cognoſci oportet atq; iudicari, qualiter quælibet

§.71.§.1

§.80.§.1 in prin.

quælibet culpa, ceu dei inimica, ſit debite pœnitenda. Porro pœnitere eſt præterita peccata uindicari. Publica peccata proximum ſcandaliſant: ideo publice ſunt pœnitenda ad ædificandum proximum. Super peccatis occultis iudicari nequit abſq; cognitione, per confeſſionem igit̃ ſeorſum inſinuanda ſunt confeſſori: ut is iudicet ac informationem & pœnitentiã confitenti det, in ſecreto tamen iuxta ritũ eccleſiaſticum.

2. ¶ Huiuſmodi ordinata & legittima pœnitentia in quibuſdam Germaniæ locis modo reijcitur per quoſdam friuolos magiſtros: qui communi plebi ſugillant, difficilem pœnitentiam eſſe inutilem: acſi lætitia temporanea nullatenus ſit interitum. penda: ſed licite incumbendum comeſſationi & potationi iuxta libitum noſtrum: (Iud. 14 Hiere. 9 poſt me.) hoc eſt dulcius Samſonis melle, ſumpto de ore leonis. Hæc ſunt aquæ furtiuæ dulciores reſpectu abſinthei: quo illic paſcet dominus uoraces præuaricatores, modo ignorantes q ibi in profundis inferni (Prouer. 9 in fi.) ſint conuiuæ eius. Opera ſcurrilia & cibaria deliciarum ſunt eis ſuauiora q̃ ieiunium, (Math. 3 Luce 1. poſt prin.) oratio, uigilia, zona pellicea, eſca ſiluestris uel potus ſine uino & ſicera: quibus ſanctus Iohannes ueſcebatur. Illi leccatores concionantur ad inſtar diuitis, qui di- (Luce. 11 ante me.) cebat animæ ſuæ: Quieſce, comede, bibe epulare: Sed nõ referunt incommodum edacis: cui dicit Deus: Stulte hac nocte animam tuam repetunt a te. At nos Theu- (Nume. 11 in prin.) tones clamamus ac recordamur carnium & piſcium in Aegypto: quemadmodum peruerſi olim Iudæi. Talium epicureorũ Deus uenter eſt: cui honorem & obſequium præſtant epulis carnium & conuiuiorum ac luxu & libitu uoluptatis: p̃ſumentes pro eis CHRISTVM ieiunaſſe, oraſſe & exulaſſe. Enimuero loco eorundem epulonum dominus IHESVS (c. 71. §. 9 in fi.) in cœlum aſcendit, tanquam pro ſuis aduerſarijs: qui crucem ſuam poſt CHRISTVM portare nolunt. De quibus Pau- (Philip. 3. in fi.) lus pronoſticat: Inimicorũ crucis CHRISTI finis eſt interitus ſcilicet æternæ dãnationis: quorum Deus uenter eſt & gloria in confuſione ipſorum qui terrena ſapiunt. (1. Cor. 6 ante fi.) Item eſca uentri & uenter eſcis, ſcilicet ſeruit: Deus autem hunc & hanc deſtruet.

3. ¶ Pœnitentia una tres habens partes (de quibus ſupra c. lxxi.) eſt ſacramentalis: altera, ſcilicet iniuncta pœnitentia adhæret quidem ſacramento, ſed non eſt pars ſacramenti. Sacramentalis pœnitentia inſtituta eſt contra peccatum actuale & mortem æternam: altera ordinatur ad tollendum reatum poſt peccati remiſſionem relictum. Hanc ſecundam pœnitentiam (Math. 5 in me.) oportet reddi uſq; ad nouiſſimum quadrantem: hoc eſt, ad integram ſatiſfactionem. Nam etiam remiſſo peccato & ſublata æterna morte infernaliq; pœna, nihilominus in anima reſiduat reatus: quo reus abſolutus adhuc obligatur Deo offenſo: uſq; ad condignam ſatiſfactionem. Sicut poſt bellum facta pace, non ſtatim remittitur debitum damni illati: de quo tempore pacis tranſigi ſolet: ſic poſt remiſſionem culpæ, tempore treugarum inter deum & hominem factarum, poſt contritionem, confeſſionem & abſolutionem, tractatur de damnis & debitis reſiduis. Licet maleficiũ homicidij ſit remiſſum, nihilominus homicida pro interfecto pœnitentiam agere debet. Peccator itaque mortalis tenetur Chriſto & eccleſiæ, per peccatum grauiter offenſis, pœna temporali ſatiſfacere: tametſi eidem peccatori maleficij culpa & æterna mors ſit remiſſa uirtute paſſionis Chriſti. Conſimiliter ſiqs alteri iniuriatur & damnum facit, etiamſi iniuria ſit remiſſa, damnum tamen reſartire tenetur: iuxta illud: ipſumq; quod in- (Leuit. 5 in fi.) tulit damnum, reſtituet, utpote pro quãtitate & æſtimatione commiſſi. Ergo dãnum & temeritatem culpæ erga Deum & eccleſiam aboleri oportet: tametſi poſt cõtritionẽ & cõfeſſionẽ culpa remiſſa ſit.

4. ¶ Quippe peccatoris contritione & confeſſione deus ſuam iram mitigat & a peccatore tollit æternam mortem pœnamq; infernalem: ſibi autem reſeruat pœnã temporalem & ſatiſfactiõem pro relicto peccatorum reatu: quem oportet aboleri an-

tequam homo cœlo potiatur. quemadmodum figuratum eſt in Abſolon fratricida:erat quidem patri ſuo Dauidi recõciliatus: oportuit tamen ipſum per duos annos ſtare in Iheru alem & in conſpectũ patris non uenire. Pariter peccator q̃uis Deo reconciliatus,non tamen ſtatim ad conſpectum & gloriam Dei perueniet:niſi prius facta purgatione uel mediante aliquo ſuffragio. CHRISTVS quidem ſua paſſione promeruit atque ſatiſfecit, non ſolum pro omnibus peccatis: ſed etiam pro peccatorum reatibus,Quos tamen non integre remittit: alioquin Petro cæteriſque diſcipulis fruſtra dediſſet poteſtatem remittendi uel retinendi peccata,ideſt, peccatorum reatus, dicendo: Quorum remiſeritis peccata remittunt eis,Quamobrem ordinauit dominus ad ſuum meritum deuenire per pœnitentiam. Eccleſia inſuper in abolitionem reatuum ſtatuit eiuſdem pœnitentiæ uiam: qua pœnitens Chriſtum ſequatur contritione, confidentia, confeſſione, charitate ac bonis operibus. Et quanto quis magis ſequitur Chriſtum, tanto plus participat in ipſius merito tantoq; longiorem naciſcitur relaxationem ſui reatus.

5. ¶ In prælibata pœnitentia duo caſus nullam patiuntur tranſactionem: uidelicet abſtinere a peccato & reſtituere ablatũ: qui eſt abſq; propoſito ulterius non peccandi;manet dei inimicus: qui retinet æs alienum,manet iniuſtus:quia non agit dignam pœnitentiam a furto ſuo, uterque eorum a cæteris peccatis abſolutus non cenſetur:nam etiamſi furti crimen remittatur,fur tamen rem furtiuam reſtituere aut duplum ſoluere tenetur. Si non habuerit quod pro furto reddat, ipſe uenundetur. Reliqui caſus confeſſari,ſunt in ſacerdotis arbitratu: quod minus pœnæ imponitur aut bonis operibus non efficitur,hoc in purgatorio reſtaurabitur:nã pœna debet eſſe conformis debito: ſecũdum moderamen tamen diuinæ miſericordiæ,non ſecundum rigorem iuſtitiæ. Quapropter qui diutina uel multa uel grauia delicta egit:is eſt diu ac multum grauiter plectendus. Dauid igitur lauabat per ſingulas noctes lectum ſuum & lachrymis ſuis ſtratum rigabat: Deum denique petebat ut amplius lauaret ipſum ab iniquitate. Dauid itaq; aſſidue pœnituit orando,ieiunando,lachrymando et plorando:non obſtante q́ ei Deus peccata remiſerit:ueluti de eo ſcriptum eſt: dominus tranſtulit peccatum tuum. Hinc Dauid intellexit peccata ſibi fuiſſe remiſſa,dicens: Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Adhuc tamen non ceſſauit acerbis lachrymis lauare ſuem poſt ſua maleacta relictam, inquiens: per ſingulas noctes lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Ecce Dauid deplorauit peccata ſibi a Deo dudum condonata. Quare ad ſalutẽ non ſufficit, ueterem uitam relinquere & nouam induere: niſi ea dem noua uita ornetur cum operibus pœnitentiæ. Non enim ſufficit (ait Auguſtinus) mores in melius commutare & a præteritis malis recedere: niſi etiam de hijs, quæ facta ſunt, ſatisfiat domino per pœnitentiæ dolorem: per humilitatis gemitum: per contriti cordis ſacrificium: cooperantibus elemoſynis & ieiunijs.

6. ¶ Nemo ergo ſe reddat ſecurum, ac ſi omnia debita & uitia ſint ei omnimode remiſſa & deleta unacum culpa. Putaſne: Deus te totius flagitij ſimul & reatus tui, abſque quauis correptione mox liberum faciat: quem tu toties & diutine grauiter læſiſti ſpreuiſtique. Quamobrem pro tuo reatu,dum uiuis, exerce et te habes in pœnitẽtia digna,uidelicet: caſtigatione carnis, contemplatione mentis, timore aſſiduo & charitate pfecta. Deus quidem pius eſt, ſed nihilominus timendus: teſte Dauid: Salus mea quem timebo: dominus protector uitæ meæ, a quo trepidabo. Huiuſmodi timor efficit pœnitentiam dignam in operibus, & fructuoſam in charitate: qua hominis ſalus accreſcit. Non ſola igitur ſacramentalis,ſed pariter etiam pœnitentia iniuncta, eſt medela animę: quæ licet a uulnere mortali

Margin notes: 2 Reg. 14 aute fi. — Joban. 20 — Pro. 6 in fi. — Exo. 22 in prin. — Ps 6. — Ps. 50. — 2. Reg. 12. aute me — Ps 31 — lib. de pœnit. — Ps 26. in prin.

mortali per ſacramentum ſit redempta: in eodem tamen uulnere remanet adhuc putrida caro & cicatrix: ideo reſecanda & abſtergenda eſt acri aceto, i. caſtigatione carnis uel ſimili correctione temporali. Eadem preterea impoſita pœnitentia medetur peccata uenialia: quæ hominem nõ mortificant: ſed debilitant & inquinant: ideo ſunt ſananda: ne tempore ſordeſcant & mortalia fiant.

7. [3. q. 3. per ſeptem diſtinctiones] ¶ Præmiſſis ſcriptis & rationibus apparet, pœnitentiam & ſatiſfactionem eſſe iniungendam pro quantitate culpæ. Qua de cauſa olim inſtituti ſunt canones pœnitentiales: in quibus pro reatu culparum iuxta enormitatem exceſſuum, correctio & pœna eſt taxata, proculdubio inſpiratione diuina. Quamuis eiſdem canonibus non omnes nec ſinguli culparum caſus ſunt comprehenſi: ex eis tamen diſcretus confeſſor facile conijcit, quid pœnitentiæ pro peccatis ſibi confeſſatis ſit iniungendum. Habita tamen diſcretione, ſecundum cõfitentis diſpoſitionem & temporis conditionem. Verum hijs temporibus deuotio hominum prope eſt extincta: ut modo pro reatus ſatisfactione modica & leuis pœnitentia imponi ſolet, quaſi pro arbitrio confitentiũ: quos eo ꝓlixior purgatorij pœna præſtolatur.

8. ¶ Satiſfactionem pro reatu relicto, iuxta modum culpæ, homo ſibijpſi iniungat uel a ſacerdote iniungi patiatur, neceſſe eſt. Quippe iniquum eſſet, enormem peccatorem: qui pluribus ſcatet criminibus, nõ artiorem pœnam ferre, quam qui rarius aut leuius peccauit & celerius reſipuit. Ambo quidem tranſgreſſores deum offenderunt ęternum, ideo æternaliter, non tamen æqualiter puniendi: utriq; contrito & confeſſo per abſolutionem, uirtute paſſionis Chriſti, remittitur culpa. Cum autem uoluptate & praua conſuetudine: ac reatus quantitate diſpares ſunt: ideo diſſimiliter purgandi: ſed uterq; ſecundum ſuum exceſſum corripiendus, unus prolixius aut artius quam alter: prout reatus utriuſq; exigit. Etenim ratio non patitur, minorem & inſignem latronem pari ſententia contemnari & eadem pœna plecti quia ſcriptum eſt: Quantum glorificauit ſe & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum: [Apo. 18 poſt prin.] nam pro menſura peccati, erit plagarum modus. Acuta & multimoda infirmitas indiget aſperis & diuerſis medicaminibus. [Deut. 25 in prin.] Sicut uulnus profundum lente ſanandum eſt ſic lento gradu, pœniteat profundus peccator. Hic cenſetur eſſe fructus dignæ pœnitẽtiæ iuxta euangelium. [De pe. diſt. 1 deus] In canonibus habetur: Qui culpam exaggerauerit, exaggeret pœnitentiam: maiora enim crimina maioribus abluuntur fletibus. Quantum in illicitis ſumus delectati, tantum a licitis abſtineamus. Siquidem in eſu & potu inordinatam uoluptatem habuiſti: in ieiunio & ſiti pœniteas. Similiter ſi in quibuſuis alijs illicitis te recreaſti, uiciſſim a licito ſolatio te contine: Exemplo Dauid: qui licite deſiderauit aquam de ciſterna in Bethlehem: [2. Reg. 23 in me.] At eandem aquam allatam noluit bibere ſed libauit eam domino, dicens propitius ſit mihi dominus, ne faciam hoc: utpote ne expleam deſiderium aquæ bibendæ; et ſic abſtinendo a licita bibitione uoluit in ſe punire illicitam concupiſcentiam ad adulterium habitam. Contra quam ſuppreſſit licitam concupiſcentiã bibendi aquam, & ſitim paſſus eſt. Deus Adam ſeparauit a delicijs ut ageret pœnitentiã in ſupplicijs: [De pe. diſ. 1 ſioã gen. 3] ueſtiuit eum tunica pellicea, nõ ſerica. Si es delectatus in camiſia ſerica, induere cilicio: ſi placuiſti tibi in cicinnis, depila illos: ſi diu iacuiſti in luxu fœtido, præcingere diutina uel perpetua caſtitate. Si quem blaſphemaſti, uiciſſim lauda ipſum. Si alicui damnum aut iniuriam irrogaſti, indemnem redde. Si poſſides rem alienam: reſtitue illam & ſuperadde aliquid de ære tuo in elemoſinam. Talem pœnitentiam Paulus nos docet: Sicut exhibuimus membra noſtra ſeruire immundicię & iniquitati ad iniquitatem: [Ro. 6 ante fine] ita nunc exhibeamus membra noſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationẽ quaſi dicat: quantum flagitij attraxiſti: ex diametro tantum boni operate. Nam

quamuis es confeſſus: tamen diuina iu.
ſtitia (quam malis operibus offendiſti) eſt
bonis operibus placanda propter reatum
poſt mala opera relictum & nondũ abo.
litum.

9. ¶ Pœnitenti, ſibiipſi impio & rigido, deus
pius eſt atq; clemẽs, qui ſibi non indulget
Ezech. 18 illi deus indulget ceu paternus herus, qui
poſt me. contritus meminit ſuarum iniquitatum:
earum omnium, quas operatus eſt, nõ re.
cordabitur deus, qui ſeipſum iudicat, non
1. Cor. 11 utiq; diiudicabitur, iuxta Pauli teſtimo.
in fi. nium: dum autem iudicamur, a domino
corripimur ut non cum hoc mundo dam
nemur. Hic Paulus innuit: ſiquidẽ noſ.
ipſos corrigimus & uindicamus malum
quo deum læſimus: tunc pius deus ſe de
nobis non uindicabit. Aduerſitates uero,
quibus agitamur, nobis proſunt ad pœni.
tentiam temporalem; ne ęternaliter dam.
Naum 1. de po. diſ. 3 nemur: quoniam ſcriptum eſt: Non con.
ſunt plures in fi. ſurget duplex tribulatio: neq; deus iudica
c. 70. §. 7 & bit bis in idipſum, nempe hic & in alio ſæ.
ſ. 80. §. 3. in fi. culo. Niſi aliquis induratus reſipiſcere nol
Hiere. 17. let (ueluti Pharao) cui temporalis pœna
poſt me inchoatio eſt ęternę pœnę: & duplici con
tritione cõteritur. Huiuſcemodi duplicẽ
pœnã diligenter cauere debemus, iuxta
Math. 24. Mar. 13. admonitionem domini dicentis: Hæc. ſ.
temporalia mala initia ſunt dolorum: uide
te autem uoſmetipſos. Hic auiſamur, ne
noſtra peccata obliuioni tradamus: quo
deus obliuiſcatur eorũ: ſuppliciter orãtes
cũ Thobia: Domine ne uindictã ſumas
Thob. 3. in prin. de peccatis meis neq; reminiſcaris delicta
mea uel parentum meorum. Nos deniq;
ſine intermiſſione pręterita peccata confi
gere & futura cauere debemus extrinſe.
cis bonis operibus & carnis mortificatio.
ne ac intrinſeca contritione & ſpiritus prę
paratione: antequam deus uindicet: qui
Deut. 32 poſt me aic: Mea eſt ultio & ego retribuam eis in
tempore. Huiuſmodi pœnitentia uindi.
catiua eſt ſubeunda interius uoluntate, &
ſuſtinenda exterius per patientiam, ſiqui.
dem pœnitentia, quam inuitus impatien.
Pro. 19 ante fi. ter ſuſtinet, eſt deo ingrata & homini no.
ſ. 80. § 4 in fi. ciua: qui enim impatiens eſt ſuſtinebit
damnum.

¶ Tota pœnitentia dirigenda eſt tali or. 10.
dine. Primitus homo abilitet ſe ad contri.
tionẽ: nempe triſtetur ſe peccaſſe & ſuo
peccato deum offendiſſe ac ſeipſum ſpiri
tualiter necaſſe: necnon cum diſplicentia
peccati propoſitum habeat decętero non
peccandi, quantumcunq; peccatum caue
re poteſt. Tum ei remittuntur duo pecca
ti mala, ſcilicet diuina ira & mors æterna.
Contra tertium autem malum pcti (quod c. 33. §. 3 circa me
eſt relictus culpæ reatus) introductũ eſt
ſacramentũ pœnitentiæ, confeſſione uer.
bali & abſolutione ſacerdotali adimplen.
dum: quo quis adipiſcitur abolitionem re
atus & participationem paſſionis Chriſti
ac iterum ſit electum membrum Chriſti
& eccleſiæ. Tandem quartum malũ cul.
pa etiam remiſſa debitum. ſ. tẽporale ſup.
plicium, per pœnitentiam iniunctam ſub.
leuatur uel integre tollitur, iuxta qualita.
tem contritionis & deuotionis in pœniten
do adhibitę. Pœnitentia itaq; iniungenda
eſt, nempe temporalis pęna, ad tollendum
culpæ reatum, quãtum pęnæ quis hic nõ
luit: tantum ſupplicij in purgatorio ſuſti
nebit. Demum poſt omnem pœnitentiã
in homine remanet quintum peccati ma.
lum, nempe mala inclinatio & cõſuetudo
peccandi. Contra quod pręualet euange.
lica pœnitentia: de qua infra. c. 76. Ve.
rum tamen aduerſus eandem malam cõ.
ſuetudinem & carnis inclinationem, ſacra
mentalis pœnitentia adiumento eſt huma
no ſpiritui.

CAPITVLVM SEPTVAGESIMVM QVINTVM.

De plaga.

PRædicta ſecũda pęna, ex diuina
eueniens permiſſione, eſt tempo c. 74. §. 1 in prin.
ralis plaga ſeu aduerſitas: quæ bi
faria eſt: Vna immittitur ob hominum cul
pam: altera abſq; culpa: quemadmodum
cęcus natus eſt, non ob ſuum aut parẽtum Iohan. 9 in prin.
eius peccatum, ſed ut manifeſtentur ope.
ra dei in illo. Pariter Iob & Thobias pœ.
nas & plagas ſuſtinuerunt ſola cauſa exẽ.
pli ut ex eis patientiam & humilitatem alij
addiſcerent. Sic quandoq; ad miſeriã aliqs

redigitur

redigitur abſq; ſua culpa. Ob noſtram uero culpam immittitur plaga, cauſa pœnitendi malum culpæ. Ita plagati ſunt & ex diuino iudicio puniti Nabuchodonoſor, Dauid, ſoror Moyſi & quamplures alij, ut ſatiſfaciant pro ſuis exceſſibus: de quibus ſupra. c. 53. Quandoq; deus immittit plagam peruerſos admonendo ut a malo deſiſtant.
Pſ. 15 Hinc pſalmiſta: Multiplicatę ſunt infirmitates eorum, poſtea accelerauerūt: item Cum occideret eos, quærebant eum & reuertebantur.
Pſal. 77 in me. Hoc medio aliquando deus ob noſtra delicta aduerſum nos plagas permittit: ne imperpetuum puniamur & cum hoc mundo damnemur: ut in Paulo: multi iter nos in
1. Cor. 11 in fi. firmi & imbecilles & dormiunt multi. Porro noſipſos non corripimus neq; euangelicam pœnam ſuſcipimus: Idcirco dominus ad nos iure plagãdos inquit: Plaga
Hiere. 30 in me.
Hiere. 31 ante me. inimici percuſſi te caſtigatiōe crudeli, ꝓpter multitudinem iniquitatis tuæ. Cui reſpõdere debemus: Caſtigaſti me domine & eruditus ſum quaſi iuuenculus indomitus.

2. ¶ Quem deus aduerſitatibus plagari permittit, is deo grates debet: confeſſurus ob ſua facinora huiuſcemodi aduerſitates ſibi accidi: prout Thobias eſt confeſſus dicens: Benedico te domine deus quia tu caſtigaſti me: & infra. Ipſe caſtigauit nos
Thob. 11. ante fi.
Thob. 13 in prin.
Apo. 3. in fine
Heb. 11 in prin. propter iniqtates noſtras. Nam dominus ipſe ait: quos amo caſtigo. Iuxta Pauli igitur doctrinam: Non debemus negligere diſciplinam domini neq; fatigari dū ab eo arguimur: quem enim diligit dominus, caſtigat & flagellat.
§. 89. §. 3 poſt prin. Ordine rationis conſtat, tribulationes & aduerſitates patienter eſſe ſufferendas: quemadmodū enim ſaluator noſter ſacramenta ordinauit ad ſalutem hominū ſpiritualiter ægrotantium: ita ordinauit uexationes temporalium aduerſitatum ad refrenandum in circunciſos & indomitos: ne exultent filię
1. Reg. 31. ante fi. incircunciſorum. Porro hominis beatitudo eſt ſe uniri cum Chriſto: quanto magis unitur, tanto maiori fęlicitate fulcitur. Econtra infęlix homo: qui nō Chriſto ſed proprię carni uel alteri creaturę & mundo adhęret, & ſic ſpūaliter mortuus eſt: quoniã creatorē ſuū ſpernit, creaturã diligit & ſeipſum contaminat: ideo iuſte a deo abijcitur. Quãobrem homini utile & ſalubre eſt quicqd ipſum retrahit a carne ſua: a mūdi delectamēto & ab inordinato amore creaturæ: ac rurſus quod eum cogit ut deum inueſtiget, timeat, diligat, colat diuinaq; præcepta obſeruet. Cum autem ſæcularis tribulatio, coartatio, aduerſitas, reliqua deniq; plaga corporalis hominem trahit a carnis illecebris & a mundanis placitis, ad dei charitatem & ad mūdi diſplicentiam: ideo homini conducit & accomodat ad ſpirituale medicamen, nēpe ad abluendum reatum culparum. Solacium itaq; carnale interrumpitur ꝑ aduerſitatis faſtidium. §. 42. §. 8 in fine

¶ Dum homo ſentit in carne tribulationem: in mente triſtitiam, in mundo inquietudinem, laborem & fatigium: interim ꝑmeditatur propriam infęlicitatem ac nitit ſuum creatorē & ſaluatorem conquirere & inuocare: quo conſcientia eius excitatꝰ & ad contritionē prouocatur: tandem in igne aduerſitatis anima hominis totaliter incuditur Chriſto: tali medio. In fabrica huius mundanę uallis, dæmones & ſui miniſtri homines peruerſi, ſunt folles ſufflantes in fornacem aduerſitatum: in qua permittente deo exilis homo ſedet. Siquidem in eadem fornace incenditur carbo amoris Chriſti ad igniendum hominem: qui deinde imponitur inco patientiæ & malleis aduerſitatum cuditur: tunc purgatur a rubigine reatus & a ſcoria concupiſcentiæ: tandem homo calibſatur & obduratur in aqua diuinæ gratiæ: necnon acclauatur & conſequenter in Chriſto alligatur. Præmiſſo modo neceſſarię ſunt temporales tribulationes ad redimendum hominem a diabolo & mundo: ut caueat concupiſcentiam carnis & lætitiam illicitam atque ad Chriſtum trahatur deoq; appropinquet. Quantum grauior eſt hominum infirmitas, tanto intenſior eis incumbit aduerſitas ac eo plus ad deum accelerant. 3.

4. ¶ Temporales plagę conducunt non ſolum (ut iamdictum eſt) ad abolendum reatum & maculam peccatorum prҫteritorum: ſedetiam ad cauendum peccata futura & dimembrationem a Chriſto: ut eidem inhęreamus timore iuſto, patientia humili cæteriſq; catholicis uirtutibus: ut etiam noſtram crucem portemus poſt Chriſtum, ceu noſtrum caput & præceſſorem ac exemplũ ueræ patientiæ. Temporalis igitur aduerſitas eſt omnino patienter ferenda intuitu Chriſti: qui ſine culpa eſt paſſus, nos uero ex culpa enormi: ut merito deum timentes cum latrone fateamur: Nos quidem iuſte damnamur, nam digna factis recipimus: hic uero ſaluator noſter nihil mali geſſit: & tamen pro nobis ingentes tribulationes ſuſtinuit. Qui inſuper uerbo & exemplo patientiã nos docuit, dicens: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: Et alibi: Si me pſecuti ſunt & uos perſequentur. Per patientiam in aduerſis augmentatur hominis meritũ coram deo, uirtute paſſionis & meriti Chriſti: qui ideo Latroni in cruce paradiſum promiſit. Aduerſa itaq; fortuna conducit homini ad multa: uidelicet ad complẽdum pœnitentiam temporaneam & delendum reatum culpæ: item ad ſatiſfaciendum pro debito pœnæ, & euitandum malam concupiſcentiam: item ad promerendum cęleſtem paradiſum & ad ſeuniendum & colligandum Chriſto. Præcipue ut a uia mala mineamur ad uiam iuſtitiæ. Qui patienter ſuſtinet temporales plagas in uiam pœnitẽtiæ: is uirtute paſſionis Chriſti, conſequetur ſalutem a domino. Qui autem in illis impatiens eſt: non inhæret Chriſto.

Jaco. 5 / ff. 15. §. 11 in fi. — Luce. 23 ante fi. — Matth. 10 ante fi. — Johan. 15 ante fi. — ff. 10. §. 9. in fi.

5. ¶ Cæterum ſponte & patienter ferendę ſunt plagæ & tribulationes ceu flagella a deo piiſſimo patre noſtro inflicta. Siquidem quaſdam plagas nequaquam effugere ualemus, ueluti mortem: qua totũ genus humanum ob culpam originalem eſt plagatum: & quam nulla deprecatio nec indulgentia nec priuilegium adimit. Et ſi quas plagas euadere poſſemus: fugere tamen non debemus ſed humiliter pati, præcipue illas, quæ ad dei gloriam aut ad proximi ſalutem tendunt: prout Paulus pleraſq; exteriores pœnas & plagas ꝓpter deum & proximum uoluntarie ſuſtinuit: ipſo referente: ꝙ fuerit in laboribus plurimis, in carceribus abundantius & in aliis plagis ibi enumeratis ad ſollicitudinẽ omnium eccleſiarum. Vbi uero aliquis intelligeret imminentem plagam non cedere uel ad dei laudem nec ad proximi ſalutem: talem plagam poſſet aut fugere aut abigere aut ſaltim ſubleuamen a deo petere per ſuffragia ſanctorum & per preces deuotorum hominum: quemadmodum Iacobus nos docet: Triſtatur autẽ aliquis ueſtrũ, oret æquo animo & pſallat: infirmatur quis in uobis, inducat preſbyteros eccleſiæ & orent ſuper eum, ungentes eũ oleo in nomine domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum & alleuiabit eum dominus. Hinc elicitur preſbyteros eſſe requirendos pro orationibus & cerimoniis in eccleſia perficiendis. Multo decentius poſſumus in noſtris neceſſitatibus cęlicos ꝓ ſuffragiis implorare: perſpectum enĩ habemus, nos mortales apud deum eſſe ingratos: ſanctos autem plurimum gratos interceſſores: qui noſtri fideliter ſunt memores: teſte ſcriptura: Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem: in die mala liberabit eum dominus. Potiſſime liberat deus a plaga homines qui uitam ſuam in melius reformant: exemplo Niniuitarũ: qui ſe conuertentes & pœna uoluntaria, i. euangelica pœnitentia affligentes, meruerunt ꝙ flagellum ſubuerſionis, urbi ſuæ comminatum, auertit deus: qui in Ezechiele inquit: Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis (nempe pro reatu peccatorum) & cuſtodierit omnia præcepta mea & fecerit iudicium & iuſtitiam: uita uiuet & non morietur: omniũ iniquitatũ eius non recordabor.

2. Cor. 11 ante fi. — Jaco. 5 ante fi. — Pſal. 40 in prin. — Jone 3 — Ezech. 18 poſt prin.

SEPTVAGESIMVM SEXTVM CAPITVLVM.

De pœnitẽtia Euãgelica.

Tertia &

TErtia & euangelica pœnitentia
(de qua ſupra. c.74.)neceſſaria
eſt ad ſalutem culpabiliū homi-
ſ.74.c ſ.89. §.3 in me num:qui non ſolum euangelica præcepta
ſed interdū etiam Chriſti conſilia ſequi de
bēt:præſertim illi qui hactenus nec plaga
nec alia pœna moleſtati ſunt,merito ſolli-
citi,ne debita eorum pœna uſq; ad infer-
na differatur. Agant igitur euangelicam
pœnitentiam & ſeipſos corripiant, dum
tempus gratiæ eis competit: quemadmo-
dum Paulus, poſt quoſdam extrinſecas
plagas perpeſſas,ſuæ euangelicæ pœni-
1.Cor.9 in fi. tentiæ meminit dicens: Ego caſtigo cor-
pus meum & in ſeruitutem redigo, ne for
2.Cor 11 ante fi. te cū alijs p̄dicauerim, ipſe reprobus effi-
ciar. Et infra: In labore & ęrūna, in uigilijs
multis,in fame & ſiti,in frigore & nudita-
te,p̄ter illa q̄ intrinſecus ſunt. Ecce Paul9
exemplo & uerbo docuit,euangelicā pœ
nitētiam eſſe ſubeundā, nō ſolum ꝓpter
pctā preterita,ſed magis ad cauendū futu
ra: nēpe carnē caſtigando & mortificādo
contra malā inclinationē,poſt pctm̄ in car
ne relictam:quęqdem tamdiu inhęret ho
mini: donec bonis moribus & operibus
ac uitę auſteritate, in conſuetudinē dedu-
ctis,diſſueſcat maloꝝ morū & facinorum
ſ.78. §. 1. in prin. decętero ad meliora inclinaturus. Euan-
gelica pnīa conſiſtit in tribus .ſ. in mentali
oratione & ieiunio ac elemoſyna. Orōnis
pœnitētia fit intrinſece in mente cū timo-
re,contritione,amore, hūilitate ac preci-
bus deuotis ꝓpoſitoq; bono. Deinde ſeq-
tur pnīa ieiunij,extrinſece corpus affligē-
do ieiunijs,uigilijs,pegrinationibus conſi-
milibuſq; corporalibus caſtigationibus.
Tandē mouet hō ad pœnitentiā elemo-
ſinę cōmunis:q̄ conſiſtit circa bona opera
charitatiue exhibenda deo uel proximo.
Hæc pœnitentia cōcernit cultū exteriorē
aut curam ꝓprię ſalutis aut promotionem
ſ.77.c 78.c.79 proximi:uti patebit in tribus ſequentibus
capitulis. De elemoſyna uero proprie
ſumpta dicetur infra, ca. 87.
2. ¶ Prima euangelica pnīa ſcilicet orationis
mentalis conſiſtit in ſuijpſius cognitiōe &
deſpectione:in humilitate & obedientia:
patientia & caſtitate;in bona cōſcientia &
peccatorum cōtritione ac in cōſecutione
legittimę pœnitentię. Item in carnis mor- Eph.e.4 ante fi.
tificatione & ueteris hominis exuitione:in
ſpūs excitatione & induitione noui hoīs, Roma.13 in fi.
nempe dn̄i Iheſu Chriſti. Pręterea hac
orationis pœnitentia homo accipit cru-
cem ſuā .i. obedientiā,humilitatē, patien-
tiā & caſtigationē carnis:iuxta illud: Qui
nō accipit crucem ſuā & ſequit̄ me,nō eſt Math. 10 in fi.
me dignus. Item: Siquis uult poſt me ue- Mat. 16 in fi.
nire,abneget ſemetipſum,nempe ſuperi-
oribus obediat:& tollat crucem ſuā quot- Mar.8. in fi.
tidie & ſequat̄ me. Item qui non baiulat
crucē ſuā & uenit poſt me, nō pōt meus Luc. 14 ante fi.
eſſe diſcipulus. Vnde conſtat q dn̄s Ihe-
ſus & ſui diſcipl'i euangelicā pœnitentiā .i.
ſpontaneā pœnā & correctionē approba
runt ſuſcipiendā, nō fugiendam eſſe neq; Gala.3
dirimendā: dictāte ſcripturā: Quicūq; em̄ Gala.2 in fi.
In Chriſto Iheſu baptiſati eſtis,Criſtū in-
duiſtis,quaſi decętero ſeruituri deo, non
uobiſipſis uicturi; ſed confixi ſitis cruci
Chriſti. Quippe qui in Chriſto bapti
ſatur: ad crucem & pœnam tempora-
lem ordinatur uſq; ad mortem:ut paratus Ps.37.
ſit ad flagella & dolor eius in conſpectu
ſuo ſemper:ac etiam propter deum mor- Ps.43 in fi.
tificetur tota die & æſtimetur ſicut ouis
occiſionis & humiliata ſit in puluere ani-
ma ſua. Ad deum quidem accedendum
eſt per ſuum filium .i. per paſſionem &
patientiam: prout Iohannes ſcribit: O- 1.Iohan.2 ante fi.
mnis qui negat filium: nec patrem habet
qui cōfitetur filium, & patrem habet. Ioh.14
Nam nemo uenit ad patrem, niſi per fi- in prin.
lium. Appellatione filij deſignatur crux
& paſſio: appellatione patris intelligitur
requies & lætitia ſempiterna. Ergo do- Math.11
minus ita nos uocat: Venite ad me omnes in fi.
qui laboratis & onerati eſtis,& ego reficiā
uos: tollite iugū meū ſup uos: & inuenie-
tis requiem animabus ueſtris. Item con- Luce 13. ante fi.
tendite intrare per anguſtam portam.
Et eſt anguſta porta & arcta uia quæ
ducit ad uitam. Hactenus de interi- Math.7 in me.
ori caſtigatione.
¶ Secunda pars euangelicę pœnitentiæ 3.
eſt ieiunium: quo comprehendit̄ cuncta
exterior caſtigatio:quæ fit abſtinendo &

uigoroſe uiuendo: pſallendo & oretenus
[Luce. 18. in prin.] orando: uigilando & alias corporaliter pœ-
nitendo. In mẽte quidẽ ſp orare iubemur
& nõ deficere. Sed uocalis oratiõis forma:
qua deus uerbis eſt adorandus, data eſt
[Math. 6] nobis in dominica oratione. Pluribus de-
[Luce 11. in prin.] niq; locis exemplum nobis tradidit domi-
nus: præcipue dum exijt in montem ora
rare & erat pernoctans in oratione dei.
[Luce. 6 poſt prin.] Inſup dominus frequenter nos admonet
uigilare ne incurramus tentationẽ, dicens:
[Mar. 14. in me.] Beati ſerui illi q̃s cũ uenerit dñs inuenerit
[Luce. 12 in me.] uigilantes. Rurſus decet ut pœnitẽs ſibij-
pſi imponat pœnam corporalẽ etiam cũ
læſione aliquali: utpote flagellando, depi-
lando, peregrinando uel ſimili pœna.
Quamuis delicati huiuſmodi caſtigatio-
nem derident: frequens tamen regula eſt
unam pœnam cum alia compenſari. Pœ-
na igitur hic aut illic ſuſte luenda, merito
tollitur uel compenſatur cum uoluntaria
pœna & caſtigatione: qua homo ſeipſum
affligit & ſuam habitam uoluptatẽ ſpon-
tanea acrimonia punit. Idipſum pro no-
bis peregit redemptor noſter: qui nos ab
æterna pœna, non in puluinari ſed in cru-
ce, cum ardua pœna ſuę paſſionis rede-
mit. Siquidem Chriſtus ſe pro te caſti-
gauit: cur ęgre fers pro teipſo caſtigatio-
nem pati?
4. ¶ Moderni antichriſtiani ieiunium par-
uipendunt, ſequuti iniquos magiſtros: qui
[Apo. 2 ante fine] taxantur hijs dei uerbis: Sic dicit prophetã,
docere, ſeducere ſeruos meos fornicari &
manducare de idolotycis. Illi ſeductores
[Math. 15.] ad eorũ reprobũ ſenſum ſacram ſcriptu-
[1 Timo. 4.] ram retorquẽt, allegantes: Non quod in-
[Titum. 1 in fine] trat in os, coinquinat hominem: quia omis
[Col. 2. poſt me] creatura dei bona eſt & nihil reijciendum
[Roma. 8.] item omnia mundis: coinquinatis autẽ ni-
hil eſt mundum. Nemo ergo nos iudicet
in cibo aut in potu. Si autem ſpiritu fa-
cta carnis mortificauerimus, ſaluabimur:
non ſi carnaliter ieiunamus. Obijciunt
inſuper, q; Chriſtus inter cibum non fe-
cerit diſcrimen: ideo licere carnibus ueſci
indiſtincto tempore: cum pluribus alijs
uafris argumentis doloſe inductis. Hu-
[24. q. 3 c. penul.] iuſcemodi dogma olim finxit hæreticus

Iouinianus, effractor parſimonię & caſti-
monię: q autũmauit, nullã nuptiarũ & uir-
ginũ eſſe diſtantiã nullũq; diſcrimen inter
abſtinentes & fruiole epulantes. Aduer-
ſus quem profunde ſcripſit Auguſtinus.
Ex parte obſeruandi ieiunij reſpondent
catholici, Iudæis exiſtimantibus cibum [Math. 15 in prin.]
illotis manibus ſumptum coinquinari: Ibi
dominus Iheſus nil de ieiunio, ſed de Iu-
dæorum errore locutus eſt: Non quod
intrat in os, coinquinat hominẽ, ſed quod
procedit ex ore, hoc coinquinat hominẽ.
Non proinde concluſit nullum cibum ho-
mini eſſe nociuum; alioquin uenenũ ſum-
ptum nemini noceret.
¶ Hac autem ſñia (Omnis creatura dei 5.
bona eſt & nihil reijciendum quod cum [1. Timo. 4]
gratiarũ actione percipitur) cenſuit Pau [in prin.]
lus, ueteris legis interdictum, ueluti carni-
um ſuillium uel alterius illiciti cibi prohi-
bitionem fuiſſe duntaxat figurã: quæ mo
do in noua lege ceſſat: ideo etiam interdi-
ctum eſt ſublatum: Ieiunium uero non ꝓ-
hibitum: neq; adempta eſt poteſtas ec-
cleſiæ: quæ ſtatuto tempore prohibet ue-
ſci carneis cibis, non q; ſint inmundi: ſed
quod eſus carnium poſt peccatum admiſ
ſus eſt, non inſtitutus a deo, qui de fructu [Gene. 9 in prin.]
tamen lignorum comedi mandauit. A [Gene. 2]
cibo deniq; carnali abſtineri conducit ad [Gene. 3 in prin.]
refrenãdum carnem hominis, quominus
ad concupiſcentiam malam deflectetur.
Decet igitur hominem eſſe moderatum:
cibo ſumpto pro ſuſtentamento, non pro
delectamento corporis. Quippe ſuperfluo
uictu ratio hominis ſupprimi ſolet. Ieiu-
nia itaq; ſunt inſtituta ceu medicamina cõ
tra gulã & carnis illecebras, in quas Epi-
curei frequenter prolabuntur. Diſcretio
tamen eſt obſeruanda, ne nimia abſtinen-
tia naturam debilitet. Deinde ponit Pau
lus: oĩa ſcilicet comeſtibilia eſſe munda
mundis. Per hoc non abrogauit ieiunium [Tit. 1. in fi.]
ſed errorem iudæorum, credentium natu
raliter eſſe immunda ea animalia, quorũ
eſus typice prohibitus erat. Quamobrem [Col. 2]
ſecundum Iudæorum ritum nemo eſt iu
dicandus etiamſi ueſcitur porcino uel alio
cibo in ueteri lege figuraliter prohibito.
Et quamuis

Et ꝙuis Paulus ſcribit,facta carnis morti
ficari ſpiritu,non ieiunio:tamē ieiunium
adiumento eſt ſpiritui,quo abilior erit ad
uincendum carnem crucifigendam &
caſtigandam: Paulo alibi ſcribente: Qui
Roma.8. ante me. ſunt Chri, carnem ſuam crucifixerūt cū
1. Cor.9 in fi. uitijs & concupiſcentijs: prout etiam ipſe
Paulus corpus ſuum caſtigauit.

6. ¶ Verum Chriſtus cibi diſcrimen fecit
nullum: non tamen prohibuit ieiunium:
cuius ordinationem & inſtitutionē, una-
cum nonnullis alijs ſalubribus decretis,di
ſtulit uſq; ad præſentiā ſpiritusſancti: qui
iuxta promiſſionem Chriſti, Apoſtolos
Iohan.14. circa fi. & eccleſiā docuit oia:indieſq; docet uſq;
ad extremū diem:ſuggeretq; ea quæ dñs
Iheſus ſuæ eccleſiæ & mēbris habet ulte-
rius dicere,declarare uel cōſtituere. Por-
ro idem ſaluator noſter ieiunare uel a car
nibus abſtinere non quidem aperte præ-
cepit:attñ uoluit,ne quis ſe ieiunum oſtē-
Math.6 tet; quo uideaт hoībus ieiunans:ſed deo:
qui eſt in abſcondito & reddet mercedē
Math.4 in prin. ieiunanti. Preterea ieiunio ſuo quadrage
ſimali dedit nobis exemplum,nō ut qua-
draginta dieb. nil cibi capiamus: ſed pro
uirili noſtra ieiunemus:quod & documē
Mat.6 to inſinuauit dicens: Cum ieiunas, unge
Actu.13 in prin. caput tuum et faciem tuam laua. Apoſto
li inſuper ipſi ieiunarunt & nobis ieiuniū
Act.14 in fi. impoſuerunt:ut in eorum patet Actibus:
Math.9 ante me. quemadmodum dominus prædixit: ueni
ent autem dies,cum auferetur ab eis ſpon
Act.15 in me. ſus:& tunc ieiunabunt. Apoſtoli deniq;
præceperunt ut abſtineamus a cibis illici-
tis utpote a contaminationib. ſimulachro
rum & fornicatione & ſuffocatis & ſan-
guine. Ipſi ꝙq;,ceu Chriſti ſequaces, qua-
draginta dies ieiunare inchoarunt: quod
hactenus eccleſia pro ſacro inſtituto ob-
Exo.34 ante fi. ſeruat ad memoriā dñici ieiunij: Quod in
ueteri teſtamento figuratū & in nouo ſe-
quendū eſt:quo Venerea caro refrenetur
& malignus ſpiritus expellatur bonuſq;
Math.17 introducatur:teſtificante dño,genus ma-
Mr.9 ante fi. lorū ſpūum nō eijci niſi ꝑ orōnem & ieiu-
7. ¶ Pondera cauſam dæmoniaci (nium.
regiminis,ꝙd iam potenter dñatur nobis
Germanis:qui abſq; temporis diſcrimine
carnibus ueſcimur,nunꝙ ieiuni:in dei de
decus:in eccleſiæ iniuriam: in cōtemptū
noſtrorum ſeniorum & præceſſorum ac
in ſcandalum & ignominiam noſtri: qui
ceu noui homines & dei renouatę imagi
nes,uitæ parſimonia Chriſtum ſequi de-
beremus:ſed edacitate conformamus nos
ueteri Adæ,aſſumentes naturam beſtia
lem & imaginem diabolicam. Equidem
immoderato eſu carnium ſcandaliſantur
Chriſtiani moderati. Quapropter Paul9
nos hortatur,ut ſectemur quæ pacis ſunt Roma.14 in fi.
& quæ ædificationis ſunt, inuicem cuſto
diamus: nec propter eſcam deſtruamus
opus dei,omnia quidem munda ſunt:ſed
malum eſt homini, qui per offendiculum
manducat:bonū eſt non manducare car-
nem & non bibere uinum:neq; in quo fra
ter tuus offenditur aūt ſcandalizatur. Vl
terius inquit Paulus: Si eſca ſcandalizat 1. Cor.8
fratrem,non manducabo carnem inæter in fi.
num. Ecce Paulus cibaria diſtinguit,quē
admodum etiam deus in paradiſo quoſ-
dam fructus conceſſit,quoſdam inhibu-
it:dum Adam ſemel dumtaxat fructum Gene.3
uetitum guſtaſſet,ipſe cum omni ſua po-
ſteritate in mortem cecidit. Tu ſine omni
temporis diſcretione frequēter uoras car
nes & cibos:quos deus per ſuam eccleſi-
am ſtatutis temporibus prohibet. Caue
modo quorſum tu es caſurus.
¶ Euangelicam pœnitentiam feſtinãter 8.
& inſtanter operari debes ex cauſis ſub- Eccle.9
ſequentibus. Primo cū homo ſuo facto a poſt me.
ſe bonū eſſe,in baptiſmo acꝗſitum, fuga-
uit & admiſit pctm̄ deo inimicū:ꝙuis eū-
dē inimicū ſuum deus ex hoīe, abſq; eius
cooꝑatione,pellere poſſit:nō aūt uelit,ſed
ordinauit:ſicut homo ꝓpria & ꝑuerſa uo
luntate pctm̄ admiſit: ſic rurſus libera &
ordinata uolūtate expellat ꝑ cōtritionem,
cōfeſſionē & abſolutionē:potiſſime ꝑ di-
uinā grām:inquantū eā a deo homo req-
rit & acceptat. Hmōi pñia eſt deo obla-
tio grata: iuxta illud: Sacrificiū deo ſpūs Ps.50
cōtribulatus. Nā qui corde, ore & opere
aduerſus dei inimicos ſtrenue molitur,
ꝓculdubio eſt deo gratus: quēadmodū
regi terreno miles acceptus eſt,qui fide-

lis regi,ſuum inimicũ aut trucidat aut mã
cipat. Secũdo accelerandũ eſt pñiam eo
ꝙ homo in domo' ſuæ conſcientiæ cum
formidine & periculo inimicũ dei pc̃tm̃
retentat,ſciente & uindicante deo:qui re-
pentina uindicta deteriorem ſui inimici
merito perimere deberet: ipſo comminã
Eſai.1 ante fi. te: Vindicabor de inimicis meis. Verunta
men deus ſuum furorẽ differt & ſinit ho
Mat. 13. in me. minis malum et bonũ ſimul creſcere uſqꝫ
ad meſſem:quo pc̃tõr interim ad pñiam
Eſaie 30. in me. conuertatur:expectat.n. dñs ut miſerea-
tur. Atqui quanto prolixius homo pœ-
nitentiam differt,tanto grauius punietur.
Mar.13 in fi. Quocirca Chriſtus nos auiſat ut uigile-
mus:neſcimus .n. qñ dñs ueniet: ne cum
uenerit repente, inueniat nos dormiẽtes.
Minime igitur præſens gratiæ tempus
negligamus;ſed q̃cito quis in pc̃tm̃ mor-
tale labit, mox ad pñiã feſtinet:non expe
ctans crudelẽ & momẽtaneũ furorẽ dñi:
Eccl.5 in prin. qui tandem uindicans uindicabit aut per
petua pœna infernali aut arcta pœna pur
gatoria,nil impunitum relicturus.
9. ¶ Tertio ad pñiam accelerari oportet; q̃-
niam ꝓ diuina iuſtitia opa mala puniẽda
ſunt aut in præſenti aut in futuro ſæculo.
Ad executionem igitur ipſius pñię Chri
ſtus in eccleſia erexit foꝝ conſcientiæ.
Cui ꝓfecit iudices,nẽpe animaꝝ curato-
res:q loco dñi ſup peccatores habent co-
gnoſcere & iudicare:pñia ligare & ſolue
re iuxta culpaꝝ qualitatẽ;Quicunqꝫ corã
iſto eccleſiaſtico tribunali cito ſiſti & ſe-
ipſos occulte accuſare:ſententiã piã & ab
ſolutionẽ ſacramentalẽ acceptare non cu-
rant neqꝫ tp̃alem pñiam hic exequi uolũt:
cogent in alio ſæculo corã extremo tri-
bunali cõparere:pc̃tã ſua manifeſte cõfi-
teri & ſtricte condẽnari ac ſentẽtiæ con-
demnatoriæ executionẽ in inferno æter-
naliter pati. Quarto Nemo de ſua uita ſeu
incolumitate q̃uis momẽto ſecurus eſt,ſẽ
per expectaturus periculũ corporis & a-
nimæ. ꝓpterea nemo pñiam ꝓcraſtinet,
ſed ad eam feſtinet, dum linguæ & ratio-
nis officiũ adeſt. Quintũ inductiuũ ad ce
lerem pñiam eſt ſanguis Chr̃i ꝓ nr̃i redẽ-
Tren.3. in prin. ptione effuſus:q cõtinue clamat & rogat
peccatorẽ ut ſtatim pęniteat:ne in eo me
ritum ipſius ſanguinis effuſi pereat. Quo-
modo igit̃ hmõi peccatorẽ cõnicum ſan-
guinẽ obaudire potes & pc̃tm̃ dei inimi-
cum(q̃d te merito Chr̃i ſpoliat) in tua cõ
ſcientia quiete habitare ſinis: Sexto feſti-
nanter pœnitere debes: qui non pateris
rem tuã extrinſecã diutius eſſe corruptã:
corpus tuũ ſauciatũ ſanari curas: ueſtẽ di-
laceratã conſuis:domum ruinoſam refor
mas;agꝝ ſterilẽ fimo ſpargis; cætera de-
niqꝫ utenſilia reficis:ſolius tui curã non ha
bes:interiorẽ animã derelinquis cõtami-
natam peccatis:qbus tuum ſummum bonũ
.ſ.deum a te expellis;tuã intrinſecã ſpũa-
lem & neceſſariã domũ deſtruis,dum ex
trinſecam domum materialẽ & nõ neceſ
ſariam extruis: qua de re ſcriptura te in-
crepat dicens:Quare ſartatecta nõ reſtau 4.Reg.12 poſt prin.
ras tẽpli,ſ.ſingularis: quod tu eſſe debes.
Septimo ex quo pc̃tm̃ cedit nõ ſolum ad
dei irreuerentiã,ſedetiã ad incõmodum
hoĩs;qui ideo timere habet,ne ipſe ceu in-
utilis arbor,unacum ſuo culpabili fructu,
excidatur & in ignem mittatur ac ſicut Math.3
palea comburatur igni inextinguibili. Er Luce.3
go homo det honorem Deo: curet ut
quantotius a peccatis liber: in conſcien-
tia purus ac ſibi ipſi ꝓximoqꝫ ſuo utilis fiat.

SEPTVAGESIMVM SEPTIMVM CAPITV-LVM. De bonis operib'.

TErtia canonica pœnitentia in
exterioribus conſiſtit operibus:
de quibus modo eſt dicendum;
quoniam nonnulli ſeductores dogmati- 8.76. §.1. circa fi.
ſant, omnia hominum opera eſſe incul-
panda & nullum eorum bonum uel ne-
ceſſarium ac ſi liberum arbitrium ſemꝑ
ſit malum,etiamſi pro ſua poſſibilitate o-
peretur:allegantes illud uerbum domi-
ni: Sine me nihil poteſtis facere:quaſi ho- Joban. 15. in prin. 1.§.7
mo ſua uoluntate dumtaxat male, ne-
quaquam bene agere ualeat. Quo-
quidem dogmate leues homines ſumũt
occaſionem non ſolum actualiter peccan
di,ſedetiam ſe in ſuis peccatis excuſandi;
præſumentes

præſumentes impoſſibile eſſe peccata ca
ueri atq; æqualiter extimari opus ſiue bo-
num appareat ſiue malum: neq; peccato-
rem ulterius teneri de peccato uel culpa:
neq; de facinore uel reatu: quia oĩa ma
la abſterſerit Chriſtus ſua paſſione: cuius
peccatores ſiant participes abſq; eorum
requiſitione uel cooperatione &c. Tali ꝑ-
ſuaſu ad malitiam hebetes ſeducunt, ſub-
lato dei timore: diſciplina & reuerētia ac
omni bono opere extinctis; ſeducuntur
deniq; in periculoſam deſidiam, immemo
res ſuorum peccatorum: quorum etiam
minime pœnitere ſtudent: hallucinantes
fruſtrari omnem ad deum orationem o-
peraſq; bonas: quaſi inde peccata potius
augeantur ꝗ alleuientur; deus magis ex-
aſperetur ꝗ ad pietatem moueatur: aiunt
.n. coram deo bona et mala opera coęqua
ri & utraq; nihil ualere. Talia & plura ſi-
milia ſcurrilia argumēta fingunt dicti an-
tichriſtiani.
2. ¶ Eoſdem igitur interrogemus, Impri-
mis Cur ſacra ſcriptura inter bona & ma
1. Johan. 3 la opera diſcrimē ponit: nēpe opera Cain
fuiſſe maligna: fratris autem eius Abel iu
ſta? Cur ſpiritusſanctus in ſcriptura fre-
Eſa. 11 quenter præcipit ut homines deũ quæ-
Eſaie 45 rant; ad eum ueniant & conuertantur?
Siquidem huiuſmodi quæſitio, acceſſio
& conuerſio culpanda eſt: ergo ſpiritus-
ſanctus præcepit peccare. Item cur Ihe-
ſus Chriſtus peregit bona opera dum ma
Johã. 13 in prin. la ſint? nempe præcinxit ſe lintheo: dein-
de miſit aquam in peluim & cœpit laua-
re pedes diſcipulorum & extergere lin-
theo: tandem mandauit, ut quemadmodũ
ipſe fecerit itidem diſcipuli faciant: ſub-
iungens, beati eritis ſi feceritis ea. Ecce
dominus præcipit ut bona opera peraga
mus: prout pleriſq; in locis ſuorum operꝫ
Johan. 5 ante fi. meminit, inquiens: Ipſa opera, quæ ego
Johan. 10 facio, teſtimoniũ perhibent de me. Conſi
poſt me. militer imponit nobis opus pñiæ: ubi ait:
Luce. 13 Niſi pñiam habueritis, oẽs ſimul peribitis.
Apo. 2 in prin. Item age pñiam et prima opa fac: ſin aũt,
uenio tibi. Omnia mandata, nobis a dño
manifeſte aut parabolice tradita, frequen
ter tendunt ad exercitiũ bonoꝝ operꝫ. Et
enim ait. Sic luceat lux ueſtra corã hoibus Math. 5
ut uideant opera uſã bona & glorificent poſt prin.
patrem ueſtrum qui in cœlis eſt. Deniq;
Chriſtus uoluit ſibi credi propter ſua o-
pera atq; promiſit illum, qui in eum credi- Johan. 14.
derit, facturꝫ opera ſimilia uł etiã maiora. poſt prin
¶ Attamen conſidera, ſolius dei eſſe ope 3.
ra bona: quædam abſq; medio, ueluti cre-
are aliquid ex nihilo: quædam mediante
creatura ceu inſtrumento. In omnibus ꝗ-
dem operibus dumtaxat nomen dei ma-
gnificatur: quapropter homo, mediãte ꝗ
deus bonum opus peragit, neq; nomẽ ne
q; famam ſibi arrogare poteſt ex opere ꝑ-
acto: quemadmodum nec ſecuris nec ali-
ud inſtrumentum, quo faber opus perfi-
cit, ſed ipſe faber propter opus extollitur.
Dici ſolet, illius concionatoris os terſe prę
dicauit aut cancellarij manus elegẽter ſcri
pſit: cum tamen neq; os neq; manus confe
cerit opus: quod per os cõcionatoris prę
dicatum uel per manum cancellarij ſcri-
ptum eſt: Ita deus per hominem iuſtum
operatur iuſtitiam, Sicut modo Chriſtus Johan. 14.
ſua opera cœleſti patri aſcribit, dicẽs: Pa- poſt prin.
ter in me manẽs, ipſe facit opera: ſic homo
ſua opera Chriſto aſcribere debet, Siqui-
dem credis & confidis tuum opus eſſe bo
num beneq; applicatum: hoc non tibi ar-
roges ſed deo tanꝗ principali: cui etiam Mat. 5 poſt prin.
laudem et gratitudinem exhibere debes;
qui ſua benignitate illud opus in te ſpira-
uerit & per te cum ſuo auxilio confecerit
præſertim ꝙ tuam uoluntatem ad idem
opus commouerit, Imo etiamſi omnia ex
pedienda oportune expediueris: tamẽ iu-
xta domini doctrinam dicito: Seruus in- Luce 17.
utilis ſum, quod debui facere, feci, & for-
ſitan perperam expediui. Hic docemur
humiles eſſe: ne quis ſe deo proprio ope-
re iactitet. Alioquin dominus ipſe com-
mendat bene operãtem: ad quem inquit: Math. 25
Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuꝑ pau- ante me.
ca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituã.
Ecce bonæ operationes & cærimoniæ:
quas homo ad nomẽ dei ſanctificandum
ex debito peragit: deo placent: ꝗuis bono Pſ. 15.
rum noſtroꝝ non egeat. Ne tamen homi in prin.
nis opus ſit abſq; fructu, deus ordinauit:

ſicut opera omnium corporalium creatu
rarum ad hominis obſequium & cômo-
dum diriguntur: ſic etiam hominis bona
opera, quæ cooperando erga deum & ꝓ
ximum debite exequitur, ad ipſius redi-
gunitur ſalutem.
4. ¶ Rurſus de operibus dominus loquit̃:
Math.7 circa fi. Non oĩs qui dixit mihi dñe dñe, intrabit
in regnum cœloꝝ, ſed qui facit uolunta-
tem pr̃is mei; Omnis ergo qui audit ỽba
mea & facit ea, aſſimilabitur uiro ſapien
ti; qui autem audit ỽba mea & non facit
Johan.15 in me. ea, ſimilis erit uiro ſtulto. Et alibi: Vos a-
mici mei eſtis ſi feceritis ea q̃ ego p̃cipio
uobis. Siquidẽ uelis uerꝰ Chriſticola eſſe
Chriſtiq; imitator, neceſſe eſt, non ſolum
credas præcepta Dei, ſed etiam opere cõ
pleas ac tuam crucem perfecta charitate
poſt Chriſtum portes, opere non fucato.
Redemptor deniq; noſter pluribus para
bolis bona opa attigit: Quando corripie-
Math.20 in prin. bat eos qui tota die hic otioſi ſtabant ac
iuſſerat operarijs mercedem reddi. Præte
Math.22 in prin. rea qui ad fidei nuptias ueniebar, non ha-
bens nuptialem ueſtem bonorum operꝝ,
iuſſus eſt in tenebras exteriores mitti, li-
gatis pedibus & manibus ad bona opera
Mat.25. in prin. non exercitatis. Itẽ quinq; uirgines; quæ
lampades fidei cum bonis operibꝰ quin-
que ſenſuum ornauerunt; cum domino
intrauerunt per cœleſtem ianuam: exclu
ſis fatuis uirginibus: quæ acceptis fidei
lampadibus, ſecum non ſumpſerunt ole-
Luce 19 um boni operis. Dominus inſuper abun-
de remunerauit ſeruos: qui cum decẽ uľ
quinq; uel duobus talentis fideliter ope-
rati ſunt: Inutilis autem ſeruus, qui talen-
tum operis abſcondit in terra, eiectus eſt
in tenebras exteriores, quia pecuniam do
mini non dedit ad menſam bonorꝝ ope-
rum. Hinc elicitur ꝙ homo ſuis uiribus,
quas a deo habet, uti debet ad bona ope-
ra: quæ afferunt uſuram & fructum æter
Luce 13 poſt prin. næ ſalutis: nam dominus præcipit ſucci-
di ficulneam eo ꝙ non afferebat fructum
bonorum operum.
5. ¶ Bona opera ſuſcitant fidem: quæ abſq;
Jacobi 2 bonis operibus mortua eſt in ſemetipſa:
quanto plus aliquis bene operatur, tanto
maiorem conſequitur mercedem. Qui 2. Cor. 9
parce ſeminat, parce et metet. Ergo dum Gala.6 ante fi.
tempus habemus (ait Paulus) operemur
bonum ad omnes. Nam Chriſtus ipſe Johan. 9 in prin.
fatetur ſe oportuiſſe operari donec dies
eſt: ueniet nox quando nemo poteſt ope
rari. Dies repræſentat uitam temporalẽ; J.Bo.ſ.10
nox mortem naturalem. Paulus igitur
admonuit Titũ, ut ſui diſcipuli diſcãt bo- Tit.3 in fi.
nis operibus præeſſe ad uſus neceſſarios;
ne ſint infructuoſi. Nam Chriſtus cõmit-
tit operari multipharia: nempe ut petamꝰ Math.7 in prin.
& quæramus: pulſemus & intremus per
anguſtam portam: item attendamus a fal
ſis prophetis & plura alia opera iniungit
nobis dominus. Scriptura inſuper præci-
pit, ut diabolo reſiſtamus: ideo appropin-
quemus: emundemus manus & purifice
mus corda. Iamdicti actus omnes ſunt o-
perum bonorum.
¶ Præmiſſa & plura alia modernæ & ue 6.
teris legis p̃cepta eſſent fruſtratoria, imo
ad augmentum peccatorum noſtrorum
lata, inquantum libero arbitrio nil boni,
ſed ſolum malum opus perficere poſſe-
mus. Certiſſime autem conſtat peccato-
ris pœnitentiam & conuerſionem eſſe o-
pus ſalubre; ſuper quo gaudium eſt in cę Luc. 15 poſt prin.
lo: teſte domino. Qui ideo omnes pecca-
tores ad pœnitentiam & conuerſionẽ uo-
cat, in Eſaia dicens: Conuertimini ſicut in Eſaie 31. ante fi.
profundum receſſeratis filij Iſrahel. Et in
Ezechiele; Conuertimini & agite pœni- Ezech.18 in fi.
tentiam ab omnibus iniquitatibꝰ ueſtris.
Item Iohel: Conuertimini ad me in toto Johel.2 poſt prin.
corde uro, in ieiunio & in fletu & in plan-
ctu. Ex hijs claret, opera pœnitentiæ &
conuerſionis eſſe bona, laudabilia et cum
dei auxilio in hominum arbitrio penden-
tia, Qm̃ homo, abſq; ſua uoluntate & diui
na gratia, de malo in bonum ſe conuerte-
re uel alia iuſta opera perficere nequit.
Cõcluditur ergo iuſtorum opera diuino
adiutorio & libero hoĩs arbitrio patrata,
non omnia eſſe mala, ſed quædam ex eis
bona. Alioquin iuſti ſemper eſſent iniu-
ſti in unoquoq; opere, inquantum omnia
eius opera ſint mala. Siquidem ne-
mo iuſtus eſt; ſic nullibi uerificabitur
iſtud ſpiri-

Pſ. 33 iſtud ſpiritusſancti elogium; Oculi domi
ni ſuper iuſtos & aures eius in preces eo
rum. Atqui iracundus uultus domini eſt
ſolum ſuper facientes mala. Neq; credibi
le eſt diuinam iram æqualiter diſcedere
tam ſuper probos ꝙ ſuper improbos: ac
ſi utrorumque opera conformiter ſint
mala.

7. ¶ Supraſcripta autem uerba domini (ſi
Joban. 15 ne me nihil poteſtis facere) nõ repugnãt:
c. §. 1. modo bene intelligantur. Sine me, i. ſine
gratia mea nihil poteſtis facere, nempe
quod meritum & fructum afferat ſalutis.
Ergo cum gratia dei aliquid facere poſ
ſumus. Ante bonum opus præcedat o
I. §. 3. portet diuina gratia: quæ omnibus homi
c. §. 9. nibus tam impijs ꝙ iuſtis præſto eſt ad
Math. 5 hoſtium. Deus enim ſolem ſuum oriri fa
in f. cit ſuper bonos & malos & pluit ſuper
iuſtos & iniuſtos. Hæc gratia gratis datur.
At mali ſuum amorem & arbitrium ſu
per omnia ad ſeipſos peruertunt: ideo in
eis ſol & gratia præueniens fruſtratur.
Boni ſuum amorem & arbitriũ ultra om
nia ad deum conuertunt; ideo ipſis ſplen
dor ſolis & gratia præcurrens conducit
Pſ 83. ad inchoandum bonum opus & conſe
quenter ad trãſeundum de uirtute in uir
tutem, i. de una gratia gratum faciente in
aliam. Exempli gratia. Si ex præambula
lectione uel auſcultatione diuini uerbi ca
pis dei auxilium: quo ſponte conſentis in
opus conterendi, confitendi, pœnitendi,
eleemoſynam præſtandi cæteraq; bene a
gendi: deinde acquiris gratiam bonum
opus perficiendi. Eadem gratia facit tuũ
opus deo gratum & tibi meritorium. Tu
quidem initio non coactus ſed arbitrio li
ber dimiſſus es pœnitentiam ſubire uel
fugere; bona opera agere uel negligere.
Roma. 2 Alioquin Paulus abſurde ſcripſiſſet: Be
in prin. nignitas dei ad pœnitentiam te adducit.
Apo. 2. Deſuper dominus ait: Dedi illi tempus,
ante f. id eſt, gratiam præcurrentem ut pœni
tentiam ageret & non uult pœnitere. Li
bero itaq; hominis arbitrio cum Dei au
xilio fiunt opera bona: quæ etiam coram
Deo meritoria ſunt ex gratia gratum fa
ciente.

¶ Finaliter bonitas operis a ſolo Deo eſt: 8.
in effectum tamen deducitur cooperan
te libero arbitrio hominis: qui per ſe nil
boni agere ualet abſq; gratia præuenien
te & auxilio Dei concurrente; neq; quic
quam promereri abſq; gratia ſubſequen
te & gratum faciente. Hinc eſt uulgare
prouerbium; O homo coadiuua teipſum
& Deus auxiliabitur tibi. Ad idem qua
drat ſententia, quam Chriſtus pauloſupe
rius expreſſit: Sicut palmes non poteſt fer Joban. 15
re fructum a ſemetipſo, niſi manſerit in in prin.
uite: ſic nec uos, niſi in me manſeritis: ac ſi
dicat dominus; ſed mecum nempe meo
auxilio poteſtis ueſtra uolũtate fructum
ferre. Quoties in ſcriptura inuocatur de c. §. 7
us ceu auxiliator noſter: toties intelligi in prin.
mur aliquid operari: alioquin auxiliatore
opus non eſſet. Ad quod facit iſtud Pſal
miſtæ: Deus fuiſti adiutor meus: adhæſit Pſ. 62.
aĩa mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua.
Inde elicitur, ꝙ bona opera homo perfi
cere nequit abſque diuino auxilio: quod
præuenit opera & excitat mentes non ſo
lum electorum, ſed etiam reproborum:
quibus ſæpius proſunt opera pœnitentię:
quam inchoant ante acquiſitam gratiam
gratũ facientẽ & abſq; charitate dei: pro
ut reperitur in Simone; Cuius cor non e Actu. 8
rat rectum coram Deo: in felle quoq; a in me.
maritudinis & obligatione iniquitatis eſ
ſe uidebat eum Petrus; qui ei nihilominꝰ
præcepit ut pœnitentiam ageret a ſua ne
quitia & rogaret Deum, ſi forte remitta
tur ei mala cogitatio cordis ſui. Simon
deſuper ſe præparauit ad acquirendum
Diuinam gratiam & libera uolunta
te interpellauit Apoſtolos pro deuotis
precibus ad dominum. Profecto ſi Petro
conſtitiſſet, pœnitentiam & orationem
inutilem fore Simoni (qui tunc abſq; bo
na fide & charitate Dei; immo peruerſe
mentis erat) certe non iuſſiſſet eum pœ
nitere & orare.

¶ Ex præmiſſis conijcitur, hominem pro 9.
ſuo libero arbitrio & Dei auxilio poſſe
pœnitere beneq; operari, ac ſe præpara
re ad conſequendam gratiam gratum fa
cientem; teſte hac ſcriptura: Hominis eſt Prouer. 16 in prin.

animam præparare & domini guberna re linguam: omnes uiæ hominum patent oculis eius: ſpirituum ponderator eſt dominus: reuela domino opera tua (utpote tuum liberum arbitrium flecte ad Deū) & dirigentur cogitationes tuæ. Hinc intelligitur quod deus cum ſuo auxilio perficiat bona opera & cogitationes hominis per eius arbitrium bene dirigat, inquantum arbitrium eſt præparatum. Quę quidem præparatio, dum eſt actiua, pariter a deo pendet: ſed paſſiua, i. pati ſe præpa-
§.39.§.11 rari, ſtat in arbitrio hominis. In bono itaq; opere gratia dei eſt actiua & uoluntas hominis paſſiua: nam gratia & influentia diuina acceptatur uel repudiatur libera uoluntatis electione. Hoc eo probatur, qđ
Joban.15 §.§ 7 in prin. dominus ait: ſine me nihil poteſtis facere: ergo ſecum poſſumus aliquid facere: prę ſertim fieri ut faciamus: ſiquidem poteſtatem habemus uoluntarie in Chriſto permanendi & fructificādi ac diſcipuli Chriſti fiendi: glorificandus quippe eſt deus
Joban.1 Math.9 in prin. qui dedit poteſtatem talem hominibus. Nos ipſos quidem non poſſumus facere diſcipulos domini: uoluntatem tamē præbere ac pati ualemus ut diuina gratia prę
§ 41.§.4 ante fi. ueniente in diſcipulos Chriſti ſuſcipiamur. Manichæi ergo plane confiteri coguntur φ liberum arbitrium ad hominis ſalutem aliquid cooperetur: quemadmo
Act.8 Act.10. dum dictus Symoniacus & poſt cū Cornelius infidelis uoluntatem adhibuerunt & ſe præparauerunt ad conſequendum ueniam, fidem & baptiſmum: pariter &
Luce 18. poſt prin. Luce. 15. publicanus dum adhuc in peccatis fuit, petijt ſibi remitti peccata. Item prodigus filius, ſui exilij memor, præparauit ſuum ad patrem reditum: poſtq̄ ſponte reuerſus eſt, ſtatim impetrauit patris gratiam.
Math.27 in prin. §.71.§.8 in prin. Proculdubio noſter ſaluator Iudam non reieciſſet, ſi præuenientem dei gratiam & Chri admonitionē non excluſiſſet ſed ſe (quemadmodum Petrus) ad legittimā pœnitentiam præparaſſet: dño ꝓmitten
Joban.6 in me. te, Eum q uenit ad me non eijciam foras.
10. ¶ Auguſtinus ſcribit, bona opera quan-
De vera re lig.c.14 doq; fieri per reprobos: quemadmodum iuſtus non poteſt omnia opera perficere abſq; peccato ueniali (quod dei gratiam diminuit, non omnino reſecat) ita raro eſt homo adeo malus quin aliquando agat bonum. Imo cathecuminus nondū baptiſatus poteſt cū dei adiutorio aliqua facere opa: quæ bona ſunt more humano, licet inſufficientia ad ſtatum bonum: qui primum in baptiſmo acquiritur per gratiam gratum facientem ut ſupra §. ix. de Cornelio dictum eſt. Non poteſt deniq; De pe.di.3 quid ergo turb.
malus in omnibus eſſe malus ſed habet aliqua bona: neq; bonus in omnibus eſſę bonus: nam ſepties in die iuſtus cadit, ſaltim Prouer.24
tim uenialiter. Bona uero opera hominis peruerſi remunerantur donis temporalibus: iuſti tranſgreſſio recompenſatur pęna temporali. Exemplum habemus in Iſa Gene.27 in fi.
ac: qui reprobo filio ſuo Eſau benedictionem dedit in pinguedine terræ & in rore cœli deſuper. Eundem quoq; ſiuit in gladio dominari & ſuo fratri Iacob iniuriari. Etſi neq; niſi perſona Eſau, neq; eius opera deo placuerint: noluit tamen diuina largitas Eſau ad ſuam petitionem temporaliter irremuneratum relinquere.

¶ Vt opus ſit purum & deo acceptum 11.
tria requiruntur elicita ex Eſaia ſcribente: beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere: Super quo Gregorius in moral. lib. ix. c. xxvi. inquit: Tres ſunt acceptiones munerum: munus a corde eſt capta gratia a cogitatione. Munus ab ore eſt gloria per fauorem ut ab alijs uideatur. Eſai.33 poſt me
Munus ex manu eſt prēmium per dationem: de quo dominus: nomen meum pol luitis in muneribus. Frequenter æſtimamus nos patraſſe bona opera: quę tamen interiori uel exteriori uanitate uel temporali quæſtu ſunt inquinata. Quiſque autem iuſtus a ſam dicto triplici munere manus excutit: quia in eo, qđ recte agit, neq; uanam gloriam neq; inane commodum ſed ſuam ſalutem quærit: ut deus glorificetur & proximus ædificetur. Math.6 in prin. Ezech.10 ante fi. Math.9 poſt prin.

¶ Ad intelligendum quæ opera ſint probanda quæ culpanda: nota diſcrimen trifariam. Imprimis quando homo ſcienter & uolenter opus cōmittit cōtra charitatē 12.
dei uel

dei uel proximi uel contra præceptum:ut
Gala. 5 eſt furtum, ingurgitatio, adulterium uel
ſimilia opera carnis, p̧ Paulum enumera-
ta: Huiuſmodi opera ſemper ſunt mala:
Pariter bona opera, mente peruerſa facta
ut eſt elemoſyna ad gloriã diſpenſata etc̃,
ea ſunt culpanda ob amorem inordinatũ.
Quandoq̧ prohibitum opus ex cauſa po-
teſt fieri licitum: ueluti furtum neceſſitate
famis cõmiſſum: quoniam in neceſſitate
Eccl. 29 in prin. omnia ſunt cõmunia: ſcriptum eſt em̃: Fœ-
nerare proximo tuo in tempore neceſſi-
tatis illius: acſi neceſſitate laborans uſurã
recipere poſſit. Secundo qui incon-
ſulte uel debiliter in opus cadit malum: ut
pote exabrupto iraſcitur uel carnaliter
mouetur ad uindictam ſeu concupiſcen-
tiam: in actum tamen operis non conſen-
tit: interea eſt peccatum ueniale. Quod
nemo euitare poteſt: ſed in eius debitum
omnes cadimus: Propterea iuſti & iniuſti
Math. 6 iubentur deum quottidie orare ut dimit-
tat nobis debita noſtra. Homo quidem
uenialiter peccat ſi in opere diſtrahit̃ a dei
uel proximi charitate: cui forte diligentius
inſudare poſſet. Si aũt adhibito ſummo
ſtudio, inuitus opus lente agere cogitur,
forſitan ex uiolentia uel natura: tunc opus
neceſſitatis eſt peccatum nullum. Hinc
ſequitur tertium membrum operis: quod
eſt: Qui omni ſuo conatu, quantum auxi-
liante deo pr̨ fomite carnis uel tentatiõe
diaboli uel mũdi poteſt, cauet quominus
deum uel proximum lædat: & tamen ne-
ceſſitate corruptæ naturæ cogitur aliqd
ſegniter operari: is nec mortaliter nec ue-
nialiter peccat: quoniã impoſſibiliũ nulla
ff. de reg. iuris l. impoſſibiliũ eſt obligatio, prout iure cautum eſt. Ad
id deſeruiunt elogia ſequentia: Nihil er-
Roma. 8. in prin. go damnationis eſt hijs qui ſunt in Chri-
1. Joban. 1 ante fi. ſto Iheſu, qui non ſecundum carnem am-
bulant. Nam ſanguis Iheſu Chriſti emũ-
Jud. 1 in fi. dat nos ab omni peccato. Et deus potẽs
1. Joban. 3 in prin. eſt nos conſeruare a peccato. Item om̃is
qui in Chriſto manet, non peccat: quia ille
apparuit ut peccatum tolleret.

13. ¶ Quamdiu igitur homo ſeipſum ſcru-
tatur & domino Chriſto intendit, tamdiu
non peccat, ſed in uia iuſtitiæ ambulat.
Sicut chorda citharæ non laxata ſimpho-
niam retinet: quæ ſi paululum remiſſa fu
erit, diſſonantiam parit: ſic ſi mentis ſedu-
litas in opere erga deum remittitur, mox
homo in peccatum negligentiæ cadit.
Si uelis nauiculam ſurſum uerſus fluui-
um ducere: neceſſe eſt ut ſemper ſine in-
termiſſione trahas: alioquin nauicula re-
trolabitur: remulco deniq̧ diſſoluto fre-
quenter fit naufragium. Sic homo ſua
deſidia facile in ueniale deſcendit: & ſi
ſuæ malæ conditioni & concupiſcentiæ
funem relaxat: leuiter in mortale labi-
tur. Sed ſi ſummam diligentiam in ſuo
opere licito adhibet ac omni loco & tem-
pore malis ſugillationibus neutiquã con-
deſcendit ſed pro uiribus reſiſtit: tunc ne-
quaquam peccat. Itaq̧ quamdiu ho-
minis animus in ſuis operibus diligens
eſt atq̧ attentus quorſum eum ordinata
charitas trahat & poſtergandæ carnalis
concupiſcentiæ obliuiſcitur: is opera ſua
perficit abſq̧ omni peccato: tametſi alias ſi
ne peccato ſaltim ueniali nequaquam uel
difficulter eſſe poſſit.

¶ Ideo Paulus excitat etiam iuſtos di- 14.
cens: euigilate iuſti & nolite peccare. Ad 1. Cor. 15 circa me
quos deniq̧ Petrus, poſt quarundam uir- 2. Pet. 1 in me.
tutum enumerationem inquit: hæc enim
facientes, non peccabitis aliquando. Ad Mat. 6
idem quadrant iſta uerba Chriſti: Si ocu- in me.
lus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tu-
um lucidũ erit: nempe ſi tuum propoſitũ
eſt iuſtum, in opere tuo non erunt te-
nebræ uitiorum: quoniam ſcriptum eſt:
Si acceperis uxorem, non peccaſti, & ſi 1. Cor. 7
nupſerit uirgo, non peccat: Et qui matri- ante fi.
monio iũgit uirginẽ ſuã, bene facit. Si igit̃
in ope cõiugij peccatũ euitari poteſt, mul
to facilius euitabit̃ in operibus diuini cul-
tus & cerimoniarum: ut ſunt ieiunia, pr̨e-
camina, peregrinationes & conſimiles a-
ctus ſpirituales: ſi quos homo pro uiribus
exercet.

¶ Veruntamen ubi impoſſibilitas eue- 15.
niret non debilitate naturæ ſed ex ma-
licia: ut ſiquis ex ebrietate uel inuetera-
ta conſuetudine uel alia ſua culpa bonum
opus exequi uel malo operi ſufficienter

obſiſtere nequiret: illi propter præambu-
lam culpam peccatum imputatur. Ita in-
Math. 19. telligitur hoc euangelicum: Non omnes
post prin. capiunt uerbum iſtud, ſed quibus datum
eſt: nempe uiuere in cœlibatu uel in uolũ
taria paupertate. Qui ſuum liberum ar-
bitrium bene dirigit, conſequitur gratiã:
Alioquin eſt ei impoſſibile, ex ſeipſo &
abſq; ſpeciali gratia, perpetuam continen-
tiam aut ſpontaneam paupertatem obſer-
uare: propterea Chriſtus ibidem conſulit
dicens; qui poteſt capere, capiat: nempe ſe
preparet ad gratiam a deo acceptandam.
Idem autem uerbum non eſt intelligen-
dum, quaſi Chriſtus dicat: qui nõ poteſt
.i. non uult, ille deſinat eſſe caſtus uel pau
per: ſed intelligitur de malicioſa impoſſi-
bilitate, non de naturali. Nam a natura
non eſt impoſſibilis cœlibatus nec paup
tas: ex nequicia uero arrogata impoſſibile
eſt peruerſam uoluntatem bene uelle: ut-
pote auarũ ſpõte uelle eſſe pauperem, aut
Math. 19 post me. cupidũ eſſe caſtũ. Hoc pacto uoluntaria
paup tas erat impoſſibilis opulento adole-
Luce. 9 in fi. ſcenti: noluit igit Chriſtum ſeq & abijt tri
ſtis, aſpiciens retro: p hoc ſeipm regno dei
ineptũ reddidit. Iſtud deus pmiſit, nõ cau-
ſauit. Quippe homo ipſe uoluntate ppria
eſt ſuę inculpandę impoſſibilitatis auctor
Math. 7 & occaſio: non deus: q cuilibet deuote pe-
tenti p ſuæ ſalutis neceſſitate gratiam tri-
buit. Verum impoſſibilitas naturalis mo-
leſtat hominẽ abſq; ſua culpa: idcirco ſuæ
ſaluti non incõmodat.

SEPTVAGESIMVM OCTAVVM CAPITVLVM.

De obligatione bonorum operum.

Opera bona procedunt ex charita
te ordinata, & fiũt ad dei honorẽ
uel ad operãtis pœnitẽtiã uel ad
proximi cõmodum. Mala opera proce-
dunt ex amore & arbitrio inordinato cõ-
tra deum, ad cõmodum proprium uel ad
damnum proximi. Bona opera ſunt præ-
cepta: mala interdicta: iuxta illud: declina
Psal. 36 a malo & fac bonum. Opus concernens
licita negocia temporalia eſt indifferens
neq; bonum neq; malum: per conſequens
neq; præceptum neq; inhibitum, ideo uni-
cuiq; permiſſum: ſed a domino Iheſu ali-
quando diſſuaſum: acſi quid ſalubrius in-
terim agendum ſit: neq; ſimus ſolliciti, di-
centes qd manducabimus aut bibemus Math. 6 in fi.
aut quo operiemur? Itaq; dominus diſ-
ſuaſit uim ui repellere aut cauſas in iudi-
cio proſequi, aut aduerſis reſiſtere, dicens:
Eſto cõſentiens aduerſario tuo cito dum
es in uia cum eo. Conſimiliter apoſtolus
docet: Nulli malum pro malo reddentes, Roma. 12 in fine
ſi fieri poteſt quod ex uobis eſt, cum omni-
bus hominibus pacem habentes, non uos
defendentes: date locum irę. Item frater 1. Cor. 6 post prin.
cũ fratre iudicio ne contendat: Hoc apud
infideles: quare non magis iniuriam acci-
pitis & fraudẽ patimini? Quippe iudici-
alis contentio ſapit aliquid corporale: nam
in carne extra ſpiritum geritur & ad ſalu-
tem nil proficit. Vnde Eſaias: Omnis caro Esaie 40. post prin.
fœnũ & omnis gloria eius quaſi flos agri:
exiccatum eſt fœnum & cecidit flos: uer-
bum autem domini manet in æternum.
Hinc apparet corporalia opera, in ſpiritu
facta, eſſe ad ſalutem proficua: utpote qñ
uerbo dei audito in contione aut lecto ex
ſcriptura: fide bona cordeque humili, de
peccatis tuis contritus, ueniam petis & ab
ſolutionem quęris: tuam inſuper carnem
caſtigas ieiunijs, orationibus & elemoſy-
nis. Huiuſmodi corporalia opera pro-
grediũtur ex ſpiritu, nõ ex carne: ideo af-
ferunt ſpiritualem fructum & diuinã gra
tiam: quæ non exiccatur neq; decidit. In Psal. 118.
æternum itaq; manet dei uerbum, quod
in ſermone uel ſcriptura didiciſti. Quo
hic gratiam, illic beatitudinem nanciſceris Math. 24 Mar. 13.
& ſic uerba Chriſti non præteribunt.
¶ Talia opera corporalia frequenter re- 2
quirit pœnitentia eccleſiaſtica: & æquipa
rantur operibus ſpiritualibus, eo q ex ſpi-
ritu per carnem foras prodeunt. Eadem 2. ?. 6. ſ. a in fi.
pœnitentiæ opera conſiſtunt in tribus, ui-
delicet in oratione, ieiunio & elemoſyna:
ad quæ reliqua bona opera reducuntur.
Oratio reſpicit omnem cultum diuinum.
Ieiunium caſtigationem corporalẽ. Ele-
moſyna exteriora opera miſericordiæ.

Simili

Simılis ordo obſeruatur in iudicio maleſi
cij:ubi reus criminis ſe humiliat erga iudi.
cem, gratiam petiturus. Cui ſi ſupplici-
um mortis remiſſum eſt, imponitur mul-
cta caſtigatoria uel pœna pecuniaria.
1. Johan. 2 in me. Præmiſſa tria pœnitentiæ opera ſuppri-
munt triplicem cupidinem ſcilicet carnis
Math. 17 in fi. oculorũ & ſuperbię. Concupiſcentia car-
nis refrenať ieiunio, teſte ſaluatore: Hoc
genus, nempe carnalis fomitis, non eijcit
Luce 11. ante fi. niſi per oratıonẽ & ieiunium. Oculorum
cupido excæcatur per elemoſynam: qua
Baruch 4 in me. q̃s oẽm mũdiciã cõſequiť. Sup̃bia uitę hu
miliatur oratione: Baruch igitur induit ſe
ſacco obſecratiõis. Ex iam ſcriptis datˀ in-
telligi, ad bona opa teneri hoiem, eo q̃ per
egit opa mala decætero fugienda: et ſic ma
la opera cũ bonis operibus cõpenſantur
quo decetero facilius euitantur.
3. ¶ Ante oĩa tenemur naturali obligatione
deuoluere diuini cultus opera tam diu e-
xtrinſeca quã intrinſeca: potiſſime interi-
ori deuotione, timore & ordinata charita-
1. Johã 4 in fi. te, ſiquidem deus prior dilexit nos: ideo
noſtrã uoluntatem diuinæ uoluntati pror
ſus ſubmittere & conformare, imo deum
ultra nos libere diligere debemus toto co
natu & cogitatu, uerbo & opere. Quũ ho
mo ſit opus dei, prę cęteris corpalibus cre
aturis ratiõe dotatũ: uice igiť ſui & oim ir-
rationabiliũ creaturarũ ſibi ſubiectarum
naturaliter & legitime obligatus eſt atq̃
aſtrictus deo, ceu ſuo & reliquarũ creatu-
rarum plaſmatori, exhibere obedientiam,
timorẽ, amorẽ & oẽ obſequiũ ac ſecun-
dũ edictũ Pauli operibus tam exteriori-
bus quã interioribus grãs agere ſemper
Ephe. 5 post me. pro oĩbus in nomine noſtri Iheſu Chri-
ſti deo & patri. Hinc quidã ſeductores p̃-
ſumunt: hois opera bona nihil aliud eſ-
ſe quã gratiarũ actiones; alioquin nec deo
grata nec homini ſalubria. Verum quidẽ,
homo p ſe & alijs creaturis, erga deũ gra-
tus eſſe debet: ut patet partim ſupra. c. 50.
§. 2. ſed nihilominus unacum gratiarum
actione tenetur ad bona opera: quæ fru-
gi ſunt atq̃ meritoria coram deo: qui nul-
lum bonum relinquit irremuneratum, de
quo infra. 79. §. 3.

¶ Sicut omne corporeum plaſma factum
eſt ad uſum & obſequium hois ceu imagi 4.
nis diuinę: q̃ etiã medium eſt inter deũ &
creaturas irrationales: ſic idem homo in
corpore & anima ad nihil aliud finaliter
factus eſt, quam ad cultum & obſequium
diuinũ: quo pro ſe & cęteris creaturis ſi-
bi ſubiectis, creatori ſuo (cui ſine medio
& alij nemini ſubiectus eſt) per bona ope
ra inſeruiat totis uiribus intrinſecis & ex-
trinſecis. Nam omne opus debet hono-
rare & reuereri ſuum artificem: iuxta cõ-
mune prouerbium, opus laudat ſuum opi
ficem. Quamobrem neceſſe eſt, ho-
mo ſe deo dignam creaturam non ſolum
interiori mente geſtiat, ſed etiam exterio-
ribus exhibeat operibus: in quibus deus
honoretur & glorificetur; quemadmo-
dum ipſe dominus iubet. Cui homo æ- Math. 5 post pri.
quius laborat quam deo: qui ei manus p̃-
buit ad uſum diuini obſequij & ad exerci
tium bonorũ operum. Quorſum hõ re-
ctius incedit quã ad deum: q̃ ei pedes ſup
poſuit ad bonum greſſum utpote pegri
nandi: ęccleſias & pauperes uiſitandi uel
alterius ſalutiferi itineris. Cæteras deniq̃
uires ſpirituales & corporales homo ha-
bet exercere prę omnibus ad dei obſequi
um, interius bona cogitatione, ſana doctri
na & contẽplatiuo amore: exterius diligẽ-
ti lectiõe, auditu uel p latu ſermõis: ſonora
cãtilena: larga elemoſyna alijſue bonis ope
ribus. Deinceps poterit homo p ſua & ſu-
orum commodo ſuis uti uiribus: ut tamen
omnia opera in deo terminentur.
¶ Cæterum deus, ceu æterna quies, ordi- 5.
nauit ut ſua creatura temporaneo & in-
quieto labore ad requiem æternam & ſta
bilem perueniat. Hominẽ igitur nec
uocare nec ociari decet: ſiquidem cœli
mouentur: ſtellæ ſuum curſum pera-
gunt: elementa inſoleſcunt: uegetalia cre
ſcunt & decreſcunt: ſenſibilia exercẽtur:
tempora tranſeunt: & reliqua non ociantˀ
uſq̃ ad diem extremum: quo creaturæ a la
bore ceſſabunt & requieſcent: Præcipue
electi: quos dominus ad ſe per fatigia la-
borioſa euocat dicens. Venite ad me Math. 11
omnes qui laboratis & onerati eſtis, &

ego reficiam uos:tollite iugum meum ſuper uos:& inuenietis requiem animabus ueſtris. Porro irrationabilium exercitia fiunt neceſſitate naturæ:ideo nec uituperāda nec inculpanda. Etſi ſerpens me toxicat: huiuſmodi tamē toxicatio eſt in ſe bona & naturalis:tametſi me uenenatū reddit:quemadmodum delectabilis ſplēdor ſolis meos luſcos oculos offendit. Nihil itaq; mali imputandum eſt irrationabili creaturæ:cuius opera non libere, ueluti hominis opera,ſed coacte abſq; arbitrio & ſcitu peraguntur. Huiuſmodi deniq; opera non ſunt brutorum ſed naturalis influentię per bruta agentis. Propter quę quidem opera nec brutum nec natura remuneratur:ſed deus, ceu naturę & creaturæ plaſmator glorificatur. Sap. 9 in prin. Hominem uero deus alijs creaturis prępoſuit:eidem concedens rationem & liberum arbitriū: quo libere & ſponte,non coacte ſua opera bene dirigat & ultra opera brutorum ſuperexaltet atq; decoret. Math. 20. in prin. Ocioſos deniq; increpat dominus: Cur tota die præſentis uitæ ſtent ocioſi: per hoc inſinuans ut in bonis operibus frequēter occupatus ſit homo tanquam imago dei:qui ſemper Ioh. 5 operatur,nunquam deficiens.

6. ¶ Ex præmiſſis clareſcit, te tuorum operum eſſe dominū & arbitratorē: inquantum eadē fiunt ratione & libero arbitrio: quod in re regit ceu Adam,& poteſt antequam operaris cum Eua,i.ratione tua conſultare & præmeditari, an tuum ce- Ps. 36 ptum opus bonum ſit an malum:quo malum declinare & bonum facere ualeas,nō inuitus uel a natura neceſſitatus,quemadmodum inſipiens brutum: ſed libere & ſponte:ueluti ſapientem decet. Nam quamuis homo ſuo arbitrio potis eſt bene uel male uelle:debet tamen malum omittere & bonum perficere: propterea ante eum ſtat ſupplicium uel præmium: quoniam ſua uoluntas, ſiue bona eſt ſiue mala,plane uerſatur in libera hominis poteſtate:iuxta iſtud: Eccl. 44 in pr'n. dominantes in poteſtatibus ſuis homines magni, uirtute & prudentia ſua præditi. unde elicitur, homines prudentiæ expertes (ueluti infantes & ſecordes) arbitrio ligato,non libero potiri. Prudentium autem hominum arbitriū deus nō ligat neq; cogit:alius quoq; nemo cogere poteſt: idcirco rationis capax eſt inexcuſabilis,prætendens ſe ex neceſſitate peccaſſe:ſcribente Paulo: Pctm̄ enī uobis nō dn̄abit. Atqui clarius ait ſcri- Roma. 6. in me. ptura: Deus ab initio cōſtituit hominē & Eccl. 15 in fi. reliqt illū in manu conſilij ſui,nempe liberi arbitrij,conſiſtentis in ratione tanquam E.39. ſ.11 in prin. in ſuo conſilio. Ecce mala opera ſoli operanti ſunt imputanda propter ſuum arbitrium:quod licet habeat a deo:ipſe tamen iſtud male peruertit. Alioquin ſi homo unacum ratione non haberet arbitrium liberū:opera ſua nec bona nec mala eſſent: neq; laudanda neq; uituperāda:pcōſequēs nec remuneranda nec punienda. Bona inſuper opera homini partim attribuunt, propter liberum arbitrium: in quo patitur deum bene operari:tametſi huiuſmodi operatio principaliter deo aſcribenda eſt,cum abſq; diuino adiutorio liberum arbitrium bene dirigi uel bona opera fieri & deo grata eſſe nequeant.

¶ Ad expediendum opus bonum homo 7. triplici gratia indiget,ſ. ante opus: in ope & poſt opus. Eadē gratia ſimilis eſt ſplēdori ſolis ſuper operarium dormientem ſplendentis:qui poſtquam euigilat & oculos aperit,ſtatim penes ſe reperit lumen: mediante quo uidere poterit opus perficere & diſponere adeo polite ut domino operis placeat. Pariter gratia dei præueniens ſplendet ſuper hominem peccatis ſopitum:eum admonens ut a ſua laſſitudine euigilet ac a peccatis ſurgat:dicens:Surge Ephe. 5. ante me. qui dormis & exurge a mortuis & illuminabit te Chriſtus. Quamcito homo oculos ſuæ conſciētię aperit & ianuam ſuę uoluntatis domino reſerat ac ſplendorem diuini luminis intromittit: mox præ manibus adeſt dei auxilium : quo mediante cū diuina gratia cooperari poterit ut opus inchoatum perficiatur & deo gratum fiat: necnon a deo impetrare continuum exercitium decætero bene operandi, ſcilicet unum bonum opus poſt aliud. Econuerſo qui poſt ſalubrem admonitionē in con-

ſcientia

ſciẽtia e ſomno non euigilat neq̧ a pctis ſurgit, bona opera neglecturus: ſed more pigri ſerui prolixius dormit, ſuamq̧ uoluntatẽ ſibi appropriat & a deo elongat: is audit a ſpũſancto hęc uerba: uſq̧quo piger dormis, quando conſurges de ſomno tuo? paululum dormies, & ueniet tibi quaſi uiator egeſtas. (Prouer. 6 poſt prin.) Acſi dicat tibi ſpũſanctus: Neq̧ capax neq̧ particeps eris diuini auxilij ſeu gratiæ: qui uoluntatẽ tuam non aptas ad conſequendũ huiuſmodi auxiliũ & gratiã: ſine qua homo nulla bona agere poteſt ſed ſola mala opa: quę ꝓpria & ꝑuerſa uoluntate perficiunt: ſiquidẽ homo ꝑ ſe cadere, non autẽ reſurgere ualet.

8. ¶ Homo ceu rationalis creatura aſtrictus eſt deum ſuper omnia diligere eiq̧ ſeruire reuerentia Latriæ: quæ quintuplicem cõprehendit obedientiã. Prima eſt credere in deum. Secunda eſt deum cognoſcere ratione & prudentia. Eędem ambæ obedientiæ, ſ. fidei & prudentiæ ſunt interioris mentis & cordis. Tertio hõ pro uiribus corpis & aĩæ honorẽ & reuerentiam deo exhibere tenetur. Quarto ut ſuo creatori offerat dona legittima. Vtraq̧ iamdicta obedientia, ſ. cęrimoniarũ & ſacrificiorum de corde exit ad opa bona. Quinta obedientia eſt deum adorare interiori corde & exteriori ore ac opere. Poſt deum homo ſeruire debet creaturæ ceu diuinæ imagini uel ſimilitudini: de qua ſupra, 47, §, 8. Quemadmodũ deus omnia operatur principaliter ad ſui laudem, gloriam & honorẽ: ſecundarie ad utilitatẽ & ędificationẽ hominis: ita homo omnia ſua opera dirigere debet, principaliter ad honorem, decorẽ, famã, obſequium & beneplacitum dei: ut eius nomen ſanctificetur, poſtea procuret ſalutem ſuipſius & proximi. Qamobrem orare iubemur imprimis pro honore dei: deinde ꝑ utili noſtro: (Math. 6) dicentes, ſanctificetur nomẽ tuum: adueniat regnum tuum. Omnis itaq̧ noſter conatus dirigi debet aut ad dei honorem uel hominum commodum uel ad utrũq̧. Porro honeſtum & utile ſunt duo fructus ex bonis colligendi operibus. Honeſtum quippe ſpectat extrinſece ad diuinam maieſtatem: utile eſt intrinſece neceſſarium creaturę.

9. ¶ Deus in ſe eſt perfectus nihil indigens: (Pſ. 15 in prin.) cui nec extrinſece nec intrinſece quicq̧uã accedere poteſt. Verum quidem dei honor exterius in creatura augeri, ampliari & magnificari debet. Cum autem ex diuina ordinatione opera bona abſq̧ fructu non ſint: deus quoq̧ (cui huiuſmodi opera exhibentur) nullo fructu eget, acceptat igitur honorem ſibi in opere exhibitum: eiuſdem tamen operis cõmodum homini impertit. Et quanto plus honoris & obſequij deo exhibet homo: tanto ampliorem cõmoditatem conſequitur. Deus reſeruat ſibi honorem: cõmodum autem transfert in boni operis factorem. Rurſus quæ deus ad ſuam gloriam creauit ut ſunt aſtra & reliqua: Hæc ſimiliter cedunt homini ad cõmodum. Quilibet igitur curet, ne huiuſmodi commodum negligat: ſed ſe aſſidue in bonis operibus exerceat: quibus ſua ſalus augetur & pręcipue deus glorificatur. Quippe diuina gloria potiſſime conſiſtit in amore: quo ſponte deum ultra omnia diligas omneq̧ deo contrarium odias: eo ꝙ ipſe deus amore æterno & uolũtate libera te creauit ex primo odioſo nihilo & idem nihilum ad (c. 10 §. 1 in prin.) aliquid amabile, nempe ad hominem deduxit: poſtea te ab altero nihilo, nempe a peccato & æterna morte, redemit: te quoq̧ continue fouens, per quottidianam gratiam ſacramentorũ redimere ac in bono eſſe præſeruare dignatur, inquantum tuam uoluntatẽ ad eum flectis tuumq̧ amorem diuino amori accomodas.

10. ¶ In nulla re deo uniri uel conformari potes quam interiori charitate: nam deus eſt charitas & nuncupatur charitas ac a te tuam requirit charitatem. (1. Johan. 4 poſt me. c. 13. §. 6 in prin. 2 45 § 1 1. Cor 13) Et licet deus requirat pariter fidem, ſpem, timorem, obedientiam aliaq̧ obſequia: tamen non uocatur fides neque ſpes, ſed duntaxat charitas: ergo maior aliarũ uirtutũ eſt charitas, Quę plane exiſtit in libero arbitrio ceu in dei imagine. Extra charitatẽ quidem nihil eſt hominis,

quod deo cõmode offeratur. homo quippe ſolam ſuam charitatem & liberam uoluntatem diuinæ charitati & uoluntati cõformare poteſt atq; debet. Ab eadem deniq; charitate & libero arbitrio pendet erga deum hominis obedientia, fides, fiducia, ſpes, timor, laus & honor cæteraq; obſequia deo exhibenda in ſincera charitate: ſine qua deo nullum opus gratum eſt uel acceptum: niſi concludatur charitate.

Principale intrinſecum charitatis opus eſt fides: qua homo tenetur deo & ſuis diuinis uerbis ſacriſq; ſcripturis, ceu indubitatæ ueritati, firmiter credere. Deinde ſequuntur cætera intrinſeca & extrinſeca opera: utpote obedientia, timor, ſpes, & reliqua obſequia. Porro ſolus deus eſt noſter clemens patronus & inuictus iudex: cui nos tanquam ſerui obedientiam exhibere & quem nos tanquam rei criminis timere

1.Johan. 1 in fi. habemus. Deus erga nos fidelis eſt atq; largus: cui confiſi noſtra facinora confiteri debemus: ac ſperare poſſumus in eum ceu omnipotentem: qui nobis adiutorio & largitioni eſſe uult atq; ualet. Deus inſuper eſt ſummũ bonũ: cui ſupremus & oĩs honor debetur. Eſt deniq; ſolus laudabilis

Marci 7 in fi. opifex: qui omnia bene fecit. Ipſe eſt do-

Deut. 10 in fi. minus: a quo omnis poteſtas: quare illi ſoli ſeruies & propter ſe cæteris legittime dominantibus. Omne quod habemus eſt a deo: Cui propterea naturaliter in immẽſum obligamur. A bonis igitur operibus non uacemus, neq; circa ornatum eccleſiaſticum tenaces ſimus: ſed tanquam humiles & beniuolæ ac gratæ creaturæ mẽbraq; eccleſiaſtica, ad dei cultum, pro noſtra facultate, temporalia bona impendamus. Quo diuini nominis ſanctificationẽ hic inchoemus orando, ieiunando, uigilando, peregrinando, elemoſynam largiẽdo, cęrimonias promouendo bonaq; expediendo opera tam extrinſeca quam intrinſeca: in patria diuino cultui perpetuam operam daturi.

SEPTVAGESIMVM NONVM CAPITVLVM. De bonorum operum merito.

Quæritur an aliquis ſuis operibus coram deo mercedem mereaṫ. Triplex ſpectatur meritum, ſcilicet condignum, formale & congruum. Primũ mercenario remuneranda eſt ſua opera: ueluti ſcriptum eſt: unuſquiſq; aũt propriam mercedem accipiet ſecundum 1.Cor.3 ſuum laborem: Dignus eſt enim operari- Luc.10 post princ. us mercede ſua: quemadmodũ ſimila uno denario uel ulna panni uno ſolido: ita dieſtarius dignus eſt diacio. Hoc modo nemo coram deo aliquid digne promereri ualet, neq; donum neq; gratiam: quoniam homo nihil ęris proprij habet: ſed omnia ſua ſunt a deo: cui ꝓpterea obligatus exiſtit ex totis uiribus corporis & animæ. Secundo meritum formale eſt idonea & ꝓportionata forma ad aſſequendum a deo gratiam plus merito: prout lapis meretur eſſe angularis & tamen minor eſt quã angulus ędificandus. Item parua tui oculi pupilla proportionata eſt ad capiendum in ſuam uiſionem, formam ingentis montis: Ita quoq; dominus eſt paruum granũ Math. 13 in me. ſynapis, i. ꝓportio & forma: mediante qua & 17 a deo impetrat meritum inmẽſum & fru in prin. ctus incomparabilis, nempe redemptio a morte perpetua & adeptio uitæ æternæ. Conſimiliter filius unigenitus & neceſſarius hæres patris (quem nunquam offendit ſed ei in omnibus obedit) ab eodem patre poteſt impetrare manumiſſionem ſeruorum ad mortis ſupplicium condemnatorum, acetiã promereri, ut pariter eoſdem manumiſſos adoptet ac ipſius naturalis filij cohęredes inſtituat.

¶ Tertium meritum, ſ. congruũ eſt præ- 2.
ſentis materię & multo exilius, immo ꝓpe nihil, reſpectu doni: quando ſubiectũ eſt diſpoſitum uel aptum ad plus recipiendum quam meretur: exempli gratia: aſſer polite dolatus aptus eſt ut in eo aurea imago depingatur: uel pannus pulchro colore intinctus diſponitur ad ueſtem regiam, item lapis quadratus meretur poni in fundum, dignus domo deſuper ædificanda: & lignum tiliæ aptum eſt ad imaginem excidendam ac altari imponendam: uelu- 3.Reg. 5 ti dominus præcepit lapides grandes & in fi.

precioſos poni in fundamentum templi
lignaq; præparari ad ædificandum do-
mum domini, Pariter legalis Canonicus
meretur eligi in Epiſcopum. Strenuus
miles meretur deaurari uel in Baronem
aſſumi. Hic ſola hominis idoneitas nuncu
patur meritum. Quod olim angeli, hodie
eccleſia tribuit Mariæ: ſe commeruiſſe
portare Chriſtum. Talis honoris nulla a-
lia creatura capax eſt. Hoc pacto cœlū
meretur iuſtus: qui ſe pro ſua uirili præ-
parat capacem fieri diuinæ gratiæ: quæ
longe ipſius excedit meritum, Idem itaq;
cōgruū meritū hoīes conſequi poſſunt: ꝑ
[Eccl. 16 ante me.] ut ſcriptum eſt: Omnis miſericordia, faci-
et locum unicuiq; ſecundum meritum
operum ſuorum: Quod declarat ſaluator
[Johan. 5 poſt me] dicens: procedent qui bona fecerunt, in re
ſurrectionem uitę: qui uero male egerūt,
in reſurrectionem iudicij. Homo igitur
ſe præparet ſuumq; liberum arbitrium
eo flectet quo fiat aptum obiectum: in ꝙd
Deus ſuam copioſam infundat gratiam:
quæ immenſe excedit omnium homi-
num merita: ut eſt remiſſio peccatorum
& contributio cœleſtium gaudiorum:
quemadmodum ipſe dominus promit-
[Matth. 25] tit: quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper
multa te conſtituam: intra in gaudium
domini tui. Præterea deus minorem ſo-
let exigere pœnam ꝙ peccator meruerit:
[Job 11 in prin.] teſte ſcriptura: Multo minora exigaris
ab eo ꝙ meretur iniquitas tua.
5. ¶ Q; modo pręmiſſo bona opera ſint
[Joan. 5. in ſi.] meritoria & remuneranda ac etiam ad ę-
ternam beatitudinem proficua, probat
noſter in bonis operibus præceſſor Ihe-
ſus Chriſtus: affirmans mercedem conſe-
[Matth. 10 in fi.] cuturum eum qui dederit egeno calicē
aquæ frigidæ tantū. Et ipſe in extremo
[Matth. 25 ante fi.] iudicio ſit dicturus electis: uenite bene-
dicti patris mei, poſſidete paratum uobis
regnum a conſtitutione mundi. Cauſam
huiuſmodi diuini doni attribuit dominꝰ
bonis operibus proximo exhibitis, inqui
ens: Eſuriui enim, & dediſtis mihi man-
ducare &c. Siquidem tam modicum o-
pus, ueluti offula uel ciatus aquæ, coram
deo meritorium & remunerandum eſt:
multo magis remunerabuntur potiora o-
pera: utpote ſi ſuperior bene regit: ſubdi-
tos ſedulo defendit & pacificat. Viciſſim
ſubditi erga eum ſunt probi, obedientes,
fideles, inter ſe concordes, Item ſi paren-
tes ſuos liberos educant in diſciplina, in
dei timore omniq; uirtute. Si ſimplices ſi-
ne reprehenſione ſunt in medio nationis
prauæ. Præcipue meritorius eſt ſtatus re
gularium, mundum ac carnem bonaque
temporalia relinquentium & ſuum libe-
rum arbitrium deo offerentium ac in re-
ligione perſeuerantium uſq; ad finem. In
ſumma, meritorij ſunt ſinguli ſtatus totius
Chriſtianiſmi: quicunq; ſui officij memor
debita onera & licita fideliter & diligen-
ter operatur bona fide & ordinata chari-
tate: is a Deo miſericorditer remunerať:
quoniam nullum bonum irremuneratū.
Et ſiquis munere ſui operis non indiget
(quemadmodum CHRISTVS) eius
tamen opus conducit alijs, nempe capaci
bus meriti ipſius.
¶ Cæterum ad efficatiam operis remune 4.
randi requiruntur quinque. Primo ut
opus in ſe ſit bonum: ueluti oratio, ieiuni-
um, elemoſyna, compaſſio, beniuolentia.
Nam uindicta, contumelia, alea, fornica-
tio & ſimilia opera illicita, intentione iu-
ſta fieri nequeunt neque in finem rectum
redundant: idcirco huiuſmodi opera ceu
noxia ſunt corripienda. Verumquidem
nulla opera de ſe ſunt meritoria, niſi fiant
pia mente & dirigantur in finem rectum:
quamobrem uidua paupercula fide bo- [Luce 21]
na mittens in gazophilatium dumtaxat
duo æra minuta, a domino commenda-
tur ultra diuites: qui ex abundanti ſibi mi
ſerunt in munera Dei: perſona magis in-
ſpicitur ꝙ opus. Secundo: opus fiat uera
fide neceſſe eſt. Infidelium enim necnon
peruerſorum fidelium opera coram deo
non ſunt accepta neque ad æternam be-
atitudinem, ſed quandoque ad tempora-
lem mercedem conducunt: iuxta illud: Si [Ezech. 33 ante me.]
iuſtus confiſus in iuſtitia ſua, fecerit ini-
quitatem: omnes iuſtitiæ eius obliuioni
tradentur. Tertio oportet opera fieri
bona uoluntate & ordinata charitate ſine

2. Cor. 9 Eſaie 41. poſt me coactione: nam hilarem datorem diligit Deus. Opera autem, quæ præter charitatem inuitus facis, ſunt ueluti carbones contriti & extincti. Charitas quidem reliquas uirtutes ad bona opera commouet omniaque negocia alleuiat: quominus quoduis onus graue ſit aut moleſtum: 1. Cor. 13 ſcribente Paulo: Charitas non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur: omnia ſuffert & ſuſtinet. Can. 8 in me. Fortis itaq; eſt, ut mors, dilectio. Porro nulla uirtus nec operatio eſt meritoria abſque charitate: a qua omne meritum pendet: quanta in opere eſt charitas, tantum erit meritum: ſi charitas exilis eſt aut penitus extincta: operis meritum exile erit aut nullum.

Quarto homo bene operari debet, non ad oſtentationem ſeu propriam laudem, ſed in humilitate ad ſalutem animæ ſuæ aut ad commodum proximi: principaliter ad honorem Dei: alioquin bona opera non aliam mercedem quam temporalem afferunt. Math. 6 poſt prin. Quocirca dominus præcipit: Cum oratis, non eritis ſicut hypocritæ: qui amant in ſynagogis & in angulis platearum orare, ut uideantur ab hominibus: amen dico uobis, receperunt mercedem ſuam. Math. 6 in prin. Item te faciente elemoſynã, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua, ut ſit elemoſyna tua in abſcondito. Math. 10 in me. Quinto eſt in bonis operibus perſeuerandum uſque in finem: alioquin per ſubſequentia mala opera extinguerentur bona priora, ueluti lumen in lucerna: prout Math. 25 in prin. fatuæ uirgines ſunt conqueſtæ ſuas lucernas eſſe extinctas. Attamen quem ſuorum malorum operum pœnitet, eius bona opera dudum extincta poterunt reincendi & ei ad ſalutẽ cedere: iuxta illud: Ezech. 33. ante me. Impietas impij non nocebit ei, in quacunq; die conuerſus fuerit ab impietate ſua.

5. ¶ Finis confirmat opus aut infirmat, ad meritum aut ad damnũ, tali diſcrimine: Opus bene inchoatum poteſt male finiri: Opus autem initio malum nunq̃ bene finiet: ut ſi quis ingurgitat uel fornicatur, præſumens inde ſanior fieri; quo expeditius cultui diuino incumbere uel ꝓximo maiori commodo eſſe ualeat. Quis hic finis bonus appareat: opus tamen gurgitationis uel fornicationis finaliter malum manet, bonum finem deprauans. Præterea reliqua mala opera nequaq̃ ad bonũ finem perueniunt: tametſi per bona opera lui poſſint. Bonum autem opus multoties male terminat̃: utſi elemoſynam expendis uel eccleſiam uiſitas cauſa uiſendi: tum ſuperbia in te creſcit ac elemoſyna & peregrinatio tua perit. Nil magis ſaluti derogat quam ſacrum & ſpirituale opꝰ reduci ad illicita carnalia: ut ſi Miſſam celebrari procuras, gratia uindictæ aut lucri iniqui. Quo pacto Miſſa ad tui damnationem potius quam ad ſalutem cederet. Præteria quandoq; inceptio & bona intentio pluribus ſequentibus operibus ſalubrem prębet effectum: utpote ſi ad laudem Dei uel tui ſalutem uel ad egentiũ utilitatem intendis in gazophilatium uel in elemoſynam quottidie impendere denarium: tu interdiu ſine ſpeciali pietatis conſideratione impendis denarium: nihilominus elemoſynæ conſuetæ fructum conſequeris: quemadmodum nauis ad meatum principio agitata, de ſe aliquando tranſmeat, licet remum ex interuallo inhabuerit: non enim continua exigitur remigatio: ita ſubſequens & conſueta elemoſyna eſt meritoria ob pręambulam rectam intentionem. Plura deniq; opera inuicem ſuccedentia, meritoria fieri poſſunt propter ultimum finem inſignem: ut ſi pandocium uiſitas cauſa emendi panẽ: quo ualeas ſuſtentare egenos & Dei cultores: hic ultimus finis, nempe diuinus cultus, rectificat priora opera ſcilicet uiſitationem pandocij, emptionem panis, cibationem egentium & Deum colentium. Verificatur itaque commune prouerbium: Si finis bonus eſt, omnia cẽſentur eſſe bona.

¶ Rurſus ex bonis operibus legittime 6. ordinatis homo triplicem conſequitur fructum. Primo abolitionem reatuum poſt peccata relictorum, quãto plura & meliora

& meliora fiunt opera, tanto amplior fit remiſſio. Secundo tuis bonis operibus mereris a deo gratiam gratum facientẽ: quanto magis tuum opus increſcit,tanto gratior eris deo.Quippe ſine gratia gratum faciente tua opera coram Deo neq; accepta ſunt neq; meritoria.Tertius boni operis fructus eſt beatitudo: prout ex eu-
Math.5 in prin. angelio elicitur ꝙ humiles exaltantur:mites roborantur:iuſti ſaturantur: lugentes conſolantur & qui propter deum perſecutionem patiuntur, ſpecialiter præmiabuntur,iuxta promiſſionem domini inquientis:gaudete et exultate,quoniã merces ueſtra copioſa eſt in cœlis:quæ eſt beatitudo æterna: pro bonis operibus con-
Math.13 ante fi. tribuenda. Sicut triticum cæteriq; fructꝰ ſine ſemine non creſcunt neq; conceduntur abſq; hominum cooperatione: ſic fructus æternæ beatitudinis ex ſemine paſſionis Chriſti non conceditur homini,niſi
Math.13 in prin. cooperanti.In eccleſiam dominus ſeminauit prælibatum triticum : quod pullulat per ſacramenta:e quibus homo cum Dei adiutorio ſalubrem nanciſcitur fructum, adhibitis ſuis operibus & cooperatione, necnon fatigio & labore, in dei ac proximi obſequio ſuſtinendis. Vltra præmiſſos tres fructus ad multas alias commoditates conducunt bona opera. Iocundant enim mentem operantis:Qui exinde abducitur a uia peccandi & reducitur de
Ps 83. uirtute in uirtutem:aſueſcit in bono & in ſe debilitat abuſum inueteratum ac facile ſuperabit tentationes carnis, mundi & diaboli.

7. ¶ Nemo autem præſumat neq; pro ſe neq; pro alijs ſine medio quicꝗ promereri uel impetrare a deo patre, niſi mediante merito Chriſti,qui ſolus pro omnibus
2.q.1 ante fi. & ſingulis ſufficienter meruit. Eiuſdem tamen meriti non omnes fiunt participes: niſi illi qui ſe exhibent capaces: utpote acceptantes præuenientem dei gratiã : qua quis capax fit gratiæ gratum facientis.ſ. meriti Chriſti. Quinymo neq; fides uel ſpes:neq; abſtinẽtia uel patiẽtia:neq; cæteræ uirtutes uel quęuis bona opa ſunt deo accepta, ſine ſpeciali grã pendẽte charitate.Sine qua oẽs & ſingulę uirtutes et opationes ſunt deformes: uelut ſpecioſus color in tenebris abſq; nitore: uel extinctus carbo abſq; ardore,uel aridus ramus abſq; fructu eſt. Adhibita uero charitate,opera bona clareſcunt colore optimo & ardent amore cum fructu & merito gratiæ diuinæ gratis datæ: quæ tandem hominem pro ſuis bonis operibus ad gratiam gloriæ adducet. Et licet brutorum aliarumue creaturarũ opera deo æque placeãt: eadem tamen opera ſpecialiter non præmiantur:quoniam neceſſitate naturæ,nõ amore uel libero arbitrio fiunt:ſicut & cẽſarius non præmiatur pro opere uel cenſu debito. Et ſi homo pariter obſtrictus eſt Deo cenſire cultum debitum,ceu cenſum naturalem,ac etiam perſoluere pœnam reatus.Imo multo amplius et iuſtius homo obligatur Deo quam brutum homini: nihilominus tamen homo pro ſuis debitis obſequijs: ꝙ ex libero arbitrio & ordinata charitate Deo perſoluit:remuneratur & dotatur, quaſi Dei libertus: qui ad ſeruiendum laqueis naturæ non eſt colligatus, quemadmodum creaturæ rationis expertes ligatæ ſunt. Abſoluta libertas præualet ſeruituti coactæ. 1.Cor.7 in me.
Tu igitur ſi potes fieri liber, magis utere.

¶ Omnium creaturarum ſeruitia Deus or- 8.
dinauit ad hominem pro ſui conſeruatione:ut Deo rurſus ſeruiat & mereatur altiorem ſtatum uitæ ſcilicet æternæ. Qui Deo non ſeruit, ſpiritualiter moritur, carens uera humana, id eſt, ſpirituali eſſentia:nam quemadmodum homo corporaliter moritur ſtatim poſtquam ab eo auferuntur communia naturę obſequia, utpote influentię cœleſtium & elementalium operationum:ſic qui amittit influentiam ſalubrem,nempe diuinam gratiam,ſpiritualiter perimitur. Quocirca qui Deo ſeruit bene operando, uiuit ſpiritualiter & unacum ſuo opere placet Deo.Quod pluribus ſcripturę locis pro- Gene.22 ante fi.
batur: pręcipue quando Deus Abrahę dixit: per memetipſum iuraui, quia feciſti hanc rem & non pepercisti filio tuo,

benedicam tibi & multiplicabo ſemen
Nume.25 tuum. Similiter Deus promiſit Phine-
es pacem & ſempiternum ſacerdotium
eo quod expiauit ſcelus fornicatorum.
Deut.12 in fi. Tibi denique Deus iniungit obſeruare
& audire omnia ſua pręcepta: ut bene
ſit tibi & filijs tuis poſt te in ſempiternum
cum feceris quod bonum eſt & placi-
tum in conſpectu dñi Dei tui. CHRI-
Johan.13 ante me. STVS inſuper iuſſit ab eo exemplum
ſumi ut quemadmodum ipſe fecerit no-
bis, ita & nos faciamus; pręmium beati-
tudinis promittens ſi eadem fecerimus.
1.Johan.3 Idipſum Iohannes atteſtatur dicens: Qui
facit iuſtitiam iuſtus eſt: & quicquid pe-
tierimus, accipiemus ab eo: quoniam
mandata eius cuſtodimus & ea quæ pla-
cita ſunt coram Deo facimus. Super pre-
miſſis omnibus concludi oportet, bona
opera eſſe tum non culpanda ſed potius
Deo accepta: tum nobis iniuncta aceti-
am meritoria: quapropter de ſe non ſunt
mala; nimirum qui bene operatur, ex di-
uina ordinatione remuneratur: quoniam
ſuis bonis operibus Deum colit & om-
nem corporalem decorat creaturam: cui
Gene.1 in fi. homo præeſt atq; dominatur. Hucuſque
dictum eſt de temporalibus pœnitentijs
huius ſæculi: nunc tractabitur de debitis
hic non ſufficienter repenſis, ſed decæte-
ro luendis in purgatorio uel inferno.

OCTOGESIMVM CAPITVLVM.

De Pœnitentia infernali.

Facta mentione infernalis pœ-
nitentiæ, notari oportet quadru
D.74. §.1. plicia inferorum loca, uidelicet
tartarum perpetuum: limbum patrum:
item limbum in originali abſque actuali
peccato decedentium: tandem purgato-
rium. Primo eſt proprie infernus tarta-
rus, & ita nuncupatus eo quod horrendꝰ
eſt atq; profundiſſimus & proximus im-
menſo nihilo: præparatus diabolo & ſuis
Math.25 ſequacibus: ibidem in tenebroſo carcere
ſedentibus & pro eorum continuo reatu
perpetuam luentibus pœnam damni &
ſenſibilis ſupplicij. Interius quidem ſunt
deſtituti omni gratia: exterius circumſe-
pti omni indignatione: quoniam iniuſte
delectati ſunt uoluptate illicita: ideo iuſte
in dolore ferunt pœnam licitam. ijdem
præterea damnati ſuperbientes quæſie-
runt proprium honorem & bonum tem
porale: ideo perdunt gloriam Dei & ſum
mum bonum, in ſui ignominiam, plagã
infernalem reportaturi: Scriptura dictan
te: Erubeſcant impij & deducantur in in- Ps 30
fernum. Item Conſummatio illorum Eccl 10. post prin.
flamma ignis & in fine eorum inferi &
tenebræ & pœnæ. Et iterum. In flamma 2.Theſſ.1
ignis, dantis uindictam hijs qui non noue
runt Deum & qui non obediunt Euan-
gelio: qui pœnas dabunt in interitu æter-
nas a facie domini & a gloria uirtutis
eius.

¶ Quẽadmodũ damnatus ſemꝑ peccare 2.
appetiuit: ita ſemꝑ torquebit̃, pœna ap- De pe. di.7
petitui correſpõdente. Qui impœnitens c.ſi.
morit̃, ęternaliter morit̃ in eo ꝑuerſa pec
candi uoluntate ſemper duratura. Eius
præterita peccata non deſtruuntur, ſed
continue ſunt præſentanea ac ſibi bene-
placita ſine deteſtatione. Peccator igitur
aſſiduo plectitur infernali plaga & perpe
tua pœnitentia, nunquam remittenda
neq; tollenda: ſiquidem infernus pecca-
tum non deſtruit ſed creaturæ peccatri-
ci inhæret. Verum purgatorij pœna pec
cati debitum deſtruere ſolet. Iob itaq; ait: Job 7.
Qui deſcendit ad inferos, non aſcendet
nec reuertetur ultra. Et iterum, omnia ſi- Job.17. in fi.
bi indebite arrogata: forſitan proprium
amorem, honorem, commodum & ſimi-
lia: dicit ſecum eſſe deſcenſura in profun
diſſimum infernum: ubi nulla erit re-
quies.

¶ Cæterum hominis amor ſeu uoluntas 3.
eiuſmodi eſt naturę ut frequenter inde
oriatur delectatio uel deteſtatio: gaudi-
um uel triſtitia: ſiquidem uoluntas obti-
net uolitum, & caret nolito: tunc gaudet
atq; delectatur. Si autem repletur no-
lito & caret uolito: tunc afficitur tedio
& triſtatur. Cum itaque homo hic

amauit

amauit temporales res, honorem uel uoluptatem atq; in eis delectatus eſt: illic cõtriſtabitur, de cætero priuatus rebus amatis, Si uero deum hic dilexiſſet: eo ibi inuẽto, æternaliter gauderet. Hoc pacto in futuro ſæculo impius deſtituetur utroque gaudio, bono & malo: quoniam ibi nec deum nec bona temporalia inueniet: ſed inuitus afficietur faſtidio, triſtitia, dolore infernaliq; gemitu, tanq̃ malis fructibus: quos in hoc ſæculo propria uoluntate ſeminauit, ſeipſum ultra Deum diligendo. Nam ſicut proprius ſeu inordinatus amor iniquus eſt atque ſemen ſeu radix omnium peccatorum: ſic fructus ex eo pullulans, nẽpe carnalis appetitus & mundanus iubilus, initium eſt totius mali & (s.74.§.9 in me.) deguſtatio inferni.

4. ¶ Dum humanus ſpiritus eſt in carne mortali, non ſatis reminiſcitur malorum (Ps 34.) imminentium, Dauid fatente: Congregata ſunt ſuper me flagella & ignorauit. Cum autem ſeparatur a corpore: tunc ſe ipſum cognoſcit ac põderat mala, in quæ ipſe, carni cohabitans & adhærens, ſponte truſus eſt quodq; cauſam ſui caſus dederit. Et ſic idem ſpiritus ſecum defert in aliud ſæculum amaram triſtitiam: quia ſuam ſalutem, ad quam creatus eſt, poſtergauit. Exinde in diuinam labitur uindictam: ideo continue ad ſeipſum flectitur & auertitur a Deo: quem odit ob iuſtam pœnam. Humanus itaque ſpiritus, ceu Dei inimicus, perpetuo ſupplicio catenatur, eo q; ſuæ peruerſæ uolũtatis perpetim eſt affixus, ſemper aduerſus Deum rebellisaturus. Damnati quidem multipharìam inimicantur Deo: nam ſeipſos amant Deumque odiunt & blaſphemãt: item cupiunt proprium honorem & ſolacium: triſtantur de Dei & ſuorum electorum gloria & tripudio. Potiſſime inſenſi ſunt deo ob eius iuſtitiam: qua in inferno irremiſſibiliter torquebuntur: nam ipſi perdiderunt omnem gratiam & acquiſierunt diuinam iram & uindictam ſtrictamq; ſententiam æternæ damnationis. Deſiderant ergo in nihilum reuerti & ad non eſſe redigi, nec tamen id aſſequuntur: quoniam Dei opera non pereunt: damnatorum autem eſſentia pendet a diuina eſſentia nunquam peritura: oportet igitur eorundem eſſentiam, quamuis peruerſam, tamen ceu eſſentialem naturam & Dei creaturam, iugiter permanere: ad laudem diuinæ omnipotentiæ & executionem diuinæ iuſtitiæ. Præterea (Dier. 18 in me.) damnati pœna infernali ſunt aſſiduæ impatientes & maledicentes Deo eiuſque creaturis: quo eorum malum per infernalem pœnam non aboletur ſed augetur: ſiquidem impatientia ex ſe ingens pœna eſt. Animæ autem in purgatorio impati- (s.74.§.9 in fine) entia non afficiuntur: ut inferius uidebitur § .ix.

5. ¶ Secundus inferorum locus fuit Abrahæ ſinus, ideſt, limbus patrum: in quo erat pœna damni: & non ſenſus. Ibi quidem iuſti aduenturum Chriſtum expectarunt: qui dum uiuerent originale peccatum deplorarunt: a peccatis quoque actualibus abſtinuerunt uel commiſſorum digna contritione pœnituerunt: per hoc ſe capaces ac participes reddentes futuræ paſſionis meritiq; Chriſti. Interim in dicto limbo ſunt detenti: malam tamẽ pœnam inibi non ſentientes, ſed exteris dumtaxat tenebris conſtricti, non autem interioribus: gratiam habuerunt: tametſi pœnam damni ſint paſſi, ideſt, ad tempus caruerint diuina uiſione ac cœleſti gaudio uſq; ad Chriſti deſcenſum. Quippe Io- (Luc. 7.) hannes miſit ad Iheſum interrogandum utrum in eundem limbum ad electos uẽturus eſſet: an alius redemptor expectandus? Atqui dominus Chriſtus a ſummo uſq; huc aduenit ac eius anima, poſt ſuũ diſceſſum, ulterius deorſum deſcendit in limbum: ut in cœlum eleuaret patres captiuos alioſue electos: qui iuxta ueterem & nouam legem, inuenti ſunt capaces paſſionis & meriti Chriſti. Iſte ſeras limbi dirupit ac inibi uſq; ad reſurrectionem permanſit, tanta luce clareſcẽs ut & ipſe Chriſtus limbum appellaret paradiſum: Latro- (Luc 23.) ni promittendo: hodie eum fore ſecum in paradiſo. Ex eodem limbo domino ſui meriti conſortes (quos diabolus captiuos

tenebat)eidem diabolo eripuit & ex te-
Math.27 nebris eduxit:quorum multi iuxta euan.
gelium cum Chriſto reſurrexerunt & tã
dem in cœlum aſcenderunt: prout Da.
Ps 67 uid prophetauit & Paulus replicauit:
Ephe.4 Chriſtus aſcendens in altum, captiuam
duxit captiuitatem. Hic limbus nuncu.
patur ſinus Abrahæ; euangelio teſtante:
Luce 16. ſ.49.§.7 ante ſi. Lazarum ab angelis ductum in ſinum
Abrahę,nunc autem euacuatus eſt: ideo
cœlum modo ſinus Abrahæ nuncupa.
tur;ueluti eccleſia Deum orat,ut perdu.
cat animas in ſinum Abrahæ, in lucẽ ſem
piternam.
6. ¶ Subter limbum eſt tertius infernus:ubi
eſt perpetuum damnum, nempe priua.
tio diuinæ uiſionis & cœleſtis gaudij: ac
Job.17. interiores & exteriores tenebræ: Iob di.
cente:Infernus domus mea eſt & in tene.
bris ſtraui lectum meum. In eodem ta-
men inferno pœna ſenſus non eſt:quoni.
am ibi plectitur ſola originalis culpa:quę
nõ opere nec uoluptate ſenſibili nec de.
liberata uoluntate:ſed neceſſitate corru.
ptæ humanæ naturæ contrahitur. Pœnã
aũt damni perpetuã ipſi habebũt,exper
tes meriti Chriſti: uti ſunt non baptiſa.
ti infantes: ſecordes & alij qui actualiter
non peccauerũt, Vnde aiebat Iacob: De.
Gene.37 in ſi. ſcendam cum eo lugens in inferno, Pari.
ter præſumi poteſt de cæteris non bapti.
ſatis: a mortali tamen peccato liberis uel
de peccato contritis & forſitan occulto
dei iudicio abſolutionem peccatorũ, ſed
non meritum Chriſti,conſecutis,Hij qui
dem cœleſti beatitudine priuati, in præli
bato tertio limbo(licet abſq; dolore) æter
naliter permanebunt, tanq̃ in communi
peccato naturæ inuenti & ab eo minime
redempti.
7. ¶ Quartus inferorum locus eſt purgato-
rium:in quo purgantur uel poliuntur e.
lectorum ſpiritus: qui ob ſuam culpam
commaculati in præſenti tranſitoria uita
ſufficienti pœnitentia non ſunt purgati.
Hic quidem locus eſt alicubi determina
tus:in quo hoim ſpũs pœnitentes degũt:
ueluti dæmones in aere:qui cõtra ſuæ na
turæ conditionẽ aeris qualitates ſuſtinẽt,
Cõſimili modo ſpũs humani ſunt in igne
purgatorij & rurſus in ipſis ſpiritibus eſt
idem ignis:quo ſpiritus emendent & re-
ſecentur:donec puri ac idonei reddantur
ad ingreſſum cœleſtis gloriæ,Porro pur
gatorij locus uocitatur infernus:quia pro
ximus eſt horridiſſimo profundiſſimoq;
tartaro:Eccleſia ad deũ orãte. Libera eas
de ore leonis,ne abſorbeat eas tartarus,
Et iterum. Libera eas de manu inferni,i,
purgatorij:Quod eſt quoddam medium
animabus ad deum perueniendi.Specia- ſ.82.§.9 in ſi.
liter eccleſia in animarũ ſuccurſum ordi.
nauit earũ memoriam in miſſæ officio a.
gendam:ac in calce horarum canonicarũ
deum inuocandum eſſe pro pacifica re.
quie & liberatione animarũ ex purgato
rio, Pro animabus inſuper ordinata ſunt
peculiaria officia uidelicet ueſperarũ,ma
tutinarum,miſſarum,oblationum,elemo
ſynarum cæterorumq; miſericordię ope.
rum. Pariter & ſacramentum extremæ
unctionis. Nam fideles animæ in purga.
torio triplicem patiuntur defectum,Pri.
mum priuantur interim diuina uiſione.
Secundo ignis purgatorius infligit ſenſi diſt.15.c. penul.
bilem pœnam,quæ excellit omnem pœ- de pe diſ.7 c.ſi § ſi.
nam in hac uita,ꝑpterea eccleſia,loco ſuo
rum in purgatorio membrorũ,conqueri.
tur ꝑ Prophetã:Cõturbata ſunt omnia oſ Ps 6. in prin.
ſa mea,& anima mea turbata eſt ualde,
Tertio aĩæ purgãdę ſedent in tenebris ex
teriorib, & interiorib. In animab.iñ pœni
tentib.adhuc eſt interior gr̃a diuina ac ra
dius dilectionis(in qua hinc deceſſerũt)
necnõ ſpes & expectatio redẽptionis ſui:
quemadmodũ Salomon ad deũ inq̃t: Tu Pro.23
uirga percuties eum & animã eius libera poſt prin.
bis de inferno,ſ.purgatorij. inſ.§.xi.
¶ Ignis prædictus uocatur purgatoriũ, 8.
non punitorium,eo q; principaliter ordi.
natur ad deſtruendum peccata:ad expur
gandum animas coinquinatas & ad tol.
lendum earũ reatum. ꝓprie aũt non or.
dinatᷣ ad plagandũ animas queãdmodũ
tartarus:in q̃ peccata non deſtruunt̃,nec
debita tolluntur:ſed damnati puniuntur.
Attñ per ignem oportet ſpũm humanũ
a ſuo reatu & fece tamdiu exonerari,
quouſq;

quouſq; cœlo reddatur idoneus: Scriptu-
Nume. 31. in me. ra dictante: Aurum & argentũ: ęs & fer
rum: plumbũ et ſtannũ ac omẽ quod põt
tranſire p flammã, igne purgabitur. Item
Mal. 3. in princ. ſedebit dñs conflans & emundans argen
tum & purgabit filios Leui & colabit eos
quaſi aurum & argentum, & erunt dño
offerentes ſacrificia: nempe hic celebrãdo
miſſas & illic deum in cœlis glorificãdo.
Qui itaq; multis bonis operibus mala ad-
miſcet, hic auro plumbum addit: plumbũ
reſolui oportet, aurum uero liquari & de-
Gene. 2 ante me. purari: quo facto is idoneus erit cœlo: in
quo naſcitur aurum optimum. Qui au-
tem nimium plumbi ſecum affert, ſub-
Exo. 15 mergetur quaſi plumbum in aquis uehe-
mentibus. Quamuis iſta uerba princi-
paliter ad extremum referantur iudiciũ:
compte tamen extenduntur ad cuiuſlibet
hominis ſingulare iudicium, corã quo in
hora ſui obitus, cõparere habet, teſte Pau
2. Cor. 5 lo: Omnes nos manifeſtari oportet ante
tribunal Chriſti ut referat unuſquiſq; p-
pria corporis prout geſſit ſiue bonum ſi-
ue malum. Qui in pœnitentia hic defi-
cit, reſiduum pęnę in purgatorio luet: ſi in
gratia deceſſerit. Qui autem abſq; dei
gratia moritur, pro ſuo reatu integre ſa-
tiſfacere cogetur in æterna damnatione.
Hoc pacto nullum malum reſtabit im-
punitum.

9. ¶ Enimuero animæ in dei dilectione mi-
grantes ſuſtinent quidem purgatorij pœ
nam patienter, ſed non uoluntarie neq; li-
benter: cum eadẽ pœna moleſta ſit & af-
flictiua, abſtergens duntaxat reatũ poſt
culpam in animabus relictũ. Quocirca a-
nimæ naturaliter abhorrent purgatoriũ:
non ſeruili nec filiali ſed abſoluto & fragi
Mat. 14. li timore. Quo & Chriſtus, ſecundum aſ-
ſumptam fragilitatẽ, pœnã horruit: inci-
piens pauere & tedere ac rogare ut tranſi
Mat. 26. Luce. 22 ret ab eo hora ſuę paſſionis, dicendo: Tri-
ſtis eſt anima mea uſq; ad mortem: Pater
ſi poſſibile eſt, auſer calicem hunc a me.
Nihilominus tamen perfectiſſima cha-
ritate ſponte paſſus, poſtpoſuit fragilem
timorem. Quem uero animę in purgato-
rio poſtponere nequeunt, uſq; dũ pfecta
deo uniunt charitate. Etſi aię purgandę
deum diligãt, impfecta tamẽ dilectione: q
ex aia non pellit timorẽ: quo aia afficitur,
donec peruenerit ad pfectã charitatẽ: quę
(iuxta Iohannis teſtimoniũ) foras mittit
timorẽ ſcilicet pęnę purgatorię: quoniã 1. Johan. 4 in fi.
timor pœnã habet. Quippe oia uiuentia
naturaliter fugiunt afflictionẽ & uexatio
nem. Pariter animę fugiunt purgatorium q. 44. §. 10
non pertinaciter: ſed naturaliter deſiderãt
requiẽ & cũ deo eſſe. Quod quidẽ deſide
rium nõ culpa ſed naturalis inclinatio eſt.
Et quãuis aię naturaliter odiant purgato
rij pœnã: quã inuite paciuntur, potius ab
ea liberari cupiẽtes & cũ Dauid orãtes:
Educ de carcere. ſ. purgatorij animã me- Ps. 141
am: tamen huiuſmodi carcerẽ purgatori-
um patienter ſuſtinent, iuxta dñi elogiũ:
In patientia ueſtra poſſidebitis animas ue Luce 21 in me.
ſtras. Alioquin dicta pœna eis non cede-
ret ad pfectum uel expiationem: qm ea-
rum impatiens rebellio (quemadmodũ
damnatorũ) diuinę iuſtitię repugnaret:
Nam qui impatiens eſt, ſuſtinebit dam- Prouer. 19 ante fi.
num. Porro in animabus purgandis fides q. 75. §. 4 in fi.
ſpes & charitas non ſunt ocioſe: pręſer-
tim earum charitas patiẽs eſt & benigna
nec perperam agit. Occaſione eiuſmodi
patientiæ, purgatorij pœna, etſi non in au
gmentum meriti: cedit tamen in reatus
& macularum extirpationem.

¶ In purgatorio expiantur, nõ merentur 10.
animę. Paulus igitur hortatur, ut opere- Gala. 6
mur bonũ ad oẽs dum tempus. ſ. hic merẽ-
di habemus: nã in futuro ſęculo meritum
noſtrum augere non poſſumus aliter quã
per pœnas patienter excipiendas, unacũ
bonis operibus nobiſcum illuc apporta-
tis. Aiabus pręterea proficiunt eccleſię &
deuotorum preces & pietates, earũ noie
exhibitę, tanquam aliena ſuffragia: quę
patrocinantur potiſſime illis, qui dum hic
uiuerent, meruerunt ut eis prodeſſent
uiuentium ſuffragia, iuxta Auguſtini 13. q. 2
ſententiam. Ergo ſcriptura te admo- quia non
net: Ante obitum tuum operare iuſti-
tiam, quoniam non eſt apud inferos in- Eccl. 14
uenire cibũ, quo aliquid promereri poſ-
ſis. Siquidem anima eſt corpori hic ideo

connexa & unita, ut cum eodem corpore hac hora tranſitoria aliquid promereatur per bona opera: quæ homo ante ſe illuc p̄mittere & ibi reperire debet: alioquin ſpiritus de cętero nequicquam promerebit: ſed quilibet coram tribunali Chriſti iudicabitur: prout in corpore ſuo hic geſſit ſiue bonum ſiue malum. (2. Cor. 5) Humanus igit̃ ſpiritus extra ſuum corpus nec bonũ nec malum mereri poteſt. Q. autem in ſtatu purgatorij non ſit locus meriti ſed ſolutionis, teſtatur Saluator noſter dicens: (Iohan. 9 in prin. c. 77. §. 5) Me oportet operari opera eius qui miſit me, donec dies eſt: uenit nox quando nemo poteſt operari. Dies denotat præſentẽ uitam: nox denotat tempus poſt mortẽ: quo non meremur ſed ſatisfacimus. Salomon itaq; docet: (Eccl. 9 in me.) Quodcunq; poteſt manus tua inſtanter operare: quia nec opus nec ratio nec ſapientia nec ſcientia eſt apud inferos quo tu properas. Acſi in purgatorio nec tempus nec locus exiſtat aliquid merẽdi: Non q̃ antiqui patres in limbo caruerint ratione uel ſapientia uel gratia: ſed cũ eiſdem nihil meruerunt amplius. Siquidem ſancti patres quicq̃ ibi mereri nequiuerint, multo minus merebuntur animæ exiles: quarum opera hic fuerunt meritoria, alibi prorſus erunt ſatisfactoria. Hinc Dauid ait: (Ps. 17. in prin.) Dolores inferni, nempe purgatorij, circundederunt me, pręoccupauerũt me laquei mortis.

11. ¶ Satisfactione in purgatorio aut alibi cõpleta, animę in cœlum deducentur: Dauid ulterius dicente: (Ps. 9.) Domine eduxiſti ab inferno animã meam, ſaluaſti me a deſcẽdentibus in lacum, ſ. tartari. (Ps. 39 in prin.) Item expectaui dñm et eduxit me de lacu miſerię, i. purgatorij. (Ps. 48.) Et infra: Sicut oues in inferno poſiti ſunt: mors depaſcet eos: Veruntamen deus redimet animã meam de manu inferi, i. purgatorij, cum acceperit me. Diues autẽ, ſcilicet damnatus introibit, nempe tartarum, & uſq; in ęternum non uidebit lumen. (Psal. 106. poſt prin.) Item clamauerunt ad dominũ cum tribularentur, ſ. in purgatorio, & de neceſſitatibus eorum liberauit eos & eduxit eos de tenebris & umbra mortis, ſ. æternę, & uincula eorum dirupit. Hic paſſus plane extenditur duntaxat ad animas in purgatorio. Idipſum deus in Oſea clare promittit: (Oſe. 13) De manu mortis liberabo eos, de morte redimã eos. Anima igitur purgatorio deputata cũ Michea dicere poteſt: (Michee 7) Ego autem ad dñm aſpiciã, expectabo ſaluatorem meum, audiet me deus meus: conſurgam cum ſedero in tenebris, dominus lux mea eſt: iram domini portabo, (f. 81. §. 4.) quia peccaui ei, donec cauſam meam iudicet & faciat iudicium meum: educet me in lucem, uidebo iuſtitiam eius. Eadẽ ſententia ad ſolum extendi poteſt purgatorium. In quo conſiſtit tertia pars puniendorum: de quibus in Zacharia ait dominus: (Zache. 13 in fine) Partes duę in terra diſpergentur & deficiẽt, utpote Infideles & mali Chriſtiani. Et tertia pars relinquetur in ea: & ducam tertiam partem per ignẽ & uram eos ſicut uritur argẽtum, & probabo eos ſicut probatur aurum: ipſe .ſ. populus uocabit nomen meum & ego exaudiam eũ. Attamen animę ex purgatorio liberanẽ ſola uirtute paſſionis Chriſti: Zacharia (Zach 9 poſt me.) ad Chriſtum ulterius dicente: Tu uero in ſanguine teſtamẽti tui emiſiſti uinctos tuos de lacu .ſ. purgatorij: in quo non eſt aqua, ſ. alterius gratię quã ſctificationis.

OCTOGESIMVM PRIMVM CAPITVLVM.

Verum ſit purgatorium.

HOc periculoſo tempore in dubium uertitur, Purgatorium ſit, nec ne? Quidam inſenſati ſcriptis & ſermonib. negãt purgatoriũ acſi duę duntaxat uię homini pateant: una in cœlum, altera in infernum, nulla tertia mediante: neq; in ſacra ſcriptura uſquam purgatorij clara habeatur mentio: neq; de hoc ueteres doctores multum ſenſerint. Vnde aſſerunt non opus eſſe pro defunctis orare aut cærimonias exercere: acſi clerus eaſdem pro ſuo queſtu finxerit & hactenus pro mortuis celebrauerit. Quo dogmate uulgus abducitur a conſuetis mortuorum obſequijs: ęſtimans ſibi bene eſſe conſultum, dũ cultus diuinus & animarũ ſuffragium

deſerit,

deſeritur, in curatorum deſpectum & detrimentũ. Quippe hic liuor magis aïabus defunctis quã ſacerdotibus obeſt. At dęmon & ſui ſcribę nituntur purgatorij ſupprimere fidem: ut hic clericis uictus & illic animabus redẽptio ꝓtrahatur: abrogato cultu hactenus ꝓ defunctis fieri cõſueto. Tota inde eccleſia lędit̃: triũphans quidẽ honore fruſtrat̃: pœnitens in purgatorio deſerit̃: militans in terra diſcindit̃. Error hic & eccleſiæ totius Lęſura, a dęmone & ſuis ſatellitibus cõtra purgatoriũ increbeſcens, cedit non modo ad obſtaculũ aïarum purgandarũ: q̃ orbant̃ ſuffragio, eis a ſuis hęredibus alijſue alumnatis (quibus benefecerunt) iuſte debito: ſed etiã ad enorme malũ ipſis deſidioſis: qui negligẽdo animarũ obſequa, iniquã ingratitudinẽ oſtendũt erga ſuos pdeceſſores: a quibus multa bona acceperũt, uiciſſitudinẽ nullã eis rependentes. Quamobrẽ ĩdem ceu ingrati in dei indignationẽ incidũt & iuſte priuantur pmio benefactoribus uiuorum & mortuorũ ꝓmiſſo. Nec ex pręallegatis opinionibus ullum ſuæ diffidentię ſcopũ fundare poſſunt, ob cauſas ſubſequentes.

2. ¶ Verum quidẽ duę duntaxat reſtãt uię: una iuſtorũ, altera iniuſtorum. Purgatorium tamẽ, ceu pœnitentię locus, innitit̃ uię (F. 10. §. 1. in prin.) iuſtitiæ: prout ſcriptum eſt: Pœnitẽtibus dedit uiam iuſtitię. (Eccl 17. ante fi.) Quam etiam ſemp appetere debemus, orantes: Dirige nos in uiam iuſtitię. (Eccl 36.) Diuinum iudicium fertur duntaxat ad utranq; uiã capeſſendã, unã bonorum, alteram reproborum: euãgeliũ inſinuante: Ibunt enĩ hĩ in ſuppliciũ ęternum: iuſti autẽ in uitam æternã. (Math. 25 in fi.) Ceſſante tunc purgatorij ſupplicio. De quo Sapiens ad deum: Animam eis de inferno liberabis. (Pro. 23. n) Nam quęlibet pœnitẽtia pſens & futura eſt ſolutio culpabilis debiti & expiatio reatus, animã in cœli ingreſſu remorãtis. Quo ablato anima eſt iuſtificata ad cœleſtem gloriã. Dependet igitur ſtatus purgandorũ a uia iuſtitiæ: ſiquidem quęlibet anima aſſecurata eſt ſalute ex ſententia diuina in hora ſui exitus decreta, quæ proculdubio comprehendit, quam grauĩ & diutina pœnitentia humanus ſpiritus ſit purgandus: donec cęleſtis ſtationis reddatur idoneus. Porro animæ in purgatorio pœnitẽtes ſunt magis in uia iuſtitiæ & de ſua ſalute certiores, quam homines in hoc ſæculo pœnitẽtes: quibus obſtat tentatio & incerta pugna. Sed animæ in purgatorio nec bonum nec malum addere poſſunt ſuis meritis, hic acquiſitis & illuc ſecum allatis. Nec quicquam eis ferendum reſtat extra purgatorij pœnam quam non exibunt uſq; ad integram ſatiſfactionem. Spes itaq; eſt finendi tandem purgatorij.

3. ¶ Q. priſci doctores parum de purgatorio olim ſenſerint, proba ratione accidit. In primitiuis eñ Chriſtianis tanta fuit circa diuinum cultũ ſedulitas & tam feruẽs erga deum charitas: ut nõ modo pro ſuis cõmiſſis arduas agerent & ingentes pœnitentias, ſed etiam pro nomine Chriſti proni erant mortem tolerare. Quippe antiqui parum exorbitauerunt: & quantum maliciæ ipſi commiſerunt, tantum pœnitentię egerunt: uti liquet in canonibus ſancitis ſuper quolibet mortali hic luẽdo & eius reatu pœnitus tollendo: ne opus eſſet quicquam pœnę ad futurum ſęculũ differre. Poſtmodum homines, in Chriſtiana pollicia ſegniores facti, potius a religione catholica deſciſcerent, quam diſciplinis canonicis obtemperarent. Tum primum ſpirituſſanctus per legiſperitos & ſcripturas, occulto inſtinctu reſerauit, in alio ſæculo purgatorium eſſe: ubi peccatorum reatus hic non integre abolitus abſtergatur. Ad hoc quadrat ſymboli articulus: quem apoſtoli tradiderũt, nempe remiſſionem peccatorum: ne homo deſperet de ſua ſalute. Hodie itaq; in ſacra ſcriptura manifeſtat̃ purgatoriũ: q̃d olim obſcurũ fuit: ꝓut etiã indulgẽtię latuerũt: donec ponderaret̃ eccleſiaſtica poteſtate poſſe relaxari enormia debita poſt culpam relicta & canonicas pœnas deſuper inſtitutas. Sic aperta eſt ſcriptura indulgentiarum, moderatarum tamen ut habebitur infra. c. 89. Porro quamdiu purgatorium ignoratum eſt, tamdiu indulgentiæ non ſunt penſatę: quæ conſiſtunt

circa purgatorium, nam quod hic minus
indulgetur: hoc uenit in purgatorio luen
dum, Quod autem per eccleſiam hic re-
Matth.16 mittitur, uirtute uerborum Chriſti quod
cunq̧ ſuper terram ſolueris erit ſolutū &
in cœlis: Hoc lui in purgatorio minime
eſt neceſſe.

4. ¶ Purgatorium demōſtratur duplici uia,
nempe ratione & autoritate. Imprimis
quoad rationem conſiderandum eſt,
Quāuis in induratis hominibus tam prę-
ſens quam futura pœna fruſtretur: neq̧
competenter iuſti hic pœnales ſunt neq̧
illic ulterius purgandi. Medios tamen
Chriſtifideles (quorum amplior eſt nu-
merus) qui non ſufficienter ſunt mundi,
nec totaliter inmundi: in gratia tamen de-
cedunt: oportet plene purgari. Euange
lium igitur diſterminat tartarum (in quo
nulla eſt redemptio) a purgatorio, quod
Luce.12 circa fi. eſt temporaneum, dicens: Ille ſeruus, qui
cognouit uoluntatem domini ſui & non
fecit ſecundum uoluntatem eius, uapula-
bit multis, nempe perpetuo ſupplicio: qui
autem non cognouit & fecit digna plagis
uapulabit paucis, nempe temporali pur-
gatorio. Qui itaq̧ pro ſuis peccatis hic nō
ſufficienter plectus uel crebris uenialibus
preſſus mortem obijcis purgatorio indi-
get, ex cauſis ſequentibus. Peccator qui
dem tribus malis obnoxius habetur. Pri-
mo quia deo non reddit dignum timorē,
amorem, honorem & reliquum cultum
deo exhibendum: Sed magis ſuis peccatis
cęleſtem patrē offendit & irritat: diuinū
pręceptū atq̧ ordinē tranſgrediens: ide-
oq̧ erga deum iterato reum ſe conſtituit
mortem inde ſpiritualē incurrens: quoni-
am ab eo, ceu dei inimico, aufertur diuina
gratia: quę eſt hominis uita ſpiritualis.
Iſtud malum deus remittit protinus, pec
catore ad deum conuerſo & contrito.
Luce 15. Nam poſtquam prodigus filius ſurgens
uenit ad patrem ſuum, cum adhuc lon-
ge eſſet, uidit illum pater ipſius & miſeri-
Matth.8 in prin. cordia motus eſt. Sic & leproſus pro ſui
emundatione dominum deprecans, confe
ſtim mundatus eſt a lepra. Sic etiam in
ueteri lege Iudæi ſoli deo confitentes &
orantes: Pater peccaui in cœlum & corā Luce 15
te, iam non ſum dignus uocari filius tuus: E.49.e ſi. per 10.
remiſſionem ſunt aſſecuti. Seruitus ue-
ro naturaliter deo exhibenda & obliga-
tio de nouo contracta, non mox nec nude
aboletur: ſed per hominem pro ſua poſſi-
bilitate eſt expedieda & deo perſoluēda.
¶ Alterum eſt malum peccatoris: quia 5.
ſuam matrem ſanctam contemnit eccle-
ſiam, tranſgrediens promiſſionem per ſe
uel ſuum patrinum ſuo nomine in bapti-
ſmo ſtipulatam ac ſępius in perceptione
aliorum ſacramentorum innouatam: per
hoc eccleſiam ſpoliando & ſeipſum deſti-
tuendo, quominus eſt filius eccleſiæ ſed
membrum abſciſum. Hoc malum abo-
letur ſacramento confeſſionis: mediante
quo homo reſtituitur in filium & mem- Matth.8 in prin.
brum eccleſiæ. Propterea Chriſtus lepro-
ſo purificato dedit mandatum ſe cum ec
cleſia concordandi, dicens: Vade, oſten-
de te ſacerdoti (non quidem exteriorem
ſpeciem ſed interiorem affectum) & of-
fer munus tuum quod pręcepit Moyſes:
nempe ut ſatiſfacias eccleſiæ quam lęſiſti.
Tertium malum peccator ſibijpſi impo-
nit, in ſe diuinam deturpando imaginem:
quo tota ſua anima deformatƺ & ſauciatƺ
uſq̧ ad interitum perpetuū. Quapropter
mandauit dominus ut leproſus offerret ꝓ
emundatione ſua: quo in ipſo dei imago
recuperetur atq̧ emundetur, hic pœnitē-
tia condigna uel in purgatorio conflagra-
tione auſtera.
¶ Vnde notatur, poſt peccatum relinqui 6.
maculas & ueſtigia, cum in corpore: utpo
te appetitum uel uſum ulterius peccandi
tum etiam in ſpiritu: quem culpa inficit, cō
taminat, uulnerat & enormibus debitis
conſtringit: ac tandem exicialiter necat.
Et quamuis ſpiritus contritus uirtute paſ-
ſionis Chriſti a morte reſuſcitetur & per
ſacerdotis abſolutionem, ceu rediuiuum
Chriſti & eccleſię membrum, reſurgat: ni
hilominus tamē in peccatore remanet rea
tus, i. debitum, ſeu ueſtigiū & uulnus ad-
huc abolendum per pœnitentiam. Quæ
ſi inſufficiens fuit in uita, poſt mortem cō-
plebitur in purgatorij carcere: quem non Matth.5 in me.
exibit uſq̧

exibit uſq; ad ſolutionem nouiſſimi qua-
drantis,iuxta euangeliũ. Nam inibi fideles
tam diu purgandi ſunt, uſq̄ mũdi & ido
Apo.21. in fi. nei reddantur cęleſti habitatiõe;in quam
(ſicut ſcriptũ eſt)non intrabit aliqd coin-
quinatum. Siquidẽ illuc intrare intendit
homo: eius anima tam pura fieri debet,
qam fuerat in ſui creatione, munda qui-
dem a diuina idea eſt progreſſa: munda
igitur ad deum reuertatur & Chriſto uni
Job.24 post prin. atur, neceſſe eſt. Præterea nullum ma-
lum manet impunitum:diuina iuſtitia exi
gente ultionem & ſatisfactionem propec
catis & debitis. Cum autem nedum
iniqui multa mala committunt: uerume-
Pro. 24. tiam iuſti (ſcriptura fatente) indies ca-
dunt in mala, hic impunita ſępius relicta.
quinymo pleriſq; facultas deeſt pro ſingu
lis ſatisfaciendi delictis. Requiritur igi-
tur ad ſatisfactionem purgatorium: quo
ab anima auferatur om̃e quod eſt deo cõ-
trarium & cęleſti claritati inconueniens.
Eccl. 12. in fi. Vnde ſcriptum eſt: Cuncta quæ fiunt, ad-
ducet deus in iudicium pro omni errato
ſiue bonum ſiue malum ſit.

7. ¶ Inſuper ad multa conducit credi pur-
gatorium. Primo alliciuntur uiui fideles,
ſuis orationibus & elemoſynis ac miſeri-
cordię operibus exhibere charitatem de-
functis ſpiritibus:quos deus tanquã ſuas
imagines diligit:ideoq; nos tenemur dili-
Sapi.11 in fi. gere eoſdem tanquam proximos. Se-
cundo purgatorij credulitate naturaliter
mouemur ad timorem, ſolliciti de acerba
purgatorij pœna: quo libentius peccata
pręterita hic pœniteamus & futura caue-
amus. Tertio per hoc ſuſtollitur noſtra
deſperatio, forte eo concepta, Q; de nr̃is
peccatis dignã pœnitentiam agere nequi
mus in pręſenti ſæculo:ideo oporteat nos
ęternaliter puniri in inferno. Ad hoc ſcri-
Prouer.24 post prin. ptum eſt: Si deſperaueris lapſus in die an-
guſtię imminuetur fortitudo tua. Quarto
qui purgatorium credit, habebit certam
ſpem ueniendi ad deum : qui pœnitentiã
hic neglectam, in purgatorio cõſummari
ꝑmittit & tandẽ nos pie ſuſcipit: ſicut ulte
Pro. 24 rius ſcribit̃: Habebis in nouiſſimis ſpem,
& ſpes tua non peribit.

¶ Quintum cõmodum ex credendo pur-
gatorio prouenit: Cum hois ſpiritus hic ꝑ
peccati enormitatẽ & concupiſcentiã gra
uetur & debilitet̃: per contraria alibi alle-
uiari & refici habebit, nempe difficultate
pœnarum & dolorum. Siquidem mor-
bi frequenter contrarijs curantur: pręſenti
enim labore obtinetur futura quies: poſt
aduerſa temporalia ſequitur ęterna pax:
paupertate corporali acquiruntur diuitię
ſpirituales. Sexto ſi deeſt purgatorium,
diſparitas pręualebit in omnibus: In prę-
ſenti enim ſæculo a maliuolis tribulantur
boni, etiam diſfortunio laborantes. Vi-
ceuerſa mali, a bonorum uexatione non
ceſſantes, proſperitate gaudent. Vn-
de ſequitur illic eſſe purgatorij iudicium:
in quo peccatoribus conuerſis & ab ęter-
na damnatione ereptis, ſuus reatus cum
pœnis compenſetur, & iuſtis ſua patien-
tia remuneret̃. Diuina eñ iuſtitia iniquã
diſparitatẽ diutius ferre nequit. Nam do-
minus oim deus ordinate diſponit omnia:
quibus & ſe parẽ facit. Septimo diuina Sapi.11 in me.
deniq; iuſtitia poſtulat: Sicut hois ſpiritus
ſe ſępius ab obedientia ſui creatoris uo-
luntarie deflexit & uanitati ſubiectus fuit
nõ uolens: ut rurſum creaturę, nẽpe pur- Roma. 8 in me.
gatorio, ſponte obediat & temporali pœ-
nę inuitus ſubijciatur.
¶ Octauo Cum eccleſia catholica appro- 9.
bet purgatorium eſſe: ſecurius creditur
eccleſiæ quam parti aduerſę purgatoriũ
neganti. Paulus affirmat eccleſiam eſſe do 1. Timo.3 in fi.
mum dei uiui ac columnam & firmamẽ- E.6. §.5
tum ueritatis. Eius ſponſus eſt Chriſtus: in fine
aia uero ſpiritus ſanctus, ei a Chriſto dat9:
qui ſemper cum ea manebit & nunquã
ab ea auferetur, neq; eam diutius errare
permittit. Idcirco eccleſia facile cognoſcit
hęreticorum fallaciam:a qua nemo tutus
eſſe poteſt:niſi qui unanimi doctrinę ec-
cleſię adhęret & eam ſequitur. Qui modo
credit & innitit̃ eccleſiæ, ceu ſuę ꝑpoſitę
dñę & matri:is ſecurus reddit̃, merito co-
ram deo excuſandus in hijs quæ ad ſalutẽ
ꝑtinent. Qui aũt cõtrariũ eccleſię credit &
ſeqtur:incertus eſt & minime excuſandus
coram deo uel homine. Sic intelligendo:

Cum eccleſia credat & tradat, poſt contri-
tionem, confeſſionẽ & abſolutionem, ui-
delicet poſt remiſſionẽ culpę & ęternę dã-
nationis, adhuc reſtare in pœnitente rea-
tum præteritę culpę luendum per pœni-
tentiam imponendam, pro qualitate per-
actę uoluptatis, & exequendam non ſolũ
fide recta ſed etiam acri dolore, prę ſertim
uera contritione, auriculari confeſſiõe, ſa-
cerdotali abſolutione & impoſita pœni-
tẽtia aut alijs temporalibus pœnis: donec
prædictus reatus omnino deleatur & pro
omnibus relictis debitis ſit ſatisfactum.
Quicquid hic reſtat incõpletum, hoc in
purgatorio tẽporaliter reſtaurabitur aut
in tartaro ęternaliter luetur. Si in hac opi-
nione eccleſia erraret & opera pœnitẽtiæ,
non admodum neceſſaria, homini impo-
neret: huiuſmodi tamen ſuperflua pœni-
tentia neq; nocua neq; periculoſa eſſet.
Qui autem non eccleſiæ ſed cõtrariũ cre-
dit, prę ſumens ſola uel nuda fide omnia
peccata unacum reatu remitti pariter &
deleri, abſq; ſatiſſactione bonorum operũ
aut purgatorij: is eſt incertus atq; expecta-
turus ęternę damnationis periculum.
Nam credens purgatoriũ: in quo culpę
reatus pœnaliter tolli debeat: proculdu-
bio ſollicitus eſt atq; ſtudioſus, ſua debita
per pœnitentiam corporalem in hoc ſęcu-
lo defalcare: quominus ſuus ſpiritus in fu-
turo ſęculo purgatorio addicatur: abun-
C. de. teſt. l. ultimo. dans enĩ cautela nemini nocet. Etiamſi
nullum eſſet purgatoriũ (uti hęretici gar-
riunt) Nihil tamen periculi eſt credenti
purgatorium. Negans autem purgatoriũ
& conſequenter ſua culpabilia debita hic
temporali pœnitentia abſtergere negli-
gens: præſtolatur grandes pœnas purga-
torij: ſi quod eſt (prout indubitate purga-
torium eſt) Vbi uero nullum eſſet purga-
torium: profecto multi abſq; ſatiſſactione
hinc migrantes, ęternaliter damnarentur.
Nume 21. poſt me. Ecce nõne omnino inſenſatus eſt: qui re-
licto ſecuro uado eccleſiaſtico & regiæ
uię greſſu, incedit incerto & periculoſo
itinere? Neceſſitate ergo ſequitur eſſe
purgatorium: in quo humani ſpũs pur-
gentur & ad ſatiſſaciendum retineantur
ac finaliter aptentur ad cœli aditum: ne
immuadi contra cęleſtem naturam cœ-
lum poſſideant.
¶ Enimuero diuini uultus uiſionem uel 10
finalem beatitudinem adipiſcitur nemo:
niſi prius ſui ſpiritus macula & reatus ſuf-
ficienti pœna uel alia ſatisfactione integre
diluatur. Quanto tardius huiuſmodi
macula deletur & debiti ſolutio differtur,
tanto magis hominis ſpiritus mucore &
rubigine ac ęre alieno laborat: cogĩt deni-
q; eo atrocioribus pœnis & ampliori pre-
cio ſatisfacere. Sicut enĩ ſal in ſalina mi-
nimi eſt precij & quanto remotius uehĩt,
tanto carioris erit precij: Sic peccata &
debita peccatorum deus relaxat clemen-
tius in præſenti ſæculo quam in purgato-
rio: & ibidem leuius quam in infernali ab-
yſſo: ubi humanum ſpũm erugo totaliter
penetrat nec culpabilia debita integre p̃
ſoluuntur unquam: ſcribente Paulo: Qui Roma. 6.
mortuus eſt, iam a peccato iuſtificat9 eſt.
Itaq; qui abſq; contritione decedit, ęterna-
liter reddet debitum. Contritus autẽ abſq;
ſatisfactione decedens, conſequitur qui-
dem remiſſiõem reſtantis pœnę, eatenus
tamen ut ſua lepra iudicio purgatorij e-
mundetur: quoniam anima contaminata
nequeat intrare in templum ſanctũ ante Leui. 12.
completionẽ dierum purgationis ſuę: iu- in prin.
xta ueteris legis edictum: q̃ nullus templũ Leui 13 Leui. 14
intrare debeat, niſi completo purgationis de pe. diſ. 1
ſpacio. Et qui a lepra purificatus fuit, ab multiplex.
eius ingreſſu ſeptem diebus remorabãt:
interim ſe lauans ac dona offerens: donec
per ſacerdotes admiſſus fuit ad conſortiũ
mundorum. Hinc elicitur, reatum pecca-
torum oportere hic aut illic aboleri ſucceſ-
ſu temporis & ſatisfactione.
¶ Et licet miſericors dominus hominis 11
contritionem & deprecationem citius ex- Eccl. 48. ante fi.
audiat & acceptet: fatente Salomone: In-
uocauerunt deum miſericordię & ſctũs
dominus cito audiuit uocem ipſorũ: Ta-
men deus differt exequi petita & quantũ
contritionis, orationis uel boni operis, re-
ſpectu quantitatis debitorum, deficit, tan-
tum in purgatorio reſtaurandum eſt uſq; de pe. diſ. 1 nõ poteſt
ad ſatisfactionem & perfectam mũdatio-
nem hu-

nem humani ſpiritus,alioqn in cœleſtem patriã non ingreſſuri.Quantotius autem idem ſpiritus per purgatorium purgat⁹, aut alias pro eo ſatiſfactum eſt: ulterius nullum habet obſtaculum nec decipulã uidendi cœlum apertum:promiſit.n.nobis ſaluator: Amen dico uobis, uidebitis cœlum apertum. Quod ipſe ſuo baptiſmate & oratione aperuit illis,qui non habent obicem.i. reatum & maculam culpæ ab ingreſſu cœli impedientem. Qui quidem obex per purgatorium & ſatiſfactionem retrorſum trahitur:quo mundatus hominis ſpiritus per ſuum amorem (quem ſecũ hinc tulit & ibi adauxit) trãſferatur ad deum.Qui ipſum ſpiritum miſericorditer ſuſcipit.Pariter & corpus eiuſdem ſpiritus extremo die reſuſcitatum clementer ſuſcipiet.

Iohan.1. in fi. Luce 3 ante fi.

OCTOGESIMVM SECVNDVM CAPITVLVM. De ſcripturis purgatorij.

HIS temporibus ſalſe ſcriptũ prædicatumue eſt,in ſacra ſcriptura neq̃ reperiri neq; probari purgatorium. Quippe pſeudo doctores purgatorium in dubium uertunt, in ſeductionem bonorum: qui antea ſuis precibus & bonis operibus pro animabus intenti, eaſdem nunc deſeruntac ſi purgatorium ad quæſtum cleri ſit excogitatum ac uanum pro defunctis orare,pſallere,offerre,uł alium cultum celebrare. Hoc falſo dogmate nituntur cleri uictum diminuere. O uana uindicta,tribus generibus nociua. Primo ſacerdotibus in ſolo temporali emolimento. Deinde multoplus laicis in ſpirituali commodo:quod accepturi eſſent ſi affectum & ſubſidium animabus, tanq̃ ſuis proximis,impenderent. Tandem ipſis animabus tormentum prolongatur & beatitudo differtur. Proinde deus inhonoratus relinquitur & eccleſia ſpernitur cum omiſſione eccleſiaſtici cultus pro ſalute animarum introducti. Sequũtur nunc ex ſacra ſcriptura quidam paſſus in quibus ſatis dilucide ꝓbabiliterq; purgatorium oſtenditur.

¶ Imprimis Numeri xxxi. ſcriptura diſtinguit pœnitẽtiam:unam in eccleſia militante:alteram in eccleſia dormiente, hijs uerbis: Omne quod poteſt tranſire per flammas,igne purgabitur:quicquid autem ignem non poteſt ſuſtinere,aqua expiationis ſanctificabitur: Vtpote in hoc ſęculo poſſumus, nõ ignem purgatorij ſuſtinere,ſed impetrare aquam .i. gratiam & miſericordiam dei:In alio autem ſæculo poterimus tranſire per flammas: ergo ibi iuſtitię igne purgabimur. Qui itaque maculas & immundicias,poſt acta peccata relictas,hoc tempore nõ ſatis diluit nec reſecat: Pariter debita, quibus a natura uel ex commiſſo eſt Deo obnoxius, hic non integre perſoluit:præſertim ꝑ meritum Chriſti & miſericordiam dei non effectualiter adipiſcitur:iſtius anima cogetur huiuſmodi maculas & debita luere & præſtare in purgatorio uſq; ad nouiſſimum quadrantem. Cauſa eſt,ꝙ hoc tempore & loco, nempe in eccleſia terreſtri, potiſſimum regnat diuina miſericordia: prout Dauid ait: Miſericordia domini plena eſt terra. Anima igitur corpori ſuo unita:in eccleſia terreſtri facilius a deo impetrat ueniam peccatorꝝ & relaxationẽ debitorum:q̃ in eccleſia pœnitente nempe in purgatorio:ubi potius regnat diuina iuſtitia. Nullum ibi peccatum indulgetur,nec quicq̃ debiti remittitur aut tollitur:niſi totum ſit perſolutum aut recompenſatum toleratione pęnæ uel ſuffragio alieno. Nam ſicut fœda uoluptas carnis humanum ſpiritum penetrauit ac immũdum & diuinæ imagini difformem reddidit:ita eum oportet cum dolore pœnitere & purgatorij pœnam pati,donec integre emundatus & diuinæ imagini cõformis fuerit. 2.

Ps 32 in prin.

¶ Quemadmodum aurum commixtum igne obrizatur; ita humanus ſpiritus purificatur in fornace diuini amoris: quem hinc ſpiritus ſecum defert. Eodem igne quilibet homo hic in tempore gratiæ, eſt inflammandus ut alibi in tempore iuſti- 3.

Sap. 3 in prin.

tiæ,nempe in purgatorio,hominis ſpiritꝰ dolore & pœna excitetur & tamdiu ardeat donec depuretur:exploſa omni contagione, quæ ipſum a cœli ingreſſu retardare poſſit. Vnde claret longe leuiorē eſſe pœnitentiam uitæ præſentis ꝙ̄ futu-
2. Cor. 6 prin. Gala. 6 ræ:Paulo adhortāte: Ecce nunc tempus acceptabile,ecce nunc dies ſalutis. Et iterum:Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. Pariter & Auguſtinus admonet nos ita peccata pœnitendo hic abluere,ut in futuro in nobis ignis nihil aut parū inueniat: Alioquin noſtri ſpiritus tamdiu in purgatorio manere co-
1. Cor. 3. in fine. guntur, quouſq̧, iuxta Pauli ſententiam, exurantur ſicut ligna,fœnum,ſtipula.

4

¶ Eodem loco per Paulum lucide patefactum eſt purgatorium hijs uerbis: Vnuſquiſq̧ autem propriam mercedem ac-
1. Cor. 3 cipiet ſecundum ſuum laborē. Et infra. Vniuſcuiuſq̧ opus quale ſit, ignis probabit:Siquis ſuperædificat ſupra fundamētum hoc aurum,argentum,lapides precioſos:ligna,fœnum,ſtipulam, uniuſcuiuſq̧ opus manifeſtum erit: dies enim domini declarabit: Si cuius opus manſerit quod ſuperædificauit, mercedem accipiet: ſi cuius opus arſerit, detrimentum patietᷓ:
ſ. 80. §. 11 ipſe tamen ſaluꝰ erit, ſic tamen quaſi per ignem. Hic apertiſſime Apoſtolus oſtendit humanum ſpiritum eſſe purificandū per ignem: qui probat qualia ſint hominis opera bona an mala. Siquidem ſpiritus ſecum bona defert opera in igne permanentia:ueluti aurum,argentum,gemmas:nimirum mercedem accipiet. Si autem eius opera arſerint.i.igne cremantur ueluti ligna, fœnum, ſtipula (quo operū malitia deſignatur)detrimentum in purgatorio ſuſtinebit:quoad per ignem totꝰ mundetur:demum ſpiritus hominis capax erit cœleſtis beatitudinis. Dies uero qui declarabit, non eſt intelligendus de generali die extremi iudicij:ſed de die particularis iudicij in morte cuiuslibet hominis:quando morientis ſpiritus, in gratia decedens, maculis tamen & debitis oppreſſus:ad purgatorium migrat,iudicandus a Chriſto.Coram quo quiſq̧ tempore ſingularis iudicij:hoc eſt hora ſuę mor- Mat. 12.
tis,rationem reddet de omni uerbo otioſo:necnon de omni ſua uita, iuxta Euangelium:Redde ratiōem uillicationis tuę: Luce 16 in prin.
Et ſicut audit,ſic iudicat Chriſtus. Qui Joha. 5
portat omnia uerbo uirtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens,ſedens ad dexteram maieſtatis in excelſis. Quæ quidē Heb. 1 in prin.
purgatio proculdubio fit in purgatorio. Quamobrem præmiſſa Pauli uerba de igne purgatorij, non inferni, ſunt accipienda: ſecundum interpretationem Au- Sermo. 4.
guſtini: qui increpat blandientes ſibi de de ſanctis
falſa ſecuritate: qui præſumunt Paulum aſſeruiſſe:cum qui mortalia crimina ædificat,poſſe per ignem tranſitorium purgari & tandem ſaluari:inſpecta hac Pſalmiſtæ ſententia: Non imperpetuum iraſcetur neq̧ inæternum comminabitur: Pſ. 102. poſt prin.
quoniam corroborauit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe. Quo in timore naturaliter pœnitentes animæ ſunt, non damnatæ. Ideo præaſſertus intellectus eſt ſeductiuus & uerba Pauli dumtaxat extendenda ad temporalem purgatorij pœnam:qua nō mortalia ſed minuta peccata ac etiam reatus & reliquiæ peccatorum abolentur.

¶ Rurſus purgatorium affirmatur per 5.
Paulum, Theſſalonicenſes de mortuis cō- 1. Theſſ. 4 in fi.
ſolantem ac dicentē: Nolumus uos ignorare de dormientibus ut non contriſtemini ſicut & cæteri qui ſpem non habēt: ſi.n.credimus ꝙ Iheſus mortuus eſt & reſurrexit: ita & deus eos, qui dormierunt per Iheſum,adducet cum eo. Hinc clarescit fideles animas tandem de purgatorio per Iheſum in cœlum fore deducendas: de quo ſatis habetᷓ ſupᷓ 80. §.11. Paulus deniq̧ taxat tria genera in nomine Iheſu Philip. 2 poſt prin.
genu flectētia,cœleſtiū,terreſtriū et infernorū: p inferos deſignātur animæ in purgatorio,ſua genua erga deum patienter, humiliter & ſpiritualiter flectentes. Scriptum quoq̧ eſt, neminē dignum eſſe in- Apo. 5 in prin.
uentum in cœlo neq̧ in terra neq̧ ſubtus terrā aperire librum. Per ſubtus terram dumtaxat animæ in purgatorio accipi poſſunt. Liquet.n. malos ſpūs animaſq̧ damnatas

damnatas,ceu dei inimicos,in tartaro ge
Eſai.8 in fi. nua ſua non flectere erga Iheſum:quem
pſ.6 aſſidue blaſphemant, nam in inferno ne-
mo confitebitur deo. Minime igitur cre-
dendum eſt Iohannem ab angelo eſſe in
terrogatum: utrū quis in tartaro: ſed an
in purgatorio ſit qui digne librꝫ aperiat.
6. ¶ Probatur & ſecundo purgatorium ꝑ
1.Iohan.5 in fi. iſta uerba Iohannis: Qui ſcit fratrem ſu-
um peccare peccatum non ad mortem,
petat & dabitur ei uita peccanti non ad
mortem: id eſt, non morienti in peccatis
mortalibus. Eſt peccatum ad mortē:nō
pro illo dico ut roget quis:id eſt, pro ui-
uis deſperatis de miſericordia dei:uel pro
defunctis,q notorie in mortalib,prçuenti
ſunt,orare eſt fruſtratoriū:cū de ſalute ui
Eccl.27 ante fi. uorꝫ deſpantiū uel impie morietiū nulla
Pro.11 in prin. erit ultra ſpes. Atqui pro illis, qui in pec-
catis non perſeuerant uel qui pie dece-
dunt:pro reatu autem culpæ adhuc ſunt
purgandi: poteſt ac debet fieri depreca-
tio. Quæ licet induratis & in pctō morta-
li mortuis non conducat: cæteros tamen
alleuiat. Quamobrem unicuiqꝫ iniungi-
tur pro fidelibus defunctis: proqꝫ peccato
ribus uiuis tam amicis ꝙ inimicis orare
Mat.6. ac dicere,dimitte nobis debita noſtra.
7. ¶ Pro tertio, purgatorij mentio eſt cre-
2.mach.12 bra in ueteri ſcriptura:ubi ponitur:San-
cta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis
exorare ut a peccatis ſoluantur. Item
Eccl.7. mortuo ne prohibeas gratiam. Et Booz
Ruth 2. in fi. a domino benedictus eſt, quia eandem
gratiam,quam præbuerat uiuis,ſeruauit
& mortuis. Eadem ſcripta, purgatorio
non exiſtente, fallerent:eſſet quoque in-
caſſum atque ſuperfluum pro defunctis
orare uel gratiam eis obtinere. Eccleſia
autem hactenus conſueuit & præcipit fi-
delibus in purgatorio ſuccurrere per ſuf
fragia operaqꝫ pia. De purgatorio deni-
Job 14. que Iob ad dominum inquit: Quis mihi
hoc tribuat ut in inferno ſcilicet purgato-
rij protegas me & abſcondas donec per-
tranſeat furor tuus & conſtituas mihi tē-
pus,in quo recorderis mei? Iſta profecto
uerba referuntur ad purgatorium:in quo
a dæmonibus Deus hominis ſpiritum
protegit:nihilominus tamen includit: do
nec decreta pœna & mora pœnitendi
completa ac idem ſpiritus a ſuo reatu ſit
purificatus,tandem eius recordatur De-
us cum cœleſti gaudio. Vnde in Iob ulte Job.33. in fi.
rius ſcribitur:Ecce hæc omnia operatur
Deus ut reuocet animas eorum a corru-
ptione & illuminet lumine uiuentium,
quaſi CHRISTVS animas poſt pera-
ctam pœnitentiam a purgatorij corru-
ptione reuocet & illuminet luce cœleſtis
gloriæ:quemadmodum Salomon ad do
minum ait: Liberaſti me de portis tribu- Eccl.51 in prin.
lationum quæ circundederunt me:a preſ
ſura flammæ quæ circundedit me & in
medio ignis non ſum æſtuatus. Dominus
enim ſolus deducit ad inferos ac reducit. 1.Re.2
Et percutit hominem uirga correptionis Pro.23 poſt prin.
eius tamen animam de inferno ſcilicet
purgatorij liberabit. Idipſum animæ pur-
gatorio ereptæ fatentur: Trāſiuimus per Pſ 65.
ignem & aquam & eduxiſti nos in refri-
gerium.
¶ Quarto pateſcit purgatorium ex hoc 8.
Saluatoris noſtri elogio. Qui autem di- Math.12 in me.
xerit uerbum contra ſpiritum ſanctum,
non remittetur ei neque in hoc ſæculo
neque in futuro. Hinc colligitur, quæ-
dam eſſe peccata hic uel in purgatorio
remittenda. Exigitur ergo purgatorium
ad puniendam & poſt punitionem dimit-
tenda peccata, in ſpiritumſanctum non
commiſſa. Nam remiſſio requirit pœ-
nam: quę nulla infligitur cœlicis:quibus
nullus reatus eſt: In inferno uero pœna
non remittitur. Medium ergo neceſſari-
um eſt,nempe purgatorium: in quo de-
terminata pœna remittenda ueniat. De
purgatorio inſuper intelliguntur iſta Eu
angelica uerba: CHRISTVS baptiſa- Math.3
bit uos in ſpirituſancto & igne:cuius uen Luce 3
tilabrum in manu ſua & permundabit a-
ream ſuam & congregabit triticum in
horreum ſuum: paleas autem comburet
igne inextinguibili. Quippe hic in eccle-
ſia militante ſit baptiſmus aqua ſpirituſ-
ſancti,animam a peccato emundantis. In
eccleſia purgatorij anima baptiſatur &
purgatur igne. Ibi Chriſtus habet in ma-

nu uentilabrum diuinę iuſtitiæ : quo ab
anima pœnitente in purgatorio uentilat
reatum uſq; ad integram emundationem
& ſatisfactionem. Quæ tandem anima
(ceu triticum permundatum) congrega-
bitur in horreū beatitudinis ; peccata aūt
igni infernali comburentur.
9. ¶ Ex præmiſſis pluribuſue ſacræ ſcriptu
ræ paſſibus, præſertim in Iob & Pſalte.
rio (ut ſupra tetigi c.80.§.11.) clare proba
tur eſſe purgatorium: in quo animæ con
taminatæ luunt & purgant. Quare apo
ſtoli in ſuo ſymbolo, nobis quottidiano
totam eccleſiam diſterminant. Primo ec-
c.6.§.1 ante f. cleſiam militantiū in terra, hijs uerbis: Cre
do ſanctā eccleſiā catholicā : deinde triū-
phantem in cœlo: Credo ſanctorꝫ cōmu-
nionem: tandem eccleſiā pœnitentium in
purgatorio: Credo remiſſionem peccato
rum; nam debitis purgatorij pœnis per-
ſolutis, animarꝫ maculę reatuſq; remittun
tur. Ijdem præterea apoſtoli (de animarꝫ
in purgatorio pœna ſatis instructi) ad ea-
rum ſuffragium inſtituerunt & in officiō
miſſæ ordinauerunt ſecundā & ſingula-
rem memoriā defunctorꝫ. Cui9 & Chry
ſoſtomus homelia 69. teſtimonium præ
13.q.2.in bet. Eccleſia itaq; uniuerſalis hmōi me-
eccleſiaſti-co & c. pro moriam ꝓ defunctis celebrare conſueuit:
obeūtibus indubitata fide hactenus credens & in de
um ſperans, per eandem memoriā in miſ
ſa animabus ſubueniri; Et inquit Augu-
De cura pro mortu ſtinus: Si nuſq; in ſcripturis purgatorium
is agenda legeretur, non parua hac cōſuetudine cla
d.80.§ 7 in me. ret authoritas: ubi in precibus ſacerdotis,
quæ dño deo ad eius altare funduntur,
locum ſuum etiam habet commendatio
mortuorꝫ. Quæ quidem memoria anima
bus in cœlo nō eſt neceſſaria: neq; aīabus
in tartaro ꝓficua: ſeqt̄ ergo eā fieri dumta
xat ad animarꝫ in purgatorio ſuffragiū.
10. ¶ Nemo igitur ſuæ & ſuorꝫ parentum
ſalutis immemor, purgatoriū reprobet:
Ne hoc errore fideles animæ neglectæ,
a requie ſua retardentur. Quippe earum
hæredes & cognati ceu ingrati contra ſe
ſæueram dei expectarent ſententiam: Iu-
Iaco.2 dicium enim ſine miſericordia illi qui non
facit miſericordiam. Pſeudo inſuper

doctores: quibus modo peruerſi Chriſtia
ni contra purgatorium credunt: nullo fun
damēto ſunt fulciti quominus exiſtat pur
gatorium. Quod tamen omnes ferme or
thodoxi unacum uniuerſali eccleſia plu-
ribus ſcripturis & rationibus probant at-
q; concludunt & hactenus obſeruarunt
purgatorium eſſe ceu tertiam partē Chri
ſtianæ & dormientis eccleſiæ, ubi fideles
animæ ſedent et in anguſtijs ad deum cla
mant: Audi domine & miſerere noſtri, Baruch 3. in prin.
quia peccauimus ante te: Audi nunc ora
tionem mortuorum Iſrahel. Hæc ſatis
aperte de purgatorio cernuntur dicta, nō
de uiuentibus nec damnatis: alioquin nō
adderetur deprecatio mortuorum Iſra-
hel: utiq; bona ſpe liberationis ſuæ: quam
damnati non habent, obſtinati in peccatis
& deſperati de miſericordia dei. Quare
animas in purgatorio conſolans eccleſia
reſpondet: Animæ quiores eſtote filij: cla Baruch 4 in me.
mate ad dominum: & eripiet uos de ma-
nu principum inimicorum. E diuerſo ipſe
animæ interpellant ſuam matrem eccleſi-
am pro adiutorio & ſuffragio erga deū.
Quibus quidem animabus preces eccle-
ſiæ ac alia ſuffragia aliena coram diuino
tribunali conducere poſſunt prout ſe-
quitur.

OCTOGESIMVM TER-TIVM CAPITVLVM.

Vtrum aliena ſuffragia ex-tendantur ad pur-gatorium.

QVi hoc tempore gratiæ, ordina-
tam pœnitentiam negligit & de
bita deo non perſoluit nec reatū Diſt. 25. qui in alio
culpæ condigna pœna abluit: illius ſpūs
in alio ſæculo (ubi diuina iuſtitia præua-
let) expietur & purgabitur ſecundū cen-
ſuram diuinæ ſæueritatis. Sententia qui-
dem & eius executio a ſolo deo fertur &
taxatur quantum pœnæ humanus ſpiri-
tus, pro reatu hic contracto ſed nondum
diluto, illic in purgatorio pati debeat.
Qua de re Sapiens dominum alloquitur:
Tu domine es qui uitæ & mortis habes Sap. 16 post prin.
poteſtatē

poteſtatem & deducis uſq ad portas mortis & reducis: Et cum exierit ſpiritus, nō reuertetur nec reuocabit animam quæ recepta eſt: ſed tuā manum effugere impoſſibile eſt. Attamen Deus ſolet ſeuerum iudicium ex cauſa multoties mitigare. Siquidem animæ ex purgatorio liberantur duplici uia: una eſt quando iuxta rigorem diuinæ iuſtitiæ, interiori & exteriori pœna, reatus & debitum hominis integre diluitur & recompenſatur. Altera uia eſt gratiæ quādo ignis purgatorij tollitur uel alleuiatur alieno ſuffragio: de q infra §. iiij. Quicquid enim obſequij in hoc ſæculo pro homine exhibiti, eidē uiuo profuiſſet, hoc ſuæ animæ in alio ſæculo proficit: ueluti miſſarum celebratio, preces, elemoſynæ aliaque pietatis opera: quæ probi homines pro ſuis proximis peragunt. Quis enim animæ defunctorum per ſe ſoluere nequeant aliter q̄ purgatorij tormento: pro hijs tamen alij ſuis pijs operibus ſatiſfacere aut aliquantulam remiſſionem debiti impetrare poſſunt. In ueteri itaq teſtamento deprecabatur ſacerdos pro anima quæ inſcia peccauit coram domino & impetrabat ei ueniam & dimittebatur illi. Pariter ſiquid boni pro animabus hic in eccleſia fit, hoc Deo gratum eſt ac animabus ad releuamen purgatorij cedit. Id ex uulgari exemplo deprehenditur. Sicut enim corporis membrum (nempe bonus ſtomachus aut ualidum iecur) cauſa eſt boni influxus a capite in cætera membra debiliora, forſitan in manus uel pedes: ſic Chriſtifideles in eccleſia terreſtri præſentes ſuis commembris, in purgatorio exiſtentibus, a ſuo capite Chriſto impetrare poſſunt reconciliationem ac eundem dominum commouere quo ſuum ſalubrem influxū .ſ. gratiæ & remiſſionis impartiatur fidelibus animabus: quæ ſub eodem capite Chriſto ſunt indubitata ſpiritualia commembra uiuorum Chriſtianorum. Quippe unum membrum corporale naturaliter alteri, ſuperſtites igitur fideles obſequi tenentur ſuis premortuis commembris, nēpe fidelibus defunctis ceu ſuis proximis.

13.q.1. in tempore

Nume. 15 ante fi.

¶ Omnes tres partes eccleſiæ, nempe cœleſtis, terreſtris & ſubterraneæ unum corpus conſtituunt ſub uno capite Chriſto. 2.
Membra igitur ſubterranea recipere poſſunt ſupiores influxus, imprimis a Chriſto: deinceps a ſuis commembris, in cœlo & in terra conſiſtentibus. Vt tū præmortui hominis ſpiritus illius ſpiritualis influxus recipiendi capax ſit, præſertim ſi homo, dum uiueret, meruerit ut ſibi poſtea aliena ſuffragia prodeſſent: iuxta Auguſtini informationem q ſacrificia altaris uel orationum uel elemoſynarum, quotidie in eccleſia per Chriſtifideles exercitata, non omnibus, pro quibus fiunt, proſint, ſed hijs tantum qui dum uiuunt cooperātur ut proſint: tunc eorum animabus pœna debita tollit & integre uel partim mitigatur. Iuxta qualitatem tū operum quę ſpecialiter uel generaliter pro defunctis peraguntur, Quanto crebriora bona opera pro tuo parēte fiunt: tanto largius ſub leuamen eius anima in purgatorio perſentiet. Atqui aliena opera non ſunt tantæ efficaciæ animabus in purgatorio, q̄ntæ eſſent ſi in uita ſua temporali per ſe huiuſmodi opera confeciſſent.

13.q.2. nō eſtimemus

¶ Inſuper conſiderandum occurrit: Siqs 3.
in teſtamento ſeu ultima uoluntate, ad animæ ſuæ ſalutem, aliquid legat & præordinat: ſiquidē huiuſmodi legatū ex amore & timore dei facit, in eo uſq ad finem uitæ perſeueraturus: mox illius pij legati meritum capeſcit. Sed eiuſdem meriti fructus, nempe compenſatio debiti & pœnæ alleuiatio, tandem ſuccedit poſtq̄ legatum eſt præſtitum. Quamobrem ultimæ uoluntatis executio quantotius fieri & nequaq̄ differri debet, in præiudiciū teſtatoris premortui. Dum.n. intermittitū celebratio inſtitutarū uel legatarū miſſarū: uel etiam diſtributio elemoſynarū: quibus pauperes ad orandū incitantur: nec aliæ piæ cauſæ expediunt: interim animarum ex purgatorio liberatio differt: q diutius ſeu grauius purgatorij pœnā ſuſtinere coguntur ex dilatione executionis teſtamētariæ. Qui itaque dolo uel praua negligentia executionem teſtamentorum &

13.q.2. qui oblationes e c.clerici. ultimarum uoluntatum protogant aut
impediunt, merito nuncupantur necato-
res egentium animarum, indicibili pœna
purgatorij oppreſſarum. Etſi ignis pur-
gatorij non perpetuus, eſt tamen miro
modo acer, excedens omnem pœnam hu
ius ſæculi. Hac ergo enormi cauſa decre
uit eccleſia pro animabus fieri orationes,
ieiunia, miſſarum celebrationes, oblatio-
nes, elemoſynas, luminaria, peregrinatio-
nes aliaq; ſuffragia & pia opera. Ad quæ
Augu. Auguſtinus hortatur in libro de cura pro
mortuis agenda, inquiens: Clamant quot
tidie qui iacent in tormentis: clamant &
pauci ſunt qui reſpondeant: ululant, &
non eſt qui conſoletur eos: O quàm grandis
crudelitas & inhumanitas: Clamant ad
nos quottidie, qui dum uixerunt, multa
mala pro nobis ſuſtinere uoluerunt, nec
eis ſubuenire curamus. Ecce, n, infirmus
iacet & clamat, & a medicis conſolatur.
Clamat porcus, & omnes cum eo clama-
re non ceſſant: cadit aſinus, et omnes eum
Luc. 6 ſubleuare feſtinant. Sed clamat in tormẽ
tis fidelis, & non eſt qui reſpondeat, con-
tra præceptum domini ut omni petenti
Matth.25 te tribuas. Dñs igitur te iudicaturus, di-
in fi. cet: eram in carcere, ſ. purgatorij, & nõ ui-
ſitaſti me: diſcede a me in ignẽ ęternũ. In
Chrõ nanq; defuncti, ſunt membra Chri
13.q.2. qui oblationes & confratres noſtri. Qui ergo debita ſuf-
fragia animab. ſubtrahunt, iure ſunt excõ
municandi & tanq; ſacrilegi habendi.

4. ¶ Gregorius ponit quatuor modos ſuf-
13.q.2. alie e c.tempo fragiorum, quibus animæ defunctorum
ſoluuntur: nempe orationem, ieiunium,
elemoſynam & potiſſimum oblationem
miſſarum: quibus cætera exteriora uel alie-
na ſuffragia cõprehendunt. Continet qui
dem orõ cõtemplationẽ quancunq;: Ieiu
nium oẽm carnis caſtigationẽ: elemoſyna
ſubuẽtionẽ ꝓximi: miſſa cultum diuinũ.
Item oratione ſignificatur omnis affectus
cordis interiorem deuotionẽ concernens.
Ieiunio intelligitur quodcunq; exteriori pœ
nitentiæ & bonis opibus inhæret. Elemo
ſyna opa miſericordiæ cõcernit, pręſertim
charitatẽ & cõmodũ ꝓximi uiui uel de-
Ibid. 11. functi. Nam ſingulare miſericordiæ op9
eſt ſepultura; ſiquidem funera ſepeliunt
in terram cimiterij benedictam: ex quo
reliqua tota terra ꝓpter peccatum a Deo Gene.3
maledicta eſt. Sed iterũ mediante epiſco-
po ſanctificatur per ꝟbum Dei & oratio- 1.Tim.4 in prin.
nem. Eccleſiaſtica igitur ſepultura ꝓculdu- 6.13.§.6 in prin.
bio cedit defunctorum animab. ad conſola- ∫.90.§.7.
tionẽ. Sequitur ergo animas in purgatorio
nobis eſſe ꝓximas: quum earum corpora ſe
pelire teneamur. Magdalena quidẽ pre- Marci 14. in prin.
cioſo ungento caput Chri perfudit, prę-
ueniens ungere corpus eius in ſepulturã.
Quarto per miſſæ oblationem quodcunq;
cõprehendit cultus & honoris obſequm
deo a nobis impendendũ. Præmiſſis itaq;
quatuor ſuffragijs ſubleuantur in purga
torio animæ: inde æternam uitam & cœ-
leſtem gloriam reportaturæ: quemadmo
dum ſcriptum eſt: Miſericordia & ueri- Pro.16 in prin.
tate redimitur iniquitas. Iterum qui ſequi Pro.21
tur iuſtitiam & miſericordiam, inueniet ante fi.
uitam & iuſtitiam & gloriam. Sicut mo-
do iuſtæ miſericordiæ dei congruit ele-
ctos a peccati ſordibus in purgatorio ab-
luere: ſic miſericordi iuſtitiæ dei conue-
nit eoſdem electos a ſuis plagis, ad eccle-
ſiæ & bonorum hominũ ſuffragia, partim
aut integre eruere.

¶ Oportet equidem humanos ſpiritus in 5.
purgatorio ſuſtinere pœnam temporalẽ,
quanta eis pro ſuo reatu per diuinam cẽ
ſuram determinata eſt. Verum homo
per ſe, in præſenti tempore gratiæ, potue- Gala.6
rat operari bonum & a deo impetrare re
miſſionem temporalis pœnæ: neglectam
uero ſuus ſpiritus reſtaurare habet in pur
gatorio: quoniam ulterius per ſe nihil re-
miſſionis impetrare uel ꝓmereri poteſt.
Quare tunc alienis indiget ſuffragijs. Hu
ius talem accipe ſimilitudinem. Quidam
malefactor, morti obnoxius, per princi-
pem a capitali ſentẽtia abſoluitur: ſed car
ceribus recluditur, pœnam pecuniariã
aut aliam temporalem expectaturus. Is
quidem incarceratus pro ampliori neqt
gratia principem interpellare: queadmo-
dũ prius potuiſſet carcere ſolutus. Eius aũt
amici aliiue probi uiri ꝓ eo principi poſ-
ſunt ſupplicare aut munus exhibere:
quo aſ-

quo afflictio incarcerati remittatur aut mitigetur. Pari modo peccatori pœnitenti æternam condemnationem deus remittit: ſed eius animam in purgatorij carcerem trudit, expiandam pro reatu: quē hic reddere non curauit. Ibi quidē anima per ſe nihil remiſſionis nec gratiæ obtinere ualet: donec perferat decretam pęnam temporalem uſq; ad nouiſſimum quadrantē.

Lucæ.12 in fi.

6. ¶ Quocirca ſaluator noſter te docet: ut aduerſario tuo conſentias cito dum es in uia, i. dum uiuis in hoc ſęculo: ne forte tradat te aduerſarius iudici & iudex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris, ſ. purgatorij: amen dico tibi, non exibis inde, donec reddas nouiſſimū quadrantem. Non tamen abnuēdum eſt, quin pro ſpiritu detento in purgatorio ſui amici ac alij, in præſenti uia gratiæ ambulātes, poſſint orationibus & operibus pijs corā deo intercedere & forſitan ipetrare relaxationē aut leuamē pęnarū purgatorij. Huiuſmodi deniq; depcatio charitate pximi fulcita, eſt deo grata et ī purgatorio pficua ſpiritui humano: q noſter proximus eſt & amore deo ac nobis agglutinatus. Queadmodū fidus amicus p debitore relaxationē integri uel partis debiti prece uel ſolutione a creditore obtinere poteſt: ita deuotus homo una uel pluribus debitoribus animabus remiſſionē partis uel quātitatis luitiōis a diuina iuſtitia impetrare ualet orationib, aut eleemoſynis alijſue pietatis operib, & cęrimonijs, maxime cū ſacrificio mediatoris.

Matth.5 in me.

13.q.2 tempus

7. ¶ Porro ad efficaciam alienorum ſuffragiorum, neceſſe eſt ut interceſſor pariter & reus, pro quo interceditur, ſit in charitate ordinata & in gratia dei. Nam ſi humanus ſpiritus abſq; gratia hinc diſceſſiſſet aut interceſſor deo minus gratus eſſet: eius ad deum deprecatio in utroq; fruſtraretur. Hoc pacto communis oratio eccleſiæ nil proficit dānatis, ceu abſciſis mēbris & minus capacibus totius gratiæ: prout ſani capitis influxus non agit in manus aut pedes abſciſos aut in alia membra pręmortua. Quando autē ex ignorantia orationes aut oblationes fiunt pro damnatis uel pro illis qui alieno ſuffragio non indigent: ueluti pro infantibus baptiſatis aut alijs a purgatorio liberatis, Eædem tamen preces & cæremoniæ fiunt in eccleſia, electis quidem non ad neceſſitatem ſed ad gratificationem & gratulationem: potiſſime deo ad laudem & gloriam: iuxta elogium Eſaiæ: Gaudiū & letitia inuenit in ea, ſ. eccleſia, gratiarū actio & uox laudis. Esaie 51 in prin.
Neq; alieno ſuffragio uel interceſſione indigent electi cœlici: qui optatum finem ſuum adepti ſunt & altius euolare nequeunt. Quinni eoſdē electos, ceu triumphātis eccleſiæ membra, pro ſuffragio & interceſſione erga deum, nos implorare habemus: ut hic nobis mortalib. & illic fidelibus animabus in purgatorio, tanq̄ ſuis cōmembris a deo gratiam (quam ſperamus) impetrent. Siquidem aliena ſuffragia animabus, pro quibus fiunt, non applicantur: qa forſitan animæ ſunt in cœlo aut in iferno, nō ī purgatorio: nihilominꝰ eadē ſuffragia cōmuniter cedūt oībꝰ animabus indigētibus: ſpecialiter illis, q̄ in uita ſua meruerūt ut eis poſt mortē eccleſiæ pces & aliorū ſuffragia ſeu bona opa pdeſſe ualeāt. Inter mortuos itaq; & uiuos, iuxta cuiuslibet capacitatē, ipartiunt cōmūia ſuffragia ecclię & ſuorū electorū mēbrorū fatēte Dauid rege: Particeps ego ſū oim timentiū te & cuſtodientiū mandata tua.

Extra de cele. miſ. cum Mar the

13. q 2 tempus

Psal.118.h

8. ¶ Secundo requirit (uti præmiſſū eſt) interceſſorē deo eſſe gratū: q ſua pce deuota nō tantū illis, p quibus orāt, ſed ſibi q̄q; pficit: cū eius deuotus in proximū conatꝰ proculdubio ſūmopere deo cōplaceat: ſimul ac ſapiens princeps ſingulari beneuolētia acceptat obſequiū a ſubdito ſuo captiuis & egenis amicabiliter impēſū. Sic Abel & eius oblatio deo placuit, Si aūt interceſſor eſt iniuſtus aut ſua oratio nō debite ordinata: tunc eius ſuffragiū uel alia ſpiritualia opera, unacū ſua perſona, deo non ſunt accepta neq; ſibi neq; alij, pro q̄ intercedit, proficua. Ita deus ad Cain & ad munera illius non reſpexit. Et præſumit Gregorius: Cum is qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, irati animum ad deteriora prouocari. Niſi ex accidēti munus ingrati deo gratū reddat;

8. §. 7

Gene.4

Gene. 4

39.q.7 in graueibus

ueluti cum filius peruerſus elemoſynā di-
ſtribuit pauperibus ad intercedendum ꝓ
anima patris ꝓuocandis: Huiuſmodi ele-
moſyna poterit atq; prodeſſe, inquantum
pauperes legittime ad deum orauerint.
Cōſimiliter ualida eſt interceſſio eorū q̄,
ceu miniſtri dei & eccleſiæ, ad officia diui
na, pro uiuis & defunctis neceſſario expe
dienda, deputati ſunt. Et ſi quis eorꝝ deo
non eſt acceptus, eſt tamen eius ordinata
oratio, celebratio, ſacramentorum porre-
ctio & reliqua legittima operatio, ab offi-
cio ſacerdotali depēdens, nihilominus fru
ctuoſa & meritoria uiuis & defūctis: q̄m
huiuſmodi officium eccleſiaſticum non a
miniſtro ſed a deo & eccleſia oritur: nec
deprauatur ob miniſtri uitium. Ac ſi pro-
bus dominus per ſeruum nequam erogat
ſtipem egenis: elemoſyna ob ſerui nequi-
tiam non deterioratur. Quippe firmum
Math.16 eſt atq; efficax hoc Chriſti eloquium: Por
tę inferi non pręualebunt aduerſus eam,
uidelicet eccleſiam, ſed quodcunq; ligaue
ris aut ſolueris ſuper terram, ligatum aut
ſolutum erit in cœlis.

9. ¶ Occurrit quæſtio, utrum papales aut
ſ.89.§.1 in prin. aliæ indulgentiæ animabus in purgatorio
proſint? Reſpondetur, A ſolo deo purga-
torij pœna decernitur animabus ad expur
gandas earum maculas & ad reſarciendū
di.50.c.26 debita quæ non dum ſunt perſoluta, cum
q.6.c.7. per to. legittimis & diuturnis pœnis, ſecundum
33.q.3.per ſepte dis. ſacra decreta in primitiua eccleſia per ue
Roma.7 teres patres inſtitutis: quibus peractis æſti
in prin. mabāt pro peccati reatu eſſe ſatiſfactum.
Porro eadem eccleſiaſtica decreta uiuos,
non defunctos concernunt: q̄m mors oīa
ſoluit, Paulo ſcribente: lex in homine do-
minatur quanto tempore uiuit: nam quæ
ſub uiro eſt mulier, uiuente uiro alligata
eſt legi: ſi autem mortuus fuerit uir eius, ſo
luta eſt a lege uiri. Pariter & hominis ſpi
ritus a carnis nexu reſolutus non eſt am-
plius ſub papę poteſtate nec ſub lege ec-
cleſiæ militātis: in qua modo magis uiget
miſericordiæ leuitas, quam iuſtitiæ ſeue-
ritas. Sed eſt ſine medio ſub diuino iudi-
cio; ubi plus locum habet iuſtitia quā mi-
ſericordia. Nam pro ſcripturæ ſententia:
Animæ ſunt in manu dei, inquientis: Ec- Sap.3 Ezech.18 in prin.
ce omnes animæ meæ ſunt: Et eſt deus in
cœlo ſurſum, nempe in eccleſia triūphan- Joſue 2 in fine.
te: & eſt deus in terra deorſum, nempe in
purgatorio eccleſiæ pœnitētis ſubtus ter-
ram conſtituto. Chriſtus inſuper Petro &
ſuo clero ſolam pœnitentem militantē ec-
cleſiam cōmiſit, ſpecialiter exprimendo:
Quæcunq; ligaueritis ſuper terrā, nō ſub-
tus terram in purgatorio. Et ait gelaſius: 42.q.1.in ſumma.c.2
Chriſtus defunctum nunq̄ dixit eſſe ſol- c.c.nequiſ
uendum: Lazarum eñ reſuſcitatum pri- quam.
mo ſoluere iuſſit: deinde abire ſiuit. Hinc Johan.11. ante ſ.
datur intelligi, ſuper animas in purgato-
rio pœnitentes nec papę nec cęteris eccle
ſiæ paſtoribus competere ſuperioritatē:
ſed ſoli deo: qui mortuos reſuſcitare po-
teſt: quorum tres, iuxta euangelij teſtimo-
nium, ad aliorū preces reſuſcitauit: Quar- de pe.dis.1 volūtiens
tum putat Gregorius non reperiri reſuſ- §.Cbriſt.
citatum a domino: quia defuerunt uiui qui
pro eo reſuſcitando dñm precarentur.
¶ Poſtquam autem generales & ſpecia- 10.
les preces eccleſię & deuotorum hominū
pro fidelibus defunctis ad deum effuſę,
proculdubio exaudiuntur: eſt igitur cre-
dendum bullas papales ac orationes & pi-
as operas, ꝓ papam ſuis ouibus impoſitas,
tanquā ſuffragia corā deo pariter ꝓdeſſe
aīab9 in purgatorio ſubleuādis & a pœna
redimēdis. In ueteri eñ teſtamēto ad ſum Nume 15 in me.
mi ſacerdotis deprecationē remittebatur
omni multitudini filiorum Iſrael: ueniam
quoq; pontifex obtinebat animæ ignoran
ter peccanti. Ea ratione, ſolet papa ſuas in ſ.89.§.3
dulgentias prouide extendere ad animas
in purgatorio per modum duntaxat ſuf-
fragij, non auctoritate clauium: Quarum 13.q.2.pro obeuntibus
reſpectu uiuis, non defunctis ueniam & cū enob.
abſolutionem debitorum promittere po- cc.ſeq.
teſt. Siquidem huiuſmodi claues ad ec-
cleſiam duntaxat militantem, extendun-
tur, non ad purgatorium: in quo ſolus de-
us, non papa, ligandi & ſoluendi faculta-
tem habet. Neq; papa hic relaxat, quod
deus illic nectit. Quod autem deus hic in
eccleſia terreſtri ligat, nempe pœna exigit
& ſatiſfactionem: ad quā diuino decreto
peccatores ligātur: illud ex cauſis urgenti-
bus poteſt

bus poteſt papa uiuis fidelibus remittere,
Mat. 16 uirtute uerborum ſpecialiter ad Petrum
expreſſorum: Quodcunq; ſolueris ſuper
terram erit ſolutum & in cœlis. Hæc qui-
dem ſolutio opitulatur animæ in purgato
rio: Iſto tamen diſcrimine: Ex quo pœni-
tentia, ſecundum cognitionē canonici iu-
dicij impoſita peccatori (qui tamen huiuſ
modi pœnitentiam non peragit nec alio
modo ſatiſfacit) poſt eius obitum in pur-
gatorio longe artius ſecundū cognitionē
diuini iudicij, erit complenda. Quando
autem eadem canonica pœna in uita pec
catoris auctoritate papali tollitur, ulterius
anima in purgatorio non cogetur aliquid
eiuſdē pœnæ complere. Hoc modo papa
purgatorij futuras ſoluit pœnas: ſua aucto
ritate amplius extenſa quā aliorū epiſco-
porum. Pœnam tamen a deo iam decre-
tam papa nullatenus tollere poteſt animę
in purgatorio exiſtenti. Animę autē corpi
adhuc unitę remittere habet oēm pœnā
hic aut in purgatorio luendam: propterea
indulgentiæ papales nequaquā ſunt con-
temnendæ.

11. ¶ Ex ſingulis prę libatis claret, cœleſtis et
terreſtris eccleſiæ ſuffragia necnon bono-
rum fidelium uota & opera cedere in ſa-
lutem uiuorum & defunctorū: non q in-
de eorū ſtatus mutetur: ſed pœna eis im-
poſita ſopiatur aut mitigetur ſaluſq; eorū
promoueatur. Nam ſuffragia cœlicorum
uel uota deuotorum non conducunt ad
alicuius ſtatus eleuationem utpote ad be-
atitudinem obtinendam uel damnationē
euitandam: quæ pendet in ſolius dei po-
1 Cor. 3 teſtate & gratia, homini iuxta ſuum meri-
2. Cor. 5 tū & capacitatē cōcedenda uel denegāda:
Paulo dictante: unuſquiſq; ꝓpriā merce-
dē accipiet ſecundū ſuū laborē. Et infra,
ut referat unuſquiſq; ꝓpria corpis prout
Eccle. 9 geſſit ſiue bonū ſiue malum. Sic quoq; Sa
pientis elogiū accipit: Amor & odiū non
habēt partē in hoc ſeculo & in opere qd
ſub ſole gerit: Ac ſi ſtatus hois nullo opere
alieno immutari poſſit. Impoſſibile itaq; eſt
ꝓ eo: qui ſalutis incapax & corā deo imeri
tus exiſtit: impetrari beatitudinē aut diui-
nū auxiliū & primā gratiam oibus ſuffra-
gijs ſpualentē. Qui autē eandem primā. i. pꝛ-
uenientē gratiam, diuino fultus auxilio, li
bere acceptat: eidem cōducunt aliena ſuf
fragia bonaq; opera, ſui intuitu geſta. Ni-
mirum huiuſmodi opera ſibi approprian-
tur ac ſi ipſe ea geſſiſſet.

OCTOGESIMVM QVAR-TVM CAPITVLVM, De ſanctorum im-ploratione.

R Eatus culpę aboletur aut pro-
pria pœnitētia aut alieno ſuffra-
gio. De pœnitentia præhabitū
eſt a cap. 74. uſq; ad 81. cap. proximo autē
capitulo de ſuffragio. Quo continent ec-
cleſiæ ſuorumq; mēbrorum electorū tam
terreſtriū quā cæleſtiū orationes & patro
cinia: quibus enormes pctōrum maculæ
& grādia debitorꝝ onera alleuiant. Primo
dicendū de alieno terreſtris eccleſiæ ſuf-
fragio. Notum eſt, dñm Iheſum pcepiſſe, Math. 6
ut oremus ꝓ inuicē, dicentes: dimitte no- d. 31. §. 11
bis debita noſtra ſicut & nos dimittimus in fi.
debitoribus nrīs. Ecce quātum ꝓximo te Luce 6.
offendēti dimittis, tantū tui reatꝰ tibi rela- Math. 7 in prin.
xat, dño ulterius ꝓmittēte: dimittite & di- Mar. 4 post me
mittet uobis: In qua mēſura menſi fueritis
remetiet uobis: Imo & aliqd adijciet. Hoc
pacto culparū maculę delētur & tempalia
debita relaxātur uel diminuunt, nō ſolū
proprijs pcibus, ſed etiā alienis promotio-
nibus tam uiuorū quā defunctorū. Viuo- Iaco. 5
rum ꝓmotionē inſtituit Iacobus dicens: In in fine
firmatur qs i uobis, inducat presbyteros
eccleſię & orent ſuper eum: ut ſi in pecca-
tis ſit, remittentur ei. Item orate pro inuicē
ut ſaluemini. Spirituſſanctus deniq; polli-
citus eſt per Moyſen: Si ſacerdos orat pro Leui. 4
pctōre pro eius peccatis offerente: tunc ei circa fi.
dimittetur, nempe culpæ reatus ſeu ueſti-
gium: nō ipſum peccatum capitale: quod
ſolus deus dimittere habet.

¶ Bona opera apud deum profunt tum 12.
operanti: tum etiam ei pro quo fiunt. Iuſti
& electi dei, uitę auſteritate & humilita-
tis uirtute: orationis contemplatione & la
boris ſudore, pro ſeipſis meruerunt gratiā

præſentem & beatitudinem futuram.
Vltra quoq; impetrant ijdem electi nobis
ſupplicantibus a deo gratiam & abolitio-
nem reatuum & debitorum: necnon ſua
intercesſione (ſiquidem eiuſdem ſimus
capaces) a diuina miſericordia obtinēt no
bis in præſenti ſæculo pacem & incolu-
mitatem ac in futuro requiem & beatitu-
dinem. Huius intercesſionis efficaciam
Exo.32 ante me. ſpiritusſanctus in ſcriptura inculcat: Quā
do, Moyſe pro populo ad dominum orā-
te: Quieſcat ira tua & eſto placabilis ſup
nequicia populi tui: placatus eſt dominus
Nume.12 in fine ne faceret populo malum. Similiter ad
Nume.21 post prin. preces Moyſi, eius ſoror Maria a lepra: &
Nume 16. in fi. populus ab ignitis ſerpentibus eſt libera-
tus. Poſtea iterum a deo egreſſa eſt ira
in populum & plaga ſequiens: quæ ceſſauit
ad oblationem & deprecationē Aaronis.
Moyſes itaq; & Aaron ſuis precibus popu
lo profuerunt & proculdubio ſibijpſis a
deo mercedē meruerunt: Paulo atteſtan-
1.Cor 3 post prin te: Vnuſquiſq; propriam mercedem acci-
2.Reg.24 piet ſecundum ſuum laborem. Dauid
quoq; ſua contritione, oratione & oblatio-
ne obtinuit peſtis plagā a populo auferri.
Act.7 in fi. Et Stephanus pro lapidantibus orans, ſibi
cœli apertionem & Paulo conuerſionem
Gene.18. in fi. impetrauit. Siquidem decem iuſti, qui ꝓ
Sodomitis oraſſent, Sodomę fuiſſēt: deus
Sodomā non deleuiſſet propter eoſdē de
cem. Vnde uériſimiliter præſumitur: ſi
iuſtus homo charitate & deuotione, ꝓ ſuo
proximo uiuo aut defuncto ad dominum
clamat aut ſuppliciter deprecatur aut ele-
moſynam elargitur aut quoduis bonum
operatur: huiuſmodi oratio, charitas & bo
num opus cedat ſibijpſi coram deo ad me
ritum: & nihilominus ei, pro quo orat, ad
cōmodum: nempe ad ſui mali ſubleuamē
ſeu conſcientiæ admonitionem. Et quan-
to plus amoris & laboris ſuo proximo ali
quis impendit: eo maior ſibijpſi merces &
proximo gratia accreſcit. Quemadmo-
dum mos eſt apud pios ſæculi principes:
qui quanto frequentius ab aliquo pro reo
interpellantur & honorantur: tanto acce-
ptabilior eſt eis interceſſor & tanto amplio
rē gratiā conferunt reo ꝓ quo intercedit.

¶ Sic ſaluator noſter Chriſtus ſua paſſio- 3.
ne pro ſe & nobis apud pijſſimum & di-
tiſſimum deum promeruit dona & bene-
ficia immenſa. Imprimis paſſio eius ſibi
ipſi profecit, in eo cuius apoſtolus memi-
nit dicens: Humiliauit ſemetipſum factus Philip.2 post prin.
obediens uſq; ad mortem: propter quod §.11. §.9
& deus exaltauit illum & donauit illi no- post me.
men quod eſt ſuper omne nomen, ut in
nomine Iheſu omne genuflectatur. Acſi
dicat Paulus: Chriſtus ſua humili paſſiōe
& ſpontanea morte promeruit ſui exalta-
tionem, id eſt, reſurrectionem & aſcenſio-
nem ac glorificationem nominis Iheſu: co
ram quo omne genu flectatur. Chriſtus Johan.5
deniq; promeruit poteſtatem iudicandi in me.
reprobos & præmiandi electos. Deinde
paſſio Chriſti nobis quoq; dupliciter con
ducit: tum quia a peccatis mortalibus &
ab æterna pœna liberat nos; inquantum
eiuſdem paſſionis participes ſimus: tume-
tiam inducit ſatiſſactionem reſiduorū de-
bitorum; iuxta noſtram tamen accōmo-
dationem. Propter quod & Chriſtus ad Luce 22.
nos ait: Hic eſt calix nouum teſtamentū
in ſanguine meo qui pro uobis fundetur
in remiſſionem peccatorum. Hic perſpi-
cis Chriſti paſſionem nobis eſſe ſalutarē.
Chriſtus itaq; pro ſeipſo meruit & nos re-
demit ac pro nobis ſuperabunde ſatiſſe- §.18.§.14
cit. Quæ quidem ſupabundantia eſt in fi.
eccleſiæ theſaurus copioſus. Quamob-
rem dominus Iheſus ſemper eſt inuocan-
dus, quatinus impartiatur nobis ſuæ paſſi-
onis meritum: quod noſtrum unicum eſt
atq; extremum ſuffragiū. Is profecto ſua
benignitate coram cæleſti patre ꝓ nobis
intercedit, iuxta Pauli teſtimonium: Chri Roma.8 in fi.
ſtus interpellat pro nobis ſemper: quia cū Hebre.7 in fi.
æternus ſit: ſempiternum habet ſacerdo-
tium: qui & ſaluare imperpetuum poteſt,
accedens per ſemetipſum ad deum ſemp
uiuens ad interpellandum ꝓ nobis.
¶ Cum itaq; caput noſtrum Iheſus Chri- 4. Johan.17
ſtus patrem cœleſtem pro nobis interpel- §.7.§.10 in fine
lat dicens: pater ſancte ſerua eos: minime De onere
dubitandum eſt, quin ſua membra e- eccleſie
lecta, nempe cœlici Chriſto proculdubio c.57.§.8
cōformes, pariter pro nobis intercedant: e 9.et.14. cathe.ſen
c.15 §.4

conſiderato

Iaco.5 conſyderato præcepto, quo miſera eius membra, nẽpe mortales hoĩes, pro inuicẽ orare iubentur: ut pręmittitũ ſupra. §.1. Et ſi deus ꝑ ſolũ Chriſti meritũ & ſuffragiũ abſq; omni alia petitione & alieno auxilio beatificare nos poſſet: diuinus tamen ordo habet: ut homo ceu infima creatura, ad deũ deueniat per ſuperiores nobilioresꝗ; Deut.4 in me. creaturas: deus eñ eſt ſupremus & cõſumens ignis: ut nos tanquam imbecilles merito timeamus a facie ſplendoris & caloris eius; ne ꝑeamus uti cera penes ignẽ: Ps. 67. in prin. Nam ſicut fluit cera a facie ignis: ita pereunt pctõres a facie dei. Quęrimus igit̃ mediatores ante faciẽ dei ꝑſiſtentes. 1.Timo.2 Verũ ſolus Chriſtus mediator eſt: attamẽ ad ip̃m ceu diſtrictũ iudicẽ noſtrũ, per citeriora media ꝑuenire, nobis neceſſariũ eſt. Idipſum in euãgelio inſinuatur & per Chriſtum approbatur: Math.8 Luce 7. in prin. Quãdo Centurio ſui ꝑcioſi ſerui ſanitatẽ a domino impetrare uoluit: miſit ad eum ſeniores Iudæorum, rogans eum ut ueniret & ſanaret ſeruũ eius. At illi cum ueniſſent ad Iheſum, rogabãt eum ſollicite pro Cẽturione: quem etiam ſingulariter apud dominũ promouerunt, dicentes: quia dignus eſt ut hoc illi præſtes: diligit eñ gentem noſtrã & ſynagogam ipſe ędificauit nobis. Ad illorum interceſſionem ibat Iheſus uerſus domũ Cẽturionis: Qui iterum miſit ad eũ amicos, dicens: domine noli uexari: non enim ſum dignus ut ſub tectum meum intres: propter quod & meipſum nõ ſum dignũ arbitratus ut uenirẽ ad te: ſed dic uerbo & ſanabitur puer meus. De tam firma Centurionis fide dominus Iheſus miratus eſt atq; faſſus ſe tantam fidem in Iſrahel non inueniſſe. Ad preces deniq; interceſſorũ Centurionis petitioni acquieuit & ſuum ſeruum ſanauit. Hic luculenter docemur ut deum inquiramus per ſanctos tanquã pios patres & eccleſiaſticos anteceſſores noſtros.

5. ¶ Rurſus ſi cœlicorũ promotio apud deum nobis non ſuccurreret: longe minus proficeret oratio mortalium: qui tamen Iaco.5 pro inuicem orare iubentur. Hoc ipſum ſpiritusſanctus nõ iuſſiſſet nec fruſtra ulterius dixiſſet, multum ualere deprecatiõnem iuſti aſſiduam, inquantum nullius eſſet ſalutiferę utilitatis. Siquidem electi martyres, confeſſores & uirgines: dum in corpore mortali habitarent & pro ſeipſis ſolliciti eſſent: pro nobis orare debebant: quanto plus, coronam beatitudinis modo adepti, ꝓ nobis intercedere poſſunt, reſpectu amoris proximi: quo ducimur pro inuicem orare? Quiquidem amor erga §.15.§.8 nos multo maior eſt in ſanctis immortalibus quam in hominibus mortalibus. Et quamuis ſancti, hac terra exuti, electa ſint membra cæleſtis eccleſię: retinẽt tamẽ cõmunionem nobiſcum ceu cum mortalibꝰ ſuis commembris terreſtris eccleſiæ, Qua de re apoſtoli tradiderunt credendam eſſe cõmunionem Sanctorũ, proculdubio deum rogantium pro remiſſione noſtrorum peccatorũ. Qui autẽ tanta inſaniunt §.16.§.3 pręſumptione ut ſuas apud deum preces De onere ecclesie c.17. §.1 ęſtiment uſq; adeo gratas ac ſi nullius ſancti uel alterius egeant patrocinio: illi a ſanctis derelicti, in deteriorem incidunt ſeruitutẽ diaboli eos regentis. Queadmodum tranſacto tempore euenit ſubditorum tumultu: Thurcorũ icurſu ac alijs nepharijs incõmodis a diabolo ſeminatis inter nos Theutones: qui ad falſa dogmata ſanctos hactenus ſpernimus. Ex hoc ergo patet ſanctos in deo eſſe honorãdos & inuocandos tanquã coram deo nobis perfectiores charitate & gratiores puritate. Nimirum Pro.15 post prin. domino ſunt placabilia uota iuſtorum: Eccl.45. in prin. qui in uerbis ſuis etiam monſtra placant.

6. ¶ Cæterum poſt caput noſtrum Chriſtum imprimis imploranda eſt mater noſtra §.17.§.7 in fi. ſanctiſſima Maria, ceu collũ eccleſiæ catholicę: quę fuit, nõ ex natura, uelut hõ Chriſtus, ſed ex diuina gratia, abſq; omni culpa & macula tam actuali quam originali: ut iure omnis pœnalitatis & incommoditatis exors eſſe debuiſſet. Cum autem in Chriſti paſſione & morte intolerabiles ſuſtulerit dolores: necnon ob pctã noſtra ſummopere contriſtata fuerit: ut non ſolũ ſuĳpſius ultra cœlũ exaltatiõem ſed etiam pro nobis gratiam commeruit,

Suis igitur precibus & meritis corã deo
& eius filio Iheſu nobis exulibus hic & in
futuro ſeculo plurimum prodeſſe poteſt.
Birgitta li.4.c.48 li.6.c.26 de oĩe ec. c.36 i prin Birgitta in reuelationibus inſinuat beatã
uirginem Mariam pro nobis deo aſſidue
ſupplicare,necnõ Chriſtum dicere:Quã-
uis iuſtitia mea ultionem in peccatores
clamet:tamen parco eis & ſuſtineo eoſdẽ
ad preces matris meæ.Item enimuero ec-
cleſia mea ſic a me recedit:ſi oratio matris
meæ non interueniret:non eſſet ſpes miſe
ricordiæ.Deinde mater Iheſu infert:per
meam miſericordiam præcedo tremendũ
iudicium filij mei.Præterea angeli pro no
Zach. 1 bis deprecantur:ut in Zacharia:qui uidit
angelum dei perambulare ciuitatem Ihe
ruſalem & pro eadem deo ſupplicare:au-
diuit poſtea Zacharias uerba bona,uerba
Job 33 ante fi. conſolatoria.In Iob deniq; ſuadetur homi-
ni ut habeat interceſſorẽ angelum: ſi enĩ
fuerit pro eo angelus loquens,miſerebitur
eius deus.Conſimiliter & cæteri cœlici ꝑ
nobis orant:qui ſanctimonia uitæ hic per-
actæ,pro ſeipſis meruerunt beatitudinem
& nihilominus amore,quẽ ad nos gerunt
poſſunt coram deo noſtri tanꝗ̃ ſuorum
proximorum & commembrorum inter-
ceſſores & adiutores eſſe:quo diuina ira a
nobis auertatur & a malis plagis nos libe
remur uel ſaltem in illis refocillemur.San-
cti igitur ſunt uenerandi in nomine domi-
Heb. 6 in me. ni:qui & honoris & cultus ipſis exhibiti
non obliuiſcitur:teſte Paulo: Non enĩ in-
iuſtus eſt deus ut obliuiſcatur operis ue-
ſtri & dilectionis quam oſtendiſtis in no-
mine ipſius,qui miniſtraſtis ſanctis & mi-
niſtratis.

7. ¶ Q: autem uiciſſim ſancti pro nobis &
eccleſia terreſtri orent,apparet in ſcriptu-
Apo. 5 ra dicente:Quatuor animalia,nempe qua
tuor euangeliſtæ,& uiginti quatuor ſeni-
ores ceciderunt corã agno.i. Iheſu Chri-
ſto, Habentes ſinguli citharas & phialas
aureas plenas odoramentorum: quæ ſunt
Apo. 8 orationes ſanctorum. Et infra: Angelus
domini ſtetit ante altare,habens thuribu-
lum aureum:& data ſunt illi incenſa mul-
ta,ut daret de orationibus ſanctorum oim
ſup altare aureum quod eſt ante thronum
dei: & aſcendit fumus incenſoꝝ de ora-
tionibus ſanctorum de manu angeli corã
deo.Hic attende quam euidenter ſcriptu
ra inſinuat pro nobis effundi oratiões ſan-
ctorum,tanquam mediatorum inter nos
& diuinam iuſtitiam:ne eius indignatio in
nos ſæuiat. Ipſe quidem dominus ait: Si Hiere. 15 in prin.
ſteterint Moyſes & Samuel corã me,nõn
eſt anima mea ad populum iſtum.Cœle-
ſtium deniq; oratiões ſuffragantur in pur
gatorio animabus, præſertim illis quæ ſe 13. q. 2 tempus
in præſenti ſæculo adaptauerũt quo tali-
um orationum in alio ſæculo iam ſint ca-
paces atq; digne. Auſculta quid dominus
de Iob,ſanctos repræſentante,nobis pecca
toribus infigit: Ite ad ſeruum meum Iob Job 42
& offerte holocauſtum pro uobis: Iob au-
tem ſeruus meus orabit pro uobis:faciem
eius ſuſcipiam,ut non uobis imputeť ſtul
titia. Poſtea dominus conuerſus eſt,ſ.ad in
dulgendum,ſuper pœnitentiã ipſius Iob,
cum oraret ille ꝓ amicis ſuis:Id circo ſcri- Job 5 in prin.
ptura mandat,dicens:Voca ergo ſi eſt qui
tibi reſpondeat,& ad aliquem ſanctorum
conuertere. Item ut aduocentur nomina Gene. 48
patriarcharum,ſ. Abrahã, Iſaac & Iacob.
Præterea angeli iuſſerunt ut Heliodorus 2. Mach. 4 ante fi.
gratias ageret Oniæ:Ob cuius preces de-
us ei uitã donauerat. Fortis Machabeus
uidit eundem Oniã (qui olim fuerat ſan- 2. mach 15 ante me.
ctæ uitæ & ſummus ſacerdos) manus pro-
tendentem,orare pro omni populo Iudę-
orum.Vidit inſuper Hieremiam: de quo
Onias dixerat: hic eſt fratrum amator &
populi Iſrahel: hic eſt qui multum orat ꝓ
populo & uniuerſa ſancta ciuitate:nempe
pro eccleſia militante: proqua orat ad do-
minum omnis ſanctus in tempore oportu
no:teſte pſalmiſta.Ergo ſancti, tanꝗ̃ ex- Ps. 31.
cellentes creaturæ, ſunt uenerandi & in-
uocandi,diſcreto tamen cultu.ſ.duliæ.

¶ Sancti dum uiuerent,Chriſto miniſtra 8.
uerunt:eo deus ipſos honorat: iuxta pro-
miſſum domini: Qui mihi miniſtrauerit, Iohan. 12 in me.
honorificabit eum pater meus. Siquidem
deus ſanctos honorat:cur nõ potius noſ?
Qui minimum electum propter Chriſtũ
ueneratur , Chriſto obſequitur dicenti:
Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi Math. 25 in fi.
feciſtis:

feciſtis: quemadmodum Dauid ſe feciſ-
Pſal.138. ſe teſtatur: Mihi autem nimis honorifica-
ti ſunt amici tui deus (nempe ſancti) ni-
mis confortatus eſt principatus eorum.
Q̄obrem omnes & ſinguli ſancti, qui in
hoc ſæculo deum honorificauerunt & in
cœlo perpetim honorant & colunt: ꝓ nos
omnino ſunt colendi ac inuocandi: ea ra-
tione ꝙ olim in hoc ſæculo doctrina ſalu-
bri & exemplo bono Chriſtifidelibus
prodeſſe quærebant: necnon modo in cę-
leſti curia corā deo ſua interceſſione nos
promouent. Attamen in eis ſolus deus fi-
naliter eſt glorificandus: Hoc uel ſimili
modo: ut apoſtolos uel confeſſores inuo
cemus & colamus eatenus, quatenus de-
us per eos nobis inſinuauit ueritatem ca-
tholicæ fidei: pro qua martyres fortiter,
deo iuuante, ſuſtinuerunt mortem: Virgi
nes deniq; illibatam caſtitatē diuino auxi-
lio obtinuerūt. Quippe nulli creaturę ne-
q; in cœlo neq; alibi bonū opus aſcribi po-
teſt aliter q̄ ꝙ deus ꝑ creaturam bene opa
tus ſit: de quo nomē dei, nō creaturæ, ſan-
9. ctificandum & glorificandum uenit.
¶ Pariter angeli, ceu amici dei & nr̄i di-
Heb.1 in fi. rectores, ſunt colendi: qm̄ omnes ſunt ad-
miniſtratorij ſpiritus, in miniſteriū miſſi
ꝓpter eos q hereditatē capiunt ſalutis. Sic
Actu.5 apoſtolis miniſtrabat angel9 dn̄i: qui per
Act.12 noctem aperuit ianuas carceris & eduxit
eos. Sic & Petrꝫ angelus eius liberauit.
Ps.33 Et ſcriptum eſt: Immittet angelus dn̄i in
circuitu timentium eum & eripiet eos.
Ps.90 c.13.§.5 Deus ꝗ̄ꝫ angelis ſuis mandauit de te ut
cuſtodiant te in omnibus uijs tuis. Aſtri-
ctus eſt igitur homo ſuo angelo ceu præ
ceſſori ſuo ſeruire præcipue propter de-
um: cuius miniſter eſt angelus. Deus qp
pe angelos ad hominum auxilium & ob
ſequium ordinauit: quemadmodum ma-
ior ſeruit minori. Aequum igit̄ eſt ut nos
grati ſimus & angelis obſequij uicem re-
pendamus. Licitum deniq; eſt atq; neceſ-
ſarium ut eos pro adiutorio & aſſiſtentia
continue inuocemus. Ex præmiſſis om-
nibus eſt firmiter credendum & intrepi-
de ſperandum: orōnes ſanctoꝝ in cœlis
& electoꝝ in terris cedant imprimis deo

ad gloriā: deinde ipſis oratoribus ad cha-
ritatis exercitium: illis autem, ꝓ quibus o-
rant, ad ſalutis cōmodum & augmen-
tum: ſpecialiter ad releuamen ſuarꝫ pœ-
narꝫ & debitoꝝ ſpalium: maxime hiis q
ſe hm̄oi orationū capaces reddunt. Quā-
tum autem effectus orōnis aliquib. appli
cari nequit (forſitan alieni ſuffragij non in
digent uelutibeati: uel incapaces ſunt ue-
luti dānati) tm̄ meriti orationis reponit̄ in
eccleſiæ theſaurꝫ: deq̄ ſupra habitum eſt. c.56. §7
Demum concludit̄ reatum culparꝫ &
debita relicta aboleri ac recōpenſari poſ-
ſe per uariam pœnitentiam & ſatisfactio
nem, præſertim propria contritione, con-
feſſione, impoſita pœnitentia & bonis o-
peribus: uel etiam alieno ſuffragio: utpote
paſſione & interceſſione Chriſti & ſuoꝝ
electorum. Quæ quidem merita ex ec-
cleſiæ theſauro nobis impēduntur. Quic-
quid autem ex eo non conſequimur uel
in nobis deficit: iſtud erit reſtaurandum
arduis purgatorij pœnis uſq; ad dignam
ſatiſfactionem.

OCTOGESIMVM QVINTVM CAPITVLVM. De imaginibus ſanctoꝝ.

PRiſc9 error inter Chriſtifideles de
imaginib. pictis olim ſedat9, hoc
tpe iterꝫ emergit & in dubiū ṽ-
titur: utrum ſanctorum imagines exigen
dæ honorandæq; ſint, necne? Equidem
apoſtatæ Iudæi ac etiam gentiles quon-
dam ſibi finxerunt imagines hominū aut
brutoꝝ pro dijs adorandas: ex frequenti
.ſ. cōcupiſcentia & beſtiali cōditione: ad
quam quatenus peruerſæ inclinati fue-
rant, eatenus humanas aut brutales imagi
nes formauerunt. Vnde Paulus ait: Mu- Roma.1 poſt me
tauerunt gloriam incorruptibilis dei in ſi
militudinem imaginis corruptibilis homi
nis & uolucꝝ & quadrupedum & ſerpē-
tum: ꝓpter q̄d tradidit illos deus in deſide
ria cordis eoꝝ in immunditiam ut contu
melijs afficiant corpora ſua in ſemetipſis:
quia cōmutauerunt ṽitatem dei in men-

dacium & ſeruierunt creaturæ potius q̃
creator. Cum aũt ſuperioribus tempori
bus oẽs ferme hoĩes præſertim pagani &
nonnulli leues Iudæi, naturali peruerſio-
ne (qua inficimur) ꝓpẽſi fuerint imagines
adorare, ad conſequẽdum eoꝝ praua de
ſideria, Diabolus igit̃ deo infeſtus ſe im-
miſcuit & idolatriam ꝓmouit: ꝙ ipſe ceu
deus nẽpe falſus coleret̃ & uerus deus de
honeſtaret̃. Quobrẽ deus ꝑ patriarchas et
Exo.10 prophetas plerĩq; ueteris ſcripturæ locis
Exo.34 inhibuit imagines formari uel erigi. Con
Leui.19 tra q̃q; facientes eſſe plectẽdos: q malitia
Deut.17 & ꝑuerſa uolũtate, ſuũ creatorẽ ueꝝ et ui
Hiere.2 uum deũ derelinquentes, creaturas depi
ctas ꝓ dijs expoſuerũt, coluerũt & adora (uerunt.
2. ¶ Dauid itaq; inſinuat, ſolum
deum Iſrahel eſſe adorãdum, nõ alios: de
Psal.113 qbus inqt: Simulacra gentium argentum
Psal.134 & auꝝ, opa manuum hoĩm: os habent &
non loquent: aures habent et non audiẽt;
nares habent & non odorabunt; manus
habent & non palpabunt: ſimiles illis fiãt
Sap.15 ante fi. qui confidunt in eis. Sapiens q̃q; refert q
hoĩes æſtimauerunt idola nationum eſſe
Michee 5. in fi. deos. Quare dñs in Michea ſpecialiter ꝓ-
hibet adorari ulterius opera manuũ. Vbi
autem nõ erat periculum idolatrandi: ibi
dñs imagines fieri præcepit, ad Moyſen
Exo.25 in me. inquiens: Facies (in templo) ꝓpiciatoriũ,
duosq̃; Cherubin aureos: Cherub unus
ſit in latere uno & alter in altero. Rurſus
Nume.21 post prin. dñs ad Moyſen: fac ſerpentem ęneum &
pone eum ꝓ ſigno. ſ. ſanandi a morſu ſer-
3.Reg.7. pentum. Salomon deniq; multas ſculptas
2.Par.4 & celatas imagines fieri fecit & in tẽplo
ac in domo ſua erexit: ueluti in pluribus
reperitur ſcripturæ paſſibus: quoniam in
templo archa dei fuit: ubi uerꝰ deus ado
rabatur: nec imago ꝓ idolo colebat̃. Ni-
miꝝ ſi hodie in eccleſia alicuius imaginis
abuſus fieret: iſte abuſus eſſet inhibendꝰ
uel imago perimenda: quemadmodum
4.Re.18 in prin. Ezechias ob huiuſcemodi abuſum, quẽ
Iudæi dicto æneo ſerpenti ſacrificãtes cõ
miſerunt, eundem ſerpentem confregit.
3. ¶ Quobrem ſpiritusſanctus nobis præci-
pit ab idolorum fugere cultura: quoniã
1.Cor.10. in me. imagines idolorum oſtentabant ſceleꝝ

turpitudinẽ; ad quam hoĩes ſuapte proni
ſunt. Ad inſtar taliſmodi malæ affectio-
nis imagines ſunt formatæ atq; cultæ: pro
ut Iupiter inuocatus eſt pro excellentia
& mundi gloria: Mars ꝓ uindicta & ſan-
guinis effuſione: Venus ꝓpter luxuriam
& pulchras fœminas: Mercurius ꝓ nu-
mis & ingentibus diuitijs: Et plures con
ſimiles malas cupiditates ꝑuerſi ęmulabãt
Quinymo & hodie hæretici idolatriã cõ-
mittunt, ꝓ ſuo more noua figmenta intro
ducentes & ad ſuum iniquum propoſitũ
torquentes necnon ſe & ſuos ſequaces a
communibus conſtitutionibus & eccleſi-
aſticis concluſionibus ſciſmatice ſeparan
tes ac ſingularibus uijs incedentes. Quẽ-
admodũ olim quilibet idolatra ꝓ ſua cu-
piditate ſingulare idolum elegit: ita ho-
die hęretici ex ſacra ſcriptura fingunt ſin
gulares ſententias: ſpernendo concordem
& cõmunem catholicum intellectum.
Conſimiliter & reliqui pctõres ſibi imagi
nes depingunt contra legis ſcriptũ & pri-
mum dei pręceptũ: Nõ habebis deos a- Exo.20
lienos coram me neq; facies tibi ſculptile in prin.
neq; oẽm ſimilitudinẽ quæ eſt in cœlo de
ſuper & quæ in terra deorſum, nec eoꝝ
quę ſunt in aquis ſub terra: non adorabis
ea neq; coles. Huiuſcemodi deos alienos
& ſculptile ſimilitudinẽq; effingunt ma-
liuoli Chriſtiani: nẽpe ambitioſi ſurſum
in cęlo cum gloria mundi: auari deorſum
in terra temporalia appetentes: Lubrici
luxurioſe ſpumantes in aquis: Sub terra,
gulæ & accidiæ uacantes. Ad hoc ſpiri-
tusſancti quadrat dictum: Oĩe quod in 1.Joha.2 in me.
mundo eſt, concupiſcentia carnis eſt &
concupiſcentia oculorum & ſuperbia ui
tæ. Carnali concupiſcentia deſignantur
carnalia peccata, ueluti luxuria, ira, gula,
accidia: Concupiſcentia oculorum eſt a-
uaricia: ſub ſuperbia uitæ comprehendit̃
inuidia & arrogantia. Hæc omnia ſunt I-
dolorum ſimulacra.
¶ Sunt & aliæ cauſæ, ob quas ueteri lege 4
imagines prohibebantur. E quibus una
eſt: q inuiſibilis, incomprehenſibilis, ſpi-
ritualis deus (quem nemo uidit unq̃) nul 1.Johan.4
la imagine nec pictura figurari poteſt:
eſtq; oper

eſtq; opertum qua ſpecie Abrahę, Moy
ſi uel reliquis Prophetis apparuerit. Siq̄
Gen.4 circa me. dem Moyſes populo dixerat: Vocem ꝟ
borum eius audiſtis & formam penitus
non uidiſtis: Non uidiſtis aliquam ſimili-
tudinem in die, qua locutus eſt dominus
in Oreb de medio ignis: ne forte decepti
faciatis uobis ſculptam ſimilitudinē aut
imaginem maſculi uel fœminæ: ſimilitu-
dinem omnium iumentorum quæ ſunt
ſuper terram uel auium ſub cœlo uolan
tium neq; reptilium quę mouentur in ter
ra: ſiue piſcium in aquis &c. ne deceptus
adores ea & colas. Poſtq̄ autem diuina
ſubſtantia in perſona filij humanitatem
aſſumpſit: non amplius occultatus appa-
Pſ 50 ruit deus: ſed occulta ſapientiæ ſuæ ma-
nifeſtauit nobis: nam in uera uiſibili hu-
Johan. 1. manitate habitauit in nobis, uſus humanis
ſenſibus: quos etiam ad ſalutem noſtrā ac
cōmodauit. Cum uero ſuæ uiſibili præ-
ſentiæ non omnes homines interfuerint
nec Chriſti corporalem ſpeciē uiderint:
ordinauit deus opera, in ſua humanitate
exhibita, per firmum teſtimonium Euā-
geliſtarum aliorumq; ſanctoꝝ patꝝ: qui
eum uiderunt, audierunt et ſenſibiliter co
gnouerunt: nobis innoteſcere ſcriptis, ſer-
monibus & ueris traditionib. Siquidem
deus ſuum filium & increatā imaginē in
Chriſto uiſibilem & ſenſibilem fecerit; de
inde pleraſq; imagines creatas (nēpe ſan-
ctos) elegerit & in cœlum aſſumpſerit.
Angelos quoq; inuiſibiles ſępenumero in
ſpecie uiſibili apparere conceſſerit. In ec
cleſia igitur non inconuenienter erigūtur
imagines ad gloriam dei, ad laudem ſan-
ctorum nobiſq; mortalibus ad reminiſcē
tiam & ſalutē: nō ad uanitatē idolatrię: ue-
luti apud Iudæos & gentiles fieri cōſue.
5. ¶ Alia inſuper ratione imagines nō (ut,
ſunt poſtergandæ. Deo exiſtente omniū
ſcientiarum & uirtutum creatore & opi-
fice: in quo intrinſecus eſt immenſa & in-
comprehenſibilis ſcientia & uirtus deſo-
ras prodiens in homines, non quidem cō
formiter; ſed prout quiſq; diuinæ capax
eſt influentiæ. Cuilibet datur donū ſan-
cti ſpūs præcipue ad dei honorem: dein

de ad cōmunem utilitatem, non ad pro-
priam gloriam: uti Paulus deſcribit: Alij 1. Cor. 12
quidem per ſpiritum datur ſermo ſapien post prin.
tiæ; alij autem ſermo ſcientiæ ſecundum
eundem ſpiritum; alteri fides; alij gratia ſa
nitatum: alij operatio uirtutum: alij ꝓphe-
tia; alij diſcretio ſpirituum: alij genera lin
guarum: alij interpretatio ſermonū. Om-
nia hæc dona profluunt a Deo in homi-
nem; ut ea conuertat apprime ad dei ho
norem: conſequenter ad proximi cōmo-
dum ſuiq; ipſius ſalutem. Cum itaq; Deus
ad imaginem ſuæ diuinæ ſcientiæ creat
& porrigit homini humanam ſcientiam;
nimirꝫ ut ea utat̄ maxime ad honorē diui
num; ꝓut ſcriptura infert in typo Tubal- Gene.4
kain: qui fuit malleator & faber in cun-
cta opera æris & ferri. Decet ergo auri-
fabros, polimitarios, pictores, celatores, la
picidas cæteroſq; artifices, ad decorem ec
cleſiaſticum principaliter addictos, ſuā
operam & ſcientiam exponere oſtenta-
tioni diuinę laudis. Scriptum eſt. n. Deus 1. Reg. 2 in prin.
ſcientiarum dominus eſt: qui creauit &
dedit hominibus ſcientiam ut in ſuis mi-
rabilibus honoretur. Qui uero ſcientiam Eccl 17.
ſibi a deo datam diuino honori non ap- Eccl 38 in prin.
plicant: uani ſunt, quibus non ſubeſt ſci-
entia dei. Illi autem, qui appellant deos o- Sap. 13
pera manuū hoīm, infœlices ſunt. Ecce in prin. & in me.
ſcriptura manifeſte inſinuat opa manuū
induſtriū eſſe fienda ad honorē ꝟi dei: nō
ad uanū idoloꝝ cultū nec ad hoīm pōpā.
¶ Redempti deniq; ſumus per paſſionē 6.
& alia corporalia opera Chriſti: decet er-
go ut eadem opera cognoſcamus & cre-
damus tanq̄ nobis ſalutaria; quæ autem
nobis non innoteſcant aliter q̄ concione,
ſcriptura aut pictura. Cum uero non om
nibus locis nec temporibus concionato-
res ſunt multiq; literas ignorant: Eccleſia
igitur noui teſtamenti per patres & in u-
niuerſalibus Concilijs: nempe Nicæno,
Conſtantinopolitano & Laterano admi-
ſit, ordinauit & approbauit: ad imperito-
rum informationem & ad promptiorem
reminiſcentiam geſta Chriſti ſaluatoris
nr̄i imaginibus & picturis præfigurari.
Poſtea an. 794. in concilio Germanico,

præſente Carolo magno Franckfordiæ
circa Menum celebrato, aduerſus imagi-
num aduerſarium Felicianum finaliter
determinatum eſt ſanctorum imagines in
eccleſia admittendas. Quod hactenus in
omnibus eccleſijs Alemaniæ laudabiliter
inoleuit uſque ad pręſentē peſtiferā ſectam.
Sanctorum etenim imagines proficiunt im-
peritis ad informationem: prudentib. ad
exhortationē & oībus ſimul ad ſalubrem
prouocationem. Extinctis aūt imaginibus,
mox deſides obliuioni tradent paſſionem
& mortem Chriſti: in qua noſtra pendet
ſalus. Sepoſita crucis imagine, euaneſcit
in nobis crucis contemplatio. Inſpecta au
tem cruce deuotio nobis augetur atque me
moria uerę & amarę paſſionis noſtri re-
Mar. 12. demptoris. Qui non fruſtra interrogauit
cuius imago eſſet in numiſmate: & deſu
per iuſſit Cæſari dari quæ Cæſaris ſunt.
Pariter uiſa crucis imagine inſtigamur
ut debitum deo præſtemus obſequium.
7. ¶ Nonnullę ſequuntur utilitates: ob quas
eccleſia diuinitus & catholice concedit
Sanctorum imagines erigi & uenerari.
Primo exteriora imaginum ſigna poſſūt
inuſitatos homines interius commouere
ad fidem & deuotionem: ad piam imagi-
nationem & contemplationem ac ad ſimi
lia. Pari modo imagine, ſicut ſermone
ſeu ſcriptura, ad orationem uel deuotio-
nem quis allicitur. Nam Chriſtus ſui ima
De orthodoxa fide, li. 4. c. 17 ginem (ueluti Euſebius & Damaſcenus
refert) non fruſtra panniculo impreſſit et
regi Abagaro miſit ratione ſalutis. Eadē
imago (Veronica nuncupata) per Tybe-
rium Romam eſt allata: ubi multis anno
rum centenarijs magno honore eſt uene-
rata. Lucas denique Euangeliſta (iuxta ue-
ridicas hiſtorias) domini Chriſti & Ma-
riæ imagines ſæpenumero depinxit. Vn
de ſatis liquet, a tempore Chriſti uſque huc
licitum fuiſſe imagines & picturas in ec-
cleſia admittendas & honore licito colen-
das. Præcipue ante imaginem Chriſti &
ſuæ crucis meditandum eſt, pro noſtra
ſalute Chriſtum eſſe incarnatum: nobi-
ſcum conuerſatum: prædicaſſe: uerbo &
facto nos docuiſſe: et paſſum uſque ad mor

tem, reſurrexiſſe, aſcendiſſe & demum
futurum iudicare impios & ſaluare iu-
ſtos. Quobrem crucis & aliorum Chriſti
operum imagines conuenienter in eccle
ſia eriguntur & coluntur ad gratam &
aſſiduam memoriam ſuæ paſſionis et no
ſtræ ſalutis: prout ea geſta Euangelium
nobis ſuggerit. Non tamen depicta crux
uel imago finaliter colatur uel inuocetur
ſed Chriſtus qui in ea pependit & ſignifi
catus eſt: iuxta prouerbium: Nam Deus
eſt quod imago docet, ſed non deus ipſa.
Hanc uideas, ſed mente colas quod cer-
nis in ea. Eo modo materialem Chriſti
crucem Helena omni inquiſiuit diligen-
tia: inuentam exaltauit ac mirifico coluit
honore. Quam etiam deus eotunc & po-
ſtea ſæpius crebris proſecutus eſt mira-
culis. Eadem inſuper crux: ceu ſignum
& uexillum noſtræ redemptionis (cantat
eccleſia) erit in cœlo cum dominus ad iu-
dicandum uenerit. hic omnis cultus fit
propter dominum: qui ipſam crucem tu
lit & nos in ea redemit.
¶ Si modo depicta crux nullius eſſet effi 8.
catiæ: pariter fruſtraretur benedictio. &
ſignatio in modum crucis facta & æque
Chriſtum ſignificans ac depicta crux.
Tantum quoque ualeret ſimifurca in ma-
num morituri data, quantū Chriſti crux:
quæ tamen ſignum & uexillum eſſe de-
bet animæ a corpore decedentis & corā
tribunali diuino comparentis. Caueant
crucis inimici dogmatiſantes indignum
eſſe ut coram lignea cruce, ceu coram ho
minis opere, caput denudetur uel genu
flectetur: Quos tamen confiteri oportet Philip. 2
in nomine Iheſu omne genu eſſe flecten-
dum. Nimirum denominatio Iheſu fit
ore humano: ergo eſt opus hominis: equi
dem ſicut nomine Iheſu, ſic cruce Iheſu
deſignatur ſaluator noſter ſedens a de-
xtris Dei. Quocirca non minus uenit
crux colenda quam nomen Iheſu: prout ſub-
ditus arma uel ſigillum principis æque ue
neratur ac principis nomen. Qui itaque de-
pictam crucem contemnit, dehoneſtat
CHRISTVM in ea figuratum.
Hinc euenit, aliquando plaga percuſſos
eſſe irriſores

eſſe irriſores imaginum ſanctorum præ-ſertim crucis contemptores. Poſt imaginem Chriſti eſt ſuæ genitricis imago plurimum ueneranda: tali conſideratione. Prima & præcipua prærogatiua creaturæ eſt quod cum Deo in homine Chro una ſit perſona: in qua ſuprema natura diuina & infima humana conueniunt in uno Chro ꝑo deo & homine. Altera prærogatiua eſt creaturæ; quæ naturalis genitrix efficitur eiuſdem diuinæ pſonę. Quare eadem creatura colitur ſingulari bono re nempe cultu hyperduliæ; Vnde patet admiranda dignitas Mariæ: de qua ſcriptura ait: Videte regē Salomonē, i. Chrm in diademate, quo coronauit illum mater ſua nempe Maria. (Can. 3 in fi.)

9. ¶ Quibuſdam peruerſis uidetur ſuperfluum eſſe & non neceſſarium beatiſſimam uirginem uenerari aut inuocare ac ſi ei ſuus filius Iheſus hunc honorem, a deuotis in hac calamitate exhibitum, minus ſa uear. Cui tamen idem filius nihil negare poteſt: quinymo poſitus eſt thronus matris regis, quæ ſedet ad dexteram eius: & dixit ei rex: Pete mater mea: neque enim fas eſt ut auertam faciem tuam. Profecto idem ſanctiſſimus filius Iheſus Chriſtus merito exaudit ſuam dilectiſſimam matrem: prout figuratū eſt in Salomone & matre ſua Batſaba. Quobrem horum impia præſumptio eſt aduerſa eccleſiæ catholicæ & antiquis patribus doctoribuſq; orthodoxis: qui omnes & ſinguli prædicauerunt ac ſcriptis & uerbis inſinuauerunt & adhuc inſinuant, nullam totius orbis linguam poſſe ſufficienter exprimere dignam laudem Mariæ. Inſuper repullulat deteſtanda damnataq; hæreſis Eluidij: qui contraglorioſiſſimæ uirginis integritatem impie detorſit hęc Euangelica uerba: Ioſeph non cognouit eam donec peperit filium ſuum primogenitum. Quæ quidem uerba nulla ratione contra eius illibatam uirginitatem exponi poſſunt: cū ipſa Maria angelo reſponderit: quoniam uirum non cognoſco: ac ſi nullo uiro carnaliter copulari uelit, ſed perpetim uirgo permanere: prout eccleſia de ea præconiſat. Nam uterq; Ioſeph & Maria uoto ſacto in uirginitate permanſit. Præterea Eſaias teſtatur perpetuam Mariæ uirginitatem ante partum, in partu & poſt partum, dicens: Ecce uirgo concipiet & pariet filium. In Ezechiele quoq; ſpiritus ſanctus inquit: Porta hæc clauſa erit & non aperietur & uir non tranſiet per eā: quoniam dominus Deus Iſrahel ingreſſus eſt per eam, eritq; clauſa princip. Hic patet Mariam ſine humano ſemine & carnali libidine, ſalua uirginitatis integritate, Chriſtum concepiſſe & peperiſſe. Sicut Chriſtus clauſo Marię utero intrauit, ſic exiuit. Quocirca apoſtoli in ſymbolo quottidiano appoſuerunt dominū Iheſum Chriſtum natum ex Maria uirgine. Itidem pro irrefragabili ueritate eccleſia tenet & ab omnibus tenendū præcipit. (3 Reg. 2 ante me.) (Matth. 1 in fi.) (Luce 1) (27. q. 1. beata) (Eſaie 7. Matth. 1.) (Ezech. 44 in prin.)

10. ¶ Quod ſanctiſſima Maria ad dextram Dei reſidens, præ omnibus creaturis ſit ueneranda, in pleriſq; ſcripturæ locis inſinuatur, pręcipue in Salomōe ubi ſapiētia, in perſona Mariæ, inquit: Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo: Ab initio & ante ſæcula creata ſum. Hoc uerbum non ſimpliciter de ſola æterna intelligit ſapientia: quæ eſt dei proles, non creatura: Ideo finaliter extenditur ad Mariam uirginem: quæ eſt digniſſima creaturarū & ante ſęcula creata: nempe in matrem filij dei electa & ab æterno prædeſtinata. Propterea Sapiens loco Marię alibi ait: Ab ęterno ordinata ſum & ex antiquis anteq; terra fieret: nondum erant abyſſi. i. peccatorum & ego iam concepta eram, nempe ab originali labe pręſeruata. Fuit enim idonea atq; capax tot cœleſtium donorum ut potuerit fieri gratia plena: qua pręparata & dignificata eſt concipere et parere noſtrum ſaluatorem ac eius dici mater. Quanq; eius aduerſarij eoſdem ambos pluresq; alios ſcripturę locos, uirginē Mariam concernentes, non ad ipſam Mariam ſed ad diuinam ſapientiam aut ad quiduis aliud torquent, literæ inhęrētes: hoc tamen abſq; fundamento moliuntur, ſola ducti malignitate diaboli: qui undiq; conatur dehoneſtare & carpere noſtram (3 Reg. 2.) (Eccl. 24 poſt prin.) (Pro. 8 poſt me dium)

dominam Mariã. In ſacra ſcriptura mul-
toties aliquis paſſus de æterna exprimi-
tur ſapientia: qui nihilominus conſequen
ter extendi poteſt ad Mariam eidem ſa-
pientiæ proximam. Nam ſpiritusſanctus
(ut uerbi uidelicet ſacræ ſcripturę ſenſum
tam inſignem eſſe uoluit: ut oportunus eſ
ſet quadruplicis ueridicæ ſignificationis:
una eſt ſecundum apertam literam: tres
ſecundum occultum myſticum intelle-
ctum. Ergo etiamſi aliquando litera ſcri-
pturæ Mariã non nominatim exprimat:
inditus tamen in ea ſenſus nihilominus cõ
quadrare poteſt beatæ uirgini: quæ be-
nedicta eſt ultra omnes meras creaturas.
Gene.3 Sicut.n. tota terra: de qua factus eſt pri-
mus Adam peccatum inducens: fuerat
maledicta: ſic benedicta eſt Maria: de qua
Luce.1 natus eſt ſecundus Adam peccatum au-
ferens. Quobrem nobis exulibus in perſo
na Iohannis eandem uirginem Mariam
dominus Iheſus dedit in matrem: ad eam
Iohan.19 post me dicens: Ecce filius tuus: poſtea ad diſcipu
lum: & in eius perſona ad unumquemq;
Chriſtianum: Ecce mater tua. Nos igitur
cum beato Iohanne eandem ſanctiſſimã
Mariã in adoptiuã matrem noſtrã, ſicut
Iohannes in ſuã, accipere debemus: omni
obſequio eã proſequentes atq; inuocãtes
tanq̃ noſtrã miſericordiſſimã aduocatã:
quæ ſemper apud filium ſuum naturalẽ
exauditur. Patet itaq; imaginem uirginis
Mariæ propter eã eſſe uenerandã. Mul-
tæ quidem ſalutationes dicuntur corã pi-
ctura Angelicæ ſalutationis: quæ alioqn
obmitterentur. Plerunq; deuoti magis
ad orandum uel ad aliã pietatem mouen
tur inſpecta imagine Mariæ, q̃ lecto euã-
gelio angelicæ ſalutationis. Eadem deniq;
imagine inſpecta gratulatur quis deo: qui
ad ſuã ſimilitudinem tam excellentẽ ima-
ginem nempe Mariam creauerit; quam
inuocare poſſumus tanq̃ noſtram adiu-
tricem: ipſa nobis a deo impetrare ualet
emundationem noſtræ inquinatæ imagi
nis.

II. ¶ Deinceps imagines & reliquiæ aliorũ
ſanctorũ, ceu noſtrorũ ſub capite Chriſto
commembrorũ, ſunt colendę: pręſertim
Apoſtolorũ: quos Chrĩs tanq̃ coadiutores e-
legit: ac aliorũ patronorũ noſtrorum: qui
primitus nos in fide initiarunt. Pariter
imagines ſanctorum martyrum: quorũ
ſanguinis effuſio & paſſionis conſtantia
Euangelio & ueritati teſtimonium præ-
ſtat. Probatorum deniq; confeſſorum ali-
orumue piorum patrum effigies ad eorũ
ſtrictam uitam ęmulandam nobis condu
cunt. Virginum tandem uiduarumq; car
nem ſuam pro Chriſto caſtigantium &
de maligno ſpiritu triumphantium, ima-
gines nos prouocant ad bonorum operũ
firmã perſeuerantiam & ad expectatio-
nem æternæ ſalutis: quam coelici modo
adepti ſunt & mortalis homo adipiſci po
terit bona ſanctorum opera imitaturus,
quemadmodum ipſi ſancti Chriſtum i-
mitati ſunt. Paulus igitur nos rogat ut ſui 1 Cor.4
ſimus imitatores, ſicut et ipſe fuit Chriſti. 1.Cor.11
Ad quam quidem imitationem facile p-
uocamur inſpectis imaginibus ſanctorũ:
qui ſua paſſione & uitæ cõuerſatione ex-
emplum nobis humilitatis & patientiæ
præſtant: Iacobo nos docente: Patientes Iaco.5
(inquit) eſtote, exemplum accipite exitus
mali & longanimitatis & laboris & pati-
entiæ: ecce beatificamus eos qui ſuſtinue-
runt: ſufferentiam Iob audiſtis & finem
domini uidiſtis, quoniam miſericors eſt.
Demum inducimur ad contemptũ mun
di & eius glorię (quę eſt tanq̃ flos fœni) 1.Pet.1 in fi.
uiſa ſcilicet in imaginibus gloria ſancto-
rum: qui in pręſenti uita cõtempti, irriſi
& plagati ſunt: q̃ in futura uita cõſeque- Math.5 in fi.
rent laudẽ & beatitudinẽ. Attñ imaginũ
abuſus eſt omnino euitãdus: ꝓut ſequitur.

OCTOGESIMVM SEXTVM CAPITVLVM.

De imaginum abuſu.

TEmpore ueteris legis tum Iu-
dęi tum gẽtiles ſuperſtitioſe cre
diderunt depictis imaginibus
diuinam ineſſe uirtutem. Cuius gratia
aliiſue cauſis olim prohibitę fuerũt ima-
gines. Cum aũt nunc Chriani in fide con
ſtantiores eſſe debeant q̃ tunc Iudęi: in
lege igitur

lege igit̄ noua admiſſę ſunt imagines atq̧
erectę ad memoriā ſalutaris paſſiōis Chri
ſti acetiā ad noſtri informationē & bonū
exemplum, nobis multifarie exhibitum a
ſctis dei : ad quorū ueſtigia imitanda nos
trahimur & allicimur depictis figuris tā
quā legendis conſcriptis. Diabolus uero
callens nō ſuiſed dei honorē per imagines
promotū iri ac Chriſtifideles ad maiorem
contemplationē cōmoueri necnon guer-
ſos aliquādo ad reuerſionē admoneri, cō-
tra imagines igitur longo tēpore graſſat⁹
eſt ac leues hoies ad earundē abuſum pel-
lexit. Hijs inſuper temporibus oſores ima
ginum & doctores dęmonū ſolent imagi-
nes deridere, prohibere, abolere: acſi bene
actū ſit, extinctas eſſe imagines ꝑpter ea-
rum abuſum. Verum quidē tranſacto tē-
pore per nonnullos ineptos diabolica ma-
chinatione cū imaginibus multa abſurda
& ſupſtitioſa cōtra ius ſcriptū & eccleſiæ
De reliq. & vene. ſctõrum c. 3 præceptum, ſunt cōmiſſa : ex incuria uel
fortaſſis ob quęſtum quorundā paſtorū.
De cõſec. diſtinctio 1 placuit Qui ſi canonica præcepta cuſtodijſſent,
principio huiuſmodi abuſiōibus facile ob
ſtitiſſent. In hijs igitur nulla culpa eccle-
ſiæ imputari poteſt : tametſi ſui miniſtri
negligentes fuerint.

2. ¶ Porro non concluditur imagines eſſe
abolendas propter earum abuſum: alioqn
exterminanda eſſent & ſacramenta : qui-
bus pariter abutimur ſępius. Sic etiam
ob uitium celebrantis integritas miſſę nō
uitiatur. In toto deniq̧ orbe nihil plus
eſt abuſui expoſitum quam ſacra ſcriptu
ra: qua corrupta omnes hæreſes & con-
fictiones emergunt: prout hoc infelici tē-
pore proh pudor contingit per pſeudo
prædicatores & ſiniſtros interpretes, uer-
2. Pe. 3 bum dei deprauantes, torquentes & uſur-
pantes ad extollentiam, inuidiam & uin-
dictam. quo etiam inobedientiam & ſe-
ditionem excitant: calumniam detegunt
& cum huiuſmodi dolis communem uul-
gum ſeducunt & multorum leuium ho-
minum animas occidunt. Nec ideo
ſacra ſcriptura, ceu dei uerbum & ueri-
tas, eſt abijcienda : ſed nihilominus ſe-
dulo prędicanda : concorditer interpre-
tanda, pie credenda & feſtiue honoran-
da. Pariter nomen dei non eſt ſuppri-
mendum neq̧ deteſtandum, eo quia non-
nulli in os ſuum idem nomen uane ſu-
munt uel peierando uel blaſphemando.
Siquidem quodlibet, quo ad peccandum
abutimur, eſſet tollendum: tunc fęminas
ſpecioſas: uina mera : arma acuta & ſimul
uniuerſa perimere oportet : quoniam o-
mnis creatura, ad bonū quidē creata : ſed
ad malū frequenter uſurpatur. Quis omes
ſentes ex eccleſiæ agro ſine dāno euellet?

¶ Cum autem hodie quidam Chriſtiani 3.
ſtolidi: prout olim Iudęi & cęteri perfidi:
imagines inordinate colant & eis aliquan
do perperam abutantur. Paſtores igi-
tur ſedulo curent, ne imagines ſuperſtiti-
oni neq̧ contemptui exponantur. Veri De cõſec. diſtinct. 3 venerab.
Chriſtiani ſolent imagines reuerenter tra-
ctare, non pro idolis colere; nec illis ſerui-
re ut dijs: nullam ponentes ſpem in eis: a q̄-
bus nec auxilium nec iudicium futurum
expectamus: ſed honorare poſſumus ima
gines ad memoriam ſanctorum & ad ſe-
quelam bonorū operum: quæ ipſi ſancti
& cęteri ſeniores noſtri prę ſe tulerunt.
Sicut ſcripturam uel codicem euangelij
non adoramus ſed Iheſum Chriſtū in euā-
gelio expreſſum : ſic nec imaginem ſed
dn̄m noſtrum uerum deum, quem imago
repręſentat, adorare debemus. Magnus
igitur Gregorius epiſcopū Marſilię cō-
mendabat, quia uetuiſſet imagines adora De cõſec. diſ. 3. perlatum
ri: ac etiam reprehendebat quia eas confre
git, dicens: aliud eſt picturā adorare: aliud
per picturę hiſtoriam, quid ſit adorandū;
addiſcere: nam quod legētibus ſcriptura,
hoc & ideotis præſtat pictura, cernenti-
bus quia in ipſa ignorantes uident quid ſe
qui debeant: in ipſa legunt, qui literas ne-
ſciunt. Vnde & præcipue gentibus ꝓ le-
ctione pictura eſt, ut tamen intuentis mēs
ſurſum ad deum: nō deorſum ad imaginē
aut alia exteriora ferat̄ : ueluti frequenter
inertes duntaxat gratia peculiaris cōmo-
di imagines honorant aut uiſitant.

¶ Vbi nouelli concurſus ad imaginē ali- 4.
quā uel eccleſiā emergūt: ꝓut olim conti-
git ad Niclashauſen uel Otting & nuper

ad ſpecioſam Mariā Ratisbonę:ibi dili-
gens inquiſitio fieri debet:ne in illa frequen
De conſec. diſtinct. 1 placuit. tatione plus ſit diabolicę inſtigatiōis quā
diuinæ gratiæ:nam quæ per ſomnia & in
anes reuelationes conſtituuntur altaria,o-
mnino reprobantur. Diabolus eñ ubiq;
conatur diuino derogare honori ac iſtum
ſibi uſurpare:pręcipue laudabiliſſimā uir
ginem Mariam uituperare; quemadmo-
dum ex dicta imagine Marię in Ratisbo-
na idolum finxit & quaſdā perſonas, for-
ſitan abſq; eorū culpa illuc accurrere cru-
deliter concitauerat. Hoc non loquor q̄
minus beatiſſima uirgo in Ratisbona aut
in Otting aut in cæteris ſuis Capellis fre-
quentetur,honoretur & glorificetur: cū
templa ad honorem imprimis dei,deinde
matris ſuæ Marię:ac etiam ad ecclesiæ cæ
leſtis figuram & memoriam ſint conſtru-
cta,conſecrata,dotata & ornata: Sed uo-
lui admonere cunctos: ne ſanctos & eorū
imagines indiſcrete colant, neue quicquā
idolatrię uel ſuperſtitionis cōmittant.

5. ¶ Omnis reuerentia ſeu deprecatio, corā
imaginibus oſtenſa, ſit quidem ad ſctōs
repræſentatos:ſed finaliter referenda eſt
ad deum ceu ad noſtrum ſalutare. Nimi-
rum gratitudo debet exhiberi deo:qui e-
lectos & uiuos lapides,nempe pios Sctōs
nobis cō membratos,hic in uirtutibus pię
ſeruauit & illic cœleſti dotauit beatitudi-
ne:quam nos quoq; ſperare poſſumus.
Sancti uero ſunt inuocandi: ut nobis gra-
6.14. §.5 tiam & ſalutem impetrent ab ęterno deo:
in cuius conſpectu cum noſtra prece ap-
parere noſipſos indignos atq; minime ac-
ceptos iudicare debemus: ut opus ſit ſan-
ctos deo acceptos coram ſua diuina ma-
ieſtate pro nobis intercedere. De uene-
ratione itaq; imaginum nota:Coram eis q̄-
dem fieri poſſunt genuflectiones: inclina-
tiones:manuum eleuationes:preces: cere-
orum accenſiones: clenodiorum aut alio-
rum donorum affictiones & ſimiles ima-
ginum decorationes,iuxta placitum tuū.
Huiuſcemodi exteriorem cultum nō di-
rigas ad imaginem ſeu figuram depictā:
ſed interiori & humili mente deum ado-
res creatorem & redemptorem tuum;ſan
ctoſq; interpella ceu interceſſores.Potiſſi-
me tamen deum collaudes propter ſctōs
in imaginibus repręſentatos. Quos inſu-
p ſanctos obſecrare potes p gratia & ſalu
te nobis a deo impetranda; item pro uicto
ria & cuſtodia contra inimicos noſtros:
uel pro patientia contra aduerſa. Hoc mo
deramine tua oratio uel deuotio non ma-
net in pariete uel pictura:ſed ſurſum diri-
gitur ad deum & ad eius uiuas imagines,
nempe ad pios cœlicos.

¶ Sicut olim Iudęi & ethnici ſuas imagi- 6.
nes idolis ad turpia copulauerunt: ſic ho-
die Chriſtifideles ſuas imagines deo & ſu-
is ſanctis ad honeſta dedicant. Et ſicut
idoloticis imaginibus nihil boni aut cōmo
di ſed mala uoluptas & turpitudo ſignifi-
cabatur: ſic eccleſiaſticis imaginibus do-
centur boni mores & pbę uirtutes. Quā-
uis igitur Chriſtiani coram imaginibus o
rent:nihilominus tamen ſunt ueri adora-
tores:de quibus dominus inquit:Veri ado Iohan. 4 in me.
ratores adorabunt patrem in ſpiritu & ue
ritate:ſpiritus eſt deus,& eos qui adorant,
in ſpiritu & ueritate oportet adorare. In
ſpiritu quidem ut adorātes abſtrahamus
nos ab omnibus carnalibus & mentem in
deum feramus pro ſpirituali ſalute: ac ſo-
lam ueritatem,nempe uerum deū & non
picturam,adoremus. Præterea deuoti in
ſpectione corporalium imaginum plerūq;
mouentur in ſpiritu eo diligentius diuinā
adorare ueritatem: Nam te ſyncere con-
templante, uiſibiles imagines tuum ſpiri-
tum duntaxat ad inuiſibilem deū ducunt
non a deo: quē cognoſcas tuū eſſe creato-
rem & principium: tuum redemptorem
& mediatorem,ac tuum finem & ſaluato
rem. Quamobrem nulla lege hodie ima-
gines Chriſtianorum (prout olim iudęo-
rum imagines) prohibentur, ſed appro-
bantur: Iudęorum & gentilium ſimula-
cra & adorationes non concordant cū ca-
tholica oratione & imagine. Nulla Chri-
ſti & ſuorum ſanctorum conuentio cum
belial & ſuis complicibus. Nullus conſen-
ſus templo dei cum idolis: ueluti Paulus 2.Cor.6 aute 6.
cenſuit. Conſueuit igitur terreſtris eccle
ſia cœleſtē eccleſiam & ſua electa mem-
bra, nempe

bra, nempe ſanctos tanq̃ ſuos p̃ceſſores,
humiliter implorare ut pro nobis tanquã
ſuis exulibus & mortalibus cõmembris,
apud deum interueniat ac ab eo profectũ
& gratiam impetret. Nos denique deum
ſuppliciter adorare & petere debemus ut
ſuos electos in eorum pro nobis intercesſi
one, miſericorditer exaudire dignetur.
7. ¶ Ceterum eccleſia in ſuarum orationum
exordio conſueuit cõmuniter appellare
deum patrem: in medio aliquando quen-
dam ſanctum: finem tandem concludens
in dei unigenito: qui ſecũ uiuit & regnat
in unitate ſancti ſpiritus per omnia ſecula.
Ita prope omnes de ſanctis collectæ con-
cluduntur. Quicquid autem ante uel cir-
ca imagines in eccleſia canitur aut legitur
fit ad honorem dei & ſuorum ſanctorum,
non imaginum: nam omnis diuinus cultus
dirigitur principaliter ad deum: concomi
tanter aliquando ad electos dei. Noſtrã
igitur petitionem & fiduciã finaliter in ſo
1.Iohan. 5 in fi. lum deum ponere debemus: ueluti Iohã-
nes nos docet inquiens: Hic, ſ. filius dei eſt
uerus deus & uita æterna: cuſtodite uos a
ſimulacris. Ac ſi dicat: ne peruertimini ite-
rũ ad ſimulacra quibus in paganiſmo ſer-
Deu.27 in me. uiſtis. Scriptura denique aſſerit eſſe maledi
ctum, qui facit ſculptile & conflatile abo-
minationem dñi, opus manuũ artificũ: &
ponit illud in abſcondito. Hinc datur in
telligi, Iudæos occulte ſua idola conſu-
luiſſe & in abcõſo inuocaſſe tanq̃ deos.
8. ¶ Chriſtiani autem imagines ceu idola
non colunt: nec ab eis reſponſa uel adiuto
ria quærunt: neque eis ſacrificant ueluti o-
lim Iudæi & gentiles: ſed ſunt nobis in ſi-
gnum & ſignificationem illius quod pi-
ctura indicat: quo indocti inſtruantur &
admoneantur de geſtis præteritis in pi-
ctura figuratis: utpote qua pœna nos
Chriſtus redemit: quo eum ueſtigio ſan-
cti homines ſunt imitati: quid deus per
uirginem Mariam ac per alios electos o-
Acta.5. post prin. peratus ſit atque exemplificauerit. Siqui-
dem initio naſcentis eccleſiæ multa & e-
normia ſigna & prodigia in populo facta
ſunt per apoſtolos & alios ſanctos iuſtoſque
homines: qui merito in æterna erunt me-
moria. Per imagines itaque innoteſcit no- Ps.118
bis mirabilis gratia domini: qui operatur Ps. 67. in fine
mirabilia magna & mirabilis eſt in ſan-
ctis ſuis. Proinde in nobis timor dei exci
tatur: fides augetur & mẽs noſtra ſurſum
ad dominum dirigitur, dum æternam re-
colimus uitam; quam Sancti modo ſunt
adepti. Præcipue erga deum accendi
mur amore, recolentes ex amore mutuo
dei & ſanctorum emergere gaudium æ-
ternum. Qui igitur ſanctorum imagines
tollit, priuat idiotas fructu præmiſſo: de-
ſtruitque memoriã ſanctorum: quorum no-
mina in præſenti eccleſia conat extingue-
re: quæ tamen ſcripta ſunt in cœlis & in li Luce 10
bro uitæ. Philip.4.
¶ Plura denique ex picturis diſcere poſſu 9.
mus, præſertim exempla proborum: qui
temporalia propter deum relinquentes,
ſemetipſos abnegantes & crucem ſuã tol- Luce 9. ante me.
lentes, Chriſtum ſunt ſecuti: bona fide, fir
ma ſpe & integra charitate erga deum ful
citi, ad proximos fuerunt pacifici, mites
& fraterna charitate cõnexi: Apud ſemet
ipſos tanquam dei miniſtri fuerunt in an-
guſtijs patientes, in tribulationibus tolerã- 2.Cor.6 in prin.
tes & deuoti in orationibus: ieiunijs, uigi-
lijs & contemplationibus aſſidui: in cõuer
ſatione uitæ ſtrenui: quo filij & heredes
dei atque coheredes Chriſti eſſe meruerũt Roma.8. in me.
prout Paulus refert. Unde quilibet ho-
mo gaudere poteſt de ſpe adipiſcendi di
uinam hereditatem: inquantum ſe prepa-
rat & ſanctorum ueſtigia ſequitur. Abla-
tis uero ab imperito uulgo imaginibus:
Sancti tradẽtur obliuioni, ac ſi periti ſcri-
ptura auferetur; cum non ſit diſcrimen,
ſanctorum geſta ſiue per lectionem ſiue
p picturam addiſcere uel recolere. Apud
pleroſque euaneſceret paſſio Chriſti & ſan-
ctorum eius: ſi eorum cõſpectui deeſſent
imagines: q̃ frequenter alliciũt deuotos ad
orandũ uel rememorandũ Chriſtum &
mortem eius & ſuorum martyrum: exclu-
ſo tamen omni imaginum abuſu.

OCTOGESIMVM SEPTIMVM CAPITVLVM.

De Elemoſyna.

Elemoſyna generalis eſt Tertia pars euangelicæ pœnitentię: de qua ſupra. c. 76. §. 1. Specialis elemoſyna eſt alienum ſuffragium dirimendi reatum culparum: ut ſupra tangitᷣ c. 74. Quæ quidem elemoſyna conſiſtit in quatuordecim operibus miſericordiæ, tanquam in. 14. gradibus ad cœlum tendentibus: qbus perueniendũ eſt ad quindecimum gradum æternę beatitudinis. Math. 25 ante fine Eorundem operum ſeptem ſunt corporalia: ſeptem ſpiritualia. Sex corporalia exprimuntur in euangelio, ſcilicet eſurientes paſcere: ſitiẽtes potare: peregrinos hoſpitari: nudos ueſtire: infirmos uiſitare: captiuos redimere. Septimum opus cõtinetᷣ Thob. 12 in Thobia: utpote mortuos ſepelire, nõ ſolum palis funera ſuffodere: ſed etiam animabus in purgatorio ſuccurrere prece, cultu & elemoſyna. Porro antiquis geſtis conſtat ſepulturam & reliquam pietatem mortuis impenſam eſſe opus miſericordiæ. Gene. 49 in fine Abraham enim non fruſtra emit agrum in poſſeſſionem ſepulchri: ubi etiã patriarcha Iacob ſepulturam ſuam elegit: Gene. 50. in princ. & fi. & ibi eum Ioſeph cæteriq; filij eius ſepelierunt. Idem quoq; Ioſeph mãdauit oſſa ſua ex Egypto aſportari & ſepeliri in Sichẽ in agro quem emerat Iacob: & id filij Iſrahel executi ſunt oſſaq; Ioſeph ibidem ſepelierunt. Joſue 24 in fi. Habitatores deniq; Iabes Galaad 1. Reg. 31 in fine commendantur eo ꝙ ſepeliſſent oſſa Saulis & trium filiorum eius. Math. 27 in fi. Ioſeph inſup & Nicodemus operam dederunt corpus Johan. 19 in fi. domini Iheſu in nouo ſepulchro ſepelire: ſindone munda inuoluere & iuxta Iudæorum morem inũgere: ad innuẽdum ſcilicet mortuis pietatem eſſe exhibendam.

2. ¶ Septem autem ſpirituales elemoſynę ſunt peccatorem corripere: offendenti indulgere: inſipientem docere: uacillanti cõſulere: triſtem conſolari: ꝓ proximo orare: iniurias patienter tolerare: quo iniuriã Pro. 15 in prin. tis furor mitigatur: teſte Sapiente: Mollis reſponſio frangit iram: item qui patiens eſt, mitigat rixas. Præſcriptę ſeptem elemoſynę tum ſpirituales tum corporales, ſunt ſeptẽ beatitudines: quas ſequitᷣ octaua & æterna beatitudo: de qua loquitur dominus: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam etc. quoniã mercés ueſtra copioſa eſt in cœlis. Math. 5 in prin. Eadẽ cœleſtis beatitudo eſt finis cuiuſlibet præſentis beatitudinis: Ac ſi dominus dicat: Qui hic carnem ſuam uicerit: mundum contẽpſerit: a diabolo & ſuis miniſtris concuſſus patiens fuerit uſq; ad finem: is acquiret æternam beatitudinem.

¶ Corporali elemoſyna impetrat quis ablutionem maculæ & abolitionem reatus poſt remiſſam culpam ſuperſtitis: præcipiente domino: Quod ſupereſt date elemoſynam, & ecce omnia munda ſunt uobis: Date & dabitur uobis, menſuram bonam & confertam & coagitatam & ſupereffluentem dabunt in ſinum ueſtrum. 3. Eccl. 3. in fi. Luc. 11 Luce. 6 Scriptum eſt: Elemoſyna ab omni peccato & a morte liberat. Thob. 4 Thob. 12. Peccata igitur elemoſynis redime & iniquitates tuas miſericordijs pauperum: forſitan ignoſcet deus Dan. 4 ante fi. delictis tuis. Sicut enim aqua extinguit ignem ardentem: ſic elemoſyna reſiſtit peccatis. Eccl. 3. in fi. Atqui elemoſynam & reliqua pia opera ex charitate fieri oportet: alioquin non ualent: prout Paulus refert: Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas & ſi tradidero corpus meum ita ut ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. 1. Cor. 13 Quæ quidem charitas diuino auxilio, etiam ante gratiam gratum facientem, haberi poteſt: Sic etenim elemoſynę & orationes Cornelij, ante quam crederet gratamq; gratiam haberet aſcenderunt in memoriam in conſpectu domini. Act. 10 in prin. Vnde præſumuntur bona opera, etiam ante fidem & ante gratiam gratũ facientem, deo placere: tametſi nõ ſint meritoria nec ad beatitudinem ſufficientia: donec fides & gratia acceſſerit.

DE MENDICANTIVM CASA.

¶ Maledicta quorundam Theutonum ſecta prohibet mendicantium circa eccleſias ſeſſionem & ſuadet fieri pro mẽdicorũ ſaccis cõmunem caſam: hallucinãs, inter Chriſtianos non deceat mendicare quenquam: prout legi ueteri cautum fuit, ne omnino indigens uel mendicus eſſet inter filios Iſrahel. Deu. 15 in prin. Hoc eorum obliquũ intẽtum

nec ſcriptura fundat̃ nec ratione. Diuina
ẽm charitas exigit ꝓximi charitatẽ & ami
cabilẽ unionẽ inter oẽs homines. Id ut fiat,
diuina ſapientia ordinauit unum hominẽ
alterius indigere & eius beneficio potiri:
Ille ſit ſanus, alius infirmus: ille diues, alter
pauper: quatinus utrinq; mutuam operã
& obuiam proximi charitatem exerceant
Pro.22 in prin. prout ſcriptum eſt: diues & pauper obui
Pro.19 auerunt ſibi, utriuſq; operatur & illumina
Eccl.11 in me. tor eſt dominus. Item paupertas & hone
ſtas a domino ſunt: & infra. Facile eſt ẽm
in oculis dei ſubito honeſtare pauperem.
1.Reg.2 poſt prin. Conſimile habetur in oratione Annę: Do
minus pauperẽ facit & ditat: humiliat &
ſubleuat: ſuſcitans de puluere egenum &
de ſtercore erigens pauperẽ. Ditatur qui
dem homo: quo ualeat rem temporalem
charitatiue & largiter coĩcare pauperib9:
eoſq; ſibi amicare cum eadem re tempo
rali (quæ modo non cõmunis ſed homi
num iniquitate facta eſt proprium man
na) Quo etiam iidem pauperes ad ſe in ę
Luce 16. poſt prin. terna tabernacula, recipiant ipſum ditem
alioquin ſpũali alimento deſtitutũ. Alius
eſt pauper ut in ſua miſeria patiens ſit ac
gratus erga ſuos benefactores: deum orã
do pro eis, gratia & beatitudine remune
Roma.15 ante fi randis. Hinc Paulus ponit, diuites eſſe de
1.97.§.8 in fi. bitores pauperũ: nã ſi ſpũaliũ eorũ nem
Pro.10 in me. pe precũ participes facti ſunt, debent &
Eccl.4 in prin. carnalia miniſtrare eis. Et ait ſapiẽs: Sub
ſtantia diuitis urbs fortitudinis eius: Pa
uor pauperum egeſtas eorũ: declina ergo
pauperi ſine triſtitia aurem tuam & redde
1.Theſ.5 in me. debitum tuum. Deinde rogat nos Paulus
ut nouerimus eos qui laborant inter nos
& præſunt nobis in domino, utq; habea
mus illos abundantius in charitate ꝓpter
Iaco.2 poſt prin. opus illorum. Ad hoc Iacobus: Deus ele
git pauperes, diuites in fide & heredes re
gni, q̃d repromiſit deus diligentibus ſe. Et
Eſai.48 in me. inquit dñs ad pauperẽ: Elegi te in camino
paupertatis. Sentẽtia igit̃ tollentiũ mendici
tatẽ minime ſtabilit̃: nam tpe ueteris & no
uę legis ſemper mendici fuerunt ac inter
Math.26 Mar.14. Chriſtianos decetero futuri ſunt: dño af
firmante: pauperes ſemper habebitis uo
biſcum, quibus poteſtis benefacere.

¶ Verba aũt ſuperius introducta uidelicet 5.
ne inter nos ſit omnino indigens uel men
dicus, intelligẽda ſunt, ne quẽquam inter
nos extrema inedia laborare ſinamus: ue
luti patet ex uerbis ſequẽtibus: Non dee Deut.15
runt pauperes in terra habitationis tuę: id
circo ego pręcipio tibi ut aperias manum
fratri tuo egeno & pauperi qui tecũ uerſa
tur in terra. Sic & dñs per Sophoniã: De Sophon.3 in me
relinquã in medio tui populum pauperẽ
& egenum & ſperabunt in nomine dñi.
Paulus quoq; aſſerit ꝙ altiſſima paupertas 2.Cor.8 in prin.
eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis
eorum. Mendici ergo ſunt præſtituti cõ
ſpectui hominũ ante eccleſias: in quibus
deus ſanctificatur & glorificatur: a q̃ gra
tiam & benedictionem ſperant elemoſy
narũ largitores, ſcriptura pręcipiente: Pau Eccl.7 in fi.
peri porrige manum tuam ut perficiatur
propiciatio & benedictio tua. Qua pro
pter elemoſynarij prope eccleſias patẽter
accumbere ac pro ſuis benefactoribus de
uote orare debent. Nam Dauid ait: Dñs Pſ.10 Pſ.108.
in templo ſancto ſuo: oculi eius in paupe in fi.
rem reſpiciunt: Et aſtitit a dextris paupe
ris. Tempore itaq; apoſtolorum claudus Act.3 in prin.
quidã baiulabatur & ponebatur quoti
die ad portam templi ut peteret elemoſy
nã ab introeuntibus in templum. Solent
tamen mendici in alijs quoq; ſedere locis:
ubi diuites iter agunt. Prout cęcus Bar Mar.10
thineus ſecus uiam ſedebat mendicans: Luc.18 in fi.
qua plerumq; diues & pauper obuiant ſi
bi inuicem: diues quidem largitate: pau
per uero humili deprecatione: cum obſe Pro.18 in fi.
crationibus ẽm loquitur pauper.
¶ Enimuero ditatio & inedia eſt a deo: q̃ 6.
ſimul in unum diues eſt & pauper: diues Pſ.48 in prin.
quidem ſecundũ deitatẽ: pauper ſecundũ Zach.9
humanitatem: Zacharia teſtante: Salua
tor ipſe pauper aſcendens ſuper aſinam.
Porro opulentia & paupertas (quemad
modum cęterę diuinę perfectiones) pro
fluunt a deo in hominem ceu in imaginẽ
ipſius dei. oportet igit̃ hoĩes eſſe diuites ac
paupes: ut iſti illos reficiant. Qua ꝓpter
dñs iubet: Cũ facis cõuiuiũ, uoca paupe Luc.14
res, debiles, claudos, cęcos: nõ iubet uocari
repletos. Diuites quoq; de primicijs nõ de

reliquijs, elemoſynam pauperibus diſtri-
Thobi.4 buere debent:ueluti ſcriptum eſt:Ex ſub-
ſtantia tua fac elemoſynam. Puto nullibi
in ſcriptura reperiri, mendicos ab eccle-
ſijs eſſe abigendos & in cōmunem caſam
trudendos: rationibus ſuperius intellectis.
7 ¶ Nimirum fuco huiuſmodi communis
caſę, manifeſtatur oculta fraus & ſinantia
diaboli: quomodo per ſuos ſatellites, in ſa-
tellitio caſæ mendicitatis occupatos, dolo-
ſe poſſit redditus & cenſus, ad dei cultum
& cleri uictum fundatos, diſcerpere ab
eccleſia & clero auferre ac redigere in u-
ſum prophanum: acſi ſanctius ſit cum hu-
iuſmodi eccleſiaſticis rebus pauperes ſu-
ſtentari quam in eccleſia deum collauda-
Marci 14. Iohā.12. in prin. ri. Tale conſiliū dederat ſacrilegus Iudas,
quando murmurabat pro unguento pre-
cioſo ſuper caput domini effuſo, dicens: ut
quid perditio iſta unguenti facta eſt: pote
rat enim uenundari & dari pauperibus.
Dixit aūt hoc (refert euangeliſta) non q̄a
de egenis pertinebat ad eum: ſed quia fur
erat. Pariformiter iam quidam clerico-
rumoſores: ex ęre proprio neq; deo hono
rem neq; egenis auxilium præſtantes: ni-
tunt ad ſuſtentandum mendicos, friuole
contrectare alienum æs eccleſiaſticum:
quod non ad mendicos ſed ad diuinū cul-
tum eſt deſtinatum: quo nomen dei in ec
cleſia terreſtri ſanctificaretur: ad quod po
tiſſime homo aſtringitur & orare debet:
Math.6 Sanctificetur nomen tuum. Mundus
autem & eius genimē conatur deo ſuum
eripere & diabolo tradere: ſub ficta cha-
ritate proximi, priuatur deus, in hoc ſæ-
culo debita charitate, laude & gloria. In eo
quod ad honorem dei & decorem eccle-
ſiæ impendendum eſt, agunt quidam, ſi-
Math 26 cuti peruerſi diſcipuli quando Magdale-
na dictum unguentum ſuper caput domi
ni fuderat: ægreferebant effuſionem pre-
cioſi unguenti: nempe expenſam in diui-
num cultum: quaſi melius eſſet huiuſmo
di expenſam commutari in utilitatē egen
tium. Illi uero a domino arguuntur hijs
uerbis: Quid moleſti eſtis huic mulieri?
opus enim bonum operata eſt in me: nam
ſemper pauperes habetis uobiſcum, me
autem non ſemper habebitis: mittens eñ
hæc unguentum hoc in corpus meū, ad
ſepeliendum me fecit. Hoc elogio Chri-
ſtus nos docet ut in fidei pixide geſtemus
precioſum unguentum diuini amoris: ef-
fundendum bonis operibus principaliter
ſuper caput, nempe ad honorem & cultū
Chriſti capitis noſtri: deinde in ſuum cor-
pus, i. ad neceſſitatem pauperū ceu mem-
brorum Chriſti, ſepeliendi, i. imprimendi
in corda hominum. Ecce dominus deus
ante omnia ſuum honorē & noſtrum ob-
ſequiū a nobis exigit: tametſi ea, quę cul-
tui diuino impenduntur, poſſent cedere
ad uſum pauperum: quorum, ob oculos
noſtros continuo uerſantium & nos inter
pellantium, obliuiſci nequimus. Saluato-
ris autem noſtri & ſuæ paſſionis facile ob-
liuiſceremur, ceſſantibus exterioribus cæ
rimonijs. Quare dominus ſubiunxit: pau
peres ſemper habetis uobiſcum; me autē
non habebitis.
¶ Ingens profecto exceſſus eſt eorū: qui 8.
bona ſpiritualia, ad diuinum cultum de-
ſtinata, temerarie rapiunt & redigunt in
mendicantium caſas: quarum fundatores
diuini cultus nunq̄ meminerint: neq; de
eis in uero euangelio quicquā ſcribitur:
ſed iam primum per nouos euangeliaſtes
confictę ſunt atq; erectę. Dominus qui- Math.6 in prin.
dem Iheſus præcipit: Cum facis elemoſy-
nam, noli tuba canere ut honorificeris ab
hominibus, ſed neſciat ſiniſtra tua quid fa-
ciat dextera tua ut ſit elemoſyna tua in ab-
ſcondito: ueluti ſcriptum eſt: Abſconde Eccl.29 in me.
elemoſynam in ſinu pauperis. Verum ege
ſtas mendici palam eſſe debet, non tua ar-
rogantia. Id peruertitur in caſis mendi-
citatis: ubi dantis plauſus, non mendican-
tis defectus liqueſcit: quo frequenter pro-
ximi charitas impeditur & miſericordiæ
opus amputatur. Nam ſi egeni & infirmi
in hominum conſpectu ſuam neceſſitatē
& exiliū flendo & eiulando conquerun-
tur: ſua detrimenta & incōmoda manife
ſte oſtēdunt: tum opulentiores prouocan-
tur ad gratitudinem erga deum: qui eos a
talibus calamitatibus hactenus pręſerua-
uit: obnixe oraturi pro ulteriori ſui præ-
ſeruatione,

ſeruatiõe. Incitãr prçterea ad elemoſynã
egeno dandã ad aliaque miſericordiæ
opera exhibenda: ad quæ unuſquiſq; ob-
ſtrictus eſt iuxta euangelium; in quo do-
Mat. 25 in fi. minus comminatur æternum ſupplicitũ
infligendum illis qui non faciunt opera
miſericordiæ.

9. ¶ Præterea plurimum eſt incautum, ne
caſarum geſtores fraudem committant
& lucrum quærant; quo diuitum dona &
mendicantium ſubſidia diminuãtur. Nõ
inficias eo, per quoſdam eccleſiaſticos: q̃-
bus elemoſynarũ diſpenſatio credita fuit:
aliquando plus in quæſtum peculiarem,
q̃ in elemoſynam communem uerſum eſ
Luce 12 post me. ſe. Hinc dominus conqueritur rarum eſ-
1. Co. 4 in prin. ſe fidelem diſpenſatorem. Et Paulus innu
it, nihil plus quæri in diſpenſatore q̃ q̃ fi-
delis inueniatur. Prophetę quoq; multo-
Eccle 4. in prin. tiens prohibent ne quis elemoſynã pau-
peris defraudet: Nec uiduam & pupillũ
Zacha. 7 & aduenam & pauperem calumniẽt. At
Abac. 3 maliuolus deuotat pauperem in abſcon-
Amos. 2 dito. Item uendit pauperem pro calcia-
mentis & conterit caput eius. Ipſi inſuper
Amos 4 Amos 5 prophetæ arguunt nos dicentes: Calum-
niam facitis egenis & confringitis paupe-
Esaie 3 res: & deprimitis eos in porta. Item rapi-
Esa. 10 na pauperum in domo ueſtra: Et iniuſti-
tiam nempe iniquam legem ſcribitis ut
Psal. 9. opprimatis in iudicio pauperes: Nam dũ
ſuperbit impius, incenditur pauper: ocu-
li enim eius in pauperem reſpiciũt, inſidia
tur in abſcondito ut rapiat pauperẽ. Plu-
res deniq; paſſus ſacræ ſcripturæ loquun
tur de pauperum grauaminibus. Quare
Pro. 22 ante fi. & Sapiens auiſat te: Ne facias uiolentiam
pauperi quia pauper eſt, neq; conteras e-
genum in porta: quia iudicabit dominus
cauſam eius. Ex prælibatis alijſue pluribꝰ
euidẽtibus rationibus conuenientius eſt
mendici & pauperes maneant ante eccle
ſiam in conſpectu diuitum: prout hacte-
nus obſeruatum eſt: q̃ q̃ a publica elemo
ſyna relegentur ad communem caſam.
Abſq; tñ derogatione hoſpitalium & do
morum fundatarum: ubi hoſpitantur ho
neſti pauperes: qui forſitan in publico
mendicare erubeſcunt.

¶ Mendicitas autem nequaq̃ contemni 10.
debet: non eſt. n. ignominia ſed pars pœ-
nitentiæ: prout infirmitas uel aduerſitas.
Diuites igitur compaſſione afficiũt pau-
peres ubi eos uiderint uel audierint. Ad
quod ſcriptura hortatur: Caueas ne auer Deu. 15 post prin.
tas oculos a paupere fratre, ne clamet cõ-
tra te ad dominum & fiat tibi in peccatũ.
Item ne auertas faciem tuam ab ullo pau Thob. 4
pere, ne auertatur a te facies domini. Et
Iob gloriabatur inquiens: Auris audiens Job 29.
beatificabat me & oculus uidens teſtimo
nium reddebat mihi eo q̃ liberaſſem pau
perem uociferantem & pupillum, cui nõ
erat adiutor. Nam deprecatio pauperis Eccl 21. in prin.
ex ore uſq; ad aures peruenit. Qui autem Pro. 21 ante me.
obdurat aurem ad clamorem pauperis,
ipſe clamabit & non exaudietur. Idcirco
præcipit ſcriptura, ne oculos tuos tranſ- Eccl 4 in prin.
uertas a paupere: Sed (prout Dauid ait) Ps. 69 in fi.
lætari debes dum uideas pauperem. In-
tuens. n. aut audiens pauperes, compaſ-
ſione & commiſeratione affici poteris ac
ad deuotionem & pietatem commoueri
ut elemoſynam pauperibus largiaris iu-
xta cuiuſq; neceſſitatem ſeu fauorẽ. Sic
etenim ſcies quorſum tuum donum per-
ueniat: alioquin neſcies an elemoſyna tua
in caſam data & alijs commiſſa, pauperi-
bus ſit impenſa, an obſonio conſumpta.

¶ Ad elemoſynam præſtandam obliga- 11.
tur quilibet iuxta ſui ſtatus & facultatis
conditionem, teſte ſcriptura: Secundum Eccl. 14 in me.
uires tuas da pauperi: Zachæus igitur Luce 19
dimidium bonorum ſuorum dedit pau-
peribus. Et quidam diuites multa in ga- Mar. 12. Luce 21.
zophilatium ponebant: Ex illis autem ui-
dua duo dumtaxat minuta pendẽs, plus
illis a Chriſto commendabatur. Notari
oportet, ualidos & uagantes mendicos e-
lemoſynæ non indiguos ſed ex pigricia
ad mendicitatem redactos: ab elemoſy-
næ perceptione eſſe prohibendos: ne ſint
præiudicio ueris egenis. Canonica quidẽ ff. q. 5. non omnis.
& ciuilis lex reprobat importunos C. de mendi. valid. li. 11.
& euagantes mendicos: per q̃s
frequenter traditiones
& latrocinia com-
mittuntur.

OCTOGESIMVM OCTAVVM CAPITVLVM. De Cærimonijs.

AD abolendum culpæ reatū expedit & plurimum ualet dei & ſanctorum ueneratio, non ſolū
intrinſeca mētalis: ſed etiā extrinſeca rea
lis: qua dei honor, laus, gloria & nomē opi
bus colitur & glorificatur: Paulo docen
Roma.12 in ſi. te ut prouideamus bona non tātum co
rā deo ſed corā oībus hoīb. Cōtra q̄d mo
do pugnāt Antichriſtiani: præſumentes
in nouo teſtamento cęrimonias exterio
res eſſe illicitas, ex rancidis cauſis per e
os obiectis. Conſideranda itaq; eſt ſcri
ptura: quæ aliquoties exteriorem cultū
& cærimonias tollens, intelligitur de ue
teris legis cærimonijs, in figurā uerarum
1.Cor.10. & 4. §. 6 post prin nouæ legis cęrimoniar̄ olim celebratis:
quare nunc ceſſant. Nouæ uero legis cæ
rimoniæ nuſq; prohibentur ſed in multis
caſibus exiguntur. Quippe prima lex eſt:
Deut.6 Mat. 22. Mar.12 Luce 10 Diliges dominum deum tuum ex toto
corde tuo & in tota anima tua, ex tota for
titudine tua & ex omnibus uiribus tuis.
Vires autem ſunt dupplices, ſ. corporis et
animæ. Non igitur ſufficit deum tacite
coli fide in affectu & amore in corde ſeu
contemplatione in mente: uerumetiā hu
iuſmodi fidem, amorem & contemplatio
nem uiribus corporalibus exterius exhi
beri & expreſſo opere compleri oportet.
Roma.10. Non enim ſolum corde credimus ad iu
ſtitiam, ſedetiam ore fit confeſſio ad ſalu
tem. Imo non ſolo ore, ſed omnibus mē
bris, per opera bona exteriora, relucere
debet hominis erga deum fides & chari
tas: quā alioquin in nobis eſſe proximus
noſter minime ſentiret: Sed per noſtrum
cultum exteriorem facile intelligit cultū
noſtrum interiorem. Q̄obrem non ſatis
eſt deum interiori contemplatione glori
ficari abſq; exteriori expreſſione: qua dei
honor augetur & proximus ad diuinum
cultum pariter excitatur: quemadmodū
1 Cor.14 in me. Paulus aſtipulatur: Si benedixeris ſpiri
tu, quis ſupplet locum ideotæ? q̄uo dicet
amen ſuper tuā benedictionem? quoniā
quid dicas neſcit: nā tu quidem bene gra
tias agis: ſed alter non ædificatur. Deus
itaq; extra ſe creauit totum mundum cū
rationalibus creaturis: per quas eius inte
rior immenſa bonitas mente cognoſce
retur ac extrinſece competenti honore
glorificaretur. Siquidem deus ſuam glo
riam exteriori plaſmate uoluit innoteſce
re: uult ergo a ſua creatura exterioribus
operibus glorificari. Porro deus non ceſ
ſat exteriori factura ſuam interiorem glo
riam nobis propalare quoad exterior ſua
gloria ſit conſummata: nec homo igitur
pro uirili deſiſtere debet ab exteriori dei
laude, in habitu honeſto & moribus bo
nis: ieiunio & oratione: cantu & organo:
clangore & thurificatione, ſolennitatibus
& peregrinationibus alijſue cærimonijs
ab eccleſia ordinatis uł laudabili uſu in
troductis.
¶ In contrarium latrant moderni pſeu 2.
do magiſtri & prætendunt exteriores cę
rimonias eſſe confictas & deo diſplicitas.
At ipſi iniuriantur tum eccleſiæ uniuerſa
li, tumetiam priuatis dei cultoribus: quo
niam extrinſece cærimoniæ ueritate ſunt
fulcitæ ac in pleriſq; ſcripturæ locis robo
ratæ. Siquidem inter ſpirituales & ſæcu
lares ſemper fuit diſcrimen habitandi, ue
ſtiendi, cibandi, ſicut ſcriptum eſt de He 4.Reg.1 Mat.3 Mar.1
lia pluribuſq; alijs anachoritis: præſertim
Iohannem baptiſtam in deſerto habitaſ
ſe: pilis camelorum & zona pellicea ueſti
tum: mel ſylueſtre & locuſtas manducaſ
ſe. Conſequenter eccleſia ordinauit pro
ſpiritualibus perſonis monaſteria & cap
pas: cibaria & reliqua regularia. Etſi ini
tio omnem cibum deus generaliter con Gene.2
ceſſerit, nempe ex omni ligno paradiſi co
medere: prohibuit tamen ſpecialiter ueſci Gene. 9 in prin.
de ligno ſcientiæ boni & mali & ne caro
cum ſanguine ederet. Similiter eccleſia
uice dei certis temporibus interdicit car
nis eſum & lacticiniorum. Interdum
quibuſdam in locis ſeu dioceſibus intro
ductæ ſunt ſpeciales & laudabiles ciba
riorum conſuetudines: quæ in eiſdem lo
cis ſunt obſeruandæ tanquam leges ſcri
ptæ: prout in prouincia Salzeburgenſi
legittima

legittima conſuetudine ferijs ſextis ab eſu
ouium abſtinetur, Inſuper qui uoluntarie
uouet ieiunium uel aliud pium opus, te-
netur deo & eccleſiæ ad uotū reddendū.
3. ¶ Ironici hæretici ſemper deriſerunt ꝓut
hodie derident cantum, organum & reli
qua muſicalia in eccleſia; acſi liberalē mu
ſicam deus non ſibi ad honorem nec ec-
cleſiæ ad decorem, ſed ad petulantiam &
ad alias leuitates creauerit. Ex diametro
Pſ 150. ſcriptum eſt: Laudate eum in cordis &
Eccl 38 organo. Item dedit hominis ſcientiam al-
tiſſimus, honorari in mirabilibus ſuis. A
Gene. 4 quo & Iubal obtinuit eſſe pater canentiū
cithara & organo. Paulus igitur inſtin
Col. 3 poſt me. ctu ſpiritusſancti præcipit: ut commouea
mus noſmetipſos in pſalmis, hymnis &
canticis ſpiritualibus, in gratia canentes in
cordibus noſtris domino: hoc eſt: ut dicti
onem aut uocem: quam exterius audim9
uel canimus: interiori corde erga deū de
uote recolamus. Illud eſt noui teſtamen-
ti canticum: de quo Dauid ſæpenumero
Pſ. 32. e 39. e 95 e 97. et 143. et 149 mentionem facit: Cantate domino canti-
cum nouum: Immiſit in os meum canti-
cum nouum. Item domine cantabo tibi
canticum nouum: pſallam tibi in cithara:
Item laudate dominum in pſalterio & ci-
thara, in cordis & organo ac in cimbalis
beneſonantibus; laus eius in eccleſia ſan-
ctorum. Poſtq̃ ergo in ſcriptura ſpiritus-
ſanctus inſinuat, in eccleſia cœleſti deum
Apo. 5 in me. a ſingulis ſuis ſanctis citharas habentibus
collaudari in ſpiritualibus cantilenis me-
rito eccleſia terreſtris unacum ſuis mem
bris obſtringitur diuinæ maieſtati ſimi-
lem laudem & reuerentiam pro ſua uiri
li exhibere. Quemadmodum deus om-
nem creaturam in ſui laudem cōdidit: ita
& cantum & armoniam in ſuæ gloriæ
præconium & decorem finaliter ordina-
uit. Id cernitur in hominis triſti mente:
quæ uiua & læta uoce ac ſuaui conſonan
tia in deum eleuatur.

DE CAMPANIS.

4. Actu. 2 in prin. ¶ Campanarum pulſus circa eccleſiam
typice repræſentat ſonum poſt aſcenſio-
nem domini, de cœlo repente factū tanq̃
aduenientis ſpiritus uehementis: ad exci-
tandum nos, ut ſimiles ſimus hominibus Luce. 12 poſt me
expectantibus dominum ſuum, ut cum
uenerit & pulſauerit, confeſtim aperia-
mus ei. Viciſſim eccleſia conſueuit ſona-
re & pulſare ad cœlum, quod Chrs poſt
ſuum introitum peccatoribus itez occlu Luce 13 ante fi.
dit: iuxta euāgelium: Cum aūt intrauerit
pr̃familias & clauſerit oſtium, & incipie- &.7.1.§.9 in fi.
tis foris ſtare & pulſare ad oſtium, dicen-
tes, dñe aperi nobis: manducauimus corā
te & bibimus & in plateis noſtris docui-
ſti: Et dicet uobis dominus, neſcio uos un
de ſitis: diſcedite a me omnes operarij ini
quitatis. Ad iuſtos uero dicit: Pulſate & Math. 7 Luce. 11
aperietur uobis. Hijs & plurib. ſimilibus
rationibus ſolet eccleſia deum pulſu in-
terpellare pro Chriſtifidelibus tanq̃ ſuis
filijs.
¶ Huiuſmodi deniq; pulſus accomodat 5.
ad quatuor. Primum commodum eſt al- Math. 22 in prin.
legorica ſignificatio: de qua iam dictum
eſt. Secundo iuxta literalem ſignificatio-
nem deſeruit pulſus ad conuocādum po-
pulum in eccleſiam. Tertio contra aeris
tempeſtates (quę interdum ex immiſſio-
ne malignoꝝ ſpirituum in aere habitanti
um acetiam ex ſuperſtitione maleficoꝝ
excitantur) campanæ tanq̃ dei ſigna per
ep̄os benedicuntur. Dauid, n. exprimit
erga dominum: Timebunt qui habitant Pſ 64
terminos terræ a ſignis tuis. Quarto ec-
cleſia inſtituit pro mortuis pulſari iuxta
euangelicum præconium: Et mittet ange Math. 24 poſt me.
los ſuos cum tuba & uoce magna, & con
gregabunt electos eius. ſ. in die iudicij.
Cum autem cuiuſlibet hominis ſingula-
re ſit iudicium hora ſuæ mortis; propte-
rea eccleſia ordinauit pulſum fieri ꝓ præ
mortuo homine: quo eius ſpiritus tanq̃
dei electus euocetur. Vnde elicitur cam-
panas principaliter ad dei honorem eſſe
deſtinatas atq; benedictas. Pariter et aqua
benedicitur: qua tanq̃ elemento nondū
maledicto aſpergantur & purificent ter
rea: quæ propter peccata noſtra ſunt ma
ledictioni ſuppoſita: ſed nobis ad ſalutem
iterum benedicenda. De luminaribus in-
cendendis tam in nouo q̃ ueteri teſtamē Math. 5 cum fi.
to crebra ſit mentio: uti patet. Nam ſicut

deus ſibi ad gloriā innumeras ſtellas creauit & ad decorem in firmamento collocauit, ſic eccleſia ad laudem dei & ad ornatum eccleſiaſticum ordinauit candelas
Iohan.1. accendi: quoniam uero lux nempe Chriſtus lucet in tenebris huius ſæculi.

DE THVRIFICATIONE.

6. ¶ Thurificatio inchoata eſt in templo ueteris legis: qua præcipiebatur ut ſacerdos
Leui.1 in me. obiata adoleret ſuper altare in holocauſtum & ſuauem odorem domino. Idem ſacerdotium agebat baptiſtę genitor Za
Luce 1. post prin. charias: quando cauſa incenſi intrabat tēplum: ubi angelus ei apparuit annuncians Iohannis natiuitatem. Huiuſmodi thurificatio olim fuit & adhuc eſt figura & repræſentatio orationis: quæ in præſenti ſæculo a deuotis in deum fumigat. Eſt quoq; ſignificatio cœleſtis incenſi: de quo ſcri
Apo.8 bitur: Angelus ſtetit ante altare habens thuribulum aureum in manu ſua & aſcēdit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum. Eccleſia ergo intendit exterioribus cærimonijs præfigurare, intrinſecum ſanctorum in cœlo honorem deo exhibitum: necnon præmonſtrare, quomodo mortalis homo ſe in præſenti ſæculo erga deum & ſanctos eius, interiori humili deuotione & exteriori celebri oſtenſione gerere debeat: quo ſua mens incendatur & ad deum ſurſum tendat: ibi petat, pulſet ac tamdiu perſeueret: donec exauditꝰ aditum conſequatur. Hæc eccleſiæ intentio apparet non ſolum thurificatione ſeu pulſione: cantu uel reliquo ſpirituali ornatu: ſedetiam monaſtica conuerſatione: ca
f.97. pillorum raſura: caſtigatione carnis alijſq; ſimilibus cęrimonijs: de quibus alibi.

7. ¶ Qua fronte poſſunt modo aduerſarij q contra cęrimonias latrant & ſcribunt, per conſequens exteriorem dei cultum perimunt: de tāta improba temeritate ſua deo reſpondere: cum nec ipſi nec ſui ſeducti ſequaces exteriorem debitum honorem unacum interiori reddant omnipotenti deo: qui eis tam corpus q̄ ſpiritum dedit ut ſuam diuinam maieſtatem colant interiori ſpiritu & exteriori corpore. Potiſſimum hominū officium & diuinum mandatum eſt: eaque cauſa homines finaliter creati ſunt ac corpore & ſpiritu: intellectuq; & libero arbitrio dotati principaliter: ut uice ſua & omnium creaturarum corporalium, hic & in patria diuinā omnipotentiā æternaliter laudent & honorent necnon bona uoluntate & ordinato amore nomē dei ſemper magnificent nō ſolum interiori ſedetiam exteriori cultu. Qui quidem exterior cultus non niſi per corpus fieri poteſt: neq; compleri neq; perpetuari: niſi & corpus perpetuo duret. Cum autem corpus humanum temporaliter moriatur, igitur neceſſario reſurge
re & ſuo ſpiritui iterum coniungi debet: f.57. f.4 in me.
quo integer homo interior & exterior condignum honorem & debitum obſequium æternaliter poſſit exhibere deo. Cui
(teſte ſcriptura) erit gloria æterna atque Eccl.31. post prin.
cultus perpetuus. Alioqtin exterior cul- Exo.17
tus Dei caſſaretur & periret, inquantum in fi.
homo poſt ſuam mortem ulterius non reſurgeret nec redintegraretur. Atqui diuinæ maieſtati non conueniret, ſuam exteriorem & corporalem laudem perire & non perpetim durari. Vnde perſpicuum eſt: Angelos & homines electos eſſe ad deum peruenturos & imperpetuum duraturos: ad complendam exteriorem &
interiorem gloriam dei: quo eadem ratio Eccl. 15
nales perſonæ potiātur hæreditate æterna
& utilitate indicibili: nā ſicut gl'ia dei ex- Eccl.17 post prin.
trinſecus in creatura dilatat: ſic ſalubris utilitas creaturæ rōnalis intrinſecus in deo (augeſ.

¶ Q; aūt externū cultum ac do- 8.
na & ſacrificia deo pendere debeamꝰ: ex
euāgelio elicit: Siquidem dn̄s Iheſus aſpe Marci 12. Luce 21.
xit ad cultum dei in gazophilacium poni nūmos, proculdubio in magna quantitate iuxta facultatem diuitum: ſed uiduam tantummodo duo æra minuta: quā etiā laudabat dicens: Vere dico uobis quia uidua hæc paupercula plus q̄ omnes miſit: nam omnes hij ex abundanti ſibi, miſerunt in munera dei: hæc autem ex eo, q̄d deeſt illi, omnemuictum ſuum quem habuit, miſit. Ecce CHRISTVS conſenſit dona in templo offerri & nūmis promoueri Dei cultum. Quem quidem nullibi

nullibi prohibuit: quemadmodũ quidã ſæculares principes moliuntur & impediunt quominus quicq̃ ad cultum dei uel ad decorem eccleſiæ uel ad uictum cleri fundetur & erogetur. Quin potius id q̃d hactenus eccleſiæ attributum eſt, tentant eripere: prout tranſacto iam tempore quidam temerarij eccleſiarum ſcrinia fregerunt: bona & clenodia eccleſiaſtica deprædati ſunt: fraternitates damnificauerunt, & ſic diuinum cultum depreſſerũt. Preterea elemoſyna monaſteriorum per canes & paraſiaſtros crebro male conſumitur in detrimentum miniſtrorũ Dei:
Mat. 7 Mat. 15 Marci 7. Luc. 6. contra Euangelium: Nolite ſanctum dare canibus: Non enim bonum eſt ſumere panem filiorum & mittere canibus ad manducandum. Tales immanes tremeſcunt: ne ipſis & dæmonibus bona temporalia decedant & diuino cultui accreſcãt: quæ tamen omnia ad diuinum honorem finaliter creata ſunt. Quanq̃ Deus plus hominis affectum quam donum ponderet: exigit tamẽ donum unacum affectu & corporalem oſtenſionem unacum ſpirituali inclinatione: prout dicta uidua non ſolum afficiebatur dei cultum & templi ornamentum augmentare: ſedetiam ſuum affectum opere & expenſa totius ſui æris manifeſtare uoluit: propterea a Chriſto plurimum commendata.

9. ¶ Nemo autem ſuam ſalutem ſtatuat in cærimonias: utpote in exteriora opera diuini cultus: qui tamen friget ſine cærimonijs. Vbi enim intrinſeca mentis deuotio foras non prodit, ibi frequenter extinguitur interior cultus: ad quem homo prouocatur genuflexu, capite detecto, manu erecta, pectore tunſo, ſtatione ad Euangelium & conſimilibus apertis reuerentijs deo & ſanctis eius exhibitis. Nam uiſis huiuſmodi geſtibus, cæteri ad ſimiles actus incitantur & ad bonum amplius commouentur. Etſi ex eis deriſores frequenter ſcandaliſentur & occaſionem magis irridendi ſumant: boni tamen inde ædificantur: uidelicet per cõmunes preces & publicas proceſſiones: per expreſſas lectiones & cantationes: per candelarum incẽſionem & aquæ benedictiõem ac per reliquas cærimonias & ſolennitates: interi exardeſcunt & ad maiorem ducunt contemplationem. His & pluribus alijs rationibus eccleſia inſtituit ac noſtri diui anteriores laudabili uſu & legittima conſuetudine plures cærimoniarum & diuini cultus obſeruationes introduxerunt, principaliter ad dei gloriam: ſecundarie ad uenerationem eccleſiæ cœleſtis: ad decorem eccleſiæ terreſtris: ad ſuffragium eccleſiæ in purgatorio pœnitentis & nobis mortalibus ad ſalutem. Quæ quidem cærimoniæ hoc infœlici tempore per nephanda diabolica & hæretica dogmata (quę olim ſopita ſed iam iterũ excitata ſunt) apud nos Theutones ſublatæ & deſtructę ſũt, in dei blaſphemiam: toti eccleſiæ ad præiudicium & confuſionem ac nobis miſellis ad exitialem ſeditionem: quę nuper in Germania per tumultus & conſpirationes emerſerat. Quod ueriſimile eſt ſignũ noſtræ futuræ & perpetuæ inquietudinis. Siquidem hic in obſequio diuino ad noſtram ſalutem occupati eſſe nolumus, igitur in alio ſęculo ad noſtrũ ſupplicium inuiti occupabimur. Vlterius non orant deũ ꝓ nobis ſancti: q̃rũ obliti ſumus: ergo nři obliuiſcunť & ipſi. Penes nos in eccleſia diſpijt ordo & decor: quare inter nos merito ſuccedit deordinatio & turpis cõ(fuſio.

¶ Cæterũ honor bifarius eſt, unus 10.
naturalis; alter accidentalis. Naturalẽ honorem exhibere tenemur noſtris progenitoribus ceu principio: quod honorandum eſt per eum qui ab eodem principio prouenit. Hinc emanat præceptum ho- Exo. 20
norandi patrem & matrem. Hac honoris exhibitione, non excellens laus uel gloria ſed naturalis pietas & ſpecialis beneficentia comprehenditur. Cum autem Deus omnium noſtrum primum principium & pater ſit: ipſi igitur ſoli debetur primitium naturalis pietatis & excellentiſſimę beneficentiæ, honoris & obſequij. Si qui alij a nobis honorãtur: ueluti pater, dominus, princeps, presbyter aut alius ſuperior: hoc fit nomine dei per eaſdem perſo- J. ſ. 11 in fi.
nas honoratas repræſentati. Alter honor

accidẽtalis uirtute acquirendus, in ſe con tinet bonum nomẽ, famam, laudem, gloriam uel ſimilia præconia: quibus honorantur, laudantur & iactitantur ſapiẽtes, docti, periti, ſtrenui, & omnes bene morati. Huius honoris exhibitio & præconium æquiparatur exteriori dono ſeu præmio bonorũ operũ: quo patrator boni operis honorat̃ & laudatur ab hijs qui huiuſmodi opus uident atq; cognorũt. Porro ſolus deus per ſe uel p ſuam creaturã bene operatur: nulla.n. creatura ex ſe ipſa habet unde bonũ agat: qm̃ in ſe uana eſt & ex nihilo creata. Quicquid boni per creaturam fit: non ei ſed deo eſt attribuendum. Quare ob bona opera nemo præ

Ƨub.5 ter deum eſt exterius & principalis glorificandus ſeu laudãdus. Veruntamen creatura rationalis deo cooperãs: utpote quæ bono operi accõmodat liberam uoluntatem, diligentiam & complacentiam: cõſequitur a deo intrinſecum commodum et præmium, nempe hic gratiam, in futuro beatitudinem. Sicq; deus exterius creſcit & creatura interius: quæ etiam augmentatur uſq; ad ſui perfectionem. Huiuſcemodi accreſcentiam et augmentationem

Gene.9 in prin. diuini cultus, deus fieri mandauit: quando dixit, creſcite & multiplicamini.

II. ¶ Hoc pacto utrunq; crementum ſimul oritͬ ſub uno & eodẽ ope bono: quod fit ex gratia diuina unacum libero hominis arbitrio: nam externum Dei crementum eſt hominis internum. Deus quidem & ſuum nomen creſcit exterius duobus locis, nempe in intellectu & libera uoluntate: in intellectu quando homo incipit cognoſcere deum & diuinas operatiões ac uirtutes. Secundo in libera uoluntate hominis creſcit deus: quando ipſum homo credit, timet, amat, honorat, laudat; in eũ quoq; ſperat et confidit. Interim creſcit intrinſeca utilitas hominis: quem deus fouet ac dotat: præſertim in eo auget fidem, timorem, ſpem, charitatem cæteraſq; uirtutes. Perpende rogo, quantum deus homini propinquare dignatur, potiſſime ut ſuum nomen extrinſecum homini impri

Mat.6. c.67.§ 8 mat̃ & p eum ſanctificet̃: utq; homo ui uiſſim deo appropinquet & in eo beatificet̃. Perſpicuum itaq; eſt, p uno bono opere á deo p hoiem patrato, deum glorificari exteriori laude, & hoiem dotari interiori fructu. Et ſic uterq; tum deus tum homo merito præmiat̃: cum utriuſq; uoluntas in illud bonum opus ſit conſentanea.

¶ Enimuero deus interioris præmij uel utilitatis non indiget: cum in ſeipſo ſit perfectus uſq; adeo ut ſibi intrinſece nihil addi uel adimi poſſit, extrinſeca autem laus & gloria eius amplianda eſt in creaturis finaliter ob huiuſmodi ſuam gloriam cõditis. Econuerſo creatura, in ſe uana et uacua, interiori eget præmio & utili: q̃d Deus ei præſtat ob opera bona: quæ ipſe p eandem creaturam patrauit. Deus itaq; a creatura præmiatur exteriori triumpho cęrimoniarum, laudis & gloriæ. Viciſſim creatura a deo præmiatur interiori commodo gratiarum. Nequaq; igitur homo pro quouis opere appetat exteriorem laudem: ſoli deo competentem. Vaniſſima enim arrogantia eſt, hoiem (qui in ſe prorſus uacuus & nihil alid' q̃ inanis terra eſt) quærere exteriorem laudem & ſæcularem triumphum: acſi uacuum uas p pleno uini proclamari ualeat. Talis quidem uaſa ſua reportat uacua: ueluti in Hieremia ſcribitur. Quapropter dominus præcipit, ne iuſtitiam noſtram faciamus ut ui deamur. Nihil itaq; interioris boni eſt in ſuperbo: exteriorem laudem quęrente et eo magis ſe interius euacuãte. Nam quo plus exterioris gloriæ expetit, eo minus interioris utilitatis & grẽ acquirit. Deus aũt pfectiſſimus eſt interiorib. uirtutibus: in quibus exterior honor & fama, laus & gloria firmiſſima radice ſolidant̃: q̃obrem poteſt & debet p creaturã extrinſece glorificari, tanq̃ oipotens, ęternus, pius, iuſtꝰ dñs, ſume bonus; qm̃ in ſeipſo plenus eſt oipotentia, æternitate, miſericordia, iuſtitia, dñatione & extollentia. Hois aũt dominatus, potentia, iuſtitia, magiſteriũ uel ſimiles dotes non ſunt ab homine: ſed a deo: qui ſolus magiſter eſt et dñs. Laus igitur et gloria: q̃ ſuper humana ptãte, dominatiõe, magiſterio aut iuſtitia fundat̃: ædificata

Margin notes (right column): 12. Ps.15 in prin. — Seneca — Hiere.14 in prin. — Math.6 in prin. — 1.Es.10. post prin. Johan.13 post prin.

Math.7 in fi. ædificata eſt ſuper arenam & in uentum: quando deſcendit pluuia uel ſufflat uentus, ſtatim ruit, iuxta euãgeliũ. Nemo inſiciari põt, quin iuſtitia a legali iudice exercitata, ſit a deo, non a iudice. Cui ob eandem iuſtitiam nomine dei, non ſuo, exhibenda eſt laus & gratiarum actio.

13. ¶ Poſt deum poteſt cultura duliæ & cęrimoniarũ celebratio impendi creaturæ inquantũ eſt dei imago: & quanto creatura ſimilior eſt diuinæ imagini, tanto dignior eſt & potiori ueneranda obſequio. Quamobrem ſancti ſunt honorandi ceu certę & fulgidę imagines dei. Præ cæteris creaturis & ſanctis potiſſimum colenda eſt nuda humanitas & crux Chriſti: deinde ſua genitrix Maria, excellentiori .ſ. cultu hyperduliæ. Depicta uero crux aut ſanctorum effigies nõ ſunt aliter colendæ quam in nomine ſanctorum quos repręſentant: prout ſcriptura uel ſigillum honoratur ꝓpter dominum, a quo emanat, de hac materia dictum eſt ſupra.85.§.8.

OCTOGESIMVM NONVM CAPITVLVM.

De indulgentijs.

EX eccleſiæ theſauro poteſt fieri plena ſatiſfactio ꝓ omni reatu culparũ, unacũ relaxatiõe totiꝰ pœnę deſup impoſitę. In ſacra quidẽ ſcriptura hactenus nihil cõpertũ habeo de largiſſima grã ſeu plenaria indulgentia: pterquã figurã Iubilei in Leuitico deſcriptã: ꝗ in ſepties ſeptem annis (quæ ſimul faciunt quadragintanouem annos) ſeruitus maneat: annus autem quinquageſimus ſanctificabatur & erat Iubileus: quo cuncti habitatores terræ liberabantur. Hinc magnus Gregorius papa ante nongentos annos indulgentias conceſſit remittendi pœnitentias impoſitas reatuſq; debita. Id omnes eccleſiæ per orbem acceptarũt: papalem recognoſcentes auctoritatem & hactenus debita obedientia acceptant. In concilijs inſuper œconomicis indulgentiarum iubilei ſunt annumerati ad abolendum enormes culpas & maculas (Leui.25. poſt prin.) peccatis aſſiduis cõtractas. Deinceps plures ſpeciales uenię & plenariæ indulgentię per ſumos pontifices ſunt cõceſſę: Sed acto tpe adeo indiſcrete in nundinis uenales expoſitæ: ut inde plus ſcandali quã ſalutis emeruerit: quo nũc claues eccleſiæ quodãmodo eneruantur & Romana cõtemnitur auctoritas. Qua quęſtores indulgẽtiarũ doloſe ſunt abuſi: indulgentias ad ſuũ lucrũ extendentes & nõ iuxta uerũ tenorẽ bullarum exponẽtes: Imo ubiq; infideliter cõmiſſam ꝓuinciã executi ſunt. Vt aũt indulgentiarũ theſaurũ & plenariã remiſſionẽ itelligas aut qd pœnę uel reatus p eas indulgeatur ſeu aboleatur: ſcias pœnam eſſe quincupartitam: duę ſunt in alio ſæculo, tres in præſenti. (De pe. di. 3 ſut pluresq §. aucto.)

¶ Prima & maxima pœna eſt infernalis neq; p grãm neq; per indulgentiã remittẽda: de qua ſupra.80.§.2. Secũda alterius ſęculi pœna eſt purgatorij: de qua partim dixi ſup.83.§.9. Illuc nec papalis nec alia uenia extendit aliter quã per modũ ſuffragij & alieni auxilij: cũ hic ſit occultũ qd in purgatorio cũ aiabus agat: quantũ reatũ ſecũ illuc detulerint & luere habeãt. Nam nec uiuis abſolutio dat nec indulgentia impartit: niſi prius ſua delicta cõfeſſione detegãt: poſtea abſoluunt iniũcta tẽporanea pœnitẽtia iuxta qlitatẽ cõfeſſarũ culparũ. Quanto minor eſt eadẽ pnĩa & exceſſibus inęqlior: tantũ in purgatorio reſtaurabit. Porro pnĩam in futuro purgatorio iniungendã unacũ tẽporanea pnĩa hic iniuncta, poteſt papa ex plenitudine poteſtatis per indulgentiã tollere ab hoie uiuẽte ſub eiꝰ cura conſtituto: uirtute uerborũ Chriſti ad Petrũ dicentis: Quodcunq; ſolueris ſuper terram, ſolutũ erit & in cœlis. Anima autẽ a corpore ſeparata non eſt amplius ſub papa ſed diuino iudicio imediate ſubiecta. Quare illuc tãquã in alienã meſſem nõ extendit papę auctoritas nec indulgẽtia: q̃ ſolũ cõtritis & cõfeſſis cõcedit. Anima autẽ, quę migrauit, nõ poteſt hic cõfiteri: nec conſtat de eius reatu nec de quãtitate pœnę eidẽ in purgatorio iniunctę. Quare nec papa nec quiuis alius ſe intromittere poteſt eandem animam iudicare 2. (De obitu eccleſie c.15. §.13.) (Math 16)

aut abſoluere & ex purgatorio in cœlum
ſubleuare: Quia ad deum non quęrit ſen-
ꝯ. 19. q. 3 in ſumma. § b. a. tentia ſacerdotum ſed uita mortuorũ pu-
niendorum. Sperare tamen licet, Si pi-
um opus in bullis indulgentiarum expreſ
ſum ſeu impoſitum: utpote ſubſidium cõ-
tra Thurcos uel aliud neceſſariũ reipubli
cę Chriſtianæ negocium: uice unius uel
plurium animarum adimpletur: id eiſdem
c. 83. § 10 animabus ſuffragari tanquam alienũ ſub-
ſidium ad luendam ſeu ſubleuandam pœ
nam ipſis determinatam. Atat indulgen-
tiarum promulgatores ad purgatorium
fictæ extenderunt bullas papales. Quibus
aperte exprimitur relaxari pœnitentias in-
iunctas. Vbi intelliguntur duntaxat pœ-
næ canonicæ a iure ſcripto ſtatutæ uel ꝑ
pontifices ſeu eorum ſubditos impoſitę &
taxatæ: quas plenitudine poteſtatis papa
remittere intendit: nõ eas, quas diuina iu-
cle. abuſionibus. de pen. 1. re miſ. ſtitia aīabus exutis dimetitur. Huiuſmodi
indiſcreti indulgentiarum interpretes: qui
ſimplices defraudant & ab eis aſtute nũ-
mos extorquent: ſingentes animarum ex
purgatorio liberationem: a papa Clemen
te & ſuo concilio acriter obiurgantur &
prohibentur. Hactenus de ambabus
pœnis futuri ſæculi.

3. ¶ Nunc animaduertendum eſt de trib⁹
temporaneis pœnis, in hoc ſæculo homini
infligendis. una eſt caſtigatoria: altera euã
gelica: extrema appellatur canonica. Pri-
ma infligitur per plagam ſpecialẽ uel ge-
neralem: quam deus immittit uel permit-
tit ſuper unum aut plures homines: quan
doq; contra ciuitates uel totum regnum:
de qua ſupra. 75. § 1. Eadem pœna pla-
c. 75. § 2 poſt prin. gæ eſt patienter toleranda: nec papali uel
alia indulgentia aboleri poteſt: quoniam
ipſos pontifices huiuſmodi pœnam ferre
oportet: prout moderno papę hoc anno
contigit: quia crudelibus ſtipendiarijs ne
quiter inuaſus & caſtello detentus, cũ ſui
& ſuorum inhumaniſſima afflictione dila
niatus eſt. Pariter apparet in mortis pla-
ga: quam nec papa nec cæſar declinare ua
let. Præterea labor & afflictio, infirmi-
tas & aduerſitas cætereq; tribulationes
(quibus totum genus humanũ propter
peccata plagatur) durante hoc mundo fi
nem non habebunt. Secunda pœna tẽ-
poranea eſt euangelica, & ſuſtinenda inte
riori patientia, cõtritione, triſtitia & deuo-
tione, ac etiam exteriori corporis caſtiga-
tione boniſq; operibus erga deum & ꝓxi
mum ac contra ꝓpriam carnem exercen-
dis: de qua ſupra. c. 76. Quamquidem pœ
nam quęuis indulgentia nullo iure adime
re debet nec poteſt: Alioquin tolleretur c. 16. ante ſi.
crux: quam poſt Chriſtum baiulare de-
bemus ob noſtra peccata: quibus cõtinue
incumbimus: ideo quottidie oramus ad
deum: dimitte nobis peccata noſtra. Ter- c. 8.
tia canonica ceu legitima pœna: aut eſt
exterioris fori ſæcularis & ſpiritualis: ciui
lis & criminalis: aut interioris fori conſci-
entiæ. Exterior quidem pœna eſt iudi-
ciaria & conſtituta ad tutelam innocentię
& repreſſionem malicię. Hæc pœna bul-
lis ueniarum non comprehendit neq; qua-
uis indulgentia tollitur: alioquin per pa-
pales gratias omnes excõmunicati & uin-
cti liberarentur: omnia tormenta & pati-
bula ac uincula eſſent ſublata. Altera le-
gitima pœna .ſ. interioris conſcientię eſt
præſentis materiæ ac ſola & nulla alia pœ
na includitur literis indulgentiarum: de
qua ſequitur.

¶ Ordo diuinus eſt duplex uidelicet na- 4
turæ & iudicij: Tranſgreſſus naturæ or-
dinem: incidit in iudicium. Bonum qui
dem ordinatum eſt ſecundum naturam:
malum uero ſecundum iudicium. Cum
autem homo peccauerit contra ordinem
naturæ: ideo Chriſtus & eius eccleſia or-
dinauit iudicari peccatum tanquam inimi
cum dei & hominis, ꝓpterea inſtituit tri-
bunal pœnitentiæ ſeu conſcientiæ. In quo
exigitur excuſator, reus & iudex. Accu-
ſatrix eſt ſcientia: reus peccator: iudex cõ
feſſor. Ille quidem iudiciarius ordo ere-
ctus eſt per uniuerſam Chriſtianitatẽ in
multis curatoribus: utpote plebanis & co-
operatoribus: quibus præficiuntur epiſco
pi: quorum omnium ſupremus eſt papa.
Quatinus ordo illius iuriſdictionis ſucceſ-
ſiuo modo reguletur & ſingulis neceſſita
tibus eccleſiaſticis ſedulo ꝓuideatur: nec-

non omes

non omnes ſpirituales cauſę iuxta diuinā iuſtitiā ſufficienter audiantur, trutinētur, examinentur ac decidantur. Dicti denique eccleſiaſtici ſuperiores ceu iudices & deciſores huius iudicij, facultatem habēt imponendi temporales correptiones & pœnas pro cōmiſſis. Deſuper inſtinctu ſpiritus ſancti in iure canonico lati ſunt & decreti canones pœnitentię q̄ſi ſatiſſactoriæ ꝓ culpis cū moderamie & tpe pœnitēdi: cū differētijs & reſeruatiōibus, qd plebanꝰ aut epiſcopus aut papa decidere habeat. p̄cipue ꝓ cōmuni pctō mortali imponere quadragenā: hoc ē ieiuniū q̄draginta dierū in pane & aqua. Deinde p̄riam ſeptē annorum: quorum ſingulis ſeptimāis tres dies ſint ieiunandi: cum pluribꝰ alijs grauibus pœnis.

5. ¶ Præfata pœnitentia appellatur canonica: non quidem p canones inuenta ſeu inſtituta: ſed per eccleſiā & eius p̄ſides ponderata & taxata: tanquā ſatiſfactio condigna non ſolū diuinæ miſericordiæ ſed etiā iuſtitię: quæ naturaliter exigit pœnam ab homine: qui ſuis peccatis deum offendit & ſe deo debitorem obnoxium conſtituit. Cum autem huius ſatiſfactionis quantitas, quam diuina iuſtitia a peccatore requirit, nos prorſus lateat: igitur eccleſiaſtici patres, auctoritate euangelica (quodcūque ligaueritis ſuper terram etc.) uſi, inſtituerunt canones pœnitentiæ: non quod ſatiſfactionē diuinæ iuſtitiæ apprehenderint: ſed eam pro ſufficienti pœnitentia taxarunt & æſtimarunt: quo aptius confeſſores æqua comparatiōe agnoſcāt, quātum pœnæ, iuxta modum delicti, ſit imponēdum: quod diuinæ ſententiæ pro peccati reatu expiando conſonum eſſet. Sicci ne olim Niniuitæ tantam egerunt pœnitentiam ut ab eis diuina ſententia ſit auerſa. Pariter & Nabuchodonoſor digna pœnitentia gratiam meruit.

Math. 16

Jon. 3

Dan. 4

6. ¶ Poſtquam uero huiuſcemodi grauem ſatiſfactionis pœnitentiam homines amplius ferre noluerint: permiſſum eſt de cætero modicam imponi pœnitentiam: quæ ſatisfactioni pro delictis minus par eſt, reſiduum igitur debitæ pœnitentiæ differtur ad plenariam indulgentiam aut ad alia remedia. Si qua nulla impetrantur: reſiduum ſatisfactionis deſtinatur ad purgatorium ibi abolendum & redintegrandum. Eadem quippe pœna iure canonico expreſſa uel per pontifices & plebanos tanquam Chriſti uicarios, pro delictis hic impoſita uel illic per diuinam ſententiam determinata, appellatur pro reatu ſatisfactio: quæ tamen uim accipit ex ſolo merito Chriſti. Quæ quidem ſatisfactionis pœna tota conſiſtit in plena poteſtate papæ. Sub cuius ſpirituali iuriſdictione ſunt omnes Chriſtiani totius eccleſiæ terreſtris, uirtute euangelij, non auctoritate canonum: qui conditi ſunt longe poſt euangelium: in quo dominus Iheſus ſuas oues ſoli Petro commiſit ter mandans: Paſce oues meas: inter quas, toto orbe terrarum diſperſas, nulla eſt excepta. Cum autem papa, ceu omnium fidelium ſuperior & uniuerſalis paſtor, non ubique eſſe poſſit: nec undique ad eum oues confluere expedit: Requiritur ergo, pro ouium neceſſitate, apoſtolicam poteſtatem literis & bullis tranſmitti: quemadmodum Paulus cæterique diſcipuli domini abſentium Chriſtifidelium negocia epiſtolis abſoluerunt. Quocirca papa per legatos & bullas ubique terrarum uti poteſt ſua auctoritate: quam Chriſtus ſingulariter Petro conceſſit dicens: Quodcunque ligaueris & ſolueris etc. ubi Petro aut ſuis ſucceſſoribus nullam dimenſionem aut metam determinauit: ſed ſua uerba ſine omni exceptione in plena poteſtate Petri ſiniuit. Vigore huiuſmodi poteſtatis ſucceſſo temporis pontifices & concilia condiderunt canones & decretales: in quibus ſuos ſubditos pœnitentijs & ſalutaribus ſtatutis ligauerunt. Eadem ligamina & ſtatuta pœnitentiæ iterum ſoluendi Pontifices moderni æqualem ac priſci habent poteſtatem. Hinc emanant legittimæ indulgentiæ & papales ueniæ.

Johan. 21

Math. 16

¶ Præterea papa, ceu uicegerens Chriſti, poteſt tollere omnes pœnas eccleſiaſticas: 7

ueluti excōicationes & interdicta:omnes ſpirituales libertates & priuilegia: ueluti diſpenſationes & cōfeſſiones in caſibus q̄buſcunq̄:illas totaliter relaxare uel in alia opera cōmutare. Et quāuis reliqui extra papam curatores,abſoluant a pœna & a culpa:pœna tamen intelligitur æterna & infernalis:per culpam intelligitur peccati commiſſum.Pro reatu autem culpæ iniūgit confeſſor pœnitentiā: quam ſolus papa habet remittere plenaria clauium poteſtate. Nonnulli deniq̄ enormes caſus ſoli papę reſeruantur,quod figuratur in lepro
Marci i. Luc. 5. ſo:quē Chriſtus miſit ad principem ſacerdotum ut offerret pro emundatione ſua quę pręcepit Moyſes.Sicut ſuffragia ſanctorum in cœlo & cęrimoniæ eccleſiaſticæ orationeſq̄ iuſtorum in terra,tanquam aliena auxilia,nobis mortalibus,ad delendum maculas uel ad relaxandum reatum culparum coram iuſtitia diuina prodeſſe poſſunt:ſic papales uel aliæ indulgentię ꝑ ſunt ad relaxandum pœnas a deo uel eccleſia:a papa uel aliis curatorib⁹ nobis impoſitas. Attamen huiuſmodi indulgentiæ & ueniæ ſunt diſtribuendæ ex cauſis pregnantibus,fortaſſis diuinum cultum aut eccleſiæ decorem aut cōmodum proximi aut ſalutem animarum concernentibus. Potiſſime ad defenſionem & conſeruationem fidei & plebis Chriſtianæ per indulgentias cōcedendas,poſſunt colligi atq̄ recipi pecuniæ abſq̄ labe Symoniæ. Noli tamē credere nec ęſtimare per quæſtum acquiri ſalutem: prout Paulus ſcribit de quibuſdam:qui a ueritate priua-
1.Thi.6 poſt prin ti ſunt exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem. Sed ſalutem acquiris ex Chriſti merito:quod tibi communicatur ui clauium papæ,propter tuam contributionem quam præſtas ad opus bonum pro ueniæ participatione impoſitum.

8. ¶ Ad indulgentiarum clariorem enucleationē ſcias in eccleſia triplicem haberi poteſtatem a Chriſto datam: Prima cois eſt cognoſcere & iudicare ſuper hoim cōſciencias. Hanc poteſtatem dominus dedit omnibus ſacerdotibus:ut quorum remiſerint peccata,remittantur eis & quorū retinuerint,ſint retenta. Sacerdotes itaq̄, Iohā.20.
ubiq̄ in orbe ad animarum curam deſtinati,facultatem habent audiendi confeſſos: abſoluendi a peccatis & retinendi peccata:hoc eſt imponendi pœnitentiam peccatoribus.Hæc facultas conceditur paſſim omnibus ſacerdotibus:ut abſoluant a culpa & pœna ęterna,qua abſolutione ſummopere egent uniuerſi Chriſtifideles per uaſtum orbem diſperſi. Secūda poteſtas,cōi poteſtate ſuperior, eſt ſpālis iuriſdictio in foro conſcientię quoad pœnam temporalem,pręſertim in aliquibus publicis criminibus. Hanc poteſtatem reliquit dominus apoſtolis & ſuis ſucceſſoribus epiſcopis:q in hoc plus auctoritatis habent quā cęteri ſacerdotes.Dum em̄ dn̄s eum: quē correptus non exaudierat: remitteret ad Math.18.
eccleſiam,nempe ad eccleſiaſticā ſuperioritatē:loquebatur cū apoſtolis & in eorum perſonis cum epiſcopis: Hæc ſcilicet uerba:Amen dico uobis, quęcunq̄ alligaueritis ſuper terram erunt ſoluta & in cœlo. Hic per cœlum repręſentatur cuiuſlibet epiſcopi eccleſia uel diocefis:per alligationē uero & ſolutionē denotatur poteſtas condendi ſtatuta in ſua dioceſi:imponēdi publicas pœnitentias,puniendi,excōmunicādi,aggrauādi uel interdicendi rebelles tanquā ethnicos & publicanos. Nam clare ſequitur in euangelio: Qui eccleſiā .i. eccleſiaſticā iuriſdictionem non audierit,ſit tibi ethnicus & publicanus. Eadem deniq̄ ſpiritualis poteſtas in ſuo tamen diſtrictu,poteſt abſoluere excoicatos & leges ſuas iterum tollere aut mitigare.

¶ Tertia eccleſiæ poteſtas eſt plena & ſolius papæ. Cui in perſona Petri & nulli a- 9.
liij Chriſtus dedit claues regni cęlorum,.i. c.16. in fine
plenitudinem poteſtatis in uniuerſis diſtrictibus & eccleſiis totius terræ. In quibus ſiquid ligat aut ſoluit,ratificatur in cœleſti eccleſia. Poteſtatem autem reliquis Math.18.
apoſtolis datā dominus reſtrinxit ad unū ſingulare cœlum:quo cuiuſlibet apoſtoli uel epiſcopi diſtinctus diſtrictus & ſingularis dioceſis ſignificatur. Ad Petrum Math.16.
uero conſulte expreſſit cœlos in plurali: ad ſignificandum,Petrum & ſuos ſucceſſores poſ

ſores pōtifices oībus dioceſibus uniuerſę
Chriſtianitatis ſore ꝑpoſitos, Papa inſuꝑ
tollere pōt oēm maculā & reatū: oīa uin-
cula & pœnitētias: eaſdē cōmutare ī bona
opera: utpote in expeditionē cōtra Thur-
cos: in elemoſynā pauperū: in ſtructuram
eccleſiæ uel in ſimilia pia & facilia opera.
Huiuſmodi leuis pœnitētia apoſtolicę ue-
nię cōducit impacientibus & pigris homi-
nibus: quo faciliori pœna ſuū reatum lu-
ant aſperaſq; & prolixas pœnitentias eua-
dant uia plana & tempore breui. Quidā
autem pręſumunt, papæ auctoritatē eſſe
duntaxat ſoluendi ea quæ ipſe uel ſui ante
ceſſores uel ſubditi ligauerunt: ueluti ca-
nones pœnitentiales: conſtitutiones, pręce
pta uel interdicta: acſi poteſtas ſoluendi — J. § u
non ſit maior poteſtate ligandi. Contra — ante fine
quod uerba Chriſti ſonant: Quodcūq; ſol-
ueris ſuper terrā, erit ſolutum & in cœlis. — Mat. 16
Hanc ſoluendi poteſtatem Iheſus Petro
dedit antequā decreta & canones pœnitē
tię ederent. Eotēpore Petrus nondū liga-
uerat quenquā, ſecundū aduerſariorū igi
tur opinionē auctoritas ſoluendi caſſa &
Chriſti uerbum fruſtratū fuiſſet, quod ue
ritati omnino contrariatur.

10. ¶ Cęterum papalem poteſtatem conat̄
Lutherus radicitus euellere: prętendens
papam reatum culpæ non poſſe tollere
nec in aliam pœnitentiam commutare:
cum tamen ipſe ſua peſtifera doctrina aſ-
ſerat, per fidem uno momento peccato-
rem a pœna & culpa ac ab omni reatu
liberatum iri. Cui antichriſtiani iam
aſſentiunt, pręſumentes ſe eſſe beatos uir
tute ſuę nudę & claudicantis fidei: pror-
ſus deſpicientes papalem gratiam. Quæ
tamen non abſolute nec immediate o-
mnem culpam & reatum abolet: ſed
prius requirit a peccatore contritionem
& confeſſionem. Siquidem peccatis
uirtute ſacramenti pœnitentiæ prius re-
miſſis: demum papa auctoritate clauium
dignatur remittere uel in aliam operam
commutare ſatisfactionem: ad quā homo
pro ſuo cōmiſſo & reatu hic aut in alio ſæ
culo perſoluendam tenebatur. Pro-
pter eandem ſatisfactionem papales in-
dulgentiæ nequaquam ſunt a pernandę
ſed obnixius requirendę: quoniam hu-
iuſmodi indulgentię prębent ꝓpinquam
uiam ad Chriſtum & congruū ſuffragiū
apprehendendi eius meritum necnon mo
dū poſt mortē celerius perueniendi ad cę
leſtem uitam. Noli tamen nimiū cōfidere
indulgentijs: ne in te timor domini tepe-
ſcat. Pręomnibus plus formidare debe-
mus diuinam iuſtitiam quam ſperare abſ
q; actuali pœnitentia conſequi diuinā gra
tiam & miſericordiam. Hinc Dauid ait:
In labore hominū non ſunt & cū hoībus — Ps 72. in prin.
nō flagellantur, ideo tenuit eos ſuperbia
& operti ſunt iniquitate. Porro papa-
lis indulgentia non tollit naturale debi-
tum: ad quod ſemper aſtringimur: nec
pœnitentiam euangelicam: quam ſpon-
te ſubire debemus: neque pœnam affli-
ctiuam: quam patienter ſuſtinere cogi-
mur: neque pręſens purgatorium: ſed ſo-
lam pœnitentiam iniunctam & debitam
conſcientiæ ſatisfactionem a deo uel ab
homine decretam. Quamobrem poſt pa
palem ueniam tibi conceſſam, nihilomi-
nus debes declinare a malo & facere bo
num perſeueranter uſq; in finem uitę. — Mat. 10

¶ Inſuper papalis indulgentia, iuxta te- 11.
norem bullę, conceditur duntaxat con-
feſſis & uere contritis. Vere contri-
tus nullam fugit pœnam ſed ſequitur
Chriſtum in cruce & in morte: ut eius — 2. Cor. 1
paſſiones abundent in ipſo, nam in re- — Act. 14 in f.
gnū cœlorum oportet intrare per mul-
tas tribulationes: quas uere contritus non
abhorret ſed uolūtarie ſuſtinet. Etſi papa
lem indulgentiā conſequeris, tamen non
ideo ſtatim ſolutus es ab omni debito ut
ſine alio medio cœlū intres: niſi decętero
fugias malū & facias bonum. Vnde indul — de pe. di. 1 quis aliquā
gentiarū bullę ſunt ſane intelligendæ: nō — §. in Leui.
indiſcrete nec ad quæſtum exponendę: — e c. voluiſſet e c. qui
nec ad afflictiuam &. euangelicam pœni- — ſanatus
tentiā torquendę: neq; deorſum ad purga
toriū uel ſurſum ad diuinū tribunal exten
dēdę: ſed legittimo tramite dirigendę: ne
inſipientes ſeducantur & timorem dñi

unaĉum pecunia,ad conſequendã indul-
c.59. ante ſi. gentiam expenſa, amittant. Supra dixi
clauium auctoritatem latiorem eſſe ad ſol
uendum quam ligandum: Siquidem cu-
rati abſoluere poſſunt a peccatis: ſed ne-
minem ligare in peccatis:niſi cum penitẽ-
tia.Quilibet em̃ peccator ſeipſum ſua te-
meritate ligat. Lazarus quidẽ prius erat
Johan.11. ligatus:poſtea eum apoſtoli ſoluerunt &
nunquam ligauerunt. Attamen eccleſia-
ſtica ſuperioritas ſubditos rebelles inno-
dare poteſt graui cenſura excommunica-
tionis:de qua ſequitur.

NONAGESIMVM CAPITVLVM. De Excõmunicatiõe.

9.q.4. c.ſi. cum ſimilibus. Roma. 9. ante ſi.

EXcommunicationũ alia eſt minor:alia maior. Minori excommunicatione.i. ſpirituali morte quilibet peccator mortalis ſeipſum innodat & diabolo ſubijcit,quo fit uas irę aptũ in interitum. Eadem propria excõmunicatio eſt homini uenenum, non antidotum:cõmaculat em̃ imaginem dei deturpans ſeipſum tanquam membrum Chriſti & eccleſiæ:in quibus tamen adhuc fide
24.q.1. certum. pendet. Nam licet impius,charitate amiſſa,inimicus dei effectus & a deo totus ſit ſeparatus: non tamen omnino a Chriſto ceu capite nec ab eccleſia ceu corpore ſpirituali deſecatus eſt. Quamdiu em̃ fide deo coniungitur,i. in catholica religione exiſtit & ab eccleſia non abſcinditur utpote non excommunicatur: tamdiu in ſe continet calorem fidei & ſpiritualis uitæ:
c.63. §.11 in me. quo poteſt fieri particeps communis ſuffragij & boni influxus eccleſiæ: q̃ rurſus pc̃tori contrito a deo gratiam impetrat. Qui autem in maiorem excommunicationem & mortem ſpiritualem totaliter incidit:nempe a fide deficit:uel ob maleficiũ ab eccleſia excluditur:is neq; ſuffragij eccleſiæ neque boni influxus Chriſti particeps erit.

2. ¶ Huius tale habes exemplum. Brachiũ aridum ſeu paraliticatum motum & ſenſum perdit: remanentibus tamen neruis ſeu arterijs, quibus brachium pendet in corpore uiuo,adhuc a capite naturalis humiditas & ſalubris uis p̃fluit in idem brachium:qua recõualeſcere poterit. Quod ſi a corpore abſciſum ſit uel nullo uiuo neruo in corpore pendeat:tunc foueri nequit,carens influxu naturalis caloris. Con ſimili modo quamuis peccator ſit aridus & ſemiuiuus artus eccleſię,fide tamen & baptiſmo artat̃ neruis eccleſiaſticis. Ideo per corpus eccleſiæ a capite Chriſto fouetur,particeps ſalubris influxus: utpote cõmunis ſuffragij eccleſię & meriti Chriſti.
Ad quod iſtud Pauli facit:Si autem Chri- Roma. 8 poſt prin.
ſtus in uobis eſt: corpus quidem mortuũ eſt propter peccatum:ſpiritus uero uiuit propter iuſtificationem. Qui autem a capite Chriſto & a corpore myſtico,ſ.ab eccleſia eſt prorſus abſciſus cute & neruo:prout excommunicatus uel infidelis neq; cute neq; arteria inhęret eccleſiæ: is nullã ſalutarem influxum a capite Chriſto acci-
pit:quinymo omnis ſpiritualis ſuffragij ex 11.q.3. omnis
pers, diabolo relinquitur uſq; ad ęternam mortem. Niſi excommunicatus humiliter
obediat eccleſiæ:ueluti Simon magus ba- Act.8 in me
ptiſatus faciebat. Vel gentilis p̃paret ſe ad gratiam pręuenientem & ad auxilium dei
ueluti Paulus ſe pręparabat. Illi tunc per- Act.7
tingent ad gratiam gratum facientem: tametſi adhuc expertes ſint influxus ſpiritualis,donec eccleſiæ incorporentur. Quęq;dem incorporatio fit quando baptiſatus peccator (qui fuit membrum ab eccleſia abſciſum) ad deum & eccleſiam reflectitur contritione & confeſſione: tunc iterũ incorporatur eccleſiæ tanquam corpori Chriſti ſui capitis. Pariter quando infidelis baptiſatur & fide imbuitur,tunc efficit̃ nouum membrum eccleſiæ conneruatũ. Quippe ſacramentum baptiſmi nouũ cõſtituit membrum: Sacramentum pœnitentiæ deperditum recuperat. Porro
utraq; excõmunicatio minor & maior in Luce.22
Iuda apparuit. Prima cum diabolus immi Johan.13 in prin. & ante ſi.
ſit in cor eius ut Chriſtum traderet: tunc illum inuaſit diabolus peccati mortalis. Deinde cum in eodem peccato Euchariſtiam accepit,nec ad multiplicem domini admonitionẽ

admonitionem reſipiſcere uoluit:tunc fuit derelictus a domino & obſeſſus a diabolo ac induratus in excommunicatione maiori.

3• ¶ Eadem ſecunda excommunicatio nũcupatur anathema, ex hoc ſumpta euangelio: Si eccleſiam.i.ſpiritualem ſuperioritatem non audierit, ſit tibi ethnicus & publicanus. Hoc exemplo eccleſia conſueuit rebelles & pertinaces excommunicare: quemadmodum caro putrida reſecanda & ouis ſcabioſa a mundis diſgreganda eſt: ne caro recẽs putreſcat, neue oues mundæ inficiantur: ita peruerſi extra cõmunionem fidelium per excommunicationem ſunt ſeponendi. Auguſtinus aſſerit, excommunicationem noui teſtamenti eſſe præfiguratam in ueteri teſtamento per ſententiam capitis cõtra tranſgreſſores legis. Chriſtianus igitur excommunicationẽ timeat, nõ cõtẽnat: ne ſpũalis uitæ exors fiat & corpus Chrĩ nẽpe eccleſiam perdat. A qua ſiquis euellitur, ſpiritum Chriſti non habet & ad deum ulterius non ſpectat. Nam Quiſquis (inqt apoſtolus) ſpiritum dei non habet, hic nõ eſt eius. Ea de cauſa ſuperioritas eccleſiaſtica ſedulo ſtudeat inobedientes pie inſtruere uel ſæuere admonere & aliter ꝗ per excommunicationem ad obedientiam flectere. Prout diſcretus chirurgicus diligenter curat morbidum membrum potius reparare ꝗ a corpore diſcindere. In defectum omnis emplaſtri inciſioni locus eſt. Conſimiliter rebellis tãdem eſt excõmunicandus, ſi nulla alia correptione emẽdari nec manuteneri poterit. Nemo quoꝗ pro leui ſed pro enormi præuaricatione atque ex cauſa ardua excommunicandus eſt: quare & maior dicitur excommunicatio.

Matth. 18. | 14 q. 3. reſecande cam ſeq. | in queſtionibus ueteris teſtam. c. 39 | 11. q. 3. nemo ec. nil | Roma. 8 poſt prin. | 11. q. 3. nemo epiſcoporum

4 ¶ Huiuſmodi maiori excommunicatione utendum eſt tanquam medicina: quoniam principaliter infligitur in ſalutem excommunicati ut eam pro pœna humiliter acceptet ac patienter obediat & de cætero bonam conuerſationem peragat, a morte ſpirituali reuerſurus ad uitam. Excommunicatio quidem ſæpius alicui

De ſen. ex com. cum medicinalis lib. li. 6

præſtat occaſionem reuertendi & obediendi. Ea ratione excommunicationis pœna nõ eſt nocua ad mortem ſed proficua ad uitam. Hinc ait canon: prohibitio a communione eccleſiæ eſt medicinalis, non mortalis niſi ad mortem carnis: ut ſpiritus excõmunicati ſaluus fiat in die iudicij. Diſciplina igitur eſt excommunicatio, & non eradicatio: ſalutaris correptio & non crudelis punitio: Papa quidem uel alius ſuperior, me pœnitentia uel præcepto ligando, non pręſtat cauſam meę pręuaricationi: qua meipſum perſtringo & temerarie rebelliſo: ſic non Papa ſed ego me ſceleſtum facio. Excommunicato igitur non reſipiſcenti ſed arrogantia uel deſperatione excommunicationem contemnenti, uergit excommunicatio hic ad mortem ſpiritualem & illic ad mortem perpetuam. Idcirco nuncupatur mucro qui pertinaces letaliter uulnerat, ab eccleſia ſeparandos & relinquendos diabolo, qui extra eccleſiam in aere habitat, prout Chriſtus in eccleſia. Vnde diabolus ampliorem habet occaſionem tentandi & ſeducendi excommunicatum extra eccleſiam poſitum, quam alium peccatorẽ eccleſiæ adhuc adhærentem. Sic & Paulus laſciuum Corintheum tradebat diabolo, id eſt, excommunicauit: ut caro interiret & ſpiritus ſaluus fieret in die iudicij. Excommunicabat deniꝗ & diabolo tradebat Hymeneum & Alexandrum in fide naufragos ut diſcerent nõ blaſphemare: cenſuit quoꝗ anathema eſſe eum qui aliud euangeliſat quam ipſe euangeliſauerit.

11. q. 3. nulli | 24. q. 3. nõ tandum | 24. q. 3. corripiantur | 16. q. 2. viſis ſi. | 1. Cor. 5 11. q. 3. audi | 1. Timo. 1 in fi. | Gala. 1 poſt prin.

QVIS EXCOMMVNICANDI POTESTATEM HABEAT?

5• ¶ Antiqua lege inobedientes lapidabantur a populo aut gladio contemptum expiabant & corporaliter plectebantur noua autem lege ſpiritualiter puniuntur. Sicut Deus olim ſynagogæ facultatẽ dedit animaduertendi in corpora: ſic hodie concedit eccleſiæ ſpiritualem excommunicandi animaduerſionem. Sicut olim obedientes Iudæi circuncidendi effuſione ſanguinis & cultro materiali ſynagogæ

Nume. 15 11. q. 3. abſit

incorporati ſunt: ſic hodie inobedientes Chriſtiani ſine ſanguinis effuſione, ſpirituali mucrone ſcinduntur ab eccleſia & ſpiritualiter truncantur. Huiuſmodi anathematis excommunicatio infligitur lege ſcripta uel ſpeciali auctoritate eccleſiaſtica, pendente in eccleſiæ rectoribus. Inter quos papa tanquam ſupremus ſpiritualis iudex in toto orbe: & quilibet epiſcopus in ſuo diſtrictu: contra pertinaces & rebelles ſubditos ſuos excommunicationem maiorem decernere poſſunt, uirtute euangelij: Quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlis. [Math. 18] Hoc tamen referendum eſt ad ligam ſalutis: non culpæ: quam quidem culpam eccleſiaſtica auctoritas ſoluere poteſt, non autem ligare aliter quam per pœnitentiam. Homo. n. ſeipſum illigat peccatis: propter quę auctoritate ſpūali admonetur & excōmunicat̃ ac tandem in alio ſæculo per diuinam cenſuram condemnat̃: niſi hic reſipiat.

DE ONERE EXCOMMVNICATIONIS.

6. ¶ Excommunicatio maior eſt pœna: qua excommunicatus ab eccleſia diuidit̃ ac deſtituit̃ cōmunione catholica & ſpūali cōmodo exteriori & interiori. Cōmoda exteriora ſunt fructus miſſæ & cæterorum ſacramentorum: item templa & cimiteria: peractiones & preces communes uel aliud id genus. Interius cōmodum eſt, quod baptiſatus ſit filius Dei & membrum eccleſiæ: Confirmatus ſit miles Chriſto aſcriptus: Clericus miniſter dei et eccleſię: Confeſſus uero reconcilliatur deo & reſtituitur eccleſiæ. Eiſdem & pluribus alijs ſpūalibus cōmoditatib. excōmunicati priuant̃, unacum ſalubri influxu: qui a Chriſto capite nr̃o non emanat in abſciſa eccleſiæ membra, uti pmittitur ſupra §. ij. Preterea iura phibent conſortium haberi cum excōmunicatis: ueluti Iohannes exprimit: [2. Iohan. 1 in fi.] Nolite recipere eū in domū nec aue ei dixeritis: qui. n. dicit illi aue, cōmunicat operibus eius malignis. [11. q. 3. audi] Hmōi conſortium interdicitur ad medelam: quo confuſus excommunicatus obnixius reuertatur ad ſpiritualem communionem & inueſtigãdam ſalutem. Quo fit excommunicationem eſſe medicinalem, propter finem ſcilicet in quem eſt ordinata: nempe ut obediat rebellis. Cæterum excommunicatus meminiſſe poteſt ſuæ confuſionis atque cōpungi ſuper ſuo ſcelere ob quod excommunicatus eſt. Infideles autem nunquam fuerunt in eccleſia: ideo ab ea non poſſunt expelli, i. excōmunicari. Quobrem cum Paganis & Iudæis alijſue gentilibus licet habere honeſtã conuerſationẽ: quam catholicus cum excommunicatis conuictis & extra eccleſiam poſitis minime inire debet. [11. q. 3. ex menſam 2. q. 1 multi] Attñ cum infidelibus coniugia non ſunt contrahenda, infra xcix. §. xij.

¶ Rurſus iura prohibent excōmunicatis non ſolum cōmunionẽ, i. ſęcularem ſocietatem cum Chriſtifidelibus exercendã: uerumetiã plures cōmoditates ſpūales: utpote intereſſe ſacrificio miſſæ aut reliquis diuinis officijs & cærimonijs: uiſitare eccleſias conſecratas: ſuſcipere ſacramenta: exceptis ſacramentis baptiſmi, & pœnitentiæ atque uerbo dei. Neceſſaria inſuper humana, præſertim ea, quæ immediate a deo ſunt, excommunicatis non interdicuntur: ueluti erga Deum fides, ſpes & charitas ac etiam omnia opera miſericordiæ: maxime in extremis ſacramenta congrua ut eſt confeſſio, unctio & uiaticum. Sed eccleſiaſtica ſepultura non conceditur excommunicato, in eius animæ detrimentum & grauamen, inquantum purgatorio eſt addictus: nam funus ſepelietur in terra maledicta: quæ animæ non dat fructus ſuos: prout dominus fratricidæ Cain comminatus fuerat. [Gene. 4 in me.] Benedicta autem terra eſt proculdubio animæ in purgatorio fructifera & ſalubris. [6. 83. §. 4] Cuius in ſcriptura exemplum habemus. 7.

Cum quidam ſepelientes hominem uiderent latrunculos, repente proiecerunt cadauer in ſepulchrum Heliſæi: quod cum tetigiſſet oſſa Heliſæi, reuixit homo. [4. Re. 13 ante fi.] Multum ergo animarum hinc decedentium intereſt, funera earum ſepeliri in benedicta terra, nempe in eccleſia uel cimiterio: cum alias tota

terra ob

Gen.3 terra ob noſtra peccata maledictioni ſub
iaceat. Per epiſcopalem tamen conſecra-
tionem Deus eccleſias & cimiteria iterũ
reſtituit in primæuam benedictionem:
quam initio omnibus creaturis commu-
nicauerat. Nunc ſcribendum eſt de ec-
cleſia & eius poteſtate.

NONAGESIMVM PRIMVM CAPI- TVLVM. De Eccleſia.

Eccleſia eſt quintuplex, uidelicet
triumphans in cœlo: dormiens
in purgatorio: militans in terra:
contemplans anima & lapidea eaſdem
quatuor particulares eccleſias figurans.
Porro ex omni rationali creatura, nempe
angelorum & hominum, eccleſiam ele-
Sapi 8 in prin. git Deus in ſuam ſponſam ſibi copulan-
dam & apud eum inæternum perman-
ſuram. Etſi ipſa eccleſia ex latere ſini-
ſtro, id eſt, ex nihilo producta ſit: eo ite-
Ps.142. rum in nihilum redigi poſſit, eam tamen
Deus decorare & in terram rectam ad
dexteram deducere decreuit, penes ſe
perpetuo manſuram. Ea de cauſa eccle-
Iohan.19 ſia fluxit e latere CHRISTI dextro.
Reliqua rationalis creatura: quæ ad de-
xteram eſt inflexibilis (utputa malignoꝛ
rum ſpirituum & peruerſorum homi-
num) non eſt ſponſa Dei: ſed eccleſia
Ps.25 malignantium ac a Deo odienda & re-
pellenda. Ideo perpetim manebit in ſi-
niſtra, id eſt, penes nihilum, ex quo crea-
ta eſt: eritq; diaboli ſponſa. Vnde de eadẽ
Ose.2 in prin. inquit dominus: Iudicate matrem ueſtrã
quoniam ipſa non eſt uxor mea & ego
non uir eius. Iuſtam uero eccleſiam deus
Ose.2 in fi. ſibi quater deſponſauit, dicens: Sponſabo
f.99.§.6 te mihi in ſempiternum: & ſponſabo te
mihi in iuſtitia & iudicio & in miſeri-
cordia & in miſerationibus: & ſponſabo
te mihi in fide et ſcies quia ego dominus.
Prima deſponſatio eſt æterna cum eccle
ſia cœleſti: Secunda in iuſtitia cum pœ
nitente in purgatorio: Tertia in miſeri-
cordia cum eccleſia terreſtri: Quarta ſpõ-
ſatio in fide fit cum qualibet deuota per-
ſona: quę eſt ſingularis eccleſia & ſponſa
Dei. Siquidem homo Deum præ omni-
bus diligit, huiuſmodi dilectio unitur di-
uino amori tanquam ſponſa ſuo ſponſo:
qui cum eadem hominis dilectione habi
tat ueluti in ſuo templo tãquam maritus
cum uxore.

¶ Terreſtris eccleſia fuit ab Abel uſq; ad 2.
dominum IHESVM: eo tempore cre-
ditum eſt CHRISTVM fore aduentu
rum. poſtq̃ autem aduenit, eccleſia nun-
cupata eſt Chriſtiana, a CHRISTO uſ
q; ad ultimum iuſtũ hoiem: Interea credi
mus CHRISTVM aduentaſſe. Eandẽ
Chriſtianam eccleſiam ædificauit domi-
nus ſuper ſeipſum ceu ſuper firmam pe- Math.16
tram: & pro primo lapide fundamentali
poſuit Petrum, qui primus fidem CHRI
STI manifeſte confeſſus eſt: Tu es Chri
ſtus filius Dei uiui. Ad huiuſmodi fir-
mam Petri fidem CHRISTVS inchoa
uit in Petro eccleſiam ædificare ex uiuis
lapidibus, nempe ex Chriſtifidelibus: ad
quos Petrus inquit: uoſipſi tanquam lapi- 1.Petri in prin.
des uiui ſuperædificamini domos ſpiritu
ales. Lapides huius ædificij ſunt boni
Chriſtiani, uiua non mortua fide nec ma- Iaco.2
la uita uerſantes. Mortui uel obrupti lapi
des ad uiuum ædificium non quadrant.
Fides igitur ipſa non eſt fundamentum,
ſed forma Chriſtiani ædificij: quemlibet
lapidem oportet formari ſecũdum fidem
catholicam. CHRISTVS autem eſt
certum fundamentum ueræ fidei: Vnde
Paulus inquit: fundamentum enim aliud 1.Cor.3 in me.
nemo poteſt ponere præter id quod po-
ſitum eſt, quod eſt CHRISTVS IHE
SVS: Qui non opus habet credere: quo-
niam omnis ei aperta eſt ueritas. Supra
eandem ueritatem: nempe ſupra ſeipſum
ceu petram dominus ædificauit noſtram Math.16
fidem & eccleſiam catholicam: aduerſus
quam portæ inferi non præualebunt.

¶ Cum itaq; ſupra huiuſcemodi petram 3.
eccleſia ſit fundata: non declinabit uerſus
infernum aut ad nihilũ, e quo creata eſt:

tametſi abſq; Chriſto nequeat deo uniri æternaliter ceu mera creatura, nihil in ſe deitatis continens: Chriſtus autem utriuſq; eſt naturæ, increatæ ſcilicet & creatæ; ideo idoneus mediator inter deum & ecclesiam. Quo tandem medio pura creatura ſummo creatori perpetim connecti poterit in cœlo. Interea temporis in præſentibus ærumnis Chriſtus non relinquit eccleſiam orphanam: nam ad cœlos aſcēſurus, ſuis diſcipulis, eccleſiam militantē repræſentantibus, palam pollicitus eſt ſe, cum fore omnibus diebus uſq; ad conſummationem ſæculi, prius inquam eis dixit: & ego rogabo patrem & alium paraclitum dabit uobis ut maneat uobiſcū inæternum: Non relinquam uos orphanos: ueniam ad uos. Quippe Chriſtus caput & ſpiritusſanctus anima eſt eccleſiæ: cuius corpus & membra ſunt omnes fideles Chriſti in cœlo & in purgatorio ac etiam in terra. Tres itaq; partes, nempe cœleſtis, terreſtris & ſubterreſtris eccleſiæ, ſunt unum dumtaxat corpus: quod hic habet duo triſtegia, ſuperius ſpiritualium, inferius ſæcularium: ambo ſtatus ſunt unum corpus militantis eccleſiæ: ueluti anima et corpus unum dant hominē: unde Paulus hortatur ut ſoliciti ſimus ſeruare unitatem ſpiritus in uinculo pacis: quoniam unum corpus & unus ſpiritus ſumus: ne inter nos confuſio ſuccreſcat.

1.Timo.2

Matth.18. in fi.

Joban.14

Col.1.

Ephe.4 in prin.

4. ¶ Quemadmodum quædam humani corporis membra regunt alia totumque corpus agitant: quædam autem membra reguntur: ita deus ordinauit eccleſiæ corpus: cui caput præfecit CHRISTVM a quo per ſuperiora ſpiritualia membra ꝑfluit gratia in inferiora ſæcularia mēbra, mediantibus ſacramentis & doctrinis ſalubribus. Eadem quidem membra deberent huiuſmodi gratum CHRISTI influxum, per miniſtros eccleſiaſticos tradendum, humiliter ſuſcipere. Enimuero Paulus enumerat plæraq; eccleſiaſtica officia ceu ſuperiora eccleſiæ membra, ad miniſterium ſpiritualium officiorum in ædificationem inferiorum membrorum corporis CHRISTI, nempe communis populi. Diuiſiones quippe plurium gratiarum ſunt: idem autem & unus ſpiritus eſt, ſunt præterea diuiſiones miniſtrationum: unus autem dominus, & diuiſiones operationum ſunt: idem uero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Sicut ex corpore ſimul & anima conſtituitur homo: ſic ſæcularis ſtatus unacum eccleſiaſtico cenſetur unum corpus eccleſiæ, ex multis membris adinuicē cōdependendis. Si quidem omnes Chriſtifideles ſunt unum corpus; ergo quilibet Chriſtianus alterius commembrum eſt, Paulo atteſtante: multi unum corpus ſumus in CHRISTO, ſinguli autem alter alterius mēbra. Item omnia autem membra corporis cum ſint multa, unum tamen corpus ſunt. Sicut modo humanus ſpiritus per caput & eius ſuperiora membra, hominis regimen habet: ſic ſpiritusſanctus regit in eccleſia per eius caput CHRISTVM ac per ſuos uicarios; qui rationabiliter & docte ſecundum diuinam uolūtatem regere debent eccleſiam & eius membra. In corpore itaq; eccleſię unus Chriſtianus alteri, ceu ſuo commembro ſub eodem ſpirituſancto longe magis alligatur q̄ in corpore naturali unum mem brum alteri ſub eodem ſpiritu humano alligatum eſt. Quamobrem alter alterum Chriſtianum iuuare debet, maxime iam in fide catholica aduerſus hæreticos & Turcas, iuxta illud: Nos debemus pro fratribus animas ponere.

Ephe.4 poſt prin.

1.Cor.12 in prin.

Roma.12 poſt prin.

1.Cor.12. poſt prin.

1.Joh.3 ante fi.

5. ¶ CHRISTVS dominus noſter ſuam eccleſiam toti orbi præfecit, omnem ſpiritualem poteſtatem & monarchiam concedendo eidem tanquam matri noſtræ: cui obedire tenemur: prout ſcriptum eſt: Ne dimittas legem matris tuæ. Item ſtultus homo deſpicit matrem ſuam. Cum autem epiſcopi aliique curatores per orbē ubiq; diſperſi ſint, & remotis locis ſeparatim reſideant: ut per eos negocia eccleſiaſtica commode concordari & expediri nequeant: pro concordia igitur eccleſiaſticæ ſuperioritatis & pro expeditione ſpiritualium cauſarum, deputatus eſt (ꝓculdubio afflatu ſpiritusſancti) certus locus &

Pro.1 Pro.15

locus & ſupremus rector, nempe Roma & Petrus: ad determinandum cauſas & negocia eccleſiæ. Quemadmodum olim Chriſtiana eccleſia repræſentatiue fuit Iheroſolymis: ita hodie eſt Romæ & nun cupata ſedes Apoſtolica, ubicunque Papa reſidet ſiue Romæ ſiue alibi: ubi Papa ibi Roma: ubi potiores eccleſiæ præſidentes habitant, eundem locum eccleſiæ deus elegiſſe præſumitur. Præterea ſicut olim ueteris legis ſacerdos ſummus cæteris ſacerdotibus & leuitis præpoſitus fuit, ac ſolus & tantum ſemel in anno introiuit in tabernaculum ſecundum: ſic Papa hodie præponitur Epiſcopis & ſacerdotibus cæteris: Siquidem unuſquiſque Papa ſucceſſor eſt Petri: qui ſuam ſedem Romæ inſtituit ac ſuperior & princeps fuit cæterorum Apoſtolorum, in mundum uniuerſum diuiſorum: quorum nullus certam ſedem uel ſucceſſorem reliquit. Etiamſi aliqui eorum ſedem habuiſſent: eædem tamen ſedes euanuerunt modo: neque de nomine ſucceſſoris cuiuſuis Apoſtoli conſtat: prout a Petro Papa cognominatur & eius ſucceſſor cenſetur: nullus autem Andreæ uel Iacobi uel alterius Apoſtoli ſucceſſor apparet. Verum quidem poſt Apoſtolos & in eorum uicem conſtituti ſunt epiſcopi: nō quod ſint ſucceſſores in Apoſtolorum locis, ſed in eorum officio & ſtatu. Nam in ſedibus epiſcopalibus reperiuntur ſucceſſores, non Apoſtolorum ſed aliorum patrum: ueluti quilibet Archiepiſcopus Salzeburgenſis eſt ſucceſſor ſancti Rudberti & ſubditus ſancti Petri: cui olim omnes Apoſtoli ſubiecti erant, quemadmodum hodie omnes epiſcopi ſummo pontifici.

Actu. 11 in fi. — Deu. 17 ante me. — Heb. 9 poſt prin. — diſ. 21. in nouo

6. ¶ Notandum inſuper eſt: Epiſcopos eſſe ſucceſſores Apoſtolorum in mundo conuerſantium. Cardinales autem repræſentant apoſtolos, dum Chriſto in carne adhæſerunt: Septuagintaduo uero diſcipuli Chriſtum imitantes ſignificantur per reliquos ſacerdotes & curatores. At ſoli præſidentes ſacerdotes, nempe Papa & epiſcopi, nutu ſpiritusſancti a Chriſto poteſtatem habent regendi eccleſiam: tanq̃ ſuperattendentes & apoſtolorum ſucceſſores; Paulo atteſtante: Attendite uobis & uniuerſo gregi, in quo uos ſpiritusſanctus poſuit epiſcopos regere eccleſiam Dei. Similiter cæteri quoq; animarum curatores ſuos ſubditos regere poſſunt: Nam ſicut in mundo ordinata eſt ſæcularis poteſtas: ſic Deus in eccleſia ſpiritualem ordinauit poteſtatem. Hoc turbæ uidentes timuerunt & glorificauerunt Deum, qui dedit poteſtatem talem hominibus: iuxta Euangelium. Ne autem eccleſiaſticum regimen confundatur ſed unanimiter exerceatur, decreuit dominus Iheſus ſingulis eccleſijs particularibus & ſuis præſidentibus, per uaſtum orbem diſperſis, quandam firmam eccleſiam & ſupremum præſidentem præfici: ut fieret unum ouile & unus paſtor. Pariter olim erat una ſola ſynagoga in Iheruſalem & unus ſupremus ſacerdos: cui cæteri ſacerdotes & leuitæ ſubeſſent: Samuele ad Saul aiente: Caput in tribubus Iſrahel factus es.

Actu. 10 diſ. 93. legimus — Mat. 9 in prin. — Iohan. 10 ante me. — 1. Reg. 15 in me.

¶ Omnis caterua naturaliter declinat ad unum principium uel caput regens: ueluti apes, anſeres ſilueſtres aliaue animalia, ſingula membra tendunt ad unum caput: cuius influxu naturaliter indigent: tametſi caput inferiorum membrorum pariter egeat, referente Apoſtolo: Non poteſt caput dicere pedibus, non eſtis mihi neceſſarij. Regnum & populus: ciuitas & omnis communitas non bene gubernatur abſque ſuperiore. Societas prędonum ſibimet præponit caput unum: prout Lucifer omnium dæmonum & peruerſorum hominum caput eſt, licet a Deo reprobatum: Iuxta illud: Percuſſiſti caput de domo impij: denudaſti fundamenta eius uſque ad collum: maledixiſti ſceptris eius, capiti bellatorum eius. Quomodo ergo eccleſia catholica in toto terrarum orbe conſita, perſiſtere poſſet abſq; uno ſupremo capite præſidente. Ipſa quidem non eſt labyrinthus uel girgillus confuſus: ſed bene ordinata & legalis communitas: in qua ſunt plerięq;

7. — 1. Cor. 12 in me. — Oſe. 1 in fi. — Abac. 3 poſt me.

ſtatus & gradus, ſinguli tendentes ad unum caput CHRISTVM: cui data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra, atque omnis carnis; nulla poteſtas iuſta eſt, niſi a Deo ſit.

Math. 28 in fi. Iohan. 17 in prin.

8. ¶ Dñs IHESVS eſt uerę caput ecclęſiæ non ſolum noſtri ſed etiam alterius ſæculi: ſiquidem Deus omnia ſubiecit ſub pedibus eius & ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam: quæ eſt corpus ipſius & plenitudo eius: quia in ipſo domino IHESV inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter & Chriſtifideles ſunt repleti in illo, qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis. Ipſe quoque eſt lapis angularis, quem reprobauerunt ædificantes: hic factus eſt in caput anguli. A quo quidem capite profluit gratia in membra ſui corporis eccleſiæ: uti ſcriptum eſt: Sicut ungentum in capite quod deſcendit in barbam: Item oleű de capite tuo non deficiat: & ait dominus: Caput meum plenum eſt rore. Hinc Paulus ſcribit: CHRISTVS eſt caput, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in menſuram uniuſcuiuſque membri, augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate. Atqui conſiderari oportet: Corporis uapores naturaliter aſcendunt in caput, ibi temperandi: deinde iterum deſcendunt in membra. Quatenus uapores aſcendentes ſunt diſpoſiti: eatenus temperatos generant influxus deſcendentes. Alioquin mali uapores aſcendentes lædunt caput: a quo deinde mali fluxus in membra deſcendunt. Conſimiliter ſi membrum Chriſtianum bonos uapores, utpote deuotionem, humilitatem, charitatem cæteraſque uirtutes ſurſum mittit in caput ſuum CHRISTVM: tunc ab eodem capite in idem deuotum membrum defluit bona gratia: alioquin CHRISTVS malis uaporibus, ideſt, operibus læſus, mittit deorſum iram & indignationem, membro Chriſtiano moleſtam: quemadmodum

Pſal. 8. Ephe. 1 in fi. Col. 2. poſt prin. Pſal. 117 Luce 20 Pſal. 132 Eccle. 9 Can. 5 Ephe. 4 in me.

ſcriptum eſt: Omne caput languidum: a planta pedis uſque ad uerticem non eſt in eo ſanitas.

Eſaie 1 poſt prin.

9. ¶ Cæterum Papæ aliorumue curatorum poteſtas non dependet ab eis ceu procuratoribus, ſed a ſuo principali, népe a Chrō & eius eccleſia. Propterea huiuſmodi poteſtas non impeditur nec diminuitur defectu eorundem procuratorum: quoniam ipſam poteſtatem deus principaliter conceſſit eccleſiæ: aduerſus quam diabolus non pręualet: quemadmodum ſępenumero pręualere ſolet in rectoribus eccleſiaſticis, quandoque ex leuitate in peccata cadentibus: nihilominus illęſa remanente eccleſię poteſtate, ſummo ac aliis pontificibus & ſacerdotibus demandata. Eccleſię itaque miniſtri ſuo officio ſeipſos damnificare ac alios ad ſalutem promouere poſſunt: ut ſi ego peruerſus presbyter in peccatis tibi deuoto ſacramentum porrigo: peccatis quippe me aggrauo & deus peccata tua remittit per ſacramentum, tibi a me porrectum. Aliquando contingit quod deus permittit hominem ad pœnitentiam adigi per plagam diaboli impœnitentis, nam diuina ordinatio & catholica eccleſia a nemine deſtrui poteſt. alioquin Chriſtiana religio dudum corruiſſet ob noſtra facinora: prout cenſuit quidam Iudæus baptizandus: qui ante ſui baptiſmum uoluit prius adire Romam, ceu fidei catholicæ ſedem: Vnde ſacerdos eundem baptiſaturus reddebatur perplexus: acſi Iudæus de impietate Romana certior factus, ulterius baptiſmum repudiaret. At is e Roma reuerſus baptiſmum lubens ſuſcepit, ratus fidē Chriſtianam uere a deo eſſe, dum ſubſiſteret in tot infernalibus portis & flagiciis uiſis Romæ ſcilicet in regimine & capite Chriſtianæ eccleſiæ: quam diligit deus & orphanam non relinquit.

Math. 16 Iohan. 14.

10. ¶ Quemadmodum Deus eccleſiam diligit & ſibi ut ſponſam aſſociat, indicat Paulus hoc exemplo: Mulieres uiris ſuis ſubditæ ſint ſicut dño: quoniam uir caput eſt mulieris, ſicut Chrs caput eſt eccleſiæ, ipſe ſalua

Ephe. 5 ante fi. Chriſtus eſt principale caput

ipſe ſaluator corporis eius, ſed ſicut eccle-
ſia ſubiecta eſt Chriſto: ita & mulieres ui-
ris ſuis in omnibus: uiri diligite uxores ue
ſtras; ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam
& ſeipſum tradidit pro ea: ut illam ſancti-
ficaret, mūdans eam lauacro aquæ in uer
bo uitæ; ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam
eccleſiam: non habentem maculam aut ru
gam aut aliquid huiuſmodi ſed ut ſit ſan-
cta & immaculata. Chriſtus itaq; pu-
rificat terreſtrem eccleſiam ut fiat cæle-
ſtis. Quo more legalis maritus ſe ge-
rit erga ſuam uxorem; ita in omnibus
Chriſtus ſe gerit erga eccleſiam. Viciſ
ſim eccleſia gerit ſe erga Chriſtum ceu
ſuum ſpōſum interiori pura & firma fide
c.18 §.14 in prin. & charitate: necnon exteriori honore &
decore ſpirituali & temporali: utpote in
ædificandis templis & monaſterijs: in
fundandis miſſis & cerimonijs: in pictu-
ris, ornamentis, cantu & organo ſimili-
buſque cærimonialibus. Pariter &
Chriſtus ſuam eccleſiam diu præſerua-
uit in bona pace ac dotauit rebus tem-
poralibus, honoribus & dignitatibus.
Quibus autem eccleſiæ miniſtri, nempe
pontifices, prælati, præsbyteri & alij ec-
cleſiaſtici, hactenus ſunt abuſi. Qua-
propter eaſdem res & dignitates tem-
porales ab eis iterum auferri permittit
deus: ad eccleſiam per Hieremiam inqui-
Hiere. 30 in me ens: Te non faciam in conſumationem,
ſed caſtigabo te in iudicio, ut tibi non ui
dearis innoxia. Sicut diſcretus mari-
tus ſuam coniugem pro exceſſu affligit,
non prorſus necat, ſed ad uiam honeſta-
tis reducere tentat: ſic Chriſtus membra
ſuæ eccleſiæ permittit affligi: prout iam
actum eſt Romę cum papa, cardinali-
bus, epiſcopis cæteriſque clericis. Quos
De opere eccleſiæ. c.16. §.3. & §.12. c. c.18. §.9. & c.19. p 10. tamen deus non permittet omnino extin-
gui nec a ueritate prolabi: nec nauiculam
Petri ſubmergi: ſed (ut ſpes eſt) puidebit
ut ſuperiora eccleſiæ mēbra recōualeſcāt
& ſtatū ſuū condignū recuperēt ac decę-
tero diuinę maieſtati cautius obſequātur,
nec rebus & dignitatibus abutantur: ulteri-
diuina præcepta nō tranſgreſſuri: Sicut
acto tempore ſunt tranſgreſſi.

DE POTESTATE EC-CLESIAE.

¶ Omnis poteſtas ſpiritualis & ſæcularis 11.
eſt a deo, dicente: per me reges regnant Roma. 13. Pro. 8
per me principes imperant: item factum Apo. 11
eſt regnum huius mundi domini noſtri
& Chriſti eius, & regnabunt in ſęcula ſæ
culorum. Hinc apparet q; deus ſuam po
teſtatem ſuper hunc mundum reſignauit
Chriſto: qui eam ruſus commiſit ſuæ ec-
cleſiæ, nempe præſidentibus ſpirituali- Mat. 22
bus & ſæcularibus: iuſſit enim dari Cęſari in me.
quæ Cęſaris ſunt & deo quæ dei ſunt.
Et ſi quis præſidentium huiuſmodi po-
teſtate abutitur: nihilominus tamen ipſa
poteſtas originaliter eſt a deo: tametſi ab-
utens ſit diaboli: ſecundum uerbum do-
mini: Non haberes poteſtatem aduerſum Johan. 19 poſt prin.
me ullam, niſi tibi datum eſſet deſuper.
Poteſtas ſpiritualis eſt indubitate a Chri-
ſto qui initio ſuis diſcipulis miſſis dedit Luce. 9 in prin.
poteſtatem dæmonia ejiciēdi: languores
curandi & regnum dei prædicandi.
Alioquin diſcipuli non prædicaſſent, niſi
fuiſſent miſſi, data ſcilicet poteſtate. Ab Roma. 10 ante ſi.
eiſdem deinceps diſcipulis eccleſiaſtica
poteſtas deriuata eſt ad epiſcopos. Huius Tit. 1
rei gratia Paulus Titum reliquit Cretę,
ut ea quæ deſuerunt corrigeret & con-
ſtitueret per ciuitates epiſcopos: Qui ul-
terius inferiores animarum curatores in-
ſtituunt. Ab initio itaque naſcentis ec
cleſiæ ſpiritualis poteſtas eſt a Chriſto:
Qui ſua perſonali abſentia totam monar-
chiam ſpiritualis dominij in hoc mundo
& plenariam poteſtatem eccleſiaſtici re-
giminis commiſit eccleſiæ militanti, extra
cuius mandatum nemo ſe de huiuſmodi
ſpiritualitate intromittere debet. Por-
ro per eccleſiam ſignificātur eccleſiaſtici
præſides: per quos uniuerſalis eccleſiæ ne-
gocia neceſſaria cōmode expediri ualēt. Heb. 13
Alioquin Chriſtus & Paulus minus cau- Luce 10
te præcepiſſent noſtris obedire prępoſi-
tis & miſſos dei non ſpernere: Nam Math. 18
qui eccleſiam non audit, eſt ſicut ethni-
cus & publicanus.
¶ Sola ergo eccleſia per ſuos præſiden- 125
tes facultatē habet interpretandi ſcripturā:

aliorum interpretationes approbandi uel
refutandi. poteſt quoq; eccleſia cultũ diui
nũ & cæremonias inſtituere ac ordinare:
bonũ ritum & laudabilem conſuetudinẽ
introducere: pręſertim in hijs quæ concer
nunt fidem & pollicia eccleſiaſticã remq;
publicam Chriſtianiſmi, Potiſſimum Ro
manę eccleſiæ, a beato Petro deriuatę, in
Lucę.22 cauſis fidei plurimum credi oportet: quo
niã dominus Iheſus pro Petro rogauit, ne
deficiat fides ſua. Quæ quidem fides in na
uicula Petri Hactenus ſtetit & decætero
ſtabit: alioquin rogatio & uerbum domi
ni fruſtraretur, hac de cauſa in fide ſecu
rus eſt qui communi eccleſię Petri credit.
Qui autem ſe ab ea diuidit, ſingularem ui
am ſecutus, is circa fidem naufragatur.
Nonnulli ſciſmatici iactitant ſe ſequi pri
mitiuam eccleſiam contra morem pręſen
Eph. 4 tis eccleſiæ: ac ſi olim alia ꝙ hodie fuerit
Johan.16 eccleſia. Atqui ab initio uſq; huc ſola uni
ca eſt eccleſia: ad quam dominus Iheſus
continue mittit ſpiritumſanctum, ſecum
Johan.14 manſurum æternum. Quapropter eccle
ſiam tam hodie quã olim ſpirituſſanctus
Roma. 10 ante ſi. omnem docet ueritatem iuxta qualitatem
temporum & locorum: fatente Paulo, ꝙ ſi
bi ſuas tribulationes per omnes ciuitates
proteſtatur ſpirituſſanctus: qui & epiſco
pos ſucceſſiue ponere ſolet.
13. ¶ Quamuis eccleſia ſuam plenariam po
teſtatem ubiq; locorum nondum exercu
erit: ius tamen uniuerſalis poteſtatis hacte
nus obtinuit, Nam nec ipſe Chriſtus ſuæ
Dan. 4 ante me poteſtatis plenitudinem adhuc oſtendit,
De onere eccleſie ſed aliquando oſtenſurus eſt: prout in Da
c.69.§.11 niele: quoniam dominatur excelſus in re
gno hominum, & cuicunq; uoluerit, dabit
illud & conſtituet ſuper eum humillimũ
hominem, nempe Chriſtum. Cui uniuer
ſi homines totius orbis obtemperare iure
tenentur: tametſi maliuoli Chriſtiani, nec
non Iudæi & Pagani ſint Chriſto rebel
les: ſed tandem ſubijcientur eidem, de qui
Pſ.17. ante ſi bus ad patrem cæleſtem loquitur: Eripies
me de contradictionibus populi: conſtitu
es me in caput gentium. Q; autem hoc
tempore maior hominum pars diabolo,
non Chriſto obediat, ſit ad iniuriam ueri
domini noſtri Iheſu Chriſti: ad quẽ ſem
per ſpectat omnium hominum debita o
bedientia. Etſi Chriſtus iam non ſit in poſ
ſeſſione totius obedientię: eſt tamen in poſ
ſeſſione iuris ad omnem obedientiam.
Quę quidem legittima obedientia conſi
ſtit in iure Chriſti, non in facto rebellium
ſubditorum: iuxta commune prouerbiũ:
Non quod Romę fit, ſed quod Romę fie
ri debet, ſpectandum eſt atq; ſequendum.
¶ Quod Romana eccleſia pręcipit & cu 14. Diſt.11. quis neſciat
ſtodit, hoc eſt obſeruandum in eccleſijs
Alemanię: quæ in apoſtolorum diuiſione
eſt addicta Petro, ab eo quidẽ fidei prin
cipium Alemani acceperunt, eius diſcipu
lis Marcello & Materno illuc miſſis: Pau
lopoſt per Atylam Chriſtiana religio in
Alemania ſuperiori eſt interrupta: Tandẽ
concione Rudberti ac quorundam aliorũ
ſanctorũ Patrum iterum reſtaurata & an
nis ꝑpe mille laudabiliter obſeruata, uſq;
ad præſentia infelicia tempora. Cum
autẽ eccleſiæ & dioceſes Germanicæ ſint
initiatæ & inſtitutæ ac etiam confirmatę a
Petro & ſuis ſucceſſoribus pontificibus:
decet igitur nos Germanos ſequi & obſer
uare, quod Romana eccleſia tradit ſeu iu
bet uel in legittimum ritum & laudabilẽ
conſuetudinem deduxit. Quippe illicitũ
eſt membra a ſuo capite diſſentire: prout Diſt.11. nolite
heu nos Theutones rebelles & crudeles
modo exhibemus erga ſedem Romanã.
Birgitta græcis pręnoſticauit: Si papę ceu Bir. li. 7 c. 19.
capiti eccleſię nõ obedierint, eos cogi obe & 11. §.4
dire ſuis inimicis, nempe Thurcis; ꝑ quos De onere eccleſie.
paulopoſt ſunt Græci ſubacti. Vnde for c.45.§.10
midandũ eſt, nos Lutheri ſequaces in ma
nus Thurcorum aliquãdo caſuros. Nam
qui papali ſedi, ceu legittimę ſuperioritati
rebellis non obedit, ſedet ſub cathedra pe Pſ. 1
ſtilentiæ, orbatus capite ſpirituali, tanquã Diſ. 93.
acephalus & membrum a corpore eccle nulla.
ſię abſciſſum: Incorporatur quidem cater
uæ diaboli tanquam ſciſmaticus, obtem
perans portæ infernali contra eccleſiã.
¶ Eccleſiaſticam poteſtatem ſupra mor 15.
tales Chriſtus inprimis conceſſit Petro ſu
iſq; ſucceſſoribus ſummis pontificibus: ut
terreſtris eccleſia & ſua membra habeant
quoddam

quoddam principium & caput, nempe ſupremũ gubernatorẽ: corã quo uiee Chriſti ardua eccleſię negocia tractentur & aliquando finẽ debitum nãciſcantur: ne ſpirituales Chriſtifidelium cauſæ perpetuo maneant indiſcuſſę. ordine quidem naturę & totius ęquitatis exigitur ut eccleſia certum habeat caput: quod ſit unum & ſupremum: quo manuteneatur Chriſtifidelium unio & debita obedientia. Cum aũt idipſum principale caput, nempe Chriſtus, perſonaliter abeſt, in cœleſti, non in terreſtri eccleſia actualiter habitans: neceſſe eſt ſui loco hic ſuper tota Chriſtianitate eſſe locũtenẽtes: q cauſas ſpirituales & curam aĩarum habeant cognoſcere, declarare & diffinire, iuxta exigentiã eccleſiæ ſuorumq membrorũ. Et ſi ijdem locumtenentes & aĩarum curatores in ordine ſacerdotali ęquales: ſunt tamẽ in ſtatu & officio iudicandi inęquales. Quare ordo inter eos requiritur ab infimo uſq ad ſupremum. Quęlibet plebs & parochia habet unum plebanum: plures parochię & plebani habẽt unũ epiſcopũ: ergo oẽs ẽpi requirunt unũ ſupremũ epiſcopum: qui eſt papa: quem nr̃m principale caput Chriſtꝰ, in perſona Petri, tanq̃ ſubſtitutum caput noſtrum, per euangelium elegit, dicens: paſce oues meas. Deinceps diuina diſpenſatione per epiſcopos & reliquos eccleſię prę ſides, pro ſuo & totius Chriſtianitatis capite ac ſũmo pontifice, electione uel cõcilio, cõſtitutus eſt unuſquiſq papa in ſede Petri ſucceſſurus. Qui quidem Romanus pontifex pro tali ſupremo ab omnibus Chriſtifidelibus acceptatus eſt atq habitus ultra mille annos: Nam quẽadmodum Romanus imperator cenſetur legitimum eſſe caput totius mundi, ita Romanus pontifex caput totius eccleſiæ militantis.

Papa eſt caput ſubſtitutum. ſ. 9. §. 4. Math. 16. Johan. 21. De onere eccleſie. c. 8. §. 1. c cap. 9. di. 96. c. Conſtantinus.

16. ¶ Quamq̃ nihilominus dominus Iheſus eſt uerum caput ac principalis mediator & iudex eccleſiæ uniuerſæ: Papa tamen in eccleſia terreſtri eſt ipſius Chriſti mandatarius, locumtenens & negociorum eccleſiaſticorum geſtor, cum plenitudine poteſtatis, uſq adeo ut unuſquiſq uerus Chriſtianus, ceu ouis Chriſti, cogitur papam recognoſcere ſuum ſupremum paſtorem: cui Chriſtus in ſua abſentia ouile præſentis eccleſiæ committit. Nam incredibile eſt q Chriſtus a nobis ſenſibiliter abſens & in cœleſti maieſtate reſidẽs, ſuam inferiorem eccleſiam relinquat orbatam certo paſtore & ſupremo temporali rectore: penes quem eccleſia & ſua membra in negocijs emergentibus diſcuſſionem finalem conquirant. Quippe intolerabilis eſſet confuſio in eccleſia, ſi ei caput deeſſet & careret pręſentia ſupremi iudicis uel arbitri: qui unacum ſuis aſſeſſoribus in cauſis dubijs incidentibus habeat concludendi facultatem: ut omnes Chriſtifideles (ſecundum Pauli doctrinam) idipſum unanimiter dicant & non ſint in eis ſciſmata: ſint autem perfecti in eodem ſenſu, quatinus in eccleſia maneat concordia: quæ durare nequit abſq capite Chriſto: in quo eſt galea ſalutis noſtræ. Eiuſdem quidem capitis uirtutem & poteſtatem oportet fluere in ſua membra per quoddam medium, nempe per ſuperiorem eccleſiaſticum ceu temporale caput noſtrum: quod dominus primitus inſtituit in Petro & ſuis ſucceſſoribus: quorum unicuiq inſolidum eccleſia militans cõmittitur, uigore illius uerbi: paſce oues meas: inſtinctu ſpiritusſancti, in euangelio conſcripti & ſemper cũ quolibet papa loquentis: ne oues dei diſpergantur eo q non eſſet paſtor.

1. Cor. 1 poſt prin. Eſai. 59 in fi. Ezech. 34 in prin.

¶ Chriſtus eſt æternus & originalis ſummus eccleſiæ ſacerdos. Ad inſtar eiuſdem æterni ſacerdotij, Papa quoq ſũmꝰ ſacerdos eſt, temporalis tamen. Quemadmodum Moyſes & Aaron ſimul fuerunt ſũmi ſacerdotes ſynagogę, Moyſes originaliter a deo, Aaron pariformiter a Moyſe: In manu utriuſq deduxit dñs populũ ſuũ, Ita Chriſtꝰ & papa ſimul ſũmi ſacerdotes ſunt eccl'ię & pceſſores populi, Chr̃s a deo: papa a Chr̃o ceu ciꝰ miniſter. Aſcendẽs Moyſes in montẽ dei: interim fratrẽ ſuũ Aaron & ſuos filios populo prępoſuit. aſcendẽs Chriſtus ad patrẽ cęleſtẽ 17.

Pſ. 76 in fi. Exo. 24 in fi.

præſentibus oibus ap̃lis ſoli Petro & ſuis
Johan. 21. ſucceſſoribus populũ cõmendauit, dicẽs:
paſce oues meas: huiuſmodi mandatũ ter
repetẽdo, ꝙ diligentior cura adhiberetur.
Exo. 18 in me. Moyſes erat in hijs q̃ ad deum ptinebant:
Ea uero, q̃ ad populũ ſpectabant, eſt exe-
cutus Aaron uice Moyſi: cuius ore locu-
Heb. 9 in fi. tus fuit. Sic introijt Iheſus in ipſum cœlũ
1. Johan. 2 in prin. ut appareat nunc uultui dei pro nobis. Ibi
aduocatum habemus apud patrem Ihe-
ſum Chriſtum iuſtum. Loco ſui habem9
hic eius uicarium papã: qui ex ore & do-
ctrina Chriſti nos paſcit. De iſtis ambob9
Michee 2. in fi. eccleſiæ capitibus inquit dominus in Mi-
chea: Congregatione congregabo Iacob
totum: te in unum conducam reliquias
Iſrahel: pariter ponam illum quaſi gregẽ
in ouili: Et tranſibit rex eorum corã eis:
& dominus in capite eorum. Conſi-
militer in ouili eccleſiæ ſunt Chriſtifideles
coram quibus papa, ceu eorum rex, tem-
Ec. ſ. 15 poraliter uerſatur. In ipſo denique ca-
pite, nempe in poteſtate papæ, eſt domi-
nus Iheſus: qui cum ſua gratia per papæ
poteſtatem ſpiritualiter influit in Chri-
ſtifideles tanquam in ſua membra. Hoc
pacto papa eſt hic locũtenens Chriſti ceu
capitis totius eccleſiæ: ſiquidem ipſe Chri-
ſtus triumphanti eccleſię pſonaliter pręſi-
det & purgandam eccleſiam per ſe iudi-
cat: militantem autem eccleſiam per pa-
pam ceu ſuũ uicarium regit. Poteſtas igit̃
papę plena eſt & nullatenus diminuenda
inquantum papa ceu papa iuxta ordina-
tionem Chriſti & eccleſiæ legittime uti-
tur eadem poteſtate: de qua nunc ſequit̃.

NONAGESIMVM SECVNDVM CAPITVLVM. De poteſtate Papæ.

REbelles renuũt duo: nempe Pe-
trum non eſſe ſpecialem ſucceſ-
ſorem Chriſti neq; ab eo plenitu
dinem poteſtatis accepiſſe: quoniã Chri-
ſtus ſuam poteſtatem penes ſe hactenus
tenuit nec cuipiam reſignauit. Alterum
eſt: Etiamſi Petrus a Chriſto ſpecialem
habuiſſet poteſtatem: ea tamen cum Pe-
tro fuiſſet extincta nec ad pontifices Ro
manos deriuata. Circa primum arti-
culum conceditur Chriſtus ceu principa
lis adhuc omnimodam poteſtatem obti-
neat ſuper eccleſiam & ſuas oues: qua-
rum uerus paſtor eſt atque curator: De 1. Pet. 2 in fine
quo Petrus ait: Conuerſi eſtis nunc ad
paſtorem & epiſcopum animarum ue-
ſtrarum. Poſtquam autem dominus
Iheſus poſt ſuam aſcenſionem non nobi-
ſcum ſed in cœlis perſonaliter habitat: in
locum ſuum ſubſtituit Petrum ſuoſq; ſuc-
ceſſores pontifices: quorum unus poſt ali
um ſucceſſu temporis hic in eccleſia mi-
litante regat tanquam ſupremus uicarius
Chriſti, principalis capitis totius eccleſię.
Eſt quidem unus duntaxat Chriſtus & Ephe. 4
una eccleſia: ergo non niſi una ſuprema
eccleſiaſtica ſedes, ædificata eſt ſupra pe
tram: in qua Petrus pręſidet. Eadem 1. ſ. 7 in fi.
ſedes nequaquam tota ſubcumbet, uirtu-
te iſtorum uerborum: Et ſuper hanc pe- Math. 16
tram ædificabo eccleſiam meam & por
tę inferi non pręualebunt aduerſus eam.
Quod uero Petrus ſit proximus ſucceſſor &
locumtenens Chriſti cum plena poteſta-
te, apparet multis ueriſimilibus indicijs
infranotatis.

¶ Inprimis cum antea Symon uocaba- 3.
tur, cenſuit eum Chriſtus (qui eſt uera 1. Cor. 10 in prin.
petra) ſecundum ſe uocari Cepham hoc Johan. 1 ante fi.
eſt Petrum: ad inſtar petrę: ſuper quam Math. 10
ædificaturus erat ſuam ęccleſiam. Se- Marci 3
cundo in annumeratione apoſtolorum Luce. 6
omnes euangeliſtę ubique primas par-
tes tribuunt Petro, quamquam uocatio-
ne non fuerit primus: pręſumitur ergo
ipſum a Chriſto cæteris apoſtolis eſſe
prępoſitum. Tertio Chriſtus ſoli Pe- Math. 16
tro nominatim claues regni cœlorum eſt
pollicitus & generalem poteſtatem de-
dit ligandi & ſoluendi in omnibus cœlis,
hoc eſt, in uniuerſis eccleſijs huius ſæculi.
Cæteri apoſtoli æque ligandi ſoluendiq; Math. 18
poteſtatem acceperunt: ſed ſingulariter
in cœlo, utpote ſinguli in diſtrictu ſibi aſſi
gnato. Quarto cum quilibet paterfa-

milias debebat Romanis ſolueri Didrachmam: Chriſtus mandauit Petro ut pro Math. 17 in fi. utroq;, nempe pro Chriſto & Petro, ſolueret unum ſtatherem, ualentem duas didrachmas, unde uehementer præſumitur q Chriſtus pro ſuo ſucceſſore & futuro patreſamilias ſuorum diſcipulorū Petrum deputauerit tanquam rectorem eccleſiæ: ac ſi ipſa eccleſia, duas habeat patreſfamilias, CHRISTVM ſcilicet principalem & eius uicarium Petrum: Alioquin ſuffeciſſet pro CHRISTO ſolo & ſua familia unam duntaxat Didrachmā cenſiri. Quinto cum diſcipuli intelligerent abſceſſum domini, ceu ſui maioris: inter ſe contendebant, quis poſt CHRI- Luce. 22 STVM fieret eorum maior: Ob id dominus eos non redarguit: immo annuit ſore inter eos maiorem: quem tamen eis aperte non indicauit: ſed exemplo ſui docuit, Math. 20 ante fi. qualiter ſe gerere debeat is qui maior inter eos eſſet futurus: & ait: Quicunq; uoluerit inter uos maior fieri, ſit ueſter miniſter: & qui uoluerit inter uos primus Luce 22. ante me. eſſe, erit ueſter ſeruus. Item qui maior eſt in uobis, fiat ſicut iunior, & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Sexto Marci 16. Angelus tribus mulieribus penes ſepulchrum commiſit nominatim Petro nunciare reſurrectionem CHRISTI: qui Luce. 24 ante fi. etiam eidem Petro, priuſquam cæteris Apoſtolis, apparuit: ueluti in euangelio Joh. 20. in prin. legitur: ſurrexit dominus uere & apparuit Symoni. Septimo quamuis Iohannes ad monumentum præcucurrit citius Petro, ſubſtitit tamen nec eſt introgreſſus, ſed ante ſe permiſit Petrum intrare ad locum in quo CHRISTVS iacuerat: in ſignum euidens, Petrum fore primum CHRISTI abſentis uicarium in eccleſia terreſtri.

3\. ¶ Octauo dn̄s ſuarum ouium curā ſpecialiter Petro cōmiſit: quo abunde teſtatus Johan. 21 eſt, totum ouile ſuum, i. eccleſiam uniuerſam adminiſtrationi Petri eſſe creditam. Nono Chriſtus Petrū ſuum fore ſucceſſorem, clare oſtendit hoc uerbo: ſequere Johan. 21 circa fi. me: Acſi dixerit: ſis meus ſucceſſor, nempe magiſter & dominus meorum diſcipulorum, quemadmodum ego ſui. Decimo Poſtquam dominus Petro eccleſiā Luce 12 poſt prin. cōmendarat & ſermonē de cura familiæ finierat, interrogauit ipſum Petrus, ceu aliorum diſcipulorum Aduocatus: Domine ad nos dicis hanc parabolam, an ad Luce 12 poſt me. omnes? Deſuper dominus dedit norman fidelis & diligentis patriſfamilias: Quam quidem norman ſpiritualis cuię domeſticę non omnibus apoſtolis ſed ſoli Petro inſimulauit: eoq; Petrus eſſet futurus curator familię Chriſti. Alibi dominus non ſolum ad Petrum & reliquos tum præſentes, ſed ſimul ad omnes etiam futuros homines dirigit iſta uerba: Quod autem uobis dico, omnibus dico: Mat. 13 Math. 28 in fi. Item ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad conſummationem ſæculi. Vndecimo Occulte dominus ſignificauit ſuorum diſcipulorum præceſſorem fore Luce 22 Petrum: ad quem inquit: Ego autem rogaui pro te ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Qui confirmat alium, ſuus proculdubio eſt ſuperior: & ait ſcriptura: fidelis autem deus eſt qui confirmabit uos. Verum 2. Theſ. 3 in prin. huiuſmodi confirmatione non ubiq; eſt deſenſata fides: quæ in pleriſq; regnis (ubi alij apoſtoli ꝑdicauerūt) pene exploſa eſt: in ſolo Petri cōtermino adhuc pollet: licet in aliqb; locis detrimentū patiat: ꝑut modo in Alemania. Attamē ipſa fides catholica in ſede Petri non tota ꝑibit, iuxta uer- Marci 13 in fi. bū Chriſti: Amen dico uobis, qm̄ nō tranſibit generatio hæc, donec om̄ia iſta fiant, Math. 16 nempe uſq; in diē extremū: Siquidē dn̄s Petro pollicitus eſt, portas inferi utpote hęreſes non præualituras aduerſus eccleſiam ſuam: quemadmodū in nonnullis alijs eccleſijs accidit. Nauicula Petri fluctuatur quidem, ſed non tota ſubmergetur. Quiſquis itaq; ſupratactas undecim prętogatiuas, per CHRISTVM ante ſuam aſcenſionem Petro exhibitas, exacte penſitat, facile intelliget, Chriſtū uoluiſſe Petrū pro ſuo Succeſſore, Locumtenēte ut uicario terreſtris eccleſiæ conſtituere.

¶ Conſimiles ꝑterea ꝓgatiuę poſt aſcenſionē Chriſti Petro conceſſę reperiunt in 4

actibus Apoſtolorum. Inprimis fuit Pe-
Actu.1 trus principalis auctor ut Mathias in lo-
cum Iudæ ad apoſtolatum ſufficeretur:
exurgens enim in medio fratrum tanq̄m
ſuperior ad eos concionem fecit. Secun
Actu.1 do loco Petrus ſtans, ceu caput ſuorum
ſodalium,completis diebus Penthecoſtes
incœpit concionari & populum inſtrue-
re:tunc circiter tria milia hominum bapti
Act.3 in prin. ſabantur. Tertio Petrus claudum in pe-
dibus ſanauit: quod erat primum Apo-
ſtolorum miraculum:quo denotatur, Pe
trum ceu primum poſt Chriſtum, angu
larem lapidem,proxime eſſe poſitum ſu
c.1 §.2 pra petram Chriſti in ædificium primiti-
uæ eccleſiæ. Petrus ergo circa pedes,id
eſt,ex fundamento incœpit confortare o-
ues Chriſti: quominus in fide claudica-
Heb.12 in me. rent,iubente paulo:Greſſus rectos faci-
te pedibus ueſtris ut non claudicans quis
erret,magis autem ſanetur. Quarto exi-
mia præ cæteris in Petro poteſtas apertiſ
ſime cernitur,cum ad eius uerbum & ſen
Act.5 tentiam, Ananias & eius uxor proximus
pœnam luerint. Petrus quoq; tanq̄ ſupe-
rior cęterorum apoſtolorꝫ, in primo con
Act.15 cilio Iheroſolymitano ac in alijs arduis ec
cleſiæ negocijs, ſemper uerbum fecit &
pro tota congregatiōe locutus eſt. Quin-
to cum cæteri apoſtoli multa ederent ꝓ-
Act.5 digia:ea tamen nullo apoſtolo ſingulari-
ter aſcripta ſunt q̄ Petro: ſub cuius um-
bra infirmi recōualuerūt, ueluti ſub ma-
nibus aliorum Apoſtolorꝫ. Sexto in cau-
ſis arduis Petrus tanq̄ magiſter frequen-
Act.8 ter ab alijs Apoſtolis miſſus eſt,pręcipue
in Samariam: ubi inſignis magus Symon
plebem illuſerat:Cui Philippus reſiſtere
nequiuit:At Petrus ipſum conuertit. Ni-
mirum miſſio Petri ei nil poteſtatis di-
minuit,ubi negocij difficultas pręſentiam
ſummi pontificis expoſcit: quem humilē
& obſequioſum eſſe decet. Septimo loco
Actu.11 in prin. dilucida ſit auctoritas Petri, quādo uidit
quoddam uas ſubmitti e cœlo in terram:
in quo erant uaria animalia: & facta eſt
uox ad eum:Surge Petre,occide & man
c.91.§.15. duca. Qua quidem uiſione Petrus,ceu ca
put eccleſię,admonebatur extirpare gen

tium idolatriam & hoīes Chr̄o & eccleſię
incorporare, nempe infideles ad fidē re-
ducat. Ex præſcriptis apoſtolorꝫ Actib-
ptātem Petri depromentibus, ſufficiēter
ꝓbat̄ ꝙ Chriſtus Petro & ſuis ſucceſſori-
bus pontificibus terreſtrem eccleſiā & ei-
us membra in hoc mundo cōmiſerit. Alio
quin ſpūſſanctus in ſcriptura non toties
nobis inculcaſſet ac innouaſſet ptātem
& actionem Petri:niſi ad cognoſcendum
& acceptandum ſūmorum pontificum
præeminentem auctoritatem. Ad hoc pa
trocinatur Pauli aſſertio: Qui operatus eſt Gala.2
Petro in apoſtolatū circunciſionis,opera-
tus eſt & mihi inter gentes.i.per gratiā: ac
ſi diceret: Sicut ego Paulus oībus genti-
bus prædicator ſum conſtitutus:ſic Pe-
trus totius circunciſionis.i.Chriſtianitatis
eſt Apoſtolus uniuerſalis: & per conſe-
quens ſuus ſucceſſor pontifex maximus. 5.
¶ Cęterꝫ cum papa in omni poteſtate &
iuriſdictiōe eccleſiaſtica ſucceſſor eſt Pe
tri:cui oēs hoīes tam infideles q̄ fideles cō Johan.10.
miſſi ſunt a Chriſto, inquiente: Alias o- post prin.
ues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili, &
illas oportet me adducere. Papa igitur ꝓ
uiribus adhibere debet curā adducendi
infideles ad caulam eccleſiæ:q̄m Chr̄s uo
luit redimere oēs hoīes: quos ideo Petro
cōmiſit eccleſiæ incorporandos, Paulus
ait: Sicut in Adam oēs moriunt̄, ita & in 1.Cor.15 ante me/
Chr̄o oēs uiuificabuntur. Quilibet igitur
Papa in ſua cura habet oēs hoīes totius or-
bis terrarꝫ. Proculus firmitate in Apoſto
lorum diuiſione, operante ſpirituſancto,
Petrus tandem miſſus eſt Romā ceu ad
mundi principatum:ut inibi,non Iheroſo
lymis uel Antiochiæ uel alibi, ſuam ſedē c.24.§.6
Apoſtolicam finaliter erigeret. Heu ea- De onere eccleſie
dem ſedes Romana modo plurimum c.43.§.5.
diſturbata iacet,iuxta præſagium Cyrilli c.19.§.7 et §.8.
& Birgittæ.
¶ Ad ſecundum principalem articulum: 6.
quo aduerſarij Papæ aſſerunt:etiāſi Chri De onere
ſtus Petro ſpiritualem poteſtatem plene eccleſie
tradidiſſet: tamen hoc fiebat ob ingentē c.19.§.3
Petri fidem. Alij aiunt poteſtatem Petro
datam eſſe ob eius ardentem erga Chr̄m
charitatem:cuius cauſa dominus ter Pe-
trum inter

tus interpellauit an diligeret ipſum. Nul-
lus autem papa erga Chriſtum tantam
habeat charitatem aut fidem quantā Pe-
trus: ergo nec poteſtas Petri ad quemuis
papam deriuetur. Reſpōderi poteſt: Po-
teſtas Petro data non fundatur ſuper iſta
Iohan.21 queſtione, Petre credis ne: uel amas me:
ſed ſuper hoc uerbo: paſce oues meas.
Quobrem huiuſmodi poteſtas non extin
guitur nec diminuitur, charitate papæ er
ga Chriſtum extincta uel diminuta. Etiā
ſi papa non æque credit ac Petrus: adhuc
hæreditat claues cœli Petro traditas, non
ob ſuam magnam fidem uel dilectionem
ſed quia primus fidem catholicam confeſ
Mat.16 ſus eſt, dicens: tu es Chriſtus filius dei ui-
ui: imo ſi quiſpiam ob ſuas uirtutes acce-
pit donum: id hæreditant ſui poſteri, etiā-
ſi non tam uirtuoſi ſint ꝙ eorum ſenior
fuerit. Cum autem omnes Chriſtiani (ut
oues Chriſti) in orbe uaſto ſint diſperſi et
corporaliter diuiſi: ideo ſpiritualiter ſunt
congregandi in uno ouili, nempe in my-
ſtico corpore eccleſiæ: qua mediante,
etiam Deo tandem uniantur. Idcirco
dominus ſuis ouibus uarios dedit paſto-
res: ſed unum dumtaxat ſupremum prę-
poſuit nominatim Petrum, & conſequē-
ter Petri poſteros ordinatim ſucceden-
tes: ne integer Chriſtianiſmus diuidatur:
ſed ſuper unitate fundetur: utq; tota ſpiri
tualitas certum & principale habeat ca-
put, ac ordo eccleſiaſticus debito ſucceſ-
ſu obſeruetur & tandem finis in diuina
unitate acquiratur. Nam quicquid ad u-
nitatem non dirigitur, diu ſubſiſtere ne-
quit. Porro modernis Chriſtifidelibus æ-
que neceſſarius eſt ſupremus curator &
paſtor, ac Petrus olim fuerat priſcis Chri
Iud.11 ante fi. ſticolis: ne ſint ſicut oues quibus non eſt
paſtor, peruenturi in manus inimici.
7. ¶ Præſides eccleſiæ, nempe papa & ſimi-
les, præ alijs ſolent dotari ſpiritu ſancto: q
uenit ad bonos & malos. Iohannes quip-
pe ſpirituiſancto attribuit prophetiam ꝓ
Iohan.11. ante fi. latam a Caypha eo tunc ſummo ſynago-
gæ pontifice: qui alioquin male intruſus
& totus fuit iniuſtus. Siquidem ſynago-
Mat.23. in prin. gæ præſides, cathedram Moyſi iniuſte
occupantes, ex ſpiritu ſancto ueritatem
protulerunt: necnon cauſas dubias diri-
mendi & inter Iudæos iudicandi habue-
runt facultatem: multopotius ex ſpiritu
ſancto loquuntur & huiuſmodi faculta-
tem habent præſides eccleſiæ & legitti-
mi ſucceſſores Petri, ſedentes in cathe-
dra Chriſti, ceu ſupremi ꝓceſſores Chri
ſtifidelium: ut poſſint difficiles nodos ſa-
cræ ſcripturæ & emergentia fidei dubia
dirimere, declarare, determinare ac inter
Chriſtianos iudicare: non contraualente
quauis hæreſi: nam cor regis nempe Pon Pro.21 in prin.
tificis in manu domini: ac eccleſiæ funda-
menta ſunt æterna ſupra petram ſolidā. Eccl.26 in fi.
Hoc cernere licet in temporalium rerum ¶.§ 1. ante fi.
ordine. ubi corpora cœleſtia (quibus tan-
ꝙ organis deus moderatur terrena alio-
quin ad interitum prona & corruptioni
obnoxia) ſuis influentijs in inferioribus,
continuam generationem & uitam per-
petuant. Eis igitur deus eximias indidit
uirtutes nimirum lucendi, illuminandi, ca
lefaciendi, humectandi, uiuificandi, tonan
di & choruſcandi. Pariter in uniuerſa ec
cleſia continente cœlum & terram, i. ſta-
tum ſpiritualem & temporalem deus ſpi
ritualibus, tanꝙ cœlis enarrantibus glo- Ps.18
riam dei, indidit gratiam illuminandi lai-
cos honeſtate uitæ: calefaciendi ardore
charitatis: humectandi ſalubribus conſi-
lijs: uiuificandi ſacramentis: tonandi mi-
nis: coruſcandi increpationibus ut in om-
nem terram exeat ſonus eorum ceu ſe-
quacium Chriſti diſcipulorum.
¶ Prædicta ſpiritualium poteſtas eſt in 8.
ueteri lege figurata: quando Moyſes po-
pulo prouidit, dicens: Si difficile & ambi Deu.17 in me.
guum apud te iudicium eſſe proſpexeris ¶.14.§.1.
& iudicum intra portas tuas uideris uer- in fi.
ba uariari: ſurge et aſcende ad locum, quē
elegerit dominus deus tuus, ueniesq; ad ſa
cerdotes Leuitici generis, & ad iudicem,
qui fuerit illo tempore: quæresq; ab eis:
qui iudicabunt tibi iudicij ueritatem: &
facies quodcunq; dixerint qui præſunt
loco quem elegerit dominus, & docue-
rint te iuxta legem eius: ſequerisq; ſenten-
tiam eorum: nec declinabis ad dexteram

neq; ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio qui eo tempore miniſtrat domino Deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille. Si quidem præcurſor Chriſti Moyſes ſynagogæ ceu figuratæ eccleſiæ (ut præmittitur) prouidit: cur uerus Chriſtus ſuæ eccleſiæ prouidere nollet in emergentibus erroribus per ſuum deputatum Iudicem, pro tempore papam & eius aſſeſſores, nempe per eccleſiaſticos rectores dirimendis & determinandis: q̃m ipſe Chriſtus effuſiõe ſui ſanguinis eccleſiã ſuam redemit. Qui autem recuſauerit obedire impio ſũmi pontificis eccleſiæ præfecti: ille homo ſpũaliter morit̃, ex decreto Chriſti dicentis: Si autem eccleſiã non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. In ſcripturæ itaq; dubijs uel alijs erroribus incidentibus unacum ſcriptura aliam nõ interpretat̃, neq; quiſq; in ſua perplexitate ſeu diſtractu eſt iudex idoneus; ſed aſcendere debet ad locum quem dominus elegit: præſertim ad ſedis apoſtolicæ ſeu legittimi Concilij decifionem & concluſionem: Cui quilibet catholicus parere tenetur, donec aliter per eccleſiã decernatur. Hactenus abſolutum eſt pœnitentiæ ſacramentum cum ſuis appendicijs. Sequitur modo de reliquis tribus ſacramentis, nempe extremæ unctionis, ordinis & matrimonij.

Mat. 18

NONAGESIMVM TERTIVM CAPITVLVM. De extrema unctione.

Saluator noſter Iheſus nuncupatur Chriſtus: quia unctus dei eſt & ſuę unctionis gr̃a benigne profluit in homines. Propterea Chriſtifideles ter inunguntur: quemadmodũ figuratum eſt in triplici unctione Dauidis: Qui primitus in iuuẽtute unctus eſt in domo pr̃is ſui in ſignũ regni futuri. Hoc denotat unctionem infantis ſub baptiſmo in domo eccleſiæ in ſignum futuri regni cœleſtis. Secundo in Ebron eſt Dauid unctus ſuper progeniem Iuda: poſtea multa bella geſturus, & ſignat unctiõem confirmationis: quæ animat humanum ſpiritum ad pugnandum aduerſus hoſtes dei: ſicuti uerbis & ſignis confirmationis repræſentatur. Extrema unctio præparat humano ſpiritui uiam citius ad deum perueniendi: & fit uerbis precabilibus. Illa eſt figurata quando Dauid iterum unctus eſt in regem ſuper omnem Iſrahel; poſtea pacifice regnaturus, in ſignum extremæ unctionis: poſtq; deueniendum eſt ad pacem ſempiternam.

1. Iohan. 2 in ſi. — 1. Reg. 16. — 2. Reg. 2 in prin. — 2. Reg. 5 in prin. — 1. Para. 11 in prin.

¶ Extremam unctionem Chriſtus inſtituit quando diſcipulis dedit mandatum curandi omnem languorem & infirmitatem: qui huiuſmodi mandatum exequentes, ungebant oleo multos ægros & ſanabantur. Deinde ſpiritusſanctus per Iacobum præcepit infirmum ungi oleo in nomine domini. Quæ quidem unctio eſt ultimum ſpirituale medicamen: quo porrigitur gratia abluendi reatum ceu ſpiritualem morbum: ut debilis ſpiritus infirmi hominis fortificetur, præparetur ac abilitetur ad conſequendam ſpiritualem ſanitatem & beatitudinem. Nam q̃diu ſpiritus humanus degit in carne mortali: uelit nolit, trahitur ad malam concupiſcentiam: qua frequenter in flagitia labitur & maculatur, necnõ inutilis redditur ad dei amorem obſequiumq; debitum. Morientis igitur hominis neceſſitas requirit ſacramentum unctionis tanq; ſingulare remedium ſe in morte ſua reconciliandi cum deo: quem ſæpenumero in uita offendit. Sacramẽtum inſuper euchariſtiæ ad mortem ſumendum eſt: quo moriens refocilletur & uiaticum habeat in ſui ſpiritus egeſtate. Et cum idem ſpiritus nondum idoneus eſt cœleſti introitu ſed prius in purgatorio luendus: tum ei maxime opus eſt ſacramento olei: quo facilius ſuſtineat purgatorij ignem. 2.

Math. 10 in prin. — Mar. 6 — Iaco. 5

¶ Duo nanq; impediunt cœli introitum: Primo ſpiritualis debilitas, relicta poſt mortalem ſpiritus morbum utpote poſt peccatum; a quo homo pœnitens & confeſſus 3.

confeſſus reconualuit: quemadmodum poſt corporalem infirmitatē debilitas in corpore relinquitur. Q̃obrem dominus per Eſaiam nobis pręcipit ut confortem9 manus diſſolutas & genua debilia roboremus. Secundo peccata uenialia retardant humanum ſpiritum ad deum citius euolare. Porro ambo impedimenta tollūtur ab eo, qui deuote accipit ſacramentū extremæ unctionis, porrectæ ad roborandum & purificandū humanū ſpm̄: nō autem ad uiuificandum a morte peccatorꝝ. Nam ſicut in ſacramento baptiſmi uel pęnitentiæ humanus ſpiritus a peccatis reſuſcitatur: ſic onus reatus ſibi annexi extrema unctione alleuiatur & eius macula deletur, quantum in Chriſti merito participauit. Et quamuis eadem unctio finaliter ad ſubleuamen humani ſpiritus porrigatur: nihilominus tamen proficit corpori: quod in ſuo grauamine ex mēte pariter recreatur iuxta ſapientis dictum: animus gaudens ætatem floridam facit: ſpiritus triſtis exiccat oſſa.

Eſa. 35 in prin.

Pro. 17 in fi.

4. ¶ Quemadmodum baptiſmus formam habet atq; modum exterioris corporalis ablutionis, in ſignum interioris ablutionis: ita extrema unctio fit ſub forma & oſtenſione exterioris unctionis debilium membrorum, ad ſignificandum interiorem unctionem: quam ſpirituſſanctus confert ſpiritui humano, per peccata cum eiſdem membris patrata, debilitato. Materia huius ſacramenti eſt oliuarum oleū, nempe oleum infirmorum: Sicut enim oleo uulnera & alia ſaucia corporis demulcentur: ſic diuina gratia per ſacramētum unctionis alleuiat in ſpiritu humano uulnera peccatorum: Quippe mediante unctione idem ſpiritus ſua deuotione, fide, ſpe & charitate adipiſcitur perfectam ſanitatem. Vnctio præterea fit ſignis exterioribus ut ſignificatio ſit conformis interiori actioni. Quapropter eadem unctio non niſi mortaliter infirmis traditur: non infantibus nec cæteris rationis expertibus: quoniam iſto ſacramento medicantur ſpirituales & mortales morbi: quos patiuntur non niſi rationis capaces. Sani autem ſacramentum pœnitentiæ quærere habent. Vnctio inſuper ſolis deuotis poſtulantibus datur: non inuitis. Idcirco uerba illius unctionis diriguntur ad moriturum hominē: cuius debilia membra, utpote oculi, aures, nares, manus, pedes (quibus peccauit) inunguntur per ſacerdotem ceu miniſtrum Chriſti ueri medici. Etſi exterior unctio in corpore nihil efficit: prout etiam baptiſmus parum corporalis maculæ abluit: nihilominus ſacramentum perfecte operatur in ſpiritu interiori, iuxta ſuā deuotionē & capacitatē, q̃a ſacmēta in ſe ſunt perfecta ex paſſione & merito Chriſti. Quando autem homini (cui ſacramentum applicatur) deeſt gratia dei: hoc non fit defectu ſacramenti, ſed culpa hominis ſacramentum indigne accipientis. Cæterum ſiquis poſtq̃ unctus eſt, ultra annum ægrotauit uel in nouam infirmitatem elapſo anno reinciderit: illi poſt annum ſacramentum unctionis iterato tradi debet. Effectus tamen eiuſdem ſacramenti operatur in ultima unctione nēpe morte ſubſecuta: demum alleuiatur uel curatur ſpiritus hominis a ſua ſpirituali infirmitate.

Jaco. 5 ante fi.

NONAGESIMVM QVARTVM CAPITVLVM. De ſacramento Ordinis.

QVinq; ſacramenta, de quibus hactenus dictum eſt, ſcilicet baptiſmus, confirmatio, euchariſtia, pœnitentia & ſacra unctio, concernunt ſingulares perſonas intrinſece meliorandas, hoc pacto: Spiritus hominis per baptiſmum redimitur a primo lapſu: per cōfirmationem roboratur: per euchariſtiā enutritur: per pœnitentiam reſuſcitatur a ſecundo lapſu: per extremam unctionem ad iter cœli præparatur. Reliqua duo ſacramenta pertinent ad communem eccleſiæ ſtatum: utpote ordo ad generationem ſpiritualem: matrimonium ad carna

lem. Quemadmodum dei ordinatione unus homo ex altero carnaliter & naturaliter generat: ita Chri ordinatione in baptiſmo unus homo p alterũ ſpiritualiter & miſericorditer regeneratur. Item quemadmodum deus ordinauit per hominem generari ſolum prolis corpus, animæ infuſione ſibi reſeruata: ita Chrs ordinauit p ſacerdotem uel in neceſſitate per aliũ uiſibiliter baptiſari dumtaxat corpus hominis, reſeruata ſibi ſpiritualis gratiæ infuſione. Ecce in actibus realibus operat̃ deus & homo: nam deus & carnalis pater pariunt prolem: quam nutrit deus & carnalis mater: deus & medicus ſanant ægrotum: deus & faber ædificant domum &c. In opere tamen principalis eſt deus: cuius inſtrumentũ eſt cooperator. Pariter deus et presbyter baptiſant, uel confirmant, uel ab ſoluunt hominem: principaliter qdem deus: cuius ſeruus & nuncius: Inſtrumentũ & mediator eſt presbyter: per quem uiſibile ſacramentũ porrigitur uiſibili corpori: in q̃ anime inuiſibili deus confert grãm inuiſibilẽ. Præterea presbyterorũ ordinatio ſpirituiſancto, nõ ẽpo aſcribit̃: q̃nquidẽ Paulus ait q ſpũſſanctus illos poſuerit ad regendum eccleſiam dei.

Actu. 10 ¶ Poſt lapſum hoĩs ad ſui reſtauratiõem requiruntur duo: Primo diuina gratia: q̃ hoiem regeneret, confortet, nutriat & ad ſalutem beatitudinẽq; præparet. Cum autem homo pctõr ſit indignus, mox e luto in cœlum eleuari: ideo ſecundo requirit̃ ut homo ad grãm accedat p mediatorẽ; qui eſt dñs Iheſus Chrs, ſedens ad dexteram cœleſtis patris. Porro idem dñs ſuis ordinatis officialibus auctoritatem dedit ſua uice hic porrigẽdi uiſibilia ſacmẽta: ſubquibus ſuum meritum erga deum patrem et ſuã grãm erga nos inuiſibiliter ex pendit atq; impartit̃. Quæ quidem auctoritas in ſacramento ordinis conceditur. Et q̃uis clerici ab ẽpo ordinent̃: ordinis tñ ſacramentum, unacum ſacerdotali poteſtate, eſt principaliter a Chro, emanans in clericos per ẽpm ceu Chriſti inſtrumentũ. Nam ſicut primus carnalis pater Adam per ſuccedẽtes patres multiplicat homines (quoniam a carne Adæ omnes homines progrediuntur) ſic primus ſpiritualis pater & epiſcopus Chriſtus: per ſuos miniſtros epiſcopos, multiplicat omnẽ clerum. Hoc modo uniuerſi clerici una cum ſua poteſtate & ordine, progrediuntur a poteſtate & benedictione Chriſti: qui uerus & primus ſacerdos ac ſacramẽtalis gratiæ largitor eſt. Poſtq; modo ad hominum ſalutem neceſſarius eſt mediator Iheſus Chriſtus cum ſuis ſacramẽtis: ergo in præſenti eccleſia ſuis indigemus locumtenentibus, nempe ſacerdotibus, tanq; mediatoribus inter ipſum Chriſtum eiuſq; membra: quibus ſacerdotes mandato Chriſti ſacramenta porrigant: Nemini enim licet abſq; mandato aliena negocia exercere, iuxta ſcripturã: Quomodo prædicabunt niſi mittantur: Item unuſquiſq; ſicut accepit gratiam, i. poteſtatem quam a deo habet, in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ dei. iidem ſacerdotes ceu officiales ſunt poſiti non ſolum ad porrigenda ſacramenta, ſed etiam ad reliquum diuinum cultum in eccleſia exercendum: utpote horas canonicas legere, orare, pſallere & hoc genus cærimoniarum. Eccleſiaſtica præterea ſuperioritas iuriſdictionem a Chriſto obtinet: de qua ſupra & infra habetur.

Roma 10. ante fi. — 1. Pet. 4 in me. — ſ. 71. §. 4. ſ. 95. §. 1 — Actu. 10 ſ. §. 1 ante me. 2.

3. ¶ Humanum genus e paradiſo cecidit adeo enormiter ut abſq; gradibus reſurgere & ad finem ſibi deſtinatum peruenire nequeat: Ad eundem igitur finem Chriſtus præparauit uiam, nempe ſuam crucem & eccleſiam: in qua ſunt gradilia caracterum: quorum primus eſt baptiſmus ceu præpugium: quo ſcandere oportet omnes qui uiam domini ingredi uelint. Secundum gradile eſt confirmatio: qua conſtantes eſſe debent milites Chriſtiani. Deinde per ſeptem gradilia aſcendunt ſoli clerici ſecum laicos conducturi. Qui quidem laici ad ſuam ſalutem indigui ſunt ſacramentorũ & clericorũ: qui auctoritate ſibi a deo conceſſa porrigunt neceſſaria ſacramenta. Status itaq; clericorum nonnullis gradibus laicos præcellit. Di-

ſ. §. 1 in ſi. — Mat. 18

cellit. Diſpares deniq; ſunt ſtatus eccleſia ſticorum: inter quos unus alterų excellit. Et q̄uis omnes Chriſtifideles tam ſæcu lares q̄ ſpirituales in fide & charitate ſint æqualia membra Chriſti & eccleſiæ: in poteſtate tñ & officio unum membrų ex cedit alterų: caput, n, altius eſt pedibus: oia
Roma. 12. quoq; membra eccleſiaſtica non eundem actum habent: ut debitus ordo ſit in eccleſia. In qua duplices alunt̃ præbēdarij: aliquibus præſertim imbecillioribus præ benda afferẽ per alios puta miniſtros: qui pariter ſunt alendi. Siquidem ſacramenta ipſi clerici accipiunt, ac etiā alijs pro eorum indigentia porrigunt. Hoc modo clericorum ſtatus altior eſt ſtatu laicorų tanq̄ ſubditorum ſuis paſtoribus: non q̄ ſpirituales ſuperiores dominētur, ſed ſub
Luce. 22 ditis obſequantur, iuxta illud: Qui maior eſt in uobis, fiat ſicut iunior. Viceuerſa Chriſtifideles ſuis curatoribꝰ obedire debent in timore & reuerentia, iuxta illud:
Heb. 12 in ſi. Regnum immobile ſuſcipientes, habemus gratiam: per quam ſeruiamus, placentes deo, cum metu & reuerentia.

4 ¶ Sacramentum ordinis, ſecundum theologos, habet ſeptem gradus: ſecundum iuriſperitos nouem, pro numero nouem angelorų ordinum, ac ſi prima tonſura & ſuprema epōrų conſecratio contineāt duos ordines. At prima tonſura nō gradus ſed præparatio eſt ordinis; Vbi, n, a ſtatu in ſtatum eſt tranſmigrandum: ibi conuenientior fit quædam media habitatio ceu receſſus uel acceſſus. Cum aūt ſcholaris a ſtatu ſæculari ad eccleſiaſticum gradiẽ: igitur ſuorų capillorų abraſio congruum medium eſt atq; ſignum abdicati mundi,
Actu. 21 in uer. iuxta apl'orų inſtitutū: q̄ iniungebant Paulo & quatuor uiris uotum habentibus, i, religioſis, raſionē capitū ſuorų. Porro clauſtrales prope omnes capillos abradere ſolent, ad oſtentum abdicati proprij & mūdi, aliqua tamen propria in cōmuni poſſident pro ſui alimonia & eccleſiæ decore ac ꝓ pauperų elemoſyna: Ideo in capitib, ſuis reſtant modici capilli in modum co
1. Pet. 2 poſt prin. ronæ: qm̄ ſunt regale ſacerdotium & mācipia dei ſūmi regis: cui ſeruire eſt regnare, nam liberati a peccato, ſerui facti ſunt deo. Raſura eſt ordinis ſignum extrinſe cum: caracter eſt intrinſecum, in animam ordinati impreſſum: q̄ ei traditur ſpiritua lis poteſtas ac officium maius aut minus ſecundum qualitatem ordinis. Epiſcopa lis autem conſecratio non eſt ſpecialis caracter nec gradus ordinis; ſed exaltatio dignitatis: qua ſacerdotalis caracter amplia tur & in auctoritate dignificatur in tantū ut epūs Chriſtifideles confirmare, clericos ordinare iudicareq; ualeat. Sicut uniuerſi homines unius ſunt naturę & naturaliter æquales: unus tamen alterum præ cellit poteſtate, ditione, ſcientia, uirtute, &c. ſic omnes clerici unum habent ordinis ſacmentum & eundē caracterem in ſeptem gradus diuiſum: Super eos uero eminet epiſcopi auctoritas & augetur atq; ampliatur poteſtas.
Roma. 6 in ſi.

¶ Sicut in alijs ſacramentis, per exteriora & uiſibilia ſigna uel opera, ſignificatur & porrigitur interior inuiſibilis gratia: ſic in ſacramento ordinis per exteriora ſigna, uerba, geſta & inſtrumenta, ſpiritus humanus exaltatur & aſſumitur ad ſpiritua le officium & ad altiorem ſtatum ac ad potiorem poteſtatem q̄ in qua prius fuerat. Huiuſmodi poteſtas eccleſiaſtica datur ſoli ſpiritui ordinati, non etiam eius corpori: tametſi ordinis ſacramentum tactu corporali perficiatur. Porro eodem ſacramento in ſpiritum ordinati imprimitur interius ſignum, nempe caracter; Qui ſeparat in baptiſmo Chriſtianum a gentili: in confirmatione Chriſtianum militem ab inermi: In ordine autem caracter diſcernit clericum a laico. Baptiſmi deniq; & confirmatiōis caracter ſecum affert gratiam gratum facientem: qua baptiſatus & confirmatus deo fit gratior q̄ prius fuerat. Ordinis uero caracter ſecum non aliā affert grām, q̄ q̄ ordinatus nanciſcaẽ eccleſiaſticum officium & ſpūalem poteſtatem: interdum etiā quandam gratiam ſpiritusſancti ſingularem. ſupra 92. §. 7. 5.
1. Timo. 4 in ſi.

¶ Crimen clerici eius ptātem & ordinis grām non extinguit: put cæterorų ſacramentorum gratia per peccata tolliẽ. Cle 6.

ricus ſua temeritate omnē reliquā grām
amittere & ſeipm̄ dānificare poteſt: offi-
cium autem & gratiam ordinis utpote ca
racterem a ſe proijcere nequit: ideo circa
officium cuiuslibet legalis ſacerdotis ceu
diuini miniſtri, licitum eſt laicis ſuā ſalu-
tem inueſtigare & reperire. Nam quili-
bet ſacerdos ex commiſſione Chriſti, po-
teſt (ordinate tamen) hominibus porrige
re ſacramenta, pendentia a Chriſto, non a
ſacerdote. Cuius prauitas uel bonitas nec
quicq̄ addit nec adimit ſuæ poteſtati uel
ſacramento ordinis: ſiquidem inhoneſta
ſacerdotis uita ſibiipſi tantum, nō alijs no-
cet. Præterea ordinis ſacramentum una-
cum ſuo caractere in pſonis ordinatis per
petuo durat, in præſenti ſæculo ad uſum
hominum: in futuro iuſtis clericis ad glo-
riam: iniuſtis autem ad ignominiā. Quem
Math. 23 in prin. admodum olim ſcribæ & phariſæi ſyna-
gogæ ſederunt ſuper cathedram Moyſi:
ita hodie in eccleſia ſuper cathedrā Chri
ſti ſedent clerici: a Chriſto conſecuti am-
pliorem poteſtatem, q̄ olim a Moyſe ha-
buerunt priſci leuitæ: qui eam dumtaxat
in figura exercuerunt: hodie autem eccle
ſiaſtici ſacerdotes uera utuntur poteſta-
2. Cor. 12 in me. te. Quilibet ſacerdos (ueluti Paulus)
ad nos fari poteſt: Tametſi nihil ſum, ſi-
gna tamen mei apoſtolatus, ſcilicet po-
teſtatis facta ſunt ſuper uos. Quæ quidē
ptās in omni caſu cōperit clericis tam ma
lis q̄ bonis abſq̄ perſonarum diſcrimine,
7. ¶ Accipe exemplum in carnali parente:
cuius uirtus uel uitium nil in ꝓle alterat:
Nam ſemine humano, iuxta naturæ or-
dinem, in matrice debite formato, abſq̄
R.19. §1 mora deus creat & eidem corpori orga-
niſato infundit nouum ſpiritum: non in-
ſpecta bonitate uel malitia parentis: Pa-
riter ſacerdotis uitium diuinam non im-
pedit grām: q̄ cōfert ordinatim ſuſcipiē
ti ſacm̄entū. Quippe uiſibile ſacm̄entum
cauſat grām inuiſibilē cōferri: ꝑut forma
tū ſemē cauſat creari inuiſibilē ſpm̄ hūa-
num. Sicut deus eundem ſpm̄ nō differt
infundere proli maligni parentis: ſic non
renuit gratiam infundere deuote ſuſcipi-
enti ab immundo ſacerdote ſacramentū:

quod a deo eſt, non a ſacerdote. Vnde fa
tetur dominus: ſcribas & phariſæos q̄uis Math. 23 in prin.
peruerſos, tñ poteſtatem habuiſſe plebē
informandi & regendi. Subditus ſui dñi
mādato ſemper parere debet, etiamſi nū-
cius mandatum domini præconiſans,
iniquus eſt. Siquis per abrupta uel ſaxo-
ſa uel lutoſa gradiens, tibi aliam ſemitam
planam & amœnam indicat: proculdu-
bio ipſius conſilium, non greſſum ſeque-
ris. Siquidem dñs iubet ut omnia tui cura
toris dicta ſerues & facias: ſecundū ope- Math. 23
ra uero eius ne facias: Qui eni eius dicta 1. Theſ. 4
ſpernit, non hominem ſpernit ſed deum.
Ratio tamen & honeſtas expoſtulat, cleri
cos tanq̄ aliorꝫ ductores pollere bono ex
emplo, moribus & honeſtate ſuaq̄ facta
correſpondere uerbis. Nimirꝫ clericus in
peccatis nequit non indigne tractare ſac-
menta, maxime ſibiipſi ad iudiciū & dā-
nationem: q̄uis tibi nō præiudicet in por- 1. Cor. 11 in fi.
rigendo ſacm̄ento: cuius efficacia a Chri
ſto eſt: ideo tantam gratiam ſacm̄enti cō-
ſequeris acſi Chriſtus ipſe tibi ſacm̄entū
porrexiſſet. Noli igitur perſcrutari ſace-
dotis uitam, ſed tuiipſius conditionē: qua
ordinatim accipias ſacm̄entū. Virtus me-
dicaminis nō pendet ab aromatarij inco-
lumitate uel infirmitate: dummō is medi
camē coqt iuxta ꝓbati medici dictamen.
Cōſimili modo q̄dlibet ſacm̄entū ſalubre
eſt: dūmodo tractat̄ ſecundū ordinationē
Chri medici nr̄i: minime attenta bonitate
uel malitia miniſtri: ut tñ ordinatus ſit ſa-
¶ Subſtātialia huius ſacm̄enti (cerdos. 8.
ſunt quatuor: Primū ut pſona ordinanda
capax ſit ordinis. ſ. uir baptiſatus: Nā mu-
lier uel uir non baptiſatus caracterem or
dinis non recipit. Secundū eſt poteſtas or
dinantis, ſ. epi conſecrati: cuius intentio ſit
ordinare eos qui ſe ordini ſubijciūt. Ter-
tio ut epus oretenus exprimat uerba ne-
ceſſaria p eccleſiā deſuper formata. Quar
to ut ad quemlibet ordinis gradum adhi-
beat̄ debita materia, utpote clauis, libell9,
candela, calix uł reliqua ordinata, ab epo
porrigenda et per ordinandū tangenda.
tunc per expreſſa uerba & corporalia ſi-
gna exteriora interius in ſpiritu ordinādi
imprimit̄

imprimitur ſpirituale ſignum nempe ca-
racter; qui habet ſeptem gradus: in qui-
bus ordinatis dantur ſeptem officia ſeu
poteſtates.

9. ¶ Primus ordo eſt hoſtiarius: cuius offici
um eſt eccleſiam aperire & claudere, nec-
non ſacramentorum locum cuſtodire ab
immundis utpote ab infidelibus & excō-
municatis. Secundus gradus eſt lectoris:
qui habet ꝓphetias legere. Tertio exerci-
ſtę eſt coniurare & expellere dęmones a
baptiſandis. Quartus gradus eſt accolita-
tus ceropherarij: qui poteſt lumen in alta-
ri accendere & ante euangeliū ferre tanq̄
Johan. 1 figurā ueri luminis: quod illuminat oēm
hoiem uenientē in hūc mundū. In quinto
gradus ordine eſt ſubdiaconus, i. ſubmini
ſter altaris: cuiꝰ officiū eſt ꝑparare altare:
oblationes conſeruare ac epiſtolas legere.
Sexti ordinis eſt ſuperior miniſter altaris
Diaconus: cuius officium eſt in altari or-
dinare hoſtias: legere euangelium; ulte-
rius autem prædicare huic ordini non eſt
Act. 6 in prin. annexum ſed conueniens. Apoſtoli or-
dinarunt diacones ad ſpiritualem rem do-
meſticam: quo propenſius orationi & mi-
niſterio uerbi incūbere poſſint pſbyteri.

10. ¶ Pręmiſſi ſex gradus ordinantur ad ſe-
3. Reg. 10. post me. ptimum gradum ſacerdotij: ad quod a-
ſcenditur tanq̄ ad Salomonis thronum,
ſex gradilia habentem. Actus presbyte-
rorum principalis eſt celebrare miſſam &
ſub ea conſecrare corpus & ſanguinem
Chriſti. Conſequenter presbyteri cum ſa-
cramentis habent prouidere figurato cor
pori Chriſti, nempe terreſtri eccleſiæ &
ſuis membris: potiſſime per pœnitentiam
ligare & a peccatis ſoluere: ut fidelium
corpus myſticum aptum ſit atq̄ idoneum
ad uniendum ſe corpori Chriſti uero.
Singuli ſeptem gradus inſtituti ſunt atq̄
ſcalatim ordinati ad ſupremum altaris ſa-
cramentum, tractandum a presbyterio:
in quo omnes confluunt gradus. Qui
quamuis ſint ſeptem numero, ſub uno ta-
men comprehenduntur ſacramento.
Quemadmodum crudus pannus tot ſuc-
ceſſiuis tincturis intingitur, donec perfe-
cte fuerit coloratus: ita plures gradus ap-
plicanē clerico ordināndo uſq̄ ad oīm gra-
duū cōſumationē, nēpe ad pſbyteriū: uelu
ti in ſequenti exemplo deprehenditur.

¶ Vita naturalis continet tres gradus ui- 11.
delicet uegetatiuam, ſenſitiuam & ratio-
natiuam. In arboribus ſeu plantis eſt
ſolus gradus uegetatiuę: in brutis ſimul
ſunt uegetatiua & ſenſitiua: in hominibus
ſunt eædē ambę potentię unacum ratio-
natiua: quam ſpiritus humanus ſecum
affert. In quo quidem ſpiritu reſtant
adhuc tres potentiæ, ſ. memoria, intelle-
ctus & ſuperius libera uoluntas: quam
præter deum nulla ſuperat potentia. o-
mnes itaq̄ naturales potentiæ in homine
concurrunt. Pariformiter in hoſtiario
eſt duntaxat unus ordinis gradus: in ac-
colito quatuor: in ſacerdote ſeptem: Vbi
omnes gradus ſacramenti ordinis congre
gantur: & ulterius non eſt medium inter
ſacerdotem & altaris ſacramentum.
Nam ſicut uniuerſę uires humanę or-
dinantur ad obſequium liberę uolunta-
tis, extra deum ſuperiorem non haben-
tis: ſic uniuerſi gradus ordinantur ad ſa-
cerdotium: quod abſque medio proxi-
mum eſt ſub CHRISTO: licet ad ob-
ſequium eiuſdem CHRISTI cęteri quo
q̄ clerici ſint ordinati per medium tamen
ſacerdotum ſiue bonorum ſiue malorū.
Et ſicut libera uoluntas etiam peruerſa,
ultra reliquas hominis potentias conſiſtit
ueluti naturale medium inter deum & ge
neralem corporalem creaturam (Nam
etſi peruerſitas humanam naturam coin-
quinet, non tamen tollit) Sic ſacerdos
etiam peruerſus, uigore ſui officij, eſt cō-
petens medium inter ſacramentum alta-
ris & Chriſtifideles. Nempe loco Chriſti
ſacerdos in altari mediator eſt inter ho-
mines & deum, in ſacramento altaris præ-
ſentem. Hoc pacto CHRISTVS per
ſacerdotem deo reconciliat communem
eccleſiam & eius membra, prę ſertim eos
homines qui miſſę participes fiunt.

¶ Saluator noſter dominus Ihesus, ceu 2.
primus & ſupremus in ęternum ſacerdos Ps. 109
prędictos ſeptem graduum ordines ope-

Iohan. 2 in me Luce 2. in fi. ribus incępit atq; exercuit. Primũ gradũ
hoſtiarij, quando de templo eiecit uendẽ-
tes & ementes: Lectoris ſtatum tenuit dñs
in templo ſedebat in medio doctorum &
Luce 4 poſt prin. interrogabat eos: item ipſe dominus do-
cebat in ſynagogis ſeniorum, & magnifi-
Math. 8 ante me. cabatur ab omnibus. Virtute tertij gra-
dus nempe exorciſmi eijciebat immũdos
ſpiritus uerbo: eundem quoque gradum
impartitus eſt Chriſtus ſuis diſcipulis,
Luce 9 in prin. quando dedit eis uirtutem & poteſtatem
ſuper omnia dęmonia & ut lãguores cu-
Iohan. 8 poſt prin. Math. 5 poſt prin. rarent. Geſſit ſe deniq; pro accolito,
dicens: ego ſum lux mundi: Necnon ſuos
apoſtolos in accolitos ordinauit, quando
nominauit eos lucem mundi, ſubiungẽs:
Sic luceat lux ueſtra coram hominibus
ut uideant omnes qui in domo ſunt. Of-
Iohā. 13. in prin. ficium inſuper ſubdiaconi exercuit do-
minus, quando Lintheo ſe pręcinxit &
aquam in peluim miſit: qua diſcipulorum
pedes lauabat & extergebat lintheo. Iſte
ſubdiaconus eſt ſeruus regreſſus de agro:
Luce 17 poſt prin. cui dicebat dominus: para quod cœnem
& præcinge te & miniſtra mihi donec
manducem & bibam: hoc eſt: donec miſ-
ſa eſt finita.

13. ¶ Sextum gradum & miniſterium dia-
conatus attigit Iheſus in parabola: qua do
Math. 12. in prin. minus miſit ſeruum ſuum uocare inuita-
Iohan. 14 in prin. tos ad nuptias, & dicere inuitatis: Ecce
Luc. 22 prandium meum paraui: Item uado pa-
rare uobis locum. CHRISTVS deniq;
diſcipulos ſuſcitauit, dicens: quid dormi-
tis? ſurgite, orate: Nam officium diaconi
eſt, ſegnes ſuſcitare & increpare dicendo:
Ephe. 5 Surge qui dormis & illuminabit te Chri
ſtus. Illud diaconatus officium Chri-
ſtus commiſit Petro & Iohanni dicens:
Luce 22 poſt prin. euntes parate nobis Paſcha ut manduce-
mus: paterfamilias oſtendet uobis cœna-
culum magnum ſtratum & ibi parate.
quod mandatum diſcipuli executi ſunt &
parauerunt Paſcha: & ſic officium diaco-
ni expedierunt, idq; rurſus in ſuis actibus
Act. 6 ordinauerunt. Septimo dominus Ihe
ſus ſacerdocium exercuit, quãdo ſub cœ-
Math. 26 Mar. 14 Luce 22. na panem & uinum benedixit, fregit ſu-
iſq; dedit diſcipulis & officiũ ſacerdotale
commiſit: ac eos in ſacerdotes ordinauit
hijs uerbis: hoc facite in meam cõmemo-
rationem. Huiuſmodi tandem ſacerdoti-
um in ara crucis compleuit dominus ſui
ipſius oblatione.

¶ Ordinis ſacramentũ deſtinatum eſt ad 14.
expeditionem reliquorum ſacramentorũ
per ſacerdotes porrigendorum. Solum
baptiſmũ cogente neceſſitate quilibet ho
mo conferre poteſt: tanq; ſacramentũ ma
xime neceſſarium, iudiciali cognitione
nullatenus requiſita: ut tamẽ baptiſans de-
bitam formam obſeruet. Item matrimo-
nium concluditur mutuo uiri & mulieris
conſenſu: pro ſacramenti tamen decore
coniuges per ſacerdotem combinari de-
cet. Cætera ſacramenta a ſolis ſacerdo-
tibus accipienda ſunt. Principaliter ordi-
nis ſacramentum inſtitutum eſt ad altaris
ſacramentũ: Quod quia frequenter ſumi
oportet, non autem in peccatis: ideo ad
delenda peccata requiritur ſacramentum
pœnitẽtiæ: in qua contra peccata iudici-
ali cognitione occultę confeſſionis proce-
dendũ eſt. Ad quod quidẽ conſcientię iu
dicium ſacerdotes ordinantur. Nemo ue-
ro reos iudicare poteſt abſq; ſuperioris au
ctoritate. Chriſtus igitur in ſacramẽto or-
dinis occulte confert ſacerdotibus poteſta
tem ligandi & ſoluendi: quemadmodum
huiuſmodi poteſtatem ſuis diſcipulis ma-
nifeſte olim dederat, dicens: Accipite ſpi- Iohan. 20
ritum ſanctũ: ſicut miſit me pater, & ego
mitto uos: quorum remiſeritis peccata, re-
mittuntur eis. Quęquidẽ poteſtas cõmu-
niter nuncupatur ſcientię clauis: qua pœ-
nitenti aperit gratia diuina, q̃minus indi- Luc. 6. in fi.
gne ſumat altaris ſacramentum.

NONAGESIMVM QVINTVM CAPITVLVM.

De Sacerdotio & ſuperioritate Chriſtiana.

A Tempore ueteris & nouę legis
fuerũt & adhuc hodie ſunt duo
diſtincta ſacerdotia, nẽpe maius &
minus. Siquidẽ ſacramentũ ordinis ſacer
dotalis ad alia ſacramẽta eſt ordinatũ: ergo
oportet in

oportet in ordine ſacerdotali altiorē ſtatū eſſe ſupra alios ſacerdotes eligēdos,ordinādos,iudicandos & regendos: alioquin ſacramēta eſſent incerta,deordinata & ſuc.
Luc. 6 Luce 10 ceſſu temporis peritura. Nam Chriſtus ipſe elegit & diſtinxit apoſtolos,i. epiſcopos & maiores ſacerdotes a ſeptuaginta diſcipulis: & rurſum eorundem.lxx. diſcipulorum,i. minorum ſacerdotum gradū a reliqua turba. Huiuſmodi diſtinctionē primi & ſecundi graduum etiam apoſtoli uſurpauerunt & hactenus moderni p̄ſides uſurpant. Principio cōſideranda eſt duplex ſacerdotalis poteſtas:una circa ſanctiſſimū altaris ſacramentū:q̄ poteſtas abſq; medio a Chriſto eſt unacū ordinis ſacramento & caractere: quē ipſe Chriſtus p egreſſa epi uerba & ſigna tacite īprimit. Virtute eiuſdē caracteris poteſt ſacerdos, ceu inſtrumentū Chriſti,miſſam & cōſecratione ſacramēti celebrare abſq; medio: ad quod nullo ſuperiore ſed pane & uino indiget. In huiuſmodi facultate pares ſunt oēs ſacerdotes a ſupremo uſq; ad infimum quoniam unuſquiſq; ſacerdos Chriſti poteſtate gaudet celebrandi miſſam & con.
c. ſt. § 1 in fi. ſecrandi ſacramēta:Imo ipſe Chriſtus per ſacerdotem conſecrat & offert oblationē deo placentem.

2. ¶ Altera ſacerdotalis poteſtas in foro poenitentiæ eſt inæqualis circa cognitionem & relaxationem peccatorum, principaliter quidem progreditur a Chriſto ſine medio ad papam & epiſcopos per conſecrationē:ſecundarie autem mediantibus epiſcopis a Chriſto ad reliquos clericos p ordinationem. Eandem iudiciariam poteſtatem obtinet papa plenarie abſq; dimēſione ceu generalis uicarius Chriſti in tota eccleſia militante. Nam quicquid papa hic ligat aut ſoluit: Hoc totū, nullo excepto,eſt in alio ſæculo ligatum, aut ſolutū,
Johan. 21 uigore clauis cœlorum: quæ cum omnibus ouibus a domino Iheſu plenarie eſt conceſſa unicuiq; papæ ceu Chriſti uniuerſali Succeſſori. Poſt papam epiſcopi,tanq̄ apoſtolorum aſſeclę, habent poteſtatē ſuper peccatis cognoſcendi, unuſquiſq; in ſua dioceſi & diſtrictu:ſiquidem
iuxta ſcripturam deus in unamquanque Eccl. 17 ante me
gentem propoſuit rectorem nempe epiſcopum: Cum moderamine tamen:nam dominus non quantam Petro tantam reliquis apoſtolis poteſtatem dedit:Idcirco epiſcoporum poteſtas eſt commēſurata.
Deinde quilibet curator in ſua parochia Johan. 20 ante fi.
ac cæteri clerici in ſuis ſtatibus tantū eccleſiaſticę facultatis habent quantum unicuiq; a ſuo ſuperiore mandatum & conceſſum uel etiam modificatum eſt.

¶ Quamuis omnium & ſingulorum preſ 3.
byterorum poteſtas ſit ęqualis circa altaris ſacrificium,forſitan etiam in ſacramento pœnitentiæ:eſt tamen diſpar in remiſſione pœnæ: quę requirit conſcientiæ forum & cognitionē ac ſuperioris auctoritatem. Superioritatem quoq; eccleſiaſticā ſub uno ſupremo capite ordinatam eſſe oportet,poteſtas autem conſecrandi nulla cognitione ſed pane & uino indiget. Vnde elicitur triplex in eccleſia ſacerdotium: unum eſt cōmuniū ſacerdotum & curatorum:qui pro defunctis & uiuis, maxime pro nobis quottidie peccantibus, quottidie & ſępe ſacrificium laudis deo offerant aliaq; ſacramenta porrigant, & eccleſiæ ac ſuis membris,ubiq; terrarum diſtractis,cultu debito prouideant.

¶ Alterum & altius ſacerdotium eſt epi. 4.
ſcopale. In ueteri q̄ppe lege Leuitarū ſu. 1. Eſd. 11 ante fi.
perior nuncupatus eſt epus: in lege au. Act. 20
tem noua epiſcopus ſignificat ſuperatten. ante fi.
dentem: ſiquidem ſuperattendere debet ſuo gregi:in quo poſitus eſt epiſcopus regere eccleſiam dei. Atqui epiſcopi caput in ſui conſecratione ungitur criſmate: q̄a uerum caput Chriſtum deſignat, tanquā in ſua dioceſi Chriſti locūtenens. Quam
obrē neceſſitas exigit,in eccleſia eſſe epi. Tit. 1
ſcopos:qui ſinguli in ſuis eccleſijs cōſtitu. poſt prin.
ant presbyteros ac ornent expedientque grauia negocia: quæ inferioribus clericis non paſſim ſunt demandanda. Epiſcopi itaq; poteſtate,non ordine ſunt alijs ſacerdotibus ſuperiores. Epiſcopi deniq; neceſſarij ſunt ad ordinandum clericos:alioquin abſq; ſuperiore auctoritate nemo ad ordines proueheretur:quoniam par parē

Iohan. 2 in me ribus incępit atq; exercuit. Primū gradū
Luce 2. in fi. hoſtiarij, quando de templo eiecit uendē tes & emenies: Lectoris ſtatum tenuit dn̄ in templo ſedebat in medio doctorum &
Luce 4 poſt prin. interrogabat eos: item ipſe dominus docebat in ſynagogis ſeniorum, & magnificabatur ab omnibus.
Math. 8 ante me. Virtute tertij gradus nempe exorciſmi eijciebat immūdos ſpiritus uerbo: eundem quoque gradum impartitus eſt Chriſtus ſuis diſcipulis,
Luce 9 in prin. quando dedit eis uirtutem & poteſtatem ſuper omnia dęmonia & ut lāguores curarent.
Iohan. 8 poſt prin Math. 5 poſt prin Geſſit ſe deniq; pro accolito, dicens: ego ſum lux mundi: Necnon ſuos apoſtolos in accolitos ordinauit, quando nominauit eos lucem mundi, ſubiungēs: Sic luceat lux ueſtra coram hominibus ut uideant omnes qui in domo ſunt. Officium inſuper ſubdiaconi exercuit do-
Iohā. 13. in prin. minus, quando Lintheo ſe pręcinxit & aquam in peluim miſit: qua diſcipulorum pedes lauabat & extergebat lintheo. Iſte ſubdiaconus eſt ſeruus regreſſus de agro:
Luce 17 poſt prin. cui dicebat dominus: para quod cœnem & præcinge te & miniſtra mihi donec manducem & bibam: hoc eſt: donec miſſa eſt finita.

13. ¶ Sextum gradum & miniſterium diaconatus attigit Iheſus in parabola: qua do-
Math. 22. in prin. minus miſit ſeruum ſuum uocare inuita-
Iohan. 14 in prin tos ad nuptias, & dicere inuitatis: Ecce
Luc. 22 prandium meum paraui: Item uado parare uobis locum. CHRISTVS deniq; diſcipulos ſuſcitauit, dicens: quid dormitis? ſurgite, orate: Nam officium diaconi eſt, ſegnes ſuſcitare & increpare dicendo:
Ephe. 5 Surge qui dormis & illuminabit te Chriſtus. Illud diaconatus officium Chriſtus commiſit Petro & Iohanni dicens:
Luce 22 poſt prin. euntes parate nobis Paſcha ut manducemus: paterfamilias oſtendet uobis cœnaculum magnum ſtratum & ibi parate, quod mandatum diſcipuli executi ſunt & parauerunt Paſcha: & ſic officium diaconi expedierunt, idq; rurſus in ſuis actibus
Act. 6 ordinauerunt. Septimo dominus Iheſus ſacerdocium exercuit, quādo ſub cœ-
Math. 26 Mar. 14 Luce 22. na panem & uinum benedixit, fregit ſuiſq; dedit diſcipulis & officiū ſacerdotale commiſit: ac eos in ſacerdotes ordinauit hijs uerbis: hoc facite in meam cōmemorationem. Huiuſmodi tandem ſacerdotium in ara crucis compleuit dominus ſui ipſius oblatione.

¶ Ordinis ſacramentū deſtinatum eſt ad 14.
expeditionem reliquorum ſacramentoꝝ per ſacerdotes porrigendorum. Solum baptiſmū cogente neceſſitate quilibet homo conferre poteſt: tanq; ſacramentū maxime neceſſarium, iudiciali cognitione nullatenus requiſita: ut tamē baptiſans debitam formam obſeruet. Item matrimonium concluditur mutuo uiri & mulieris conſenſu: pro ſacramenti tamen decore coniuges per ſacerdotem combinari decet. Cætera ſacramenta a ſolis ſacerdotibus accipienda ſunt. Principaliter ordinis ſacramentum inſtitutum eſt ad altaris ſacramentū; Quod quia frequenter ſumi oportet, non autem in peccatis: ideo ad delenda peccata requiritur ſacramentum pœnitētiæ: in qua contra peccata iudiciali cognitione occultę confeſſionis procedendū eſt. Ad quod quidē conſcientię iudicium ſacerdotes ordinantur. Nemo uero reos iudicare poteſt abſq; ſuperioris auctoritate. Chriſtus igitur in ſacramēto ordinis occulte confert ſacerdotibus poteſtatem ligandi & ſoluendi: quemadmodum huiuſmodi poteſtatem ſui diſcipulis ma-
nifeſte olim dederat, dicens: Accipite ſpi- Iohan. 20
ritum ſanctū: ſicut miſit me pater, & ego mitto uos: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Quęquidē poteſtas cōmuniter nuncupatur ſcientię clauis: qua pœ-
nitenti aperit gratia diuina, q̄minus indi- Luc. 9. in fi.
gne ſumat altaris ſacramentum.

NONAGESIMVM QVINTVM CAPITVLVM.

De Sacerdotio & ſuperioritate Chriſtiana.

A Tempore ueteris & nouę legis fuerūt & adhuc hodie ſunt duo diſtincta ſacerdotia, nēpe maius & minus. Siquidē ſacramentū ordinis ſacerdotalis ad alia ſacramēta eſt ordinatū; ergo

oportet in

optet in ordine ſacerdotali altiorē ſtatū eſ
ſe ſupra alios ſacerdotes eligēdos, ordinā-
dos, iudicandos & regendos: alioquin ſa-
cramēta eſſent incerta, deordinata & ſuc-
Luc. 6 Luce 10 ceſſu temporis peritura. Nam Chriſtus
ipſe elegit & diſtinxit apoſtolos, i. epiſco-
pos & maiores ſacerdotes a ſeptuaginta
diſcipulis; & rurſum eorundem. 70. diſci
pulorum, i. minorum ſacerdotum gradū
a reliqua turba. Huiuſmodi diſtinctionē
primi & ſecundi graduum etiam apoſto-
li uſurpauerunt & hactenus moderni p̄-
ſides uſurpant. Principio cōſideranda eſt
duplex ſacerdotalis poteſtas: una circa ſan
ctiſſimū altaris ſacramentū: q̄ poteſtas abſ
q; medio a Chriſto eſt unacū ordinis ſa-
cramento & caractere: quē ipſe Chriſtus
p egreſſa epi uerba & ſigna tacite iprimit.
Virtute eiuſdē caracteris poteſt ſacerdos,
ceu inſtrumentū Chriſti, miſſam & cōſe-
crationē ſacramēti celebrare abſq; medio:
ad quod nullo ſuperiore ſed pane & uino
indiget. In huiuſmodi facultate pares ſunt
oēs ſacerdotes a ſupremo uſq; ad infimum
quoniam unuſquiſq; ſacerdos Chriſti po-
teſtate gaudet celebrandi miſſam & con-
c. 65. § i in fi. ſecrandi ſacramēta; Imo ipſe Chriſtus per
ſacerdotem conſecrat & offert oblationē
deo placentem.

2. ¶ Altera ſacerdotalis poteſtas in foro pœ
nitentiæ eſt inęqualis circa cognitionem
& relaxationem peccatorum, principali-
ter quidem progreditur a Chriſto ſine
medio ad papam & epiſcopos per conſe-
crationē: ſecundarie autem mediantibus
epiſcopis a Chriſto ad reliquos clericos p
ordinationem. Eandem iudiciariam pote
ſtatem obtinet papa plenarie abſq; dimē-
ſione ceu generalis uicarius Chriſti in tota
eccleſia militante. Nam quicquid papa
hic ligat aut ſoluit: Hoc totū, nullo exce-
pto, eſt in alio ſæculo ligatum, aut ſolutū,
Johan. 21 uigore clauis cœlorum: quæ cum omni-
bus ouibus a domino Iheſu plenarie eſt
conceſſa unicuiq; papæ ceu Chriſti uni-
uerſali Succeſſori. Poſt papam epiſco
pi, tanq̄ apoſtolorum aſſeclę, habent po-
teſtatē ſuper peccatis cognoſcendi, unuſ-
quiſq; in ſua dioceſi & diſtrictu; ſiquidem
iuxta ſcripturam deus in unamquanquē Eccl. 17 ante me
gentem propoſuit rectorem nempe epi-
ſcopum; Cum moderamine tamen; nam
dominus non quantam Petro tantam re-
liquis apoſtolis poteſtatem dedit: Idcirco
epiſcoporum poteſtas eſt commēſurata.
Deinde quilibet curator in ſua parochia Johan. 10 ante fi.
ac cæteri clerici in ſuis ſtatibus tantū ec-
cleſiaſticę facultatis habent quantum uni
cuiq; a ſuo ſuperiore mandatum & con-
ceſſum uel etiam modificatum eſt.

¶ Quamuis omnium & ſingulorum preſ 3.
byterorum poteſtas ſit ęqualis circa alta-
ris ſacrificium, forſitan etiam in ſacramen-
to pœnitentiæ; eſt tamen diſpar in remiſ-
ſione pœnæ: quę requirit conſcientiæ fo-
rum & cognitionē ac ſuperioris auctori-
tatem. Superioritatem quoq; eccleſiaſticā
ſub uno ſupremo capite ordinatam eſſe
oportet. poteſtas autem conſecrandi nul-
la cognitione ſed pane & uino indiget.
Vnde elicitur triplex in eccleſia ſacerdo-
tium: unum eſt cōmuniū ſacerdotum &
curatorum: qui pro defunctis & uiuis, ma
xime pro nobis quottidie peccantibus,
quottidie & ſępe ſacrificium laudis deo of
ferant aliaq; ſacramenta porrigant, & ec-
cleſiæ ac ſuis membris, ubiq; terrarum di-
ſtractis, cultu debito prouideant.

¶ Alterum & altius ſacerdotium eſt epi- 4.
ſcopale. In ueteri q̄ppe lege Leuitarū ſu- 1. Eſd. 16 ante fi
perior nuncupatus eſt ep̄us: in lege au- Act. 20 ante fi.
tem noua epiſcopus ſignificat ſuperatten-
dentem: ſiquidem ſuperattendere debet
ſuo gregi: in quo poſitus eſt epiſcopus re-
gere eccleſiam dei. Atqui epiſcopi caput
in ſui conſecratione ungitur criſmate: q̄a
uerum caput Chriſtum deſignat, tanquā
in ſua dioceſi Chriſti locūtenens. Quam-
obrē neceſſitas exigit, in eccleſia eſſe epi- Tit. 1 poſt prin.
ſcopos: qui ſinguli in ſuis eccleſiꝭs cōſtitu-
ant presbyteros ac ornent expediantque
grauia negocia: quæ inferioribus clericis
non paſſim ſunt demandanda. Epiſcopi
itaq; poteſtate, non ordine ſunt aliꝭs ſacer-
dotibus ſuperiores. Epiſcopi deniq; ne-
ceſſariꝭ ſunt ad ordinandum clericos: alio
quin abſq; ſuperiore auctoritate nemo ad
ordines proueheretur; quoniam par parē

ordinare nequit. Per conſequens defe-
ctu ſacerdotum & ſacramentorum, in plu
ribus Chriſtifidelibus fruſtraretur Chri-
ſti paſſio & meritum: quod per ſacramen
ta inueſtigari oportet. Qua cauſa Chri-
ſtus imprimis apoſtolos in epiſcopos con-
ſecrauit eiſq; iniunxit & auctoritatem de-
dit alios epiſcopos & ſacerdotes ordinan-
di & ſucceſſu temporis uſq; ad extremũ
diem ſufficiendi: ut ſemper & ubiq; ſacrifi-
cium altaris offeratur cæteraq; ſacramen-
ta exerceantur ad cõmunicandũ ſuę paſſi
onis meritum. Ab eadem primęua Chri-
ſti conſecratione procedunt omnes & ſin-
gulę ſubſequentes conſecrationes & ordi-
nationes. Quemadmodum uirtus to-
tius noſtrati baptiſmi ꝓfluit a primo Chri
Mat. 3 ante finẽ ſti baptiſmo: ita tota uirtus & poteſtas or
dinis eſt a Chriſto: qui per uiſibilẽ & exte
riorem epiſcopi ordinationem, clericum
interius & inuiſibiliter ordinat.

5. ¶ Tertio ſacerdotio nempe ſumo pontifi-
ce ceu capite eccleſiæ & locũtenẽte Chri-
ſti opus eſt: qui uice Chriſti uirtute claui-
Mat. 16 um in terreſtri eccleſia plenam poteſtatẽ
habeat id, quod ẽpis ſupereſt, diffinire &
abſoluere: necnon uniuerſa Chriſtifideli-
um in toto orbe neceſſaria dirimere: ne
emergentia negocia ſpiritualia & erro-
nea fidei maneant indiſcuſſa, ſed penes
certum caput determinari ualeant. Ita
ut præmittitur, Iheſus Chriſtus utrumq;
ſacerdotium maius & minus commiſit ſu
is diſcipulis, tanquam miniſtris & presby-
teris ac epiſcopis: Quemadmodum hacte
nus omnes epiſcopos oportet eſſe presby
teros & diaconos ac reliquis inferioribus
gradibus inſignitos: Nullus.n. maior ordo
abſq; minoribus conferri debet: tametſi mi
nores ordines abſq; maiorib. eſſe poſſint.
Non omnis ergo ſacerdos eſt epiſcopus:
ſed omnis epiſcopus eſt ſacerdos & utrũ-
q; officium exercere ualet. prout olim apo
ſtoli in locis paucorum fidelium utrumq;
Actu. 10 ante fi. officium cõmendarunt unis uiris: qui in
ſcriptura maiores natu uel presbyteri uel
ẽpi nuncupantur: non q; ſit unum officiũ
ſed q; una perſona utrumq; officium exe-
quatur: nuncupatur quidem presbyter
propter ętatem: & epiſcopus propter di-
gnitatem. ubi autem numerus Chriſtifi- Diſ. 93 legimus in fi.
delium auctus eſt: una perſona cõmode
nequiuit ambobus officijs pręeſſe: ideo
apoſtoli maius officium ſcilicet iudicij ſpi-
ritualis commiſerunt epiſcopis: minus au-
tẽ presbyteris: ne cõmunis populus Chri-
ſtianus negligatur, ſed quęlibet plebs ſuũ
curatorem & quęlibet ciuitas epiſcopum
habeat.

¶ Ad huiuſcemodi officium epiſcopale 6.
ſpirituſſanctus elegit Barnabam & Pau-
lum, dicens: Segregate mihi Saulum & Actu. 13
Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos in prin.
tunc apoſtoli ordinauerunt Paulum &
Barnabã in epiſcopos. deinde & Paulus 1. Tim. 3 in fi.
Titum & Thimotheũ: quibus primitus Tit. 1. poſt prin.
utrumq; officium iniunxit: poſtea aucto
populo Chriſtiano, iuſſit ut epiſcopi ceu
epiſcopi ea quę deſunt corrigant & rur-
ſus ordinent presbyteros atq; per ciuita-
tes conſtituant. Prędicta duo ſacerdotia
fuerunt in figura, quando in priori taber- Hebre. 9
naculo ſemper introibant ſacerdotes ſa- poſt prin.
crificiorum officia conſumantes: in ſecun-
do aut ſemel in anno ſolus pontifex. Qui
quidem pontifex a deo iuſſus eſt ſingula-
ribus ueſtibus ornari ad decorem diuinũ,
pręſertim uitta cum laminibus: rationale Exo. 28
cum humerali: alijſue ornamẽtis ut patet
in Exodo. Dioniſius Pauli diſcipulus uo- De eccleſi-
cat epiſcopos primę dignitatis uiros: reli- aſtica Ihe rarchia.
quos uero ſacerdotes uocat ſecundi ordi-
nis miniſtros. Iſto diſcrimine utitur ec-
cleſia in præfatione ordinum appellans
cõmunes presbyteros miniſtros ſecundę
dignitatis.

¶ Nota quatuor ſuperioritates a deo eſſe 7.
.ſ. ſpiritualem, naturalem, ciuilem & ſæcu- Roma. 13 in prin.
larem. Prima ſpiritualis & ſuprema pro
greditur immediate a deo, taxata per Chri
ſtum, quando cum diſcipuli interroga-
bant, quis eorum eſſet maior in eccleſia? Mat. 18
quibus reſpondit: quicunq; ſe humiliaue- in prin. & Mar. 9
rit, hic eſt maior: Si quis uult primus eſſe, Luce 9 in fi.
erit omnium nouiſſimus & omnium mi-
niſter: Nam qui minor eſt inter uos oẽs,
hic maior eſt. Eadem maioritas eſt ſine
medio a Chriſto & exercenda per papã,
epiſcopos

epiſcopos,prçlatos,presbyteros,alioſq; cle
Exo.20 ricos. Secunda ſuperioritas eſt a deo me-
Gene.3. diante natura nempe patris in filium: ma
Luce 6. riti in uxorem: magiſtri in diſcipulum:
1. Pet.2 Serui quoq; ſubditi ſunt dominis: non ta-
men bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis.
Pluresſimiles a natura ſunt ſuperioritates
in eccleſia. Tertia eſt ciuilis & communis
inter omnes Chriſtianos: qua quilibet ſtu
Luce 14 deat poſt ſuum proximum recumbere
1. Pet.2 & ſe ſubijcere omni humanę creaturę ꝓ-
pter deum. Quarta ſuperioritas eſt ſæcu-
laris ad coercendum malos & defenden-
Luce.22 dum bonos; ſic reges gentium dominan-
ante me. tur: præſertim ſicut in eccleſia opus eſt
ſpirituali ſuperioritate ad ſacramenta alia
q; negocia eccleſiaſtica expedienda: ita ne
ceſſaria eſt ſæcularis poteſtas ad protegē
dum eccleſiam & manutenendum pacē
Roma.13. concordiamq; inter Chriſtianos. Sæcula-
in prin. ris igitur ſuperior dei miniſter eſt.

8. ¶ Sęcularem ſuperioritatem deus ab ini-
tio non inſtituit, ſed propter uarios erro-
res & dolos inter mortales cęptos permi-
ſit, homines regibus alijſue potentatibus
ſubijci: Iudæis ad dominum clamanti-
bus: Conſtitue nobis regem ut iudicet
nos, ſicut & uniuerſæ habent nationes.
Poſtea deus huiuſmodi cupitam homi-
num ſubiectionem bene ordinauit & eis
ſæcularem ſuperioritatē præfecit: præ-
1. Reg.8 cipue olim ſynagogę Saulem, Dauidem
ſuoſq; ſucceſſores in reges dedit ac poſtea
eccleſiæ Romanos cæſares conceſſit &
ſuo aduentu confirmauit, ad Pilatum ceu
Romanum pręſidem dicendo: non habe-
Joban.19 res poteſtatem aduerſum me ullam, niſi
tibi datum eſſet deſuper. Hinc elicitur
Dani.2. ſæcularem ſuperioritatem eſſe a deo, po-
De onere tiſſime quatuor regna in Daniele expreſ-
eccle.c.48 ſa: quæ deus ſucceſſiue conſtituit & tran-
in prin. et per to. ſtulit: Alioquin Chriſtus eandem ſæcu-
larem poteſtatem non immiſcuiſſet ſta-
tui ſpirituali, ſed potius extinxiſſet. Nimi-
Roma.13 in prin. rum ſpiritus ſanctus mandat ut omnis ani
ma poteſtatibus ſublimioribus ſubdita
ſit: ex quo nulla poteſtas eſt niſi a deo: qui
ordinat omnem poteſtatem: itaq; qui re-
ſiſtit poteſtati, dei ordinationi reſiſtit: qui
autem reſiſtunt, damnationem acquirūt.
Sæcularis ſuperior non ſine cauſa gla-
dium portat: dei enim miniſter eſt, uin- Tit.3
dex in iram ei qui male agit. Et infra: Ad in prim
mone illos principibus & poteſtatibus ſub 1. Pet.2
ditos eſſe. Subiecti igitur eſſe debemus
omni humanæ creaturæ propter deum,
ſiue regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus
tanq; ab eo miſſis: quia ſic eſt uolūtas dei.
Regna autem extra eccleſiam non ſunt a
deo: ſed latrocinia: deus enim tyrannum Job 34
non cognoſcit, iuxta ſcripturam. in me.

¶ Siquis argumentat̄ Romanum impe 9.
rium ante tempora Conſtantini: pariter
reliqua tria regna ante Chriſti aduentū
dominantia, non fuiſſe a deo: dum primi-
tus ſynagogam, deinde eccleſiam deſtrue
re, non defendere, conabant̄. Cui talis da-
tur intellectus: Communis ſtatus laicalis
unacum ſuis ſęcularibus potentatibus eſt
corpus eccleſiæ myſticum: eiuſdem uero
eccleſię anima eſt ſtatus eccleſiaſticus una
cum ſpiritu ſancto. Et ſicut corpus huma 8.18.§.1 in prin
num in matrice primo præparatur uſque
quo productum fuerit ad formam hu-
manam: tunc deus infundit corpori ani-
mam: quæ ipſum uiuificat, uegetat &
ſenſitiuum reddit: Sic eccleſiæ corpus ſæ
culare ſucceſſiue præparabatur, donec
formatum eſſet atq; capax ſpiritualis &
catholicę uitæ: utpote quando in Roma
monarchia mundi & in mundo pax exu-
berabat: tunc enim uenit plenitudo tem- Gala.4
poris q; deus huc mitteret ſuum filium: in prim
qui mundum ſpiritualiter ordinauit & ui
uificauit: poſtea caput ſpirituale Romam
ceu ad capitalem urbem ſæcularem, de-
ſtinauit: ut per utrumq; ſupremum do-
minium ſcilicet ſæculare & ſpirituale uni
uerſus populus totius orbis adipiſci ua-
leat uitam, hic ſpiritualem, in futuro ſæ-
culo æternam: Siquidem per clerum ſa-
cramenta tractantem profluit ſpiritualis
uita in laicos: quam ipſis Deus mittit per
eos presbyteros qui illis prædicant uel ſa-
cramenta porrigunt uel pro eis celebrant
ſeu orant: Maxime ut ſtatus eccleſiaſti-
cus, ceu pars corporis eccleſiæ ſuperior,

ſua influentia ſpirituali inferiorem partẽ ſæcularem regat & demulceat ac ad deũ dirigere curet.

10. E.17. § 6 ¶ Eo modo eccleſia terreſtris unanimiter regenda eſt ac ſuſtentanda per Papã & Imperatorem tanq̃ ſupremos rectores & dei locumtenentes. Vtriq; poteſtati obedire tenemur iuxta euangelium: Luce 10. in me. Reddite ergo quæ ſunt cęſaris cæſari & quæ ſunt dei deo. Inſuper eccleſiaſtici ſpiritualem cibum laicis participare, & rurſus laici ſuis curatoribus in carnalibus miniſtrare: & ſic mutuo in eccleſia fraterne & Roma. 15. ante fi. humiliter habitare debent. Qui autem ſe a papę uel cęſaris obedientia eximit, diuinę maieſtati rebellis eſt & tanq̃ acephalus Di. 93. nulla abſciſum eccleſiæ membrum: prout Turci & gentiles, inter ſe non ueros ſed confictos flamines habentes, ſunt ſpiritualiter mortui ac in ira dei & ſub diabolo. Nam ſicut humanum corpus abſq; anima imperfectum eſt, uita carens naturalẽ: ſic qui abſq; uera ſpiritualitate in ſæculo conuerſatur, deo mortuus eſt & gratiæ gratum 1. Cor. 11. poſt me. facientis exors. Scriptura dictat, dei eccleſiam in ſuo regimine non eſſe contemnendã, nam ſi quis eã ſpernit, ſpernit Chriſtũ. Luce 10 Qui primitus modico ſtatu eccleſiam inchoauit: poſtea multiplicauit, ampliauit, decorauit, dotauit, boniſq; temporalibus ditauit, ad honorem ſcz ſuæ diuinæ maieſtatis necnon ad eccleſiæ & ſuorum membrorũ conſolationẽ. Noſtris aũt temporibus eccleſia deturpatur & diruitur per ſua propria corrupta membra, nempe p Chriſtianos peruerſos. Caueant igitur fautores corrumpentium uerum ſacerdotiũ & extirpantium ſtatum eccleſiaſticum ac fingentium ſingulos baptiſatos eſſe ſacerdotes. Illi quidem ſeipſos neci dant, poſtergantes ſpiritualẽ uitam & ſalutis uiã, merito igitur conſcientia cõcuſſi timeant q̃ uerum Chriſtum filiũ dei ſuamq; ſponſam eccleſiã, deprauato euangelio et fucato proximi amore, tam acriter & infideliter offendunt. quoniam eorum malicia directe contrariatur omni charitati dei & proximi ueroq; Euangelio. Quoad noſtri ſuperiores priſci Germani ſacerdotiũ & eccleſiam uenerati ſunt, acquieſcentes laudabilibus conſuetudinibus & catholicis inſtitutionibus; cum noſtri progenitores ac poſt eos noſipſi unanimi pace & bona quiete necnõ ſufficienti alimonia & ſucceſſu proſpero freti ſumus. Poſtq̃ uero quidam peruerſi theutones, lapſi ab eccleſia, eandem eiuſq; miniſtros & canones debellant atq; deſpiciunt, hæreticos mores ſecuti; cogimur ſubeſſe bello, uexationi, diſcordiæ, egeſtati & omni diſfortunio, ceu rabidi canes: de quibus Paulus ſcribit: uidete canes, uidete malos operarios, uidete conciſionem. Philip. 3 in prin.

CAPITVLVM NONAGESIMVM SEXTVM. An quilibet baptiſatus ſit ſacerdos.

INcredibilis perfidia & falſiſſimũ dogma emerſit, omnes baptiſatos ex ęquo eſſe ſacerdotes: tamen tali officio ſacerdotali nemini liceat uti ſine conſenſu communitatis: nam quod eſt commune omnium, nullus ſibi ſingulariter uſurpare poſſit: niſi a communitate uocetur: ac ſi ſacerdotium in ipſam cõmunitatem a deo deriuatum ſit: deinde ab eadem communitate in eum qui ſacerdotio fungeretur: quoniã Petrus ad omnes dicat; uos autem genus electum, regale 1. Pet. 2 ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis. Pſeudo igitur prophetę admittũt ut baptiſati laici, mulieres & impuberes, tanq̃ liberæ ſpirituales perſonę, confeſſos abſoluant cæteraq; ſacramenta exerceant uirtute uerbi Chriſti dicentis: quodcunq; ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cęlis. Baptiſatus quoq; habet ſpiritum Chriſti, teſte Paulo: Etenim in uno ſpiritu o- Math. 18 1. Cor. 12 poſt prin. mnes nos in unũ corpus baptiſati ſumus: quaſi eo oẽs ſimus ſacerdotes: & Paulus cẽſeat oĩa mẽbra eſſe manus uel pedes uł oculos: quia omnia eadẽ mẽbra ſint unius corporis: pariter uaria membra ſint in uno corpore eccleſiæ. Rurſus aiunt peruerſi: ubi ſpiritus domini, ibi libertas & poteſtas acſi eadem poteſtas & libertas in exterio- 1. Cor. 3 in fi. ribus actibus ſacramentorum conſiſtar.

Atqui

Atqui huiuſmodi poteſtas intrinſece in ſpiritu & deorſum uerſus carnem dirigenda eſt:non ſurſum uerſus deum neq; contra proximum uſurpanda, Nam prædicta uerba, quodcunq; ligaueris ſup terram & cæte. dominus expreſſit ad ſolum Petrum:poſtea ad reliquos Apoſtolos: quibus cura animarum committebatur, ideo eadem uerba non ſunt generaliter extendenda ad omnes homines baptiſatos, quaſi ordinatos & liberos ſacerdotes, Porro illi noſtri hæretici ſequuntur Turcos & Ethnicos:qui ſuum ſacerdotium confundunt cum ſæcularibus. de ſpis Tertullianus ſcribit: Ordinationes hæreticorum ſunt temerariæ, leues, inconſtantes:nunc neophitos conlocant, nunc ſæculo obſtrictos:ut gloria eos obligent: quia ueritate non poſſunt. Nuſq; facilius proficitur, & iterum quis ſupprimitur q̃ apd' prædictos apoſtatas noſtros:hodie eſt laicus qui cras fit epus uel ſacerdos: poſtridie iterum laicus uel etiam phanaticus.

Matt.18 — De preſcriptionibus hereticorũ

2\. ¶ Apoſtatæ ac infideles plerunq; ex eorum cõmunitate temerarie aſſumunt ſibi fucatos ſacerdotes: ꝑut Hieroboam una cum octo tribubus Iſrahel a ſynagoga diſcedens, fecit phana in excelſis & ſacerdotes de extremis populi: qui non erant de filijs Leui, nempe de ꝓgenie ſacerdotũ: popl'o deniq; inſipido pſuaſit ut adulterinos ſacerdotes pro legitimis aſſumerẽt, derelinquentes uerum deum & ſequentes idola. & ꝓpter hanc cauſam peccauit domus Hieroboã & euerſa eſt & deleta de ſuperficie terræ. Quippe multo damnabilius Antichriani moderni obſeruant ꝓ ſacerdotibus, non ſolum aliq̃s ex laicis (quemadmodũ Hieroboam) ſed indiſtincte oẽs baptiſatos tam fœminas q̃ mares tam nebulones q̃ infantes:in dei & eccleſiæ cõtemptũ: in ſacmentũ & Chriane religiõis detrimẽtũ acetiã in cõis ppl'i ſedu

3\. Reg.12 & c.13, in ſi.

3\. ¶ Q̃z aũt Petrus (ut p̃mittit) ad (ctionẽ; electos ſcribit: uos eſtis regale ſacerdotiũ: non eſt intelligendũ de ſacerdotibus ſacratis: qui per ſacramẽta homines ſanctificare poſſunt: ſed qui ſeipſos abilitant participes fieri diuinæ gratiæ & ſanctificationis, Illi quidem fiunt reges. i. ſui rectores: fiunt quoq; ſacerdotes. i. ſuæ ſalutis paſſiui autores, Petrus etenim taxat eos qui ſeipſos offerunt Chriſto ceu capiti ſuo & ſempiterno ſacerdoti: cuius mẽbra ipſi ſunt: in eis enim charitas dei regit & a ſpiritu ſancto unguntur, Ideo Petrus pauloante inquit: uos ipſi tanq̃ lapides ui ui ſuperædificamini domos ſpirituales, in ſacerdotium ſanctum, offerentes ſpirituales. i. interiores hoſtias, acceptabiles deo per Iheſum Chriſtum. Cum igitur Chriſtiani ſeipſos ut rationales hoſtias, interius deo offerunt, merito per metaphoram ſacerdotium ſanctum a Petro nuncupantur: tametſi non ſint ſacerdotes ordinati neq; deſtinati ad ſacramentorum porrectionem uel miſſæ celebrationem: ſed ut ſeipſos ſpiritualiter prouideant, ſuam contemplationem & fidem deo offerentes, hoc eſt interioris templi ſacerdotium & regnum, non exigens exteriorẽ decorem: ſiquidem omnis deuotus templum dei uiui in ſcriptura uocitatur, Aliud autem dei templum eſt exterius, nempe eccleſia catholica: in qua ſacerdotes ordinati exiſtunt: de quo ſacerdotio nemo ſe iactare poteſt, niſi legittime ſit electus & ordinatus, Illi proprie ſunt paſtores totius plebis paſcendæ & regendæ: Singulus autem Chriſtianus eſt metaphorice rex & ſacerdos dumtaxat ſuiipſius non aliorum.

E.39. ſ.12 ante ſi. — 1. Pet.2 — 2. Reg.6 in ſi.

4\. ¶ Conſimiliter deus uocauit Iudæos peculium de cunctis populis & in regnum ſacerdotale & gentem ſanctam, Et tamẽ apparet, non omnes Iudæos fuiſſe ſacerdotes: Ita neq; omnes Chriſtiani ſunt ſacerdotes, Olim ſeparauit dominus tribũ Leui ut portaret archam fœderis, Siquidem in ueteri lege diſcrimen fuit inter ſacerdotes figuræ & populum communem: multo decentius in noua lege inter ſacerdotes ueritatis & laicos diſcrimẽ eſt, Q̃obrem Petrus ipſe diſtinxit presbyteros a laicis tanq̃ paſtores ab ouibus: quibus iniunxit: ut paſcant dei gregem qui ſub eis eſt, Pari modo Paulus conſulto dirimit ſacerdotiũ a plebe; cum de ſe ſuiſq;

Exo. 19 in prin. — Deut.10 poſt prin. — 1. Pet.5 in prin.

1. Cor. 3 cooperationibus loquitur: Dei adiutores
post prin. ſumus, Rurſus ad plebem: dei agricultu-
ra eſtis: dei ædificatio eſtis: ac ſi plebs ſit
terra quę colitur, aut lignea materies quę
conſtruitur: Sacerdotes autem ſint agri-
cultores aut fabri aut mediatores inter de
um & laicos. Ex præmiſſis ſcripturis ſatis
conſtat, non omnes Chriſtianos eſſe pre-
ſbyteros. Quinymo ſacra ſcriptura non
admittit presbyteros per plebem eligi ut
Gala. 4 prædicti: nam deus ipſe miſit ſuum filium
in prin. primum & ſummũ ſacerdotem Iheſum:
qui deinceps duodecim diſcipulos elegit
Joban. 6 atq; miſit, aiens: Sicut miſit me uiuens pa-
in fi. ter, & ego uiuo propter patrem. Item ſi-
Joban. 6. cut miſit me pater, & ego mitto uos: &
ante fi. ego uos duodecim elegi ſcilicet ad ſacer-
Joban. 10 dotalia obſequia utpote celebrãdi miſſas
porrigendi ſacramenta, abſoluendi, præ-
dicandi aliaq; negocia eccleſiaſtica opor-
tune exequendi.

6. ¶ Cæterum ſacramenta necnon alia do-
na cœleſtia, ueluti ſeptem dona ſpiritus
ſancti: octo beatitudines: pleraq; ſimiles
grãæ, per caput nr̃um dñm Iheſum Chri-
ſtum a deo ſupremo deorſum fluunt in
eccleſiam terreſtrem ſuaq; mẽbra, ſecun-
dum cuiuslibet capacitatẽ. Præcipue ſpi-
ritualis poteſtas & Chriſti ſupioritas pro
fluit in papã, ep̃os, plebanos, presbyteros,
cæteroſq; clericos, iuxta cuiuslibet grad9
ordinem & ſtatũ: quẽ quiſq; ꝓ ſua qualifi-
catione in eccleſia obtinet. Eiuſdem influ
entiæ & ptãtis, Laici non ſunt capaceſq; ali
ter ꝗ ꝑ mediãte clericoꝝ ptãte, ſacramẽ
talem grãm a deo cõſequunt. Porro ani-
maꝝ curatores hmõi ſuã ptãtem laicis im
partiri & ſacm̃enta porrigere debẽt gra-
Math. 10 tis & abſq; lucro: dictante dño: gratis ac-
post prin. cepiſtis, gratis date: Reſeruata tñ debita
ſuſtentatione: de qua ſupra 66. §. 5. Inſu-
Gala. 1 per Paulus teſtatur ſe non ab hoibus neq;
in prin. per hoiem, ſed ꝑ Iheſum Chr̃m & deum
pr̃em, ap̃l'm fuiſſe conſtitutũ: neq; plebis
ullius aſſenſum expectauit: ſed penes ſe
nõnullos alios põtifices elegit atq; ordina-
1. Tim. 4 uit, nẽpe Timotheũ, Titũ ac alios: q̃s ſuaꝝ
manuũ impoſitione præfecit, abſq; cuiuſ
nis plebis electiõe uel cõſenſu. Speciatim
ſcribit Paulus ſe dediſſe Tito ptãtem pre
ſbyteros ordinãdi dicẽs, huius rei grã re- Tit. 1
liqui te Cretę, ut ea quæ deſunt, corrigas in prin.
& conſtituas per ciuitates presbyteros: ſi-
cut & ego diſpoſui tibi. Ibidem nulla de
populi aſſenſu fit mentio.

¶ Superioribus modo locis ſufficiẽter ꝓ- 6.
batur, pontificalem autoritatem ac ſacer-
dotalem ordinem & electionem nõ (quẽ-
admodum ſæcularem ptãtem) pendere a
cõmuni populo: ſed originaliter a deo eſ-
ſe ꝓgreſſam ad Chr̃m: ulterius a Chriſto
ꝓfluxiſſe in Petꝝ, Paulum cęteroſq; apo-
ſtolos: ab apoſtolis ad Barnabã, Timothe
um, Titũ & reliq̃s ap̃loꝝ diſcipulos: Rur
ſum ab iſtis ad alios & alios ſucceſſiue de-
ſcendiſſe uſq; ad modernos ep̃os & pre-
ſbyteros: Per quos decætero ꝓgredieẽ
ulterior epiſcopalis & ſacerdotalis electio
& poteſtas ad ſucceſſores ep̃os & ſacer-
dotes: nulla unq̃ poteſtate uel electione
populo a deo hactenus conceſſa neq; cõ-
cedenda. Quobrem Lutherani ſacerdotes
pręter eccleſiaſticam ſuperioritatem a po
pulo in ciuitatibus & parrochijs in curato
res aſſumpti, nequaq̃ poſſunt uti ſua prę
tenſa ptãte: iuxta ſacꝝ eulogiũ, Ne q̃ſq̃ Hebr. 5
ſumat ſibi honorem, niſi qui uocaẽ a deo Exo. 28
tanq̃ Aaron: Qui non a populo ſed a deo in prin. &
electus & præfectus eſt. Moyſes q̃q; dei ante fi.
iuſſu, non paſſim unumquemq; ex popu
lo: ſed ſolius Aaronis ſuorumq; filioꝝ ma
nus conſecrauit ac eos ſanctificauit ut ſa-
cerdotio fungerentur. Siquidem Aaro-
nis figuratiuum ſacerdotiũ a populo non
emanauit: longe minus a populo uenit ue
rum Chriſti ſacerdotium: quod ſecundũ
ordinem Melchiſedech inſtitutum, hacte
nus continuatur & durat uſq; ad moder-
num noſtrum ſacerdotium imperpetu-
um duraturum. Caueant igitur qui ſe cõ
tra ordinem eccleſiæ officio ſacerdotali
ingerũt: ne eos infernus deglutiat: quem
admodum terra deuorauit tres temerari-
os ſacerdotes Chore, Dathan & Abyron Nume. 16
unacum ſibi adhærentibus: eoq;
abſq; legitimo mandato
de ſacerdotio ſe in-
tromittebant.

NONAGESIMVM SEPTIMVM CAPITVLVM. De Religioſis.

Aſtatores religionum autumāt eccleſiaſticam religionem nō a Chriſto inſtitutam ſed humanā eſſe laruā. At nemo inficias ire poteſt, q̄ olim tp̄e ſynagogæ cœpta ſit religio in Helia: qui abſconſus fuit in Carith, piloſ9 & zona pellicea accinctus renibus & inde notus regi Ochoziæ. Eo tempore plures floruerunt Anachoritæ: de quib. Paulus ſcribit: Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtati, afflicti: quibus dignus non erat mundus: in ſolitudinibus errantes, in montibus & ſpeluncis & in cauernis terræ. Omnium religionum regula oritur e uita & uia Chri: quā ipſe ambulauit, partim præcipiendo partim conſulendo, pręcepit quidem religionem dicens: Tu aūt cum oraueris, intra in cubiculū tuū (nempe in monaſterium) & clauſo oſtio tuo ora prēm tuū in abſcōdito. Cōſuluit deniq; monaſticā uitam, dicens: Si uis pfectus eſſe, uade, uende q̄ habes & da paupib. & ueni ſequere me.

3.Reg.17 in prin. 4.Reg.1 Heb. 11 in fi. Math.6 post prin. Math.19 post me.

2. ¶ Regularium uota ſunt tria principalia, ſ. obedientiæ, caſtitatis & paupertatis: quibus fit renunciatio liberi arbitrij & coniugij ac proprietatis. Hæc tria alioquin in mundo ſunt conceſſa. Quæ quidem uota cæteramq; uitam monaſticam obſeruauit Chr̄s: Imprimis puriſſimā caſtitatē: eo ex caſtiſſima uirgine naſci uoluit. Hinc ait ſpiritusſanctus: O q̄ pulchra eſt caſta generatio cum claritate. Secundo dn̄s Iheſus uoluntarie fuit adeo paup ut non haberet ubi caput ſuum reclinet uel unde didrachmam ſoluat. Tertio regularis obedientia ſumpta eſt ab exemplo Chriſti: qui obediens fuit uſq; ad mortem & p eius obedientiā iuſti cōſtituentē multi: utpote unuſquiſq; bon9 clauſtralis, abnegans ſemetipſum: hoc eſt, ſuum liberum arbitrium, ceu ſuum maximū inimicum, deo captiuum tradens: iuſtus conſtituitur. Chr̄s deniq; contemplatus eſt, uigilauit, orauit, prædicauit aliaq; conſimilia exercuit opera, in monaſterijs expedit ſolita: ubi iuxta regularem obſeruantiam nil docetur contra uiam aut doctrinam Chriſti ſed quod eius concernit imitationem, quæ proculdubio accommodatius apprehenditur in occluſis clauſtris q̄ in aperto mundo: inquit. n. Sapiens: Gloria magna eſt ſequi dominum, ſcriptura igitur præcipit ne diligamus mūdum neq; ea quę in mundo ſunt: nam qui uoluerit amicus eſſe ſæculi huius, inimicus dei cōſtituitur: Ad quod Paulus: ſi adhuc hominibus placerē, Chr̄i ſeruus non eſſem.

De onere eccleſie. c.11.§.1 Sap.4 in prin. Luce 9 in fi. Math. 17 Philip.2 Roma.5. Luce. 9 Eccl.15 1.Johan.2 Jaco.4 Gala.1 post prin.

3. ¶ Primum clauſtrale uotum eſt obediētia: Nametſi quilibet ſuum liberum arbitrium deo mancipare debeat & perinde poteſtatibus ſublimioribus propter deū ſubditus eſſe: ſuo tamen arbitrio libere uti poteſt in temporalibus conceſſis, quibus religioſus renunciat & in omnibus etiam licitis actibus ſuum arbitrium penitus ſubijcit ſuo prælato ceu Dei creaturæ, quoniam initio genus humanum noluit obedire ſuo creatori: religioſus igitur non ſolum creatori ſed etiam creaturæ obedit.

Roma.13 in prin. Gene.3

4. ¶ Ex parte ſcd'i uoti nota, Quis in clauſtro ſecurius q̄ in mundo carnis tentatio euitetur: religioſi tamen pro ſua uoluntaria caſtratione, prę cæteris continentibus maius præmium conſequentur: quia dicit dominus eunuchis, nempe ex uoto caſte uiuentibus: Qui cuſtodierint ſabbata mea & elegerint quæ ego uolui & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea & in muris meis locum & nomen melius a filijs & filiabus: nomen ſempiternū dabo eis quod non peribit. Hinc Chriſtus hortatur eunuchos: qui ſeipſos caſtrauerunt, id eſt, qui uotum caſtitatis ſeruare ualent: ut propter regnum cœlorum caſtitatem uoueant, dicens: qui poteſt capere capiat. Pariter hortatur Petrus eos qui ſunt in charitatis obedientia ut animas ſuas caſtificent in fraternitatis amore, ſimplici ex corde inuicem diligant, renati non ex ſemine corruptibili ſed incorruptibili quæ per uerbum dei uiui & permanen.

Eſa.56 poſt prin. Math 19 1.Pet.1 in fi.

tis inæternum. Vnde elicitur, uerbum e-
miſſi uoti perpetim eſſe tenendum et nul
1. Joban. 4 in prin. latenus infringendum, Religionem auté
ingreſſurus caute probet, ſi eius ſpiritus
ex deo ſit;atq; præmeditetur an onus uo-
tandum ferre poſſit;non q̄ exiſtimet ſe li-
berum fore a tentatione;quæ in cultu di
uino frequentius accidit; ait enim Sapiés:
Eccl. 2 in prin. Fili accedens ad ſeruiturem Dei,ſta in iu
ſtitia & in timore & præpara animam tu-
Eccle. 4 in prin. am ad tentationem; Sed conetur uincere
tentationem & perſeuerare in caſtitate.
Alioquin multo melius eſt non uouere
q̄ poſt uotum promiſſa non reddere, ac
1. Cor. 7 2. Cor. 13 poſt prin. melius eſt nubere q̄ uri: Ideo Paulus nos
auiſat:uoſmetipſos tentate, ſi eſtis in fide:
ipſi uos probate: & cognoſcetis an Chri-
ſtus Iheſus in uobis eſt.

5. 1. Joban. 2 in me. ¶ Plures imminent tentationes extra mo
naſteria: q̄ intra: foris quidem tres, nem-
pe concupiſcentia carnis, item diabolus
& mundus. Eadem tertia mundana ten-
tatione carent clauſtrales, duas ſolummo-
do tentationes ſuſtinentes: contra unam
Mat. 17 ante fi. ſcilicet diaboli defenduntur orando, le-
gendo, pſallendo, ſcribendo, contemplan
do; altera ſcilicet carnis tentatio refrenan-
da eſt ieiunio, uigilia & omni caſtigatióe,
Nullus igitur religioſus nec quiuis alius
deum nimis tentet neq; deſperet, acſi ne-
queat in ſuo bono cœpto perſiſtere; ingt
1. Cor. 10 ante me enim Paulus: Tentatio uos non appre-
hendat: fidelis autem deus eſt qui non pa
tietur uos tentari ſupra id quod poteſtis,
ſed faciet etiam cum tentatione prouen-
tum ut poſſitis ſuſtinere. Conſolatur de-
Mat. 10 poſt me. neq; nos dominus, ne timeamus eos qui
occidunt corpus, animam autem nō poſ-
ſunt occidere: pollicitus ei qui ſeruauit
Apo. 3 in me. uerbum patientiæ ſuæ utpote uotum e-
miſſum: q̄ ſeruabit eum ab hora tentatio-
nis, quę uentura eſt in orbem uniuerſum,
tentare habitantes in terra. Qui huiuſmo
Math. 10 in me. di tentationem uicerit et uſq; in finem per
ſeuerauerit, hic ſaluus erit.

6. ¶ Tertium regulare uotum eſt pauper-
tas, Quis nonnulla monaſteria in com-
muni exuberent: ſingulares tamen pro-
feſſi ſunt pauperes, ſola neceſſaria expe-
ctantes, alioquin nil proprij poſſidentes:
quos Paulus deſcribit: Sicut egentes, mul 2. Cor. 6 in me.
tos autem locupletantes: tanq̄ nihil habē
tes & omnia poſſidentes; Qui illud Tho-
biæ fateri poſſunt: Pauperem quidem ui- Thob. 4. in fi.
tam gerim⁹: ſed multa bona habebimus
ſi timuerimus deum. Siquidem religioſi
in ſingulari paupertate obſeruant regula
rem uitam, profecto acquirent diuitias
multas, hic temporales & in futuro æter-
nas; teſte ſcriptura: beati pauperes, quia Luce 6. ante me.
ueſtrum eſt regnum dei: Item ſcio pau- Apo. 2
pertatem tuam ſed diues es. Ita & domi- poſt prin.
nus Iheſus fuit diues & pauper. Prædi-
cta ſingularis ſeu monaſtica paupertas ex
orta eſt ab apoſtolis; qui habebant omnia Actu. 2
communia & diuidebatur ſingulis prout Act. 4 in fi.
cuiq; opus erat; non q̄ apoſtoli fuerint mo
nachi: ſed ſuper eorum regula fundatus
eſt ordo monachorum: quibus ſub præ-
lati obedientia nulla ſunt propria: quin-
etiam more apoſtolorum olim mutuo co
habitantium, hodie ieiunāt, orant, uigilār,
legunt, pſallunt & pro ſeipſo totoq; grege Fō 46
dominico deum aſſidue laudant & glo-
rificant.

DE MENDICANTIBVS.

¶ Deinde eccleſia euangelicam pauper- 7.
tatem innouauit in ordinibus mendican
tibus neq; communiter neq; peculialiter
proprium poſſidentibus, ad exemplum
& imitationem Chriſti: qui perfectā pau- C. 5. § 10
pertatem egit atq; docuit ſuos diſcipulos
ad prædicandum miſſos, præcipiens: No Math. 10 poſt prin.
lite poſſidere aurum neq; argentum neq;
pecuniā in zonis ur̄is, nō perā in uia neq;
duas tunicas neq; calciamenta: quo ſcili-
cet expeditiores eſſent ad cultum diuinū,
ſoluti cura ſæculari & quæſituri præ om-
nibus regnum Dei & iuſtitiam eius in ſo
lum ſperantes deum. Itidem & nos hodie
docet dominus: ne ſoliciti ſimus pro tem
poralibus, dicentes quid manducabimus Mat. 6. in fi.
aut q̄d bibemus aut quo operiemur? ſcit
enim pater noſter cœleſtis quia hijs oībus
indigemus: ideo hęc oīa adijcient̄ nobis.
Interrogauit inſuper ſuos diſcipulos di-
cens: Quando miſi uos ſine ſaculo & pera Luce. 22 in me.
& calciamētis, nunqd aliqd defuit uobis?

at illi dixerunt, nihil, Cum itaq; Saluator
noſter ſtrictam & pauperem uitam ſuis
diſcipulis ceu miſſis prædicatoribus præ-
tulerit:ad huius igitur inſtar eccleſiæ pro
pagauit, excitauit, admiſit & approbauit
ordines & fratres mendicantes, perfectā
paupertatem ſtrictamq; regulam profeſ
ſos:quatinus de elemoſyna uiuentes, con
cionib. incumbant, populum informent,
nil extra dei honorem & proximi ſalutē
quæſituri. Enimuero Chriſtianiſmum
nomenq; Chriſti longo tempore hactenꝰ
ſuſtentauerunt fratres mendicantes ubi
non ſunt reſciſſi.

8. ¶ Hic ſtatus mendicitatis perfectus eſt:
Math.19 circa fi. de quo dominus: Si uis perfectus eſſe,
uade, uende quæ habes & da pauperibꝰ,
& ueni, ſequere me: & habebis theſau-
rum in cœlo. Quem quidem ſtatum apo
Lucæ 18 poſt me. ſtoli ſubierūt, Petro profitente: Ecce nos
dimiſimus omnia & ſecuti ſumus te. Nā
dominus dederat intelligere qui eius di-
Lucæ 14. ante fi. 6.49.§.13 ſcipulus & imitator eſſe uelit, oportere
eum relinquere omnia & ſuam crucem
baiulare poſt Chriſtum. Cum uero do-
minus Iheſus nobis ceu ſuis diſcipulis &
membris, prædicta ardua conſilia præferri
pſerit: ea autem omnes Chriſtiani ſequi
nequeunt: docet tamen Chriſtianos ſal-
tem aliquos huiuſmodi conſilijs acquie-
ſcere & Chriſtum ſequi: ne exprobretur
eccleſiæ, acſi Chriſti ſui capitis conſilia u-
niuerſa deſpiciat uel negligat. Paulus igi
2. Cor 8 tur commendauit uoluntariam & altiſſi-
mam paupertatem in eccleſijs Macedo-
niæ: Scitis enim (inquit) gratiam domini
noſtri Iheſu Chriſti, quoniam ꝓpter uos
egenus factus eſt cum eſſet diues, ut illius
inopia uos diuites eſſetis. Poſtea dat con-
ſilium dicens: ueſtra abundantia inopiam
illorum. ſ. uoluntariorum pauperum ſup
pleat ut illorum abundantia. ſ. ſpiritualis,
ueſtræ inopiæ ſit ſupplementum: ut fiat
Exo.16 in me. æqualitas, ſicut ſcriptum eſt: Qui multum
.ſ. colligit, non abundauit, & qui modicū,
non minorauit: Acſi dicat: tua liberali ele
moſyna non nimium gratiæ acquires &
cum elemoſyna egens frater facile enutri
tur. Prædicti deniq; fratres mendicantes
a Chriſto ad concionandū inſtituti, ſunt Math.10 poſt prin.
digni cibo ſuo. Paulus quoq; commemo- Gala.2
rat ſibi ab apoſtolis ſpecialiter eſſe com- in me.
miſſum ut pauperum eccleſiaſticorum
memor eſſet: quod etiam ſolicitus fuit
hoc ipſum facere: Nam diligenter mini-
ſtrauit pauperibus ſanctorum in Iheru- Roma 15. ante fi.
ſalem: quibus penes plures eccleſias col-
lectionem fieri & apportari fecit: ut pa-
tet in quibuſdam eius epiſtolis, præter- 6.87.§.4
tim ad Rom. xv, ubi ponit: Si ſpiritualiū ante fi
eorum participes facti ſunt laici, debent
& in carnalibus miniſtrare eiſdem ſpiri-
tualium ſeminatoribus.

¶ Nonnulli obijciunt, monachos & uo- 9.
luntarios mendicātes, elemoſyna nō indi-
guos, detrimento eſſe illis, qui natura uel
infirmitate uel deſpoliatione uel alio caſu
ad egeſtatem ſunt redacti: Moleſtum in-
ſuper eſſe communi populo ſudore &
contributo ſuo ualidos ſuſtentare mendi
cos. Reſponderi poteſt: uoluntarij quidā
mendici minime impediunt neceſſarios:
Qui nihilominus educari ualent: qm̄ plu- Math.9 circa fi.
ris ſunt uolatilibus, quæ pater cœleſtis pa Lucæ 12. ante me
ſcit: Quinni anima plus eſt ꝙ eſca, & cor-
pus plus eſt ꝙ ueſtimentum: Deus facile
paſcit tam uoluntarium ꝙ neceſſariū ege
num: neutri igitur eſt deneganda elemo-
ſyna: ſiquidem Chriſtus cœcum mendi- Marci 10 in fi.
cum, depcantem exaudiebat: tametſi ei
multi cōminabanť ut taceret, Fideles lai-
cos non pœniteat elemoſynæ porrectæ
mendicātibus fratribus: qui ꝓ eis coram
deo in eccleſia ſtatum paupratis tenēt, v-
bum dei prædicantes & fructū ſpūalem
ſeminantes, Eis igitur uictus debeť, Pau-
lo dictante: Si nos uobis ſpūalia ſeminaui 1.Cor.9 poſt prin.
mus, non eſt magnum ſi nos carnalia ue-
ſtra metamus. Idipſum dominus Iheſus
non ſolum uerbo (quēadmodum Pau-
lus) ſed etiam exemplo oſtendit: nam ipſe
& eius diſcipuli prædicauerunt ubiq; abſ-
q; proprio uiatico: quem quærebant pe-
nes honeſtas matronas, dominū & eius di
ſcipulos deuote paſcentes: ueluti in euan
gelio legitur: multæ mulieres ſecutæ fue- Math. 27 Marci 15. ante fine
rant Iheſum a Galilea miniſtrantes ei: præ Luca. 10
ſertim Martha ſatagebat circa frequens in fi.

miniſterium & ſolicita erat atq; turbabať
erga plurima. Pariter & Salisburgæ ante
tempora honeſtæ matronæ fratres men-
dicantes frequenter elemoſyna educaue-
rant, ſed hodie domo ſecludunt.

10. ¶ Q; contumelioſa opprobria publicis
concionibus & famoſis libellis contra mē
dicantium ordines cæteroſq; ſtatus eccle
ſiaſticos per totam Germaniam malitioſe
emanarunt, neminem latet. Quippe illici
tum eſt totum quempiam ſtatum ob uni
Johan.13. post prin. us uel plurium flagitium diffamari; alio-
quin ſtatus apoſtolorum ob Iudæ immū
diciam floccipendi poſſet: imo & ſi una
ſola perſona alicui præeſt ſtatui: nequaq̃
uilipendus erit ſtatus: ut ſi ſuſpicio cōtra
ſummi pontificis integritatem oriatur: ad
huc papatus ſacer eſt & a Chr̄o: Imo ubi
Lucifer Papatui præficeretur, ſuperior
noſter eſſet. Nullum igitur monaſteriū
ob monachorum peruerſitatem dirum-
pendum eſt: ſed peruerſi ſunt corrigendi
aut conuentus reformandus aut ex eo
tranſgreſſores pellendi. Legimus Chri-
Johan.2 ſtum de templo nummularios eieciſſe: tē
plum non diſſipaſſe. Qui itaq; monaſteri
um deſtruit, cultū dei deuaſtat. Qui uni-
uerſum mendicantium ordinem crimi-
natur ſeu ſpernit, iniuriatur Chriſto &
ſuum ſalubre paupertatis conſilium ſper-
1. Johan.3 in fi. nit. Qui uiderit fratrem mendicantem
neceſſe habere & clauſerit uiſcera ſua ab
eo, necat uerbum dei & charitas proxi-
mi in eo non eſt.

NONAGESIMVM OCTAVVM CAPITVLVM.

De Voto.

PSeudo doctores religioſorum
uota deo contraria eſſe aſſerunt
duplici cauſa, tum q uouentes
abnegant deum, ædificando ſuum uotū
ſuper diffidentia, quemadmodum Iudæi
Exo. 20 in ſua opa ſperantes: tum etiā q p̄rem &
m̄rem derelinquūt cōtra dei p̄ceptū. V-
traq; inanis cauſa abſq; ueritate & funda-
mento infertur: quoniā deus non p bona
ſed p mala opera abnegať. Veri q̃q; clau-
ſtrales ſuam ſalutem non fundant ſuper
opera: ad quæ ex præcepto tenentur: ſed
quicquid boni egerint, deo aſcribunt, di-
centes: Serui inutiles ſumus, quod debui Luce 17 post prin.
mus facere, fecimus & obſeruauimus,
nempe caſtitatem, paupertatem & obe-
dientiam. Quis unq̃ rationabiliter affir-
mare poteſt contra quoduis præceptum
eſſe opera orandi, ieiunandi, uigilandi,
pſallendi, legendi: & omni conatu deum
colendi in nomine & fide Chriſti? Reli-
gioſi deniq; occaſione ſuorum operum
immerito aſſimilantur falſis Iudæis: qui
non ſimpliciter ob ſua opera ſed ob infi-
delitatem reijciuntur. Pij igitur religioſi
non crucientur q a malignis modo uitu-
perentur, ceu iniqui Iudæi: nam ipſi ſunt
ueri Iudæi; de quibus Paulus ſcribit: non Roma 2. in fi.
enim qui in manifeſto Iudæus eſt, neque
quæ in manifeſto in carne eſt circunci-
ſio, ſed qui in abſcondito Iudæus eſt, &
circunciſio cordis in ſpiritu, non litera.
Quocirca religioſi ſunt iuſti Iudæi, nem-
pe ueri Chriſtiani, ab impijs inconſulte
obiurgati: Vnde ſpiritusſanctus promit:
Blaſphemaris ab hijs qui ſe dicunt Iudæ- Apo.2 post prin.
os eſſe, & non ſunt, ſed ſunt ſynagoga
Sathanæ.

¶ Deinde uotum religionis non eſt con- 2. Exo.20
tra præceptum honorādi patrem & ma-
trem quaſi derelictos. Principalis & ſu-
premus pater eſt deus in cœlis, ſolus in
oratione dominica pater noſter uocatus: Math.6
Quem ſi fideliter proſequimur, nō eſt ul-
terius ſolicitandum quid nos uel noſtri
parentes manducemus aut bibamus aut Math. 6. in fi.
quo operiamur: ſcit.n. pater cœleſtis q
hijs omnibus indigemus. Siquidem pri-
mo regnum dei & eius iuſtitiam quæſie-
rimus: hæc omnia adijcientur nobis. In-
trantes itaq; religionē non ſunt repreben
dendi ceu deſertores progenitorum &
rerum prophanarum. Iuſſu dn̄i Jacobus Mar.1
& Iohānes eum ſunt ſecuti relicto patre: Mat.19. circa fi.
Petrus abijt ab uxore & prole, plures
denique diſcipuli reliquerunt cognatos
ſuos omniaque temporalia, ſecuti domi-
num, qui eos benigne ſuſcepit ac minime
temiſit

Mat.10 in,fi. remiſit ad patrem uel matrem: inquiens:
ueni enim ſeparare hominem aduerſus pa
trem ſuum & filiam aduerſus matrem
ſuam: qui amat patrem aut matrem plus
ꝙ me, non eſt me dignus: qui non acci.
pit crucem ſuam & ſequitur me, non eſt
Mat.10. in me. me dignus. Item qui reliquerit domum
aut fratres aut ſorores aut patrem aut ma.
trem aut filios propter me & propter
Euangelium, accipiet centies tantum.
Luce 14. in fi. Imo plus dicit dominus: Qui non odit pa
trem ſuum & matrem & uxorem & fi.
lios & fratres & ſorores, adhuc autem &
animam ſuam, non poteſt eſſe meus diſci
pulus. Vbiq; intelligendum, quoad præ.
dicta temporalia homini in dei cultu im.
pedimento ſunt. Chrs igitur diſcipulo ad
Math.8 ante fi. ſepeliendum patrem eunti præcepit ut eũ
ſequeret̃ & dimitteret mortuos ſepelire
mortuos ſuos. Quãdo filius Mariæ Iheſus,
matrem ſuam & patrem relinquens, in
Hieruſalem remanſit & in templo ſedit:
Luc.2 in fi. dixit mater ad illum: fili quid feciſti no.
bis ſic? ecce pater tuus & ego dolentes
quærebamus te: & ait ad illos: neſcitis
quia in hijs, quæ patris mei ſunt, oportet
me eſſe? Hinc clareſcit, Religionem in.
trantes & uouentes non iniuſte relinquũt
ſuos parentes aut alios neceſſarios neq; ali
quod frangunt præceptum ſed deum ac.
cedunt propius. Nam ſi homo poteſt re.
linquere patrem ſuum & matrem & ad.
hærere uxori ſuæ, iuxta ſcripturam: mul.
to iuſtius poteſt eligere deum in ſpon.
Gene.2 ſum & ei adhærere ac appropinquare pa
Iaco 4 tre & matre relictis.
3. ¶ Oſores religionis præſumunt uota ec.
cleſiaſtica neq; ſcripturis neq; exemplis p.
babilibus eſſe fundata. Econtra exhiben
tur nonnulla exempla & ſcripta ſacra: qui
bus probatur, uota deo promiſſa eſſe ſun
Gene.28 in fi data & prorſus reddenda. Inprimis pa.
triarcha Iacob uotum uouit domino of.
ferendi decimas cunctorum quæ deus ei
Pã.131. dederit. Poſtea filij Iſrahel & Iuda ob.
2.Para.31 lationem decimarum ſæpenumero uoue.
runt. Dux Iepthe, ſingulare omnium uo
Iudi. 11. uentium ſpecimen, inſtinctu ſpiritus ſan.
cti, uenit habita uictoria in holocauſtum

offerre domino cum hominem qui pri.
mus ſibi, cum pace ab inimicis reuertenti
de domo ſua occurrerit: ei autem reuer.
tenti occurrit unigenita ſua: qua uiſa, ſci.
dit ueſtimenta ſua & ait: heu me filia mi,
decepiſti me & ipſa decepta es: aperui
enim os meum ad dominum, & aliud fa.
cere non potero: tandem fecit ei ſicut
uouerat. Obid Iepthe non reprehendi.
tur ſed nihilominus inter ſanctos compu.
tatur. Conſimiliter Ionas uotum fecit & Iohe.2 in fine
adimpleuit dicens: quæcunq; uoui reddã
pro ſalute mea domino. Multo plura uo
ta tempore ueteris legis facta ſunt & com
pleta. Et quicquid poſt uotum deo ob.
latum fuit, hoc ſanctum erat: prout ſcri.
ptum eſt: Animal autem quod immola. Leui 27 poſt prin.
ri poteſt domino, ſiquis uouerit, ſanctum Pro. 15
erit: quia uota iuſtorum ſunt placabilia poſt prin.
domino.
¶ Veteris teſtamenti uota fuerunt figura 4.
uotorum noui teſtamenti ceu efficacio.
rum; de quibus Eſaias præconizat: Mit. Eſai. 19 in fi.
tet eis ſaluatorem & uota uouebunt dño
& ſoluent, porro abineunte eccleſia ſem.
per admiſſa ſunt atq; obſeruata pluriſaria
uota, præſertim oblationũ: prout ex apo.
ſtolorum actibus deprehenditur, quando Actu.24 in me.
Paulus ſe purificando oblationes & uota
in templo fecit. Deinceps admiſſa & cõ.
mendata ſunt frequentia uota rariſſimæ ca
ſtitatis: quam Paulus commendat hijs uer
bis: Qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non 1.Cor.7 in fi.
habens neceſſitatem, poteſtatem autem
habens ſuæ uoluntatis, & hoc iudicauit
in corde ſuo ſeruare uirginem ſuam, be.
ne facit. Item deſpondi enim uos uni ui. 2.Cor.11 in prin.
ro uirginem caſtam exhibere Chro Pau
lus inſuper concludit: ꝙ illæ uiduæ ſint ho 1.Timo.5 in prin.
norãdæ, ideſt, in eccleſia ceu moniales ac.
ceptandæ, quæ ueræ uiduæ ſunt: nempe
quæ uoto ad caſtitatẽ ſunt conſtrictæ. Cũ
autem luxuriatæ fuerint, in CHRISTO
nubere uolunt, habentes damnationem:
quia primam fidem, ſcilicet caſtitatis ir.
ritam fecerunt. Si autem caſtitatem non
uouiſſent, ſine peccato nubunt: Paulo 1. Timo.5
ſubſcribente: Volo autẽ iuniores nubere
filios procreare; forſitan ob ſolitã fœminarũ

ſragilitatem, Per hoc uero conſtantes ui-
duę ac uirgines non repelluntur: quin tũ
iuniores, tũ ſeniores ualeant monaſticum
ordinẽ ſubire, caſtitatem uouere & deo
auxiliante caſte uiuere.
5. ¶ Cæterum Fauſtus & Tertulianus re-
ferunt, ꝙ Paulus Teclam in Iconio: Cle-
mens Domicillã Romę & Matheus Eu
phegemiã in Aegypto unacũ pluribus
De uelando uirginibus. centenis uirginibus uelauerint, uoto per-
petuę caſtitatis emiſſo. Philippus quoqꝫ
diaconus habuit quatuor filias prophetan
Actu. 21 poſt prin. tes & uirginitatẽ obſeruantes, Enimuero
uotum uirginitatis a beatiſſima uirgine
Maria emanatum eſſe conſtat ex hac eius
Luc. 1 quęſtione: quomodo fiet iſtud uidelicet
ut concipiam prolem: quoniam uirum
non cognoſco: acſi nullum uirum admit-
tere uelit: tametſi Ioſepho caſte nupta fue
rit, Ad inſtar earundem nuptiarum caſta
rum pleriqꝫ ſancti coniuges perpetuam
continentiam uouerunt & uſqꝫ in finem
L.99 §.8 in fi. cuſtodierunt: nempe Criſantus & Daria:
quorum corpora e Roma in eccleſiam
Salzeburgenſem tranſlata ſunt, Vouerũt
quoqꝫ uirginitatem Cecilia & Valterius:
Dorothea eiuſqꝫ ſorores: & nonnullę aliæ
puellæ ob ſuam uirginitatem afflictę ſunt
atqꝫ necatę. Plures deniqꝫ cœlibes coniu-
ges continentiam uouerunt & uſqꝫ ad fi-
nem caſte uixerunt: præſertim Alexius
& eius ſponſa: cæſar Henricus & Cune-
gundis: Euphemianus & Aglaia: rex Se
baldus & ſua regina: dux Heinricus &
Heduigis: Comes Ludouicus & Eliſa-
beth aliiqꝫ ꝗplures: ueluti in ſanctorũ Le-
gendis reperitur.
6. ¶ Pro honore dei & cum eius auxilio ec-
cleſia fideliter reſeruauit in monaſterijs
angelicum puræ uirginitatis theſaurum.
Quem hac infelici hora in pleriſqꝫ Alema
nię locis diabolus eſt prædatus: dedicatas
dei ſponſas, ad perpetuam continentiam
obligatas, monaſterijs abduxit uſqꝫ ad pro
ſtibula. Quanta ob hoc in nos alemanos
plaga e cœlo ſit caſura, noſtro damno ſen
Ps. 75. tiemus. Deus quippe inquit: Vouete &
reddite. Hinc nobis imponitur onus &
conſilium uouendi & ea, quæ uouimus,
reddendi: de ꝙ infra clarius. Huiuſmodi 5. §.
diuinum conſilium eccleſia nititur ſequi
& implere per uirgines clauſtrales, loco
ſui & omnium Chriſtifidelium, continen
tiam perpetuam deo offerentes. Contra-
rium nunc latrant impuri concionatores:
acſi deo nec uouendum nec reddendum
ſit, Id diabolicum dogma nonnulli peruer
ſi imitantur. Verum licet uouere non ſit
præcepti: adimpleri tamen oportet id
quod libere uotum eſt. Nam natura & L.44. §.4 in fi.
omnis ęquitas docet promiſſa eſſe ſeruan
da deoqꝫ præſtanda: Quemadmodũ mul
tis ſcripturæ locis deprehenditur: quorũ
aliqua ſequuntur.
¶ Imprimis Nu. xxx. ſtricte præcipitur: 7.
Siquis uirorum uotum domino uouerit
aut ſe conſtrinxerit iuramanto, non fa-
ciet irritum uerbũ ſuum, ſed omne quod
promiſit implebit. Et infra: Si filia in do-
mo patris ſui aut uxor in domo uiri uoto
ſe conſtrinxerit, uotum obligat, patre uel
marito non contradicente: Vidua autem
& repudiata quicquid uouerint, reddent.
Præcipue adimplendum eſt uotum in
pœnitentiam delicti factum ut per ieiu-
nium uel cęterarum rerum abſtinentiam
affligat quis animam ſuam. Cum autem Leui. 27. in prin.
homo ſpoponderit deo aliquid quod in
eius facultate non eſt: ſub ęſtimatione da
bit precium: Alioquin nemo ſuum uo-
tum mutare poteſt. Præcipitur deniqꝫ:
Cum uotum uoueris domino, non tarda- Deut. 23 ante fi.
beris reddere: quia requiret illud domi-
nus: etſi moratus fueris, reputabitur tibi
in peccatum. Pariter eccleſiaſtes expri- Eccle. 5. in prin.
mit: Siquid uouiſti deo, ne moreris red- L. 14. §. 6
dere: diſplicet enim ei infidelis & ſtulta
promiſſio: ſed quodcunqꝫ uoueris, redde:
multoqꝫ melius eſt non uouere, ꝙ poſt uo-
tum promiſſa non reddere. Alibi quoqꝫ Deut. 23 in fi.
ſcriptum eſt: Si nolueris polliceri, abſqꝫ
peccato eris: quod autem ſemel egreſ-
ſum eſt de labijs tuis, obſeruabis & facies
ſicut promiſiſti domino & propria uolun-
tate & ore tuo locutus es. Dauid itaqꝫ ſua Psal. 65.
reddidit deo uota, quæ diſtinxerant labia
ſua. Quinymo uota etiamſi grauamen
maximum incutiunt, tamen ſunt expe-
dienda.

Jud.11 dienda, quemadmodum Iepthe cum mo
leſtia obtulit filiam.

8. ¶ Quidam præſumptuoſi contra uota op
ponunt, q nos Chriſtus liberauerit: uota
autem iterum captiuent, Verumquidem
Chriſtus redemit nos a diabolica poteſta
te: ſed rurſus uult nos innodare dei ſerui
tio: ad quod nos uota promouent, non
1.Cor.3 in fi. amouent, Qui ſeruit deo, eſt eius man
cipium & liberatus a diabolo, Prius qui
dem nõ obligaris uouere quicq̃, ad quod
alias non teneris: poſtq̃ autem uouiſti,
reddere iure cogeris, Dicti præterea im
pudentes præſumunt, regulam & ordinẽ
religionum eſſe ſuperflua hominum inſti
tuta, euangelio illicite appoſita: quaſi ba
ptiſatus ligetur ad regulam euangelicam:
ultra quam nulla noua regula ſit ulterius
inſtituenda. Aiunt inſuper uota: ceu ope
ra corporalia, potius deſeruiant hypocriſi
quam ueræ contemplationi: Et q uota
præſtent occaſionem plus confidere ope
ribus q̃ diuinæ miſericordiæ, ad diminu
tionem fidei & ſpei in deum: quaſi uouen
tes plus obſeruent ſua uota quam dei præ
cepta. Ex præmiſſis itaq; conflictis cauſis
docent uota non eſſe obligatoria, neq; mo
nachos neq; moniales ad monaſticam ui
tam eſſe aſtrictos: cum pluribus alijs ine
ptis dogmatibus aduerſus regulas catho
licas & ordines ſacros illatis. Ad prædi
cta reſpondere ſolent orthodoxi. Quamq̃
eccleſia per ſuos rectores (q homines fue
rũt) inſtituerit regulas clauſtrales, procul
dubio emanatas a ſpiritu ſancto: a quo
cætera diuina inſtituta pariter per homi
nes introducta ſunt: Eædem tamen regu
lę nil contra Euangelium continent: ſed
ea, quæ Euangelij ſunt, cuſtodiunt: euan
gelio nil addendo nec detrahendo ſed hu
militer obſequendo. Neq; boni religioſi
propter ſua uota præſumuntur fieri hy
pocritæ uel plus confidere in ſua opera q̃
1.Cor.2 in 6 in deum. At ſuam carnem caſtigant quo
accomodatius eorum ſpiritus deo ſeruire
& bona opera expedire ualeat: ne eorum
fides mortua maneat ſed magis uiuat.
Jaco.2 Hinc præcepta dei potius promouentur
q̃ impediuntur.

¶ Ex prædictis igitur conſtat: diabolicos 9.
eſſe doctores, quorum perſuaſu clauſtra
les modo apoſtatant, in mundo cõuerſan
tur & ꝓhibita ineunt coniugia: Quos Pau
lus taxat tali ſententia; qui prima fidẽ irri 1. Tim.5 ante me
tam faciunt & in Chriſto nubere uolũt, ha
bent dãnationẽ. Alijs impatientibus reli
gioſis moleſtũ eſt perſeuerare in ſtatu reli
gionis: quaſi difficile ſit in clauſtro conſe
qui ſalutem, qua de re monaſteria exeunt
leuiorẽ conditionẽ quæritantes ac nolẽtes
permanere in ea uocatiõe, qua uocati ſut,
Mehercle ſuo apoſtatatu in lõge crebrio 1.Cor.7
res q̃ in monaſterijs tentationes & uexa
tiones labuntur: ſiquidẽ humano ſpiritui
plures in mundo q̃ in clauſtro inimicitiæ
imminent. Caute igitur præſeferant clau
ſtrales: Licet initio libera uoluntate ſine
coactione eligere potuerint ſtatum laicalẽ
uel eccleſiaſticũ: poſtq̃ autẽ ſtatui ſæcula
ri renunciauerunt, ſtatum ſpirtualẽ ſube
untes & uouẽtes: ulterius reſilire nequeũt
teſte Euangelio: Nemo mittens manum Luce 9 in fi.
ſuam ad aratrũ & aſpiciens retro, aptus
eſt regno dei: ſiquidẽ retroſpicientes ob
durari ſolent: prout figuratũ eſt in uxore
Loth: q̃ reſpiciens poſt ſe, uerſa eſt in ſta Gene. 19 ante fi.
tuam ſalis, De huiuſmodi apoſtatis ſcribit 2 Petri 2 in fi.
Petrus; Si enim refugientes coinquina
tiones mundi in cognitione domini noſtri
I H E S V C H R I S T I: hijs rur
ſus implicati ſuperantur: facta ſunt eis
poſteriora deteriora prioribus: melius
enim erat illis non cognoſcere uiam iuſti
tiæ, quam poſt agnitionem retrorſum
conuerti ab eo, quod illis traditum eſt, ſan
cto mandato. Contigit enim eis illud
ueri prouerbij: Canis reuerſus eſt ad ſu
um uomitum, & ſus lota in uolutabro
luti. Hactenus Petrus. Iidem apoſta
tę ſunt forinſeci canes: de quibus in Apo Apo.22 ante fi.
calipſi.

¶ Attamen eorum uotũ ſumus pontifex, 10.
ceu omniũ Chriſtianorũ pater: ex rationa
bili cauſa habet moderare, cõmutare uel
etiã ſoluere, uirtute huius uerbi; quodcũq;
ſolueris &c. Nam ſcriptura ponit; Si pa Math.16. Nume 30
ter cõtradixerit: tunc uota & iuramenta

ff. de polli citationib9 l.a ſilię irrita erunt, nec obnoxia tenebitur
ſponſioni, eo q contradixerit pater. Pari-
ter iure ciuili pollicitatio filij uel ſerui, abſ-
q autoritate patris uel domini ſacta, non
ualet. Noſtra igitur uota referunt ad mo
deramen Papæ ceu uicarij Chriſti ueri pa
tris & domini noſtri. In omni etenim uo-
to & iuramento auctoritas maioris excipi
tur: non q Papa legittimum uotum abſq
ratione prorſus tollat aut ſimpliciter re-
mittat quod deo promiſſum eſt: ſed id
ipſum in aliud pium opus ex cauſa muta
re & iuxta conditionem perſonę uel tem-
poris moderare ualet ac efficere ut alia
uia deo ſatiſfiat: ſiquidē ipſum quod mu-
tatum eſt & illud pro quo mutatum eſt,
Leui.27. poſt prin conſecratum erit domino. Hinc quidam
uaſri homines: præſumunt ipſis licere
ſua uota mutare uel omnino poſtergare:
quoniam Papa huiuſmodi uota tollere et
mutare ſoleat. Atqui ſicut teipſum nec
baptiſare nec cōfirmare nec abſoluere po
tes: ſic minime tibi licet tuum uotum aut
mutare aut tollere: abſq ſuperioris decre-
to: iuxta dictum Pauli: Omnis anima po
Roma.13 in prin. teſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non
eſt enim poteſtas niſi a deo.

CAPITVLVM NONAGESIMVM NONVM. De matrimonio.

27.q.2. §.1. & c matrimonium MAtrimonium eſt legittima con-
iunctio maris & fœminę inter le
gittimas perſonas indiuiduam ui
tæ conſuetudinem retinens. Matrimoniū
inchoatur per ſponſalia: ratificatur per cō
ſenſum utriuſq coniugis: exprimitur per
præſentia uerba uel p ſigna euidentia: ſo-
lennizatur per ſacerdotis cōbinationem:
tandem conſummatur per copulam car-
Math.19. Mar.10 nalem. De quo dominus loquitur: Qui
fecit ab initio, maſculum & fœminam fe-
Gene.2 in fi. cit eos: & dixit: propter hoc dimittet ho-
mo patrem & matrem & adhærebit uxo-
ri ſuæ, & erunt duo in carne una: itaq iam
non ſunt duo ſed una caro.

2. ¶ Matrimoniū triplicē obtinet uim ſcz of
ficij, medelę & ſacramenti. Primitus in
ſtatu paradiſi & innocentiæ inſtitutum
eſt matrimonium tanq̄ officium dilatan-
di genus humanum in terris: iubente deo Gen.1
ut creſcant & multiplicentur homines:
quemadmodum Thobias ad dominum: Thob.8
Nunc domine tu ſcis quia non luxuriæ
cauſa accipio coniugem ſed ſola poſteri-
tatis dilectione, in qua benedicatur nomē
tuum in ſæcula ſæculorum. Poſt origina- 32.q.2. ſicut et. c ſeq.
lem labem in ueteri teſtamento matrimo-
nium conceſſum eſt tanq̄ gratia uel me-
dela contra concupiſcentiam carnalem:
abſq tamen derogatione officij multipli-
candi. Ideo poſt peccatum Deus iterum Gen.8 ante fi.
dixit, creſcite & multiplicamini. Hinc Pau 1.Tim.3 Iohan.2 in prin.
lus ſcribit: Saluabit aūt per filiorū genera
tionē ſi manſerit in fide & dilectiōe. Nam
ſine gratia generare filios eſſet plus dāna
tio q̄ ſaluatio. In nouo deinde teſtamento
in nuptijs Canę Galileæ Chrs uiſitauit &
approbauit cōiugiū tanq̄ ſacramētum au
gmentandi membra eccleſiæ: ideo tertio Gen.9 in prin.
dixit Deus, creſcite & multiplicamini: 1.Tim.5
nempe per carnalem copulā, quæ non e-
xtra ſed i matrimonio licita eſt & ſine pec
cato: Nam eo ipſo q deus iubet creſcere 1.Cor.7.
& multiplicari, licet ducere uxorem, iu-
xta id: Si duxeris uxorem, non peccaſti.
Virtus igitur ſacramenti matrimonialis,
etſi non afferat ſpecialem gratiam: cuſto-
dit tamen coniuges a diſgratia fornicatio-
nis. Veruntamen in matrimonio quædā
confertur gratia: qua facilius ſeruari ua-
leat indiuiſa uitæ conſuetudo. Et hoc in-
quantum coniuges talem oblatam gra-
tiam acceptent. Gratia quidem eis non
deeſt caueant ne ipſi gratiæ deſint.

¶ In ſacramento matrimonij ſignifican- 3.
tur quatuor coniunctiones: una naturalis
qua deus humanū ſpiritum & corpus na-
turaliter coniungit in unico homine ad
imaginem diuinæ coniunctionis, qua tres
perſonę naturaliter & æternaliter coniun-
guntur in una deitate. Secundo Deus or-
dinauit humanum genus naturaliter mul
tiplicari uoluntaria coniunctione: præci-
pueut duæ perſonę uir & mulier alterno
ſpiritu & libero arbitrio mutuoq amore
ſponte conueniant in uno corpore: quem
admodum

admodum ambę diuinę perſonę pater &
filius amore ſpiritusſ̄cti uoluntarie conue
niunt in una deitate. Tertia cōiunctio eſt
gratiæ: mediante qua homo ſuū amorem
& arbitrium ſponte conformat diuinę uo
luntati: ut cōſequat̄ in hoc ſeculo accepta
bilē & in patria ſupernaturalem cōiuncti-
onem: maxime hic deo reconcilietur & il
lic in deo quieſcat. Quarta coniunctio eſt
catholica & magna inter dominū Iheſum
Ephe.5 in fi. Chriſtum & ſuam eccleſiam electorū .ſ.
ff.27.§.3 in fi. hominum: ueluti Paulus ponit: Sacramen
tum hoc magnum eſſe in Chriſto & in
eccleſia.

4. ¶ Nam perſona filij dei aſſumpſit humani
tatē Iheſu & factus eſt unus Chriſtus in
eadem perſona: prout humanus ſpūs unit̄
ſuo corpori & fit una tantū perſona. Pro-
inde dn̄s Iheſus ſuam humanitatem uult
deriuare in omnes homines: ut ex eis unū
duntaxat corpus eccleſiæ fiat: quēadmo-
dum duo coniuges cenſentur una caro eſ-
ſe. In matrimonio eccleſiaſtico Chriſtus
ſponſus eſt eccleſiaq; ſponſa: in qua omnes
electi, ceu una perſona, deſpōſantur Chri
Sap. 8 in prin. ſto. Quo fit ut filius dei duplicem habeat
ſpōſam, in ſacramento matrimonij ſigni-
ficatam: una eſt propria ſponſa, nempe
Ephe.4 in prin. Chriſti humanitas: quæ ad ſuum latus re-
Johan.19 cipit alteram & electam ſponſam, nempe
eccleſiam ex Chriſti ſponſi ſui latere efflu
xam: ueluti Eua ex latere Adę ſponſi ſui
ſumpta eſt. Poſtq̄ uero in Paradiſo matri
moniū deus inſtituit quando adduxit E-
Gene.2 in fi. uam ad Adam: Chriſtus igitur in euan-
Johan. 2 in prin. gelio confirmauit matrimonium ceu ma-
ximum ſignificationis ſacramentum. Quā
obrem coniuges arctiſſime conſtringun-
tur obſeruare mutuum matrimonij uin-
culum: ſiquidem cōiugalis fidei tranſgreſ
ſor aut alieni coniugij contaminator offen
dit deum eiuſq; filium Iheſum Chriſtum
& eccleſiā. Hęc tria magna ſunt p matri-
monij ſacramentū repręſentata. Ex ſupra
dictis cauſis quadrifarie cōiunctiōis & ſi-
gnificationis, m̄rimoniū eſt ſacramētum:
extrinſeca aūt uiſibilis & corporalis cōiun
ctio ſignū eſt interioris inuiſibilis ſpūalis
ſeu diuinę cōiunctionis. Quippe in huiuſ-
modi ſacramētali cōiugio pōt unuſquiſq;
deprehendere ſuā intrinſecā coniunctio-
nem ſibi a deo conceſſam: qua multo alti-
orem coniunctionem nanciſci poterit: gra
tioſam quidē in Chriſto ceu membrum
eius: & ſupernaturale in æterna beatitudi
ne, ceu adoptiuus dei.

¶ Quatuor itaq; ſunt cōiunctiones, prima 5.
naturalis: qua corpus & aīa coniungunt̄.
Secunda uoluntaria in libero coniugio ui
ri & fęminę, ambas iſtas coniunctiones
mors, non homo ſeparat. Tertia coniun- Johā. 19 in prin.
ctio grata eſt inter deum & hominē: quæ
peccato ſoluitur, ſed per pœnitentiam uir
tute paſſiōis Chriſti iterum reſtauratur.
Siquidem ea durauerit uſq; ad mortē, ge-
nerat maximā & ſupernaturalem coniun-
ctionem in ęternum non diſſoluendam.
Quarta cōiunctio inter Chriſtum & eius
eccleſiam nullatenus diſſoluetur neq; hic
neq; in futuro ſeculo: tametſi ex ea pleraq;
interdum membra labantur: tota aūt eccle Matth.8
ſia non operietur fluctibus. Priores duæ post me.
cōiunctiones cęptę ſunt in paradiſo & ſta-
tu innocētię: una quādo formauit deus ho
minem & ſpirauit in faciē eius ſpiraculū
uitæ: altera quando deus mulierem addu- Gene.2
xit ad Adam, dicentē: Hęc caro de carne
mea. Ibidem in paradiſo deus elegit hu-
manitatem in ſponſam firmam ad domū
æterni regni deducendam. Porro Adam
& Eua conſenſerunt quidē in cōiugium
carnale, non aūt in diuinū: a quo ſe libere
auerterunt. Inter deum igitur & huma-
nam progeniem factum eſt diuortium:
Quo omnes & ſinguli naturales Adę po
ſteri hereditate diuina priuati ſunt.

¶ Deinceps ſaluator noſter Iheſus cum 6.
humana progenie noua ſponſalia ſponte
iniit, in ſponſam eligens eccleſiam conſen
tientem, quæ paſſione & merito Chriſti
impregnata & ab eo amplam concipi-
ens gratiam, in baptiſmo plurimos ge-
nerat filios & filias. Idipſum catholi-
cum coniugium eſt magnum ſacramen-
tum ſignificatum maximo carnali & con
ſumandum copula ſpūali, qn̄ extrema diē
corpora humana reſurgēt & unūquodq;
ſuo ſpūi coniungetur & deo icorporabit,

Cſe. 1 in fi. &. 91. §. 1 in fi.

Hactenus declaratum eſt carnali matrimonio tria ſpiritualia ſignificari matrimonia; ſiquidem Chriſtus ſibi eccleſiam ter deſponſauit. Prima deſponſatio eſt moralis inter Chriſtum & quamlibet deuotam animam Chriſto deſponſatam: quæ poſt Chriſtũ crucẽ portat ſuãq; uoluntatẽ deo prorſus offert atq; ſubijcit. Secũda deſponſatio allegorica eſt inter chriſtũ & eccleſiã militãtẽ. Tertia eſt anagogica iter deũ & eccleſiã triumphantẽ: eadẽ quidẽ deſpõſatio et unio ꝑpetuo durabit ad dei gloriã.

7. ¶ Ex præmiſſis daſ intelligi primus punctus & uis matrimonij, nempe eius officiũ eſſe multiplicandi homines ſuper terram potiſſime ad augmentum chriſtianiſmi: quo dei quoq; gloria augeatur. quapropter deus tertio dixit: creſcite & multiplicamini. Qui primitus fecit unum tantummodo uirum & unam mulierem ceu unã carnem: cui inſpirauit duos ſpiritus; ad inſinuandum ut coniuges indiuidue cohabitent ac ex ſe plures gignent homines: qui inter ſe pariter unanimes ſint & tandẽ totum genus humanũ deo uniri debeat; unde naſceretur omnium hominum fructus, nempe æterna beatitudo & ſupernaturalis ſtatus electorum. &. 30. §. 1 in me.

8. ¶ Secundo ſacramentum matrimonij affert gratiam & neceſſarium remedium. Siquidem cætera ſacramenta animarum uulnera ſanant; At matrimonium hominem preſeruat quominus a carnali concupiſcentia, ceu uenenoſa ſerpente, uſq; ad necem intoxicetur: quemadmodum fit extra matrimonium. Eadem concupiſcẽtia carnalis fomitis triplici laborat reumate: cõtra quod in ſtatu matrimonij triplex reperitur remedium. Primo carnalis concupiſcentia feruet ad plures perſonas: Laſciuus enim in una perſona non contentatur. Econtra boni coniuges, uirtute ſacramenti, gratiam acquirunt ſe contentandi ſola uiciſſitudine. Secundo cęcę concupiſcentiæ conatus eſt non ad fructum prolis, ſed ad expletionem delectationis: legitimis autem coniugibus conceditur gratia non cocundi niſi cauſa gignendi prolis. Tertio conſumatus coitus frequenter generat naturalem attritionem ac faſtidium in perſona cognita. In matrimonio igitur huiuſmodi faſtidium tollitur per copulam inſeparabilem: iuſti enim coniuges non tedio ſed fide & amore cohabitant. Propterea matrimonium quinq; parit, ſ. fidelem charitatem: fructum prolis: magnam ſignificationem: ſedationem feruentis fomitis & conceſſionem moderatę copulæ carnalis, alioquin extra matrimonium penitus illicitę & interdictę. Paulus itaq; docet ꝙ propter fornicationem unuſquiſq; ſuam uxorem habeat & unaquæq; ſuum uirum habeat; uxori uir debitum reddat; ſimiliter autem & uxor uiro: mulier ſui corporis poteſtatem nõ habet ſed uir; ſimiliter autem & uir ſui corporis poteſtatem non habet ſed mulier. nolite fraudare inuicem: niſi forte ex conſenſu ad tempus ut uacetis orationi & iterum reuertimini in idipſum: ne tentet uos ſathanas propter incontinentiam. Hoc autem dico ſecundum indulgentiam & non ſecundum imperium. Acſi dicat Paulus, non præcipio ſed indulgeo carnalem copulam: nihilominus uos ambo poteritis ſponte continentes eſſe: quemadmodum pleriq; ſancti coniuges caſtitatis integritate floruerunt. &. 98. §. 4

§. §. 11 in fi. Ephe. 5 poſt prin. 1. Cor. 7. in prin.

¶ Ex præhabitis Pauli uerbis preſumitur coniugium copulam eſſe licitam tribus caſibus: utpote cauſa prolis gignendę & debiti reddendi ac etiam incontinentiæ uitandę. Vter coniunx extra eoſdem tres caſus coit, forte cauſa explendę libidinis, peccat uel uenialiter uel mortaliter ſecundum conditionem coitus commiſſi: forte ſine diſcretione feſti aut loci ſacri uel immoderata cupidine uel extra naturalem diſpoſitionem uel ſimili caſu. Carnalis inſuper copula non eſt ſacramenti: quod conſiſtit in ſolo coniugum mutuo conſenſu: copula autem dumtaxat ſequela eſt ſacramenti: quemadmodum pœnitentia ſequitur confeſſionem, uel ſenectus iuuentutem. Nam ſicut iuuenis tam homo eſt ꝙ ueteranus: ſic coniugium tam ante ꝙ poſt copulam ſacramentum eſt. In matrimonio itaq; ſunt tria; primum eſt initium 9.

matri-

matrimonij, nempe intrinſeca ſolutarum
perſonarum mutua uoluntas extrinſece
adhibita. Secundum eſt interioris uolun-
tatis uerbum debite expreſſum uł ſignū
euidenter oſtenſum: quo mutua coniu-
gum uoluntas deprehenditur. Tertium
eſt diuina gratia ſuper unionem coniuga
lem influens. Quę quidem corporalis u-
nio ſignificat reliquas tres ſpirituales con
iunctiones: de quib. ſupra §.3. Ob eandē
altam ſignificatiōem matrimoniū cenſet
eſſe ſacr̄mentum magnū. Vnde apparet
partium unitā uoluntatē & ỽbum expreſ
ſum eſſe formā ſacr̄menti matrimonialis
& cōiugalis unionis. In qua deſignantur
quatuor aliæ uniones ſpūales: una eſt in-
ter corpus & animā cuiuslibet hoīs: ſecun
da inter filiū dei & humanitatē Chr̄i: ter-
tia inter Chr̄m & eccleſiā: quarta durabit
ęternaliter inter deū & electū hoīem. Pro
pter eandē ſignificatiōem æternę unionis
primū legitimū coniugiū nunq̄ diſſol-
Iohan.19 de ſecun. nup.c.1 uit: nā q̄d deus cōiunxit homo non ſepa-
rat. Hac rōne ſcd'æ nuptię nō bn̄dicunt.
10. ¶ Q̄obrē cōiuges tria principa- (1.§.11.
liora p̄meditari debent. Primo ſacr̄mentū:
cuius inſtrumentum ſunt coniuges, uſq;
adeo ſimul uniendi ut in æternum ab in-
1.Cor.7 poſt prin. uicem non diſcedant, eo ꝙ ſua indiſſolu-
bili unione ſint imago ſpiritualis & catho
licæ acetiā diuinę unionis. Id extendit ad
ſolos legittimos cōiuges: nam qui in adul-
terio aut concubinatu aut fuco matrimo-
nij cohabitant, diuinæ unionis imaginem
non portant q̄s non deus ſed diabol9 con
iungit. Tales ꝓhibitas cohabitationes cen
ſura diſſoluere debet. Secundo fidelita-
tem charitatemq; coniuges præſeferant
1.Cor.7 neceſſe eſt: ut uir infidelis ꝑ mulierem fi-
delem ſanctificet & uterq; coniugum fi-
dem neutiq̄ frangat. Id tn̄ ſæpenumero
fallit in coniugibus calumniantib. Tertio
conſiderandus eſt fructus ſeu partus li-
berorꝫ: q̄s pleriq; boni exoptant ſed pro
ſuo deſiderio non procreant forſitan de-
fectu naturæ. Parentes uero obligantur
ſuos liberos educare: præ oībus inſtitue-
re in timore cultuq; dei: ad quem finaliter
creati ſunt atq; procreati. De tertia ui ma
trimonij, nempe de ſacramento, dictum
eſt ſupra §.3. uſq; ad §.6.

DE IMPEDIMENTIS MATRIMONII.

¶ Spōſalia impediuntur uarijs ex cauſis: 11.
quarꝫ quædam ſunt a Deo & eccleſia in
nouo teſtamento: quædam a deo in uete-
ri teſtamento: quædam a deo & natura:
quædam ab humano inſtituto. Primo in
nouo teſtamēto inhibet dn̄s ſecundas nu-
ptias & ponit quicunq; dimiſerit uxorē Math.19 Mar.10
ſuam & aliam duxerit, mœchatur, & qui Luce 16.
dimiſſam duxerit mœchatur: item ſi u-
xor dimiſerit uirum ſuum & alij nupſe-
rit adulterium committit. Nam primæ 8.§.9 in ſi.
dumtaxat nuptiæ repræſentāt matrimo-
nialem coniunctionem: ideo Samaritana Ioan.4
ſextum uirꝫ ſe habere iactans, a dn̄o ar- poſt prin.
guitur ꝙ is non ſit uir eius. Ratio eſt quia Luce.10
filij huius ſæculi nubunt & traduntur ad ante ſi.
nuptias: in futuro autem ſæculo neq; nu-
bunt neq; ducunt uxores: ęquales. n. ange
lis ſunt & filij dei cum ſint filij reſurrecti-
onis. Acſi dicat dominus: Poſt reſurre-
ctionem prior coniunx præferetur po-
ſteriori. Ideo ſecundas nuptias euangeli-
um non approbat: ſed poſtea ſpiritusſan-
ctus per Paulum admittit, inquiens: Mu 1.Cor.7 in ſi.
lier alligata eſt legi quanto tempore uir
eius uiuit: ꝙ ſi dormierit uir eius, liberata
eſt a lege: cui autem uult, nubat tantum
in domino. Et ait Iheronymus melius eſſe 31.q.1 quomodo
unum uirum (licet alterum uel tertium)
noſſe q̄ plurimos. ſupra §.8. poſt prin.
¶ In ueteri teſtamento prohibuit domi- 12.
nus cum infidelibus aut alienigenis con- Exo.34
trahere ſponſalia. Exurgens igit̄ Eſdras 1.Eſdre 9
dixit Iudæis: uos inique feciſtis colloca- poſt prin.
tes uobis in matrimonium uxores alieni-
genas ut adderetis ad peccata Iſrahel:
nunc date confeſſionem domino deo &
perficite uoluntatem ipſius & diſcedite
ab uxoribus alienigenis. Pariter eccleſia
inhibet fideles infidelibus coniugio copu
lari. Pręterea uetus lex ſtatuit, ne ſacer- 28.q.1.cōnc. & c.non om.
dos contrahat extra ſuā ꝓgeniem neq; cō
miſceat ſtirpem generis ſui uulgo gētis: Leui 21
ſed uirginem ducat uxorem & puellam
de populo ſuo: non alias accipiat fęminas:

quia conſecratus eſt deo ſuo & panem ꝑ-
poſitionis offert, qui dumtaxat figura fuit
ueri panis Chriſti: per nouæ legis ſacerdo
tes in altari conſecrandi & tractãdi. Qua
propter decet noſtros ſacerdotes panem
Chr̄i cõtinue tractaturos multo puriores
& cõtinentiores eſſe ſacerdotib⁹ ueteris
13. ¶ Inſuper noua lex & eccleſia ſa- (legis.
Diſ. 27. per ſbyteris cer-dotibus & leuitis necnon religioſis ma
27. q. 1. ut lex. tri monium penitus interdicit: ut qui or-
De voto c. 1. li. 6 dines maiores ſubire aut religionem ini-
re uelit, ulterius non habeat liberam con-
trahendi uoluntatem, ad continentiam ꝑ-
petuã aſtrictus, antea quidem non fuerat
coactus ſacerdotium uel religionẽ elige-
re: ſed poſtq̃ elegit, retrocedere nequit.
Spreto huiuſmodi eccleſiaſtico ĩterdicto,
d. 64. §. 2. in fi. e §. 3 attentant q̇dam temerarij p̄sbyteri, mona
chi & moniales, ficto nomine dñi, damna
biliter nubere & prætenſum contrahere
matrimonium. Sæpenumero diabolus re
ligioſas combinat ꝑſonas: quę ſe ꝑ coniu
gibus gerunt; ſub cõiugij p̄textu ſpurcis
uoluptatibus uacant & publice commit-
tunt horrendum et maledictum inceſtũ.
Tales eccleſiaſticos fuco matrimonij irre
titos & eorum filios & filias condemnat
Hiere. 16 in prin. dominus dicens: Mortibus ægrotantium
.i. damnatoꝝ morientur: non plangẽtur
& non ſepelientur, in ſterq̃linium ſuper
faciem terræ erunt. Plures deniq; plagæ
ſuꝑ eoſdem præuaricatores per Hieremi
am conſcribuntur. Nihilominus hoc tem
pore calamitoſo huiuſcemodi ſcandalo-
ſa & damnata coniugia admittuntur, ap-
probantur & defenduntur, potiſſime in
quibuſdã inſignibus ciuitatibus: ubi olim
diſciplina eccleſiaſtica & pollicia regula-
ris optime ordinata fuit: ꝓh dolor hodie i-
bidẽ ꝓrſus attrita. Ab initio Chr̄ianę reli
gionis non reperiť tã effrons hæreſis nec
tam maledicta opprobria, q̃ qualia modo
contra ſac̄menta & ordinatiões eccľiaſti-
cas in Alemania euomunť. Etſi magnus
Antichr̄s ueniſſet et miſſilia diſtribuiſſet,
nõ debebãt audaces Theutones, p̄ſertim
inſigniũ ciuitatũ Inqlini & ciues ꝓuidi (q̃
alioqn inter parſimonias & prudẽtes pri-
mi eſſe uolunt) uel nũmis uľ minis cõmo
ueri, ad q̃d eos ꝓterui ſacerdotes, deſpati
monachi & exititiæ moniales allexerunt.
Spes erat, q̃ graues Germani aſſiſterent
eccľiæ in omĩ ſuo ꝑiculo, exploſa ſubtili
arte: qua pſeudodoctores ſuo terſo ſer-
mone & elegãti ſcripto impitũ ppľm ha-
ctenus ſeduxerũt ac indies ſeducũt. Cõ-
munẽ itaq; uulgũ admoneo ꝓpter dñm
Iheſum Chr̄m eiuſq; paſſionẽ: ne eandẽ in
uobis ur̃iſq; liberis & poſteris fruſtretis,
ſed reuertẽtes obediatis ỹaci eccľię: Cui
ur̃i ꝓgenitores obtẽꝑauerũt ac uoſipſi oĩ
obtẽꝑaſtis uſq; ad p̄ntẽ ur̃am diſceſſionẽ.
¶ Ceteꝝ eccleſia interdicit ſpõſalia in ca 14.
ſibus ſequentib. Primo clandeſtina: quæ De clande deſpon. c. cum inhi bitio. 30. q. 5. per to.
fiunt præter ſcitum aut uoluntatem pa-
rentum aut cognatoꝝ aut tutoꝝ: aut abſ-
q; debita publicatione ſeu ſolennſſatione
ſacerdotis aut abſq; p̄ſentia teſtium fide-
dignoꝝ: aut quæ fiunt contra ritum ſeu
laudabilem loci conſuetudinẽ. Si ỹo con
tra præmiſſa interdicta clandeſtine ma-
trimonium cõtrahiť: tenet q̇dem matri-
monium, licet tranſgreſſores peccent, ut
de matrimonio contra interdictũ eccľiæ
contracto. c. 1. Profecto idẽ capľm e me-
dio eſſet tollendũ & clandeſtina mr̃imo-
nia ꝓrſus refutanda: q̃m ꝑ iſtud capitulũ
pleræq; indoctæ ꝑſonæ hactenus ſunt de
ceptæ ac indies ſeducuntur, & fraudulen
ter coniugij uinculis mancipanť. Rurſus De cõſãg. & affi. non
ꝓhibet eccleſia mr̃imoniũ inter cõſangui
neos uſq; ad quartum gradum. Similiter 35. q. 1. De propinquis cũ c. ſeq.
in affinitate uſq; ad quartũ gradũ: ſed dũ-
taxat q̃ad primã ꝑſonã. Item matrimoni- 30. q. 1. et q. 3. per to.
um impediť per cognationẽ ſpiritualem:
nam ſicut infans, ex ſemine pr̃is carnalis
natus, recipit ſuum naturale eſſe: ſic reci-
pit bonum eſſe ex gratia dei in baptiſmo
renatus. In ſpirituali cognatione confir-
matio æquiparatur baptiſmo: quia utroq;
ſacramento imprimitur caracter tanq̃ ſe
men ſpirituale. Quapropter ambo patres
nempe carnalis & ſpũalis, ſunt infantis cõ
patres: quoꝝ quatuor ſunt ſpirituales, ſ.
infantem baptiſans & confirmans loco
Chriſti ueri patris ſpiritualis: Item infan-
tem leuans & tenens loco eccleſię ỹę ma
tris ſpiritualis. Quibus perſonis & quotto
gradu

gradu ſpiritualis cognatio impediat ſpõ-
ſalia, habetur extra de cognatione ſpiri-
tuali, per to.

15. ¶ Reſtat legalis cognatio: quæ eſt pro-
30.q.1.per adoptionē pinquitas perſonarum ex adoptione pro
Extra de cog. legali c.1. uenicns & impedimentum q̃ddam gene
rat durante adoptione: ut in canonibus ha
De ſpõſal. ex ſponſalibus betur. Item matrimoniũ impedit̃ ob pu-
blicæ honeſtatis iuſtitiam: quę conſurgit
ex ſponſalibus uel etiam ex matrimonio
nondum cõſumato. Vnde nullus tuus cõ
ſanguineus, uſq; ad quartũ gradum, con
trahere ualet cum tua ſponſa promiſſa:
nec econuerſo. Demũ eccleſia caſſat ſpõ
Extra de eo qui dux quam pol. c.1. ſalia ob quædam crimina. Primo cum q̃s
uiuente ſua uxore ſcienter ducit aliam
pariter ſciolam. Vel eidem de contrahen
do fidem dederit, ſecuto adulterio: illi nõ
potuerunt ulterius matrimonialiter co-
31.q.1.c.1. & c. relatũ pulari. Secundum crimen cum quis ma-
chinatus eſt in necem ſui coniugis; in quã-
tum ſuperinducta perſona conſcia fuit
homicidij: cædem perſonæ ſimul legitti-
me coniungi nequeunt, præſertim carna
De ſpõſal. cõſultat. di & c. ueniẽs li copula inter eas ſecuta. Qui ad contra-
hendum cogitur uel comminatione aut
metu doloſe inducitur, contra ſuam uo-
luntatem non coartatur matrimonium
concludere. Eccleſia deniq; prohibet nu-
De ferijs c. capellang ptias celebrari tempore feriarum, utpote
ab aduentu domini uſq; ad feſtum Epi-
phanię & per totam Septuageſimam. Si
militer a die lunę ante feſtũ Aſcenſionis
uſq; ad feſtum Trinitatis: uel ſecũdum ali
quorum conſuetudinẽ uſq; ad Octauã
corporis Chriſti.

16. ¶ Diuina & naturali lege impeditur ma-
trimonium in articulis ſubſequentibus.
Primitus in linea aſcendentium & deſcẽ-
Gen.2 dentium, iuxta illud: Relinquet homo pa
trem ſuum & matrem. Pariter in primo
uel ſecundo collaterali gradu conſangui
nitatis uel affinitatis: ueluti præceptũ eſt:
Leui.20 ne quis accedat ad propiquam ſui ſangui
nis nec ad nouercam nec ad ſororem ſuã
filiam patris uel matris, nec ad uxorẽ pa-
trui uel auunculi ſui nec ad uxorem fra-
tris ſui: tametſi natura neceſſarie diſpenſa
uit in primo & ſecundo collaterali gradu
filiorum Adæ & Noe. Natura præterea
docet, ultra unam coniugem non haberi:
quoniam deus initio Adæ unam dumta- Gene.2.
xat fœminam creauit & dedit. In ſponſali ante fi.
bus deo ſacratis non multiplices ſed uni De ſpõ. duorum ac c. ep.ith
tantũ coniuges legittime coniuncti ſunt: Gene.11
quemadmodum Abraham & Sarai: Iſa- Gene.24
ac & Rebecca. Sampſoni quoq; unicam Iudi.14
uxorem deus deputauit: parentes autem
eius neſciebant q̃ res a domino fieret. Itẽ
deus elegit Thobiæ unicam Saram in u- Thob.7.
xorem atq; ordinauit ut poſt nuptias ante
carnale coniugium tribus noctibus Deo Thob.8
iungantur. Deus ſolum Ioſeph iuſtum Luc.1
& caſtum deſponſauit uirgini Mariæ: q̃
eſt a domino proprie uxor prudens: An- Pro.19
gelus dixit Ioſeph, Noli timere accipere in me. Mat.1
Mariam cõiugem tuam. Dei itaq; atque
naturæ ordo eſt unas tantummodo per-
ſonas matrimonio coniungi. Inſup. deſpõ Extra de frig. et malefi.
ſatio naturaliter impedit̃ ꝓpter impotẽti
am coeũdi: prout ſunt impuberes aut in- De deſpo. impuber. ſ. li.6
frigidati, pariter & rationis expertes, pri-
uati libera uoluntate qua neceſſarie con-
cluditur matrimonium: ubi non eſt con- 30.q.2.
ſenſus utriuſq;, ibi non eſt legitimum cõ- ubi nõ eſt
iugium.

¶ Vltra ſupranotata impedimenta, fre- 17.
quenter impediuntur ſponſalia ex ſtatu-
tis humanis & cauſis accidentibus uel ex
conditionibus appoſitis: ueluti ſi patri pla Extra de cõdi. ap. de illis cũ ſi.
cuerit, tum tibi nubeo: patre ſponſalia ab-
nuente, promiſſio nõ ligat: niſi aliquid no
ui interuenerit quo appoſita conditio tol
latur. Item error in uerbis aut in uolunta- 29.q.1.ſ.1
tibus aut in perſonis facit quominus ma-
trimonium ſit efficax. Qui errat non con
ſentit in erratum: ueluti ſi exiſtimas acci-
pere Margaretham & uerba promis ad
Catherinam.

CENTESIMVM CAPITVLVM. De extremo iudicio.

DOminus ꝓpter ſemetipſum o- Pro.16 in prin.
peratus eſt uniuerſa principali-
ter hominẽ: poſtea reliqua cor-
poralia propter hominem: qui ob id pro

ſe ac pro alijs creaturis aſtringitur totis uiribus deo exhibere gratitudinem, fidẽ, ſiduciam, dilectionem, timorem, laudem omnemq; cultum & decorem in omnibꝰ actibus uitæ ſuæ: quemadmodum Paulus nos hortatur dicens: Omne quodcunq; facitis in uerbo aut in opere, omnia in nomine domini nři Ihesu Christi, gratias agentes deo & patri per ipſum. Propterea homo conſequetur finem optatum bifarium. ſ. intrinſecũ & extrinſecũ. Deꝰ eſt electoꝝ beatitudo increata, ceu finis intrinſecus: in q̃ electi effectualiter quieſcent. finis electoꝝ extrinſecus eſt beatitudo creata, nẽpe locus in cœlo præparatus: in quo formaliter quieſcent. Prior finis concernit dei honorem: ſecundarius concernit hominis commodum: utrunq; appetimus in capite dominicæ orationis: ſanctificetur nomen tuũ: adueniat regnũ tuum: de quo ſupra 22. §. 4. & 41. §. 2.

Col. 3 ante fi.

Mat. 6.

2. ¶ Omnis res nõ ociat donec attigerit ſuum centrũ ceu finẽ ſibi deſtinatũ: q eſt deus: ad quẽ nõ aliter q̃ p amorẽ homo deueniet. Q̃obrẽ ſe in amore tamdiu exercere debet, donec diuino amori cõforme tur. quantũ amoris homo hic negligit, tm̃ ſuus ſpiritus in purgatorio ſupplebit, q̃ad uſq; diuino amori fuerit dignus: randẽ humanus ſpiritus a deo ſuſcipitur. Poſtq̃ autem Deus uirtute ſuæ omnipotentiæ ex nihilo hominem inchoauit, licebit ſuæ diuinæ largitati in aliquo ente, nẽpe in ſuo diuino eſſe, hominem finire & perficere. Ad finem itaq; congruũ peruenient qui ſuam uitã hic bene inſtituunt: aliogn inique conuerſantes pœnã patient. Iure. n. naturali mala opa ſunt punienda: bona uo pręmianda. Quippe diuinæ naturæ & largitati non conuenit hominis ordinatam charitatem & bonam uoluntatem relinquere irremuneratam: econuerſo diuina iuſtitia debitam exigit pœnam in arbitrium peruerſum amoremq; hominis propriũ: ne dei opera ſint imperfecta.

8. 79. §. 3 in prin. 8. 14. § 1 in fi.

3. ¶ Ex quo itaq; homo, pro conditione ſui arbitrij ac operum ſuorum, eſt præmiandus aut plectendus, requiritur igitur iudicialis cognitio: ſiquidem huiuſmodi arbitrium & opera poſt ſe relinquunt aliquid quod nec arbitrium nec opus eſt: nempe gratiam uel indignationem: noxam uel innocentiam: purum uel impurum: decus uel dedecus: æquum uel iniquum: ad quod ſequitur beatificatio uel condemnatio. Enimuero diuina ordinatio eſt bifaria: una naturæ, altera iuſtitiæ: qui naturæ ordinem tranſgreditur, cadit in iudicium. bonum eſt ordinatum ſecundum naturam: malum ſecundum iuſtitiam. Porro homo bonum omittens, malũ patrans peruertit celebrem ordinem: quem deus condidit non ſolum in homine ſed etiam in uniuerſis creaturis homini ceu capiti ſubiectis. Quę quidem ſubditæ creaturæ in ſuo ordine perſeuerant, ſuum officium debite exequentes: ſolus homo ordinẽ ſuũ tranſgreſſus, in armonia totius uniuerſi diſſonantiam facit: ob id iure naturæ plectendus. Q̃obrem generalis natura & omnis creatura requirit ſuperiorem iudicem, nempe Chriſtum: qui intelligat & ualeat iudicare hominem ſecundum eius opera remunerandum uel corripiendum. Alioquin deus ipſe contrauenirer ſuæ ordinationi, per hominem deſtrũctæ & iterum per deum reficiendæ.

¶ Diuina ſapientia totum ſuum plaſma adamuſſim orbiculata eſt: ſiquidem ad uidendum condidit oculos: ad intelligendum rationem: cuilibet herbæ propriam uirtutem: unicuiq; bruto ſuum inſtinctũ conceſſit & rurſus unumquodque creatum loco & menſura decenter ordinauit: tandem hominem dotauit libero arbitrio: quo Deum ultra omnia ſponte, non coacte, diligeret: iniuncto ei præcepto bonum faciendi & malum omittendi: conſtituens præmia pro bonis, & ſupplicia pro malis operibus. Ne autem huiuſmodi præceptum & interdictum fruſtretur: ordinatus eſt (uti creditur) opulentus remũerator & ſtrenuus iudex, nempe CHRISTVS: cui, ceu immediato hominum ſuperiori, pater diuinus omne dedit iudicium. Equidem ſiquis ſui terreni domini mandatum tranſgreditur uel ſuum uicinum damnificat, eſt natura & ordine 4.

Iohan 5 in me.

Exo. 21 post prin. & ordine iuris ſuo domino pœnalis & ui cino pro damni æſtimatione obnoxius. Multomagis peccator cœleſti domino offenſo pœnalis eſt atq; ob ſuam culpam condemnandus tanꝗ diſſipator uniuerſalis ordinationis omnium creaturarum. Cum autem homo dei offenſor ſibijpſi pœnam remittere uel damna uniuerſæ creaturæ illata reſartire nequaꝗ poſſit:neceſſe eſt ut remiſſor pœnæ & compenſator damni ſit omnipotens & immenſe diues:qui ualeat offenſam Dei remittere & omnia damna tollere: ne quid deordinatum in natura maneat. Præterea bona & mala hominum opera metienda ſunt ex eorum mente & uoluntate: ideo oportet iudicem hominum & ſuorum operum eſſe ſagaciſſimum:cui omnia ſecreta ſunt aperta & pateant cogitationes & corda necnon affectus & appetitus omnium & ſingulorum hominum uiuorum & demortuorum, præſentium & futurorum: quorum omnium eſt iudex. Qualis ſolus

Heb. 4 ante fi. deus eſſe poteſt:de quo ſcribitur. Nõ eſt ulla creatura inuiſibilis in conſpectu eis: omnia autem nuda & aperta ſunt oculis eius. Vnde clareſcit, homines aliquando congruo tempore a domino Iheſu eſſe iudicandos.

5. ¶ Dies hominis principales ſunt tres. Initialis eſt naſcentis hominis:medius eſt dies mortis:finalis eſt dies extremi iudicij.

Eccl. 40 in prin. De primo die natali ſcriptum eſt:Occupatio magna creata eſt omnibus hominibus & iugum graue ſuper filios Adam, a die exitus de uentre matris eorum uſq; in diem ſepulturæ. Diei medij monet te

Eccl. 7 in fi. ſcriptura dicens: Memorare nouiſſima tua & inæternum non peccabis. De ex-

Pro. 23 in me. tremo die loquitur Sapiens:In timore domini eſto tota die, quia habebis ſpem in

Eccl 3 ante fi. nouiſſimo: Cor autem duꝝ habebit male in nouiſſimo. Omnis cogitatus & ſermo:item omnis actus & neglectus hominis manifeſtabitur & dirigetur in die iudicij. Vbi ſingula totius uitæ tuæ negocia bona commendabuntur & præmiabuntur:mala uero uituperio & ſupplicio adducentur. Sedulus operarius caute contemplatur phyſonomiam ſeu probam(ſecundum quam opus eſt ædificandum) ꝗ idem opus recte formetur,ac laudetur & non arguatur. Paulus igitur te docet,ut curesteipſum probabilem exhibere deo operarium inconfuſibilem. Nam Deus probat corda noſtra: & ſuarum uirtutũ imaginem imprimit in homines,tanꝗ ꝓbam & phyſonomiam: ſecundum quam unuſquiſq; ſuam uitam inſtituere recteq; tractare debet: quo eius opera dominus deus,ceu retributor & auſcultator opeꝝ (cui nihil occultũ)in extremo iudicio ap probare acremunerare poſſit. Qui autem ſuam probam & dei imaginem in ſe ipſo non conſiderat,oblitus iudicij extremi:is ſuæ ſalutis obliuiſcitur deiq; gratiam contemnit, expectaturus iudicium anxium. 2. Timo. 2 in me. 1. Theſſ. 2 in prin.

¶ Tria diuina iudicia ſunt notanda: quibus quilibet homo ſiſti habet,ibidem reſponſurus. Primum eſt hic in eccleſia terreſtri:Ad quod omnes & ſingulos homines citat deus,in ueteri lege inquiens:Vocaui & renuiſtis,extendi manum meam & non fuit qui aſpiceret. Deinde in noua lege,dominus miſit ſeruum ſuum uocare inuitatos ad eccleſiæ iudicium. Qđ a deo patre obtinet Chriſtus:qui illud poſtea papæ & cæteris eccleſiaſticis rectoribus conceſſit atq; commiſit,dicens:Qđ cunq; alligaueritis uel ſolueritis ſup terrã, erit ligatum & ſolutum in cœlis. Attamẽ præſens eccleſia cognoſcere habet dumtaxat ſuper retributione boni uel mali: pijs ſacmẽta porrigẽdo:pœnitẽtes abſoluendo:rebelles pœna coercendo. Quantum autem præmij uel pœnæ ſit determinandum,hoc latet eccleſiaſticos ſuperiores:ſed eius taxa diuino iudicio referuatur:quod homo hic non ſoluit, in futuro ſæculo reſtaurabitur. 6. Pro. 1 poſt me. Math. 22 in prin. Joban. 5 Math. 16 Math 18

¶ Secundum iudicium eſt ſingulare in quemlibet humanum ſpiritum,a ſuo corpore mortali diſcedentem: qua hora ſinguli homines iudicantur: quemadmodũ ſtatutum eſt hoibus ſemel mori,poſt hoc autem iudicium. De quo dñs loquit:Veniet hora & nunc eſt quando mortui au 7. Heb. 9 in fi. Joban. 5 in me.

dient uocem filij dei. Nam hominis ſpiritus a carne ſolutus, pro omnibus operibus bonis & malis hic peractis, coram iudicio diuino apparebit, a Chriſto ſpecialiter diiudicandus, cuius iudicij executio fit in ſolum ſpiritum abſque ſua carne: quoniam peccata uoluntate peruerſa, ex ſpiritu, non ex carne procedente, ſunt perpetrata. Extremo tandem iudicio caro reſuſcitata erit particeps ſententiæ in ſpiritum latæ: quoniam opera ſpiritus per carnem ſunt conſummata. Interea uſq; ad nouiſſimum diem cogitur ſpiritus, extra carnẽ, diuinã ſententiã & eius executionẽ ſuſtinere, ſiue ad pœnam in purgatorio: ſiue ad pœnã in tartaro, ſiue ad ſalutẽ in cœlo: reddet q; uſq; in diẽ iudicij rationẽ de omnibus uerbis: ex quibus homo iuſtificabitur uel condemnabitur. Inſuper præmiatio uel punitio infligitur illic ſpiritualiter, non corporaliter: quoniam hic bonus uel malus actus, meritum uel demeritũ principaliter ex ſpiritu, non ex corpore defluxit. Hominis pars ſuperior eſt ſpiritus: in quo conſiſtit memoria, intellectus, liberum arbitrium: quibus debet ac poteſt bonum precogitare & intelligere ac uelle. Quippe liberum arbitrium radix eſt, e quo uirtus uel uitium creſcit. Iuxta qualitatem boni uel mali arbitrij, hominis opera trutinantur & iudicantur: non iuxta diſpoſitionem ſenſuum: quos homo communes habet cum brutis. Quippe ſolus homo potitur ſpiritu rationali: mediante quo iuſte aut inique agit. Porro præmiũ & pœnam oportet conformari ſuæ origini: a qua actus prodit. Idcirco in alio ſeculo homo præmiatur uel punitur ſpiritualiter non corporaliter: nam eius ſpiritus aut gaudet in cœlo aut purgatur temporaliter aut plectitur æternaliter. Verum quidem poſt carnis reſurrectionem corpus tandem participabit in præmio uel ſupplicio ſui ſpiritus, eo quidem ſpiritus ipſo corpore uoluntarie uſus eſt uſq; ad bona aut mala opera.

Mat. 12 ante fi.

8. ¶ Falſum ergo eſt atq; deceptorium dogma Mahometi aliorumue, ponentium hominum finem in carne, acſi futura præmia & ſupplicia ſint corporalia hominiſ. quod finis carnalis exiſtat, non ſpiritualis: contra naturam ſcilicet & proprietatem humanam. At homo nomenclaturam accipit magis a ſpiritu quam a corpore: alioquin bruta ſenſibilia pariter uocarentur homines. Quippe ſpiritus humanus pro ſua conditione & natura incorruptibilis eſt, corpus autem corruptibile: niſi inquantum ſpiritui inhæret. Præmium itaq; & ſupplicium in ſpiritu perpetuum eſſe poteſt & a ſpiritu in carnem defluere. Verum unaquæq; res tamdiu permanet integra, donec per ſuum contrarium corrumpitur: quemadmodum frigus per calorem: ſiccum per humidum: uirtus per uitium: uitium per pœnitentiam: uita per mortẽ. Conſimiliter ordinata hominis uoluntas corrumpitur uoluntate peruerſa: eadem peruerſa uoluntas per gratiam diuinã reparari poterit tanq; per ſuum contrariũ. Siquidem homo in gratia hinc decedens bonam uoluntatẽ ſecum illuc defert: eadem uoluntas inde biliter ibi durat, ulterius a deo non auerſura nec contrarium paſſura. Atqui huiuſmodi uoluntas erit deo continue accepta: ideo perpetim beata. Ex diametro, moriens in uoluntate peruerſa, in peruerſione obduratur nunq; conuerſurus: quoniam peruerſionis contrarium (nempe diuina gratia) mutatum eſt in iuſtitiam: qua peruerſio æternaliter punietur nunq; corrumpenda. Premiſſum ſingulare & ſtrictum iudicium repẽte fertur contra ſingulum morientem: cuius mors & hora iudicij eſt incerta. Quapropter ſaluator nos pie admonet dicens: uidete, uigilate & orate, neſcitis.n. quando tempus ſit et dominus domus ueniet, ne cum uenerit repente, inueniat uos dormientes. Et ſcribit Paulus: Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti: itaq; unuſquiſq; noſtrum pro ſe rationẽ reddet deo: nempe hora mortis. Nam Sapiens inqt: Memor eſto iudicij mei, ſic enim erit & tuum, mihi heri & tibi hodie: ideo morituturum conſolare in exitu ſpiritus ſui. Vnde præſumitur quemlibet hominem ſtatim poſt mortem a Chro iudicari: quẽadmodum appa

Mar. 13 in fi.

Roma. 14 circa me.

Eccl. 38 in me.

Luce 16 modum apparet in diuite epulone: qui ꝑ
ſua crapula & tenacitate adiudicatus eſt
pęnę, & pauper Lazarus pro ſua patien-
Johan. 3 in me. tia portatus eſt ab angelis in ſinum Abra-
hę. Premortuus ergo iam iudicatus eſt.
9. Mat. 25. ¶ Tertium & extremũ iudicium fere cõ-
muniter in oẽm creaturã ſpũalem & cor-
poralem. De quo plurifaria fit mentio in
utroq; teſtamento: in ueteri nuncupatur
dies crudelis: qui horrendus & timendus
eſt ob ſupremũ iudicem offenſum & uin-
Eſai. 13 poſt prin. dicantem: Eſaia ſcribente: Ecce dies dñi
ueniet, crudelis & indignationis plenus &
Eſaie 34. ante me. irę furoriſq;: Quia dies ultionis dñi, annus
retributionis iudicij. Nonnulli prophetę
extremũ iudiciũ appellant diem magnũ:
Apo. 16 ante fi. cui nulla alia dies ęquiparatur: de quo etiã
in Apocalypſi: maxime Iohel capitulo ſe-
cundo & Sophonias primo & ſecũdo ca-
1. Theſſ. 1 in prin. pitulis. Aliique ꝓphetę in quibuſdã locis
Luce 21 in fi. multa diſſerunt. Preterea in nouo teſta-
1. Theſ. 5. in prin. mẽto extremũ iudiciũ uocitatur domini
Heb. 10 poſt me. dies occulte & repente ſuperueniens. De
quo Paulus ait: Scitis q̃a dies dñi ſicut fur
in nocte ita ueniet. Item Terribilis aũt q̃-
dam expectatio iudicij & ignis ęmulatio,
quę conſumptura eſt aduerſarios. Scim9
enĩ qui dixit, mihi uindictã: q̃a iudicabit
dominus populum ſuũ: horrendũ eſt inci
dere in manus dei uiuentis. Petrus inſup
2. Pet. 3 in me. ꝓphetiſat: Adueniet aũt dies dñi ſicut fur:
in quo coeli magno impetu tranſient, ele-
menta uero calore ſoluentur, terra autẽ &
oĩa, quę in ipſa ſunt, opa exurentur. Tan-
dem in ueteri ac noua ſcriptura deprehẽ-
ditur, quis nouiſſimus & ſtrenuus erit iu-
Eccl. 40 in prin. dex nempe Chriſtus: de quo dicitur: dies
finitionis a pręſidente ſuper ſedem glorio
ſam uſq; ad humiliatum in terra.

10. ¶ Nouiſſima dies eſt meta, ad quam to-
tum tempus curret omneſq; dies ſe fle-
ctunt tanquam ad ſuum complementum
ipſa enim eſt concluſio & terminus toti-
us temporis: poſt quam nulla alia dies ſed
ęternitas ſequetur: iuxta iſtud pręconi-
Iohel 2 in prin. um: Quia uenit dies domini: Similis ei
Hiere. 30 non fuit a principio & poſt eum non erit.
poſt prin. Quia magna, id eſt, ęterna dies illa, nec eſt
ſimilis eius. Eadem nouiſſima die ne-
mo operabitur pręter deum: qui opus ſu-
um extrinſecum perficiet utpote ſtrictũ
iudicium exequetur. Reliqui pręteri-
ti dies a principio temporis uſque ad di-
em extremum, ſunt hominum: qui illis di-
ebus exercere debebant bona opera: de Math. 12
quibus in die iudicij rationem reddent, poſt me.
teſte euangelio. Rurſus ipſo die extre
mo dei opera exteriora concludentur ac
finientur: quemadmodum cuiuslibet ho-
minis opera clauduntur & terminantur
in die ſui obitus.

¶ Extrema die deus reſuſcitabit omnes 11.
& ſingulos homines mortuos illactenus
creatos: quorum opera, facta & negle-
cta ſine diminutione ipſa die in medium
ducentur, iudicabuntur, pręmiabuntur
uel condemnabuntur. Siquidem duę
duntaxat ſententię ferentur: una pro ele
ctis: altera contra reprobos: ſublato pur
gatorio. Iuſti ibunt in uitam ęternam: Math. 25 in fi.
iniuſti ad ſupplicium perpetuum. Ete-
nim in eodem iudicio omnes uidebunt
& cognoſcent uniuerſa a deo bene eſſe
ordinata diuinamque ſententiam uniuer-
ſalis iudicij ueram atq; iuſtam, tam in ele- Apo. 19
ctorum premio quam in peruerſorum in prin.
ſupplicio. Quicquid homines hic ege Oſe. 9
runt, hoc compenſabitur in die uiſitatio- poſt prin. Luce 14
nis & retributionis iuxta teſtimonium
domini: retribuetur tibi in reſurrectio-
ne iuſtorum.
¶ Extremum iudicium neceſſario eſt fu- 12.
turum, pluribus cauſis: quarum una eſt:
ut omnes rationales creaturę, nempe an-
geli & homines, ab uno deo prouenien-
tes & hactenus nondũ coram cõſtituti: ſe
mel aliquando mutuo conueniant: referẽ-
te domino: Ego ſi exaltatus fuero a terra, Johan. 12
nempe die nouiſſimo, oĩa traham ad me, poſt me.
ipſum: ſcilicet angelicam, ſpiritualem &
corporalem creaturam. Secundo cũ oẽs
hoĩes ſint unius generis & naturę, decet
totã ꝓgeniẽm & naturã humanam, pręs-
ſentibus uniuerſis hominib9, ſimul iudica
ri ad ſalutem uel ſupplicium, iuxta meri-
tum cuiuslibet perſonę: quę ulterius nihil

mereri uel demereri poterit. Quis quili-
bet humanus ſpiritus ſtatim poſtq̃ a car-
ne migrat, ſingulariter iudicatur: eum ta-
men unacum carne ſua iterum iudicari
& ſententiam, contra eum prius latam, pu
blicari oportet in præſentia omnium crea
turarum. Decet præterea ut totum ge-
nus humanum tandem adipiſcatur ſibi or
dinatum finem retributionis bonorũ uel
malorum operum, Quod fieri nequit, niſi
ſegregatis malis a bonis: iuxta Euange-
Math. 25 poſt me. lium: Et congregabuntur ante eos omnes
gentes & ſeparabit eos abinuicem, ſicut
paſtor ſegregat oues ab hędis. Siquidem
homines (ueluti dominus refert) abinui-
cem ſunt ſeparandi: neceſſe eſt eos prius
congregari: quoniam adhuc nunq̃ corã
fuerunt. Quod finaliter fiet die extrema:
quando unuſquiſq; accipiet mercedem
ſuam, ulterius nihil noui uel boni uel ma-
li accepturus, ſed perpetuo manſurus in
eo ad quod iudicatus eſt. Tertio requiri-
tur extremum iudicium uniuerſale ad au-
gmentandam laudem electorum & igno
miniam reproborum: nam laus & igno-
minia dilatantur manifeſtatione. Quarto
futurum eſt extremum iudicium propter
extrinſecam gloriam dei: qui multifarie
motus eſt, imprimis humanum genus po
tenter creare: deinde miſericorditer redi
mere: tandem iuſte iudicare: pręſertim re
probos punire iuſtoſq; largiter dotare be-
atitudine ęterna: alioquin diuina iuſtitia
eſſet imperfecta. Equidem maximus de-
us ſuam uirtutem ubiq; locorum cõmon-
ſtrat, ac unicuiq; tribuit quod ſuum eſt ſi-
ue bonum ſiue malum perpetuo duratu-
rum.

13. ¶ Nouiſſima itaq; die & anxio iudicio to
tum conſummabitur uniuerſum: & quæ-
libet creatura debitum nanciſcetur finẽ
ex diuina ſcilicet cognitione. Cuius co-
gnitionis iudex ordinarius eſt dominus
Math. 24 poſt me Iheſus Chriſtus, qui ante ſe mittet angelos
ſuos. Illi cum tuba & uoce magna ad iu-
dicium citabunt omnes rationales creatu
ras, nempe angelos & homines tanq̃ reos:
qui ſinguli iudicio ſiſtent, de ſuis uolunta
rijs operibus reſponſuri & rationem red-
dituri. Vbi iniuſti a iuſtis ſeparabuntur Math. 25
ceu hędi ab ouibus: Iniuſti unacũ dęmo-
nibus ſtatuentur ad ſiniſtrum, ſub ius ſuũ
caput Luciperum. Qui in ſeipſo non in
deo pendet. Idcirco cũ ſua caterua cadit
uſq; ad inferni abyſſum: ubi condemnati ꝑ
petuo cruciabuntur. Electi uero angeli
& homines locabuntur ad dextram ſub-
tus ſuum caput Chriſtum, corpore & ſpi-
ritu deſtati unitum. Chriſti igitur grex ſe-
cure & ęternaliter adhęrebit forti deo in
gaudio.

¶ Reprobi angeli & homines condemna 14.
buntur ad gehennam & mortem ęternã, Math. 25 ante fi.
eo quod offenderunt deum æternũ, ſper-
nentes uitam ęternam: & inquantum po-
tuiſſent, peccatis ęternaliter fuiſſent & ad
huc eſſent delectati. Porro nullum dam
natum flagitiorum pęnitet: quin ni in pec
catis obduratus ſemper deo eſt rebellis &
odibilis. Qua de cauſa deus ſuam ſenten-
tiam nunquam retractabit ſed indeſinen-
ter executioni mandabit. Ne mireris,
peccatum celeri ac momentaneo tempo-
re perpetratum, lente & perpetim fore
puniendum: quia quod hodie negligis, il- Hiere. 8 in fi
lo ſemper carebis: ueluti ſcriptum eſt: Trã
ſijt meſſis, finita eſt ęſtas, & nos ſaluati nõ
ſumus. Vulnus mortale cito infligitur
& ſucceſſiue ſanatur uel uulneratum pe-
nitus necat. Lapſus in profundam foue-
am ſeipſum extrahere nequit, in ea niſi ali
unde adiuuetur ſemper manſurus: præci- Math. 22 poſt prin.
piente domino: ligatis pedibus & mani-
bus eius, mittite eum in tenebras exterio-
res. Item reus lęſę maieſtatis unacũ ſuis
poſteris perpetuo infamis eſt atq; ſeruus.
Cui ob commiſſum bona confiſcant, eiſ-
dem ipſe & ſui heredes ęternaliter ſunt
priuati. Quemadmodum huiuſmodi tem
poralis plaga non ceſſat, ita plaga ęterna
in futurum non finietur.

¶ Ceterum electi condonabunť uita ęter- 15.
na & ſũmo bono, habituri loca eis præ- Mat. 25.
parata, quorum ſunt duo: utpote deus ipſe
eſt beatitudo interna: electi enim in deo Roma. 6 in fi.
ceu ſupremo bono adipiſcuntur uitã ęter
nam & infinitum gaudium ac etiam glori-
am efficacem & immarceſſibilem, no-
men dei

men dei continue & perpetim ſanctifica
turi. Alter locus eſt extrinſeca & accidē-
talis beatitudo, ad hominis utilitatem cre-
Math. 6 ata, uidelicet cęleſte regnum: quod ele-
ctis adueniet ut apud deum æternā man-
ſionem & requiem habeant. Eadem
accidentali beatitudine deus remunerat
ſuos triplici modo. Primo iuxta meri-
1. Cor. 3 post prin. tum: ut in Paulo: unuſquiſq; propriā mer-
cedem accipiet ſecundum ſuum laborē.
Mat. 7 in prin. Et ait dominus: In qua menſura menſi fu-
eritis, remetietur uobis. Secundo pro-
Johan. 1. post prin. pter meritum; fatente Iohanne; de pleni-
tudine dei nos omnes accipimus & grati-
Math. 20. in prin. am pro gratia. Propterea dominus uo-
cat nos in uineā ſuam & quod iuſtum fu-
erit, dabit nobis. Tertia remuneratio fit
Luc. 6. ante fi. ultra meritum; iuxta illud: Date & dabi-
tur uobis; menſuram bonam & confertā
& coagitatam & ſuperefluentem dabūt
in ſinum ueſtrum. Ad quemlibet iu-
ſtum inquiet dominus Iheſus: Euge ſerue Math. 25 ante me.
bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fi-
delis, ſuper multa te conſtituam, intra in
gaudium domini tui, nempe in æternam
beatitudinem. Quam nobis omnibus
miſericorditer dignetur concedere deus
pater & filius & ſpiritusſanctus Amen.

Supraſcripta traductio edita eſt in
opido Salfelden uallis Pinzgeu,
atq; completa Idibus aprilis
Anno dñi milleſimo quin-
gēteſimo uigeſimo
nono.

AAron capitulo.65.§.3.
Aaron figurauit papam.91.§.17
Abel.30.§.8.
Abraham.2.§.4.in fine.
Abrahæ ſinus.49.§.7.&.80.§.5.in ſi.
Abſolon.74.§.4. Achab.3.§.6.
Abdicatio proprietatis.51.§.7.
Abſolutio tertia pars pœnitentię.73.§.15
&§.16.
Acephalus.91.§.14. Acetũ.32.§.4
Accidentia Euchariſtię.66.§.3.
Accidia eſt pctm̄.36.§.5.& 48.§.8.
contra accidiã eſt fortitudo.44.§.7.
Acus.44.§.11.
Adã primus.34.§.1.&.§.4. Adę limus
Adam ſecundus.68.§.1. (54.§.5.
Adam uſſim.27.§.4. ante ſi.
Adoptiui filij.10.§.10.&.99.§.15.
Adulteria.32.§.2. Aduerſitas infra
(plaga.
Aer eſt habitatio dęmonum.24.§.10.
Agnus paſchalis.64.§.5.&.69.§.8.
Agreſtum.43.§.1.
Allegorica;Anagogica.99.§.6.
Amor infra charitas. Amor mutat amã-
tem in amatum.45.§.9.in prin.
Angeli.19.§.1.& 23.per to. Angeli
miniſtrant nobis ceu ſubditis.84.§.9
angeli ſunt ꝑpetuati ꝑ chriſtũ.27.§.4
angelus non eſt dei imago.29.§.8.
angelica influentia 23.§.2. ange-
(lorum eſca.68.§.9
Anima hominis eſt naturæ ſpiritualis.28.
(§.3. uſq; ad §.6
anima eſt ſpũs imortalis.28.§.7.
ſpiritualis uita animæ pendet a deo.
(20.§.8.&28.§.2
anima ſuam naturalẽ uitam confert
ſuo corpori.27.§.8. Quod poſt
ſe trahere debet.60.§.3.
Animarum cura.81.§.7.& 17.§.12.& 71.
(§.4.& 96.§.5
Aialium genera ſunt plura.30.§.1.ĩ prin.
animalia ſequunt̃ ſuã naturã.31.§.5.
Et moriuntur naturaliter.28.§.14.
Attamen uitam defendunt.27.§.10
Bruta nec lętitia nec triſtitia afficiun-
(tur.39.§.4.&.5
Ideo pro ſuis operibus nec punien-
da ſunt.49.§.9. nec præmianda
(78.§.5.& 79.§.7.
Animalibus irrationalibus homines ſe
(conformant.31.§.6.&.35.§.1.
Antichriſti præcurſores.15.§.6. An-
(tidora.49.§.3
Apoſtoli.8.§.4. Aperta ſunt deo oĩa.
Applicatio ſacramẽtorũ.93.§.9. (73.§.14
Aqua baptiſmi.60.§.1. Aqua bñdicta
Aqua cupita.74.§.8.& 79.§.3. (88.§.5
Arbitrium liberũ in cõmuni.38.per to.
diffinitio liberi arbitrij.38.§.6.in prin.
arbitrium hois eſt imago dei.37.§.1.
An homo habeat liberum arbitrium.
(39.per to.
Arbitrij regimen.41.per to. Regimẽ
diuinũ ſuꝑ liberũ arbitriũ.42.per to.
Arbitrium liberum cooperatur.43.§.12.
Sed ceu paſſiuum.39.§.12.
Nam patitur,non autem agit bonum
opus.42.§.1.&.45.§.2.
Arbitrium ꝓprium eſt ꝑuerſum.37.§.4.
Et non liberum ſed in ſeipſo captum.
(29.§.12.
Arbitrium peruerſum eſt inimicum deo
& huiuſmodi.20.§.6.& 48.§.2.
Quia ſolum ꝑpetrat pctm̄.36.§.10.
Diuina igitur electio in hominis cõ-
ſiſtit arbitrio.40.§.6. poſt prin.
Architector.43.§.9. Artifex ſũmus eſt
(deus.7.§.3.
Argumentũ.1.§.2. Ariſtoteles.12.§.4
Arioli excitant tẽpeſtates.25.§.6.
Arrius.7.§.6. Armonia.88.§.3.
Arma Chriſtiana.14.§.7. Arma diabo
Aſcenſio Chriſti.57.§.6. (lica.15.§.5.
Aſtra influunt.25.§.8.
Aſcribuntur deo opera bona & homini
mala.86.§.3.& 20.§.6.
Athanaſius.6.§.3. Atyla.91.§.14.
Attritio.72.§.1. Audire nolũt.59.§.10
Auris ornatio.16.§.4.in prin.
Aucupium.24.§.5.circa fi.
Auaricia.48.§.8. Contra auariciam
datur conſilium prudentię.44.§.4
Aurum.4.§.6.
Aurea candelabra.6.§.1
Aza rex.4.§.14.in fine.

B

Balaan. 11. §. 6. & 66. §. 7.
Balſamus. 61. §. 3.
Baptiſmus. 60. per totum.
Baptiſmus fundamentũ eſt omnium ſacramentorum, 59. §. 2. & §. 3.
Baptiſmus infantium, 3. §. 13.
Baptiſmi caracter. 59. §. 3. & 60. §. 12.
Baptiſatus eſt ſigillum dei, 59. §. 1.
Baptiſmi aqua. 60. §. 1.
Baptiſmus purgat animam. 27. §. 1.
Et liberat a captiuitate diaboli. 36. §. 1.
Baptiſati nõ obſeruant promiſſa, 70. §. 7.
ꝓpterea grãm baptiſmi amittũt. 66.
Rebaptiſmꝰ īducit hęreſim. 58. §. 5. (§. 4
Bauaria, 24. §. 6.
Beatitudines octo. 87. §. 2.
Beatitudo cęleſtis eſt ſupremus ſtatus hominis. 30. §. 4.
Belial. 24. §. 8.
Benedictio diuina. 60. §. 1.
Beſtialis natura. 31. §. 6. & 27. §. 10. & 30. §. 1. & §. 4. in fi.
Biblia, 12. per to. Bonum fac, malũ fu-
Bouis os non ligabis. 66. §. 5. (ge, 1. §. 3.
Brauium. 4. §. 2.
Bulla. 89. §. 6.

C

Cadere exalto. 24. §. 3. Cain, 39.
Caiphas. 92. §. 7. (§. 1.
Calor ſpiritualis. 63. §. 12.
Calix extra miſſam nõ eſt ſumendus. 69.
Campana. 88. §. 4. & §. 5. (per to.
Canes. 95. §. 13. Canibus nolite dare
Canon miſſę 63. §. 6. (ſanctũ. 88. §. 6.
Canones iuris. 17. §. 11.
Cantus eccleſiæ. 88. §. 3.
Capax uitæ. 28. §. 14.
Capax gratiæ, 18. §. 7. Incapax. 59. §. 4
Capillorum raſio. 94. §. 4.
Capillorum nutritio. 17. §. 5.
Captiuitas hominum. 37. per to.
Captiua uoluntas. 29. §. 12.
Captiuam ducit captiuitatem. 80. §. 5.
Caput eccleſiæ eſt Chriſtus. 91. §. 10.
Pariter & papa. 91. §. 15. cum ſeq.
Caput præcellit cætera mẽbra, 27. §. 5
Caput flexibile. 28. §. 5

Quod capita tot ſenſus. 67. §. 5.
Caracter. 59. per totum.
Cardinalis. 91. §. 6. in prin.
Carcer dęmonum. 24. §. 10.
Carniſbreuium. 48. §. 6.
Charitas in genere. 45. per to.
Charitas eſt mater nos generans. 4. §. 10.
Charitas deus nuncupatur. 78. §. 10.
De charitate dei. 46. per to.
Charitas ſanctorum. 84 §. 5.
Charitas proximi. 47. per to.
Charitas eſt maximum. 1. §. 3.
Charitas concludit. 64. §. 14.
Et eſt calida. 48. §. 12.
Charitas ordinata. 45. §. 4.
Charitas primaria. 45. §. 5.
Charitas extincta. 46. §. 4.
Charitas propria. 48. per totum.
Eſt cæca. 45. §. 8.
Caro eſt homo. 34. §. 11.
Caro hominis eſt ſerpens. 68. §. 3.
Caro declinat deorſum. 28. §. 15. & 31. §. 6. & 32. §. 1. in fi.
Carnium eſus. 74. §. 2. & c. 76. §. 7.
Carnis concupiſcentia. 35. §. 11.
Caro aduerſus ſpiritum. 33. §. 2.
Caro eſt meretrix ſpiritus. 33. §. 8.
Caro eſt factum uerbum. 5. §. 4.
Caſa mendicitatis. 87. 4. uſq; ad §. 9.
Caſtigatio corporis. 76. §. 1.
Caſtitas. 51. §. 8. & 97. §. 4.
Caſus hominis primus. 30. §. 4. in fine, & 31. §. 5. & 32. per to.
Caſus ſecundus. 43. §. 15. & §. 16.
Cathedra Chriſti. 80. §. 10.
Cathedra Moyſi. 94. §. 6.
Catheciſmus. 60. §. 3.
Cathecuminus. 43. §. 2.
Cathena qua ligatur diabolus. 60. §. 6.
Cauſa plaſmatis eſt deus ipſe. 19. §. 5.
Cauſa diuinarũ iſtitutionũ. 8. §. 9. & 12. §. 3
Cauſa inſtitutorum ſacramentorum eſt inſcrutabilis. 68. §. 5.
Cauſa peccati uel mali non eſt deus. 26. §. 6. & 23. §. 2.
Cauſa ceſſante ceſſat effectus. 3. §. 6.
Cœlũ eſt clauſum q̃tuor ex cauſis. 53. §. 7
Et apertũ. 55. §. 5. Cœlo ſignificat̃
Cœna dñi. 65. §. 4. (eccleſia. 89. §. 8.

Centrum, 100. §. 2. in prin.
Cœra. 36. §. 13.
Cerimoniæ. 88. per totum.
Cerebrum hominis. 27. §. 8.
Cherintus. 13. §. 13.
Certum ꝓ incerto. 8. §. 2. & 74. §. 6.
Cherub. 21. §. 5. Cęſar. 27. §. 6. & 95. (§. 10
Cibus ſpũalis & corp̃alis. 63. §. 12.
Cimiterium. 83. §. 4. & 90. §. 7. in fi.
Cinericius panis. 63. §. 2.
Cineres Danielis. 16. §. 5. in fi. Ciſco. (47. §. 6
Cithara. 88. §. 3.
Corda citharę. 77. §. 13.
Ciuitas eſt cõmunitas. 49. §. 9.
Ciuitas duplex dei & diaboli. 30. §. 8. & (§. 9.
Claues Petri. 89. §. 9.
Claues ſcientiæ. 94. §. 14.
Clauus eſt deus in quo noſtra ſalus pen (det. 60. §. 6
Clauſtrales. 97. per to.
Clericorum cõiugiũ. 39. §. 16. & 40. §. 8. & 64. §. 4. & 65. §. 10. & 99. §. 13
Colores. 30. §. 2. & 94. §. 10.
Columba dei. 6. §. 4.
Colũna ueritatis eſt eccleſia. 81. §. 9.
Columna populi Iſrael. 11. §. 6.
Colluctatio ſpiritus contra carnem. 33. §. (2. & §. 6
Cõmodũ hoĩs. 22. §. 9.
Commodum proprium. 19. §. 10.
Codicillus. 12. §. 8. in prin.
Cogitationes malę. 25. §. 10. & 51. §. 8.
Compenſatio debiti cũ pœna. 33. §. 3.
Cõmunicari ſacramento. 67. §. 1.
Concilium. 6. §. 4. uſq; ad §. 8. & 85. §. 6.
Concubinatus. 64. §. 4. & §. 5.
Confidendum eſt in deum. 18. §. 7.
Confirmationis ſacramentum. 61. per to.
Confirmatio in bono. 24. §. 1.
In malo. 38. §. 4.
Conflatio clenodiorum eccleſiaſticorum (1. §. 5. & 80. §. 8.
Conditio tẽporum & hoim. 6. §. 7.
Confeſſio publica. 73. §. 3.
Cõfeſſio uerbalis. 73. §. 1. uſq; ad §. 8.
Cui & quando & quid eſt confitendum. 73. §. 9. & 10. & 11.
Confeſſionis ſigillum. 73. §. 13.
Confeſſionis fructus. 73. §. 14.
Occulta peccata non ſunt publice cõfitenda. 73. §. 3.
Confuſio. 13. §. 10.
Cõſciẽtia. 28. §. 17. Cõſciẽtię forus 71. (§. 7
Cõſecrationis uerbũ. 66. §. 7.
Cõſilia chriſti. 51. §. 6. cum §. ſequentibus.
Conſiliũ liberi arbitrij eſt in ratiõe. 39. §. 11
Conſuetudo bona. 17. §. 4. & §. 5. Mala. (33. §. 3.
Contraria contrarijs curant. 68. §. 3. i prin.
Cõtritio. 72. per to. Perfecta. 72. §. 6.
Contritio uera a contritione digna diſ (fert. 72. §. 8.
Contritio ſera. 4. §. 1.
Cornelius 43. §. 2.
Cor deuotorum. 5. §. 3. Cor iniquum (77. §. 8.
In corde reſidet liberũ arbitriũ. 41. §. 8
Corporeum plaſma ſuperius & inferius. (25. & 26. per to.
Correctio fraterna. 51. §. 14.
Credi quõ oporteat, capitulo ſecundo.
Credendum quid ſit, a capitulo quinto uſq; ad finem libri.
Credenda ſunt credibilia. 5. §. 7.
Credere in deũ ſecurũ eſt. 5. §. 5. Parti ter eccleſię credere eſt ſecurũ. 6. §. 5.
Creſcit deus extrinſece & homo intrinſece. 22. §. 4.
Homo q̃q; extrinſece creſcit. 29. §. 11.
Chriſtus unctus. 93. §. 1.
Primogenitus dei. 10. §. 2.
Chriſtus eſt ſolum una perſona. 19. §. 9.
Et caput totius eccleſiæ. 27. §. 7.
Ac uia, ueritas & uita. 8. §. 9.
Chriſtus eſt ſum̃us ſacerdos. 94. §. 12.
A quo omnis gratia fluit in membra fidelia. 28. §. 5.
Chriſtus deus eſt & homo. 85. §. 8.
de Chriſti deitate. 9. per to.
De chriſti humanitate. 10. per to.
Chriſtus eſt hominum & omnium creaturarũ concluſio & ſuſtentatio. 19. §. 6. & 67. §. 9.
Chriſtus ſemel mortuus eſt. 56. §. 3. & (62. §. 4
Chriſti paſſio. 55. per to.
Reſtaurat omnem defectum. 4. §. 2 (& 72. §. 4.
Chriſti paſſio eſt cõtemplãda. 56. per to.
Chriſto eſt credendum circa ſacramenta. 66. §. 10. ante fi. & 68. §. 5.

Chriſtus diues & pauper 97.§.6
Chriſtus eſt clarificatus 68.§.4. Et futurus Iudex 54.§.8
Chriſtiani nuncupantur a Chriſto 13.§.7
Chriſma 61.§.3
Crux habet quatuor acies 56.§.2.
Crucem poſt Chriſtum baiulare 33.§.10
Crux eſt noſtrum uexillum 85.§.7
Crucifixores Chriſti 38 §.8
Currere pro brauio 4.§.2

D

Damnum eſt reſartiendum 74.§.3 in fine
Dauid 4.§.14.ante fi. Dānati 100.§.14
Debitum erga deum 20.§.3
Debitum commune 52.§.3
Debitum naturale 49.per to.
Solutio debiti naturalis 50.per to.
Debitum legale 51.per to.
Debita culpabilia 52.§.3
Debita accidentalia 52.per to.& 53.§.1
Dimitte nobis debita 84.§.1
Decima 65.§.5. Decretū iuris 6.§.5
Deriſores 13.§.8.& 15.§.4
Deus ſolus & unus 7.§.1.atque fœcundus 7.§.2
Deus eſt ſpiritus 7.§.6.& 23.§.2. Et pater noſter 47.§.3
Deus propter ſe diligendus eſt ſuper omnia 1.§.3.& 46.per to.
Et dignus omni laude 46.§.1
Deus eſt charitas & ſummum bonū 22 §.6. Et ignis conſumens 84.§.4. Ac lux omnia uidens 36.§.13
Deus & eius charitas eſt omnibus communis 47.§.1.in prin. Pariter & eius influentia 21.§.4
Deus prope eſt 67.§.2.& §.8. Et adiutor noſter 24.§.9.& 77.§.8. A quo dependet omne bonum 11.§.7. Ideo ſemper eſt deo ſeruiendum 28.§.8
Deus eſt diues & pauper 87.§.6. Nihil egens 19.§.5
Deus non eſt iniuſtus 3.§.10. Quinni dei perfectiones ſunt ubiq; conformes 22 §.10. Et immutabiles 38.§.1
Diuinæ reſpectu eſſentię noſtra eſſentia nulla reputatur 21.§.1
Deus non eſt tentator 25.§.10. Nec auctor mali 40.§.2. Neminem bonæ uoluntatis derelinquens 36.§.12.& 91.§.3. Neque quenq; eijciens foras 77.§.9
Diaboli ſunt angeli peruerſi 24.per to.
Diaboli uena 63.§.12. Diaconus 94.§.9
Dicaces ſunt peruerſi 15.§.1
Dies hominis ſunt tres 100.§.5
Dignus eſt ſolus Deus omnis gloriæ 4 §.14.Indigni ſumus omnes 18.§.8
Quod differtur non auferē 54.§.2.in fi.
Diligentia eſt adhibenda 35.§.7.& 40 §.5.& 46.§.4
Diſciplinæ præceptum 31.§.2. Homo ſeipſum diſciplinare debet 47.§.6
Diſparitas 81.§.8
Diſcentes & ad ueritatem non peruenientes 15.§.3
Diues eſt deus 10.§.10
Diues in bonis operibus 3.§.10
Diues in bonis temporalibus 7.§.8
Doctorum diſſenſio 14.§.5
Dominica dies 51.§.2
Dominus uerus eſt Chriſtus 88.§.12
Dominari nititur quilibet 38.§.5
Domū niſi dominus ædificauerit 49.§.7
Dona ſpiritusſancti 44.§.1. cum ſequentibus.
Dubiæ cauſæ 69.§.9
Dulia 84.§.7

E

Ebrietas 41.§.7
Eccleſia in genere 91.per to.Eſt una 6.§.4. Et omnibus communis 6.§.6 Ac mater noſtra 4.§.5.& 91.§.5
Eccleſia eſt triplex 6.§.1. Significata in ſacramento altaris 63.§.11
Eccleſia eſt dei habitaculum 8.§.1.Et dei ciuitas 4.§.6.& 30.§.8.& §.9. Aſſimilata cœlo 92.§.2.
Eccleſia eſt ſponſa dei 17.§.7. Et columna ueritatis 5.§.7
Eccleſiæ anima eſt ſpiritusſanctus.Et eius caput eſt Chriſtus 27.§.7
Eccleſiæ corpus ſunt omnes Chriſtifideles 63.§ 11.& 91.§.2.& §.3. Ac quilibet Chriſtianus eſt membrum eccleſiæ 42.§.2.& 60.§ 8
Eccleſiæ poteſtas 6.§.5 & 91.§.12.Et repræſentatur per eccleſiaſticam ſupe-

rioritatem 89.§.8.& 91.§.6. Quæ uicem eccleſiæ gerit 69.§.2
Eccleſia non eſt ſpernenda 59.§.10. Sed quicquid credit & acceptat, eſt credendum & acceptandum 3.§.2.& 6 §.5.& 12.§.3.& 81.§.9. Quia eccleſia non errat 11.§.5.& 14.§.13
Eccleſia ſingularis eſt qlibet uerus Chriſtianus 91.§.1.& 96.§.3
Eccleſia dormiens 82.§.2
Eccleſiaſtes 16.§.7. Oecolāpadi 66.§.7
Elementū 26.§.1. Elemoſyna 87.per to.
Elymas 21.§.7. Eluidius 6.§.10
Emaus 69.§.6
Empti ſumus ſanguine Chrī 60.§.9
Epiſcoporum poteſtas 95.§.4.& per to.
De epiſcopis 17.§ 14.& 65.§.5.in fi.& 89.§.8.& 91.§ 5.in fi.
Epiſcopi diſtrictus 95.§.2
Enoch 12 §.1 Eſau 77.§.10
Error non inducit conſenſum 99.§.17
Eſſentia multiplex 21.§.3.cum ſeq̄ntib9.
Eſſentia æterna & temporalis 2.§.1
Ethnici 51.§.14 Eua eſt decepta 33.§.2
Eua eſt ratio 34.§.7 Eua eſt caro 33.§.9
Euangelium 13.per to.
Euangelium fictum 95.§.10
Euangelica pœnitentia 76.per to.
Euchariſtia 67.per to. Refocillat hominem 68.§.10.infra Sacramentum.
Excommunicatio duplex 90.per to.
Excuſatio 50.§.11.
Exemplum bonum 3.§.10
Exercitium conducit 35.§.7.& 37.§.11.& 42.§.11
Exilium hominis 56.§.6
Exorciſmus 60.§.3. Ezechias 4.§.14

F

FAcere, id eſt, operari 62.§.2
Falſarius uerbi dei 15.p to.& 86.§.2
Fames 4.§.12 Fantaſia 29.§.9.in prin.
Febres 32.§.5 Feneſtra animæ 43.§.6
Fenix 16.§.5
Fenum & ſtipula ardent in igne 82.§.4
Feriæ 51.§.2
Feria ſexta 51.§.2.& 88.§.2
Fermentum 16.§.6.in prin.
Feſtinandum eſt ad pœnitentiam 76.§ 8.& §.9
Fides catholica c.1.per to. Eſt una 1.§.8
Et ſola 3.per to.
Diffinitio fidei 1.§.2.in prin.
Fides eſt principium iuſtificationis 4.§.8
Fidei principium eſt ueritas 5.§.1
Fidei articuli 6.per to.
Fides ueſtita 3.§.6.& 5.§.5
Fides eſt pixis bonorum operum 87.§.7 ante fi.
Figura fuit uetus teſtamentum 1.§.4.& 64.§.3
Filij dei 7.§.3 Filij adoptiui 10.§.11
Filius nō portat iniquitatē patris 34.§.6
Filialis timor 44.§.12
Finis hominis eſt deus 21.§.8. Duplici uia 100.§.1
Finis operis 79.§.5.in prin.
Firmamentum 7.§.1
Fluxus boni & mali, infra. Influentia
Fomes carnis 35.per to. Fons dei 43.§.5
Fortis uincitur a fortiore 36.§.9
Fortunæ rota 40.§.7. Fornicatio 51.§.3
Fraternitates 47.§.4.& §.5
Fratres in Chriſto 28.§.6
Freno eſt homo regendus 42.§.1
Fructus eſt expectandus 46.§.5
Fructus bonoꝶ opeꝶ 56.§.8.& 79.§.6
Ex fructu arbor cognoſcitur 35.§.8
Fructus miſſæ 62.§.2.
Frumentum 66.§.3
Fuga c.47.in fi.
Fumus ignis 49.§.6
Fures 51.§.4.in prin.
Furioſus 32.§.5.poſt prin.

G

GAbala 12.§.1. Galea ſalutis 61.§.4
Gamaliel 9.§.4
Gaudium dei 7.§.5.in prin.
Gaudium homini licitum 29.§ 5. Illicitum 32.§.5.& 48.§.6.& 7
Gaudio eſt mœror contrarius 48.§.6
Gaudium nullum nec mœſticiam habēt bruta 29.§.4
Gemmæ 26.§.1
Germanoꝶ ruina 1.§.5 & 6.item 8.§.8.in fi.& 13.§.5.& 14.§.14.& 15.§.1
Gladius ſpiritualis 61.§.3
Gradus corporalis plaſmatis 26.§.1.cum (ſequentib.
Gradus ſa-

Gradus ſacramentorum 58.§.1
Gradus cœli quindecim 87.§.1
Gratia diuina in genere 43.per to.
Gratia præcurrens 43.§.1
Gratia concurrens 43.§.1
Gratia gratum faciens 4.§.4.& 42.§.4
Gratia ſubſequens 43.§.15
Gratia gratis data 21.§.6
Gratiæ tempus 83.§.5
Gratitudo 27.§.3
Grata perſona 65.§.8
Gratis dat deus 21.§.2.& §.6. Ideo gratis date 96.§.5.& 66.§.5
Gratiani 66.§.6
Græci 15.§.4.& 91.§14
Gula 74.§.2.eſt contra rationem 44.§.8
Guſtatio cœleſtis gaudij 46.§.3. Et inferni 74.§.9.& 80.§.3.in fi.

H

Hebræum idioma 63.§.4
Hæreditas diuina 29.§.6
Hæres dei eſt Chriſtus bifarie 55.§.9
Exhæreditatio 32.§.3
Hæretici 6.§.4.& 16.per to.
Herodes 14.§.8
Hypocriſis 52.§.7. Hypocrita habet cauteriatam conſcientiam 13.§.10
Hiperdulia 85.§.8
Homo eſt creatura corporalis & ſpiritualis 27.per to. Eſt deniq; concluſio totius plaſmatis 19.§.6
Homo eſt creaturarum principaliſſima 31.§.5.Ex elementis 44.§.1. Et poſitus ſupra alias creaturas 27.§.2
Homo habet in ſe duas, non tres partes 28.§.15
Hominis anima eſt naturæ ſpiritualis & immortalis 28.§.3.& §.7
Hominis ſpiritus 28.§.1.& §.2
Hominis imago 29.per to.
Hominis ſtatus 30.per to.
Hominis caſus 32.per to.
Hominis malum 33.per to.
Homo peruerſus 33.§.5
Hominum leuitas 34.§.4
Hominis captiuitas 37.per to.
Hominis inſufficiẽtia 39.§.9.in prin.
Homo uetus & nouus; item exterior & interior 35.§.10
Sicut homini cętera creata ſunt ſubiecta, ſic homo deo aſtringitur 49.§.2
Humanitas una 27.§.1
Humanæ conſtitutiones 17.§.13.in fi.
Ante Hoſtium ſtat deus 43.§.7
Humilitas 14.§.8

I

IActitare homo ſe de nihilo ualet 39.§.9
Iamnes 15.§.9
Idea 19.§.1
Idola 86.§.7
Ieiunium 76.§.4. uſq; ad §.7
Iheremias 19.§.1
Iheroboam 16.§.1
Iheſus nomen 9.§.6.& 82.§.5
Ignis probat 82.§.3.in prin.
Imago dei 29.§.1.& §.8. Eſt diligenda 50.§.9
Imago mundi 29.§.1
Imago cuiuslibet creaturæ 7.§.3
Imago deturpata 20.§.8
Imago diaboli 60.§.5
Imagines depictæ 85.per to.
Imaginum abuſus 86.per to.
Impatientia eſt pœna 80.§.4.& §.9
Ad Impoſſibile tenetur nemo 40.§.12.et 50.§.5
Impunitum remanet nihil 24.§.1.& 52.§.3.Pariter & irremuneratũ 55.§.9
Inceſtus 13.§.5
Inclinatio mala 33.§.3
Inconſtantia hominis 38.§.11
Indulgentiæ apoſtolicæ 89.per to.
Induratus in malitia 36.§.13.& §.14
Infantes redimuntur in baptiſmo ſine fide 3.§.12.& §.13. Nec addicunt purgatorio 83.§.7. Quoniam actu non peccauerunt 41.§.7. Incapaces rationis 43.§.13.& 60.§.10. Tametſi ad malum ſint inclinati 33.§.5. Ideo mori coguntur 35.§.7
Infideles ſuæ perfidiæ non excuſantur 5.§.1.& §.4.& §.5.& 6
Infideles ſunt in cura Papæ 92.§.4
Inferna ſunt quatuor 80.§.1.& per to.
Influentia diuina 21.§.4
Influentia angelica 23.§.2.
Influentia animæ in corpus 27.§.8
Influentia naturæ 25.§.4

Influentia firmamenti 28. §.9.& 31.§.4
Influentia triplex 43.§.5
Influentia ſpiritualium miniſtrorum in Laicos 95.§.9
Abſq; influentia Chriſti ſpiritus hominis eſt debilis 28.§.5
Influentia diaboli 24.§.7
Influentiæ malæ 91.§.8
Inimicus dei 20.§.5.& §.8.& 36.§.1.& 52.§.7.in fi.
Inimicus hominis 20.§.6.& 35.§.1
Inimici ſunt diligendi 47.§.10.& §.11
Inobedientia 31.§.2
Inſtrumentum dei eſt homo 47.§.3
Inſtrumentum boni operis eſt liberum arbitrium 39.§. 4
Inſtrumenta diuinæ gratiæ ſunt ſacramẽta 58.§. 2
Inuidia 48.§.8. Contra inuidiam eſt mititas 44.§.3
Iob 4.§.14
Iohannes baptiſta 56.§.8
Iouinianus 19.§.9.& 76.§.4
Ira dei 9.§.2.& 32.§.1
Iræ liiij 18.§.2
Ira eſt peccatum 36.§.10 Contra iram eſt ſcientia patientiæ 44.§.5
Irremuneratum nihil 79.§.3
Iſaac 77.§.10
Iubal 88.§.3
Iudæi olim iuſti 8.§.2.& 9.§.5
Iudas 29.§.3
Iudæi crucifixores & inimici Chriſti, 9 §.3.& 15.§.4
Iudicium dei eſt triplex 100.§.6
Iudicium dei occultum 80.§.6
Iudicium extremum uniuerſale 100.§ to. Et particulare 100.§.7
Iudicium ſpirituale 89.§.4.& §.5
Iudith 4.§.14
Iugum Chriſti 50.§. 11
Iuſtificatio 4.per to.
Iuramenta 51.§.2

L

LAbor eſt nobis innatus 29.§.11
Labyrinthus 91.§.7
Lac infantis 68.§.9.
Lampas 4.§.5
Lana filanda 30.§.2
Lapis uiuidus eccleſiæ 27.§.7
Lapis angularis eſt Chriſtus 91.§.8
Lapilli 26.§.1
Largitas 7.§.8
Latria 78.§.8
Latro 4.§,1
Lauare 64.§.7
Lazarus 89.§.11
Legion 55.§.4
Lepra 73.§.7
Lex ſemper loquitur 11.§.2
Legis impletio 12.§.2
Libanus 60.§.8
Liber uitæ & mortis 19.§.3
Libertas hominis 37.§.2.& §.3.& 79.§.7
Liberum arbitrium, ſup, Arbitrium
Lignum uitæ 30.§.3.& 55.§.2
Ligamen ad pœnitentiam 8.§.7
Linguę multipharię 15.§.3.in fi.et 5.§.6 & 85.§.5
Litera 13.§.4.& 14.§.1.in prin. & 15.§.2 & 16.§.4
Loth 68.§.9
Lucem odit qui male agit 45.§.8
Lucifer ſupremus angelus 27.§.2. Aſcẽdit contra deum 20.§.4
Lucifer eſt pater mendacij 18.§.4.& 5
Lucifer eſt ſuperior malignorum 24.§.2 & 38.§.4
Lumen lucere debet 4.§.5.& 88.§.5 in fine
Lumen ab alio lumen incenſum 7.§.8
Lumen de lumine 7.§.3
Luna 21.§.1
Lupi 15.§.8
Lutiſigulus 21.§.5
Contra luxuriam eſt donum ſapientiæ 44.§.9

M

MAcedonius 7.§.6
Macrocoſmus 22.§.1
Macula peccatorum 33.§.3
Magdalena 70.§.6.& 83.§.4
Magiſter eſt ſolus Chriſtus 18.§.8
Maleficium 4.§.15
Malum eſt omittendum 1.§.3
Malum hominis 33.§.2.& per to.

Malum culpę

Malum culpæ 33. §.3. & §.4
Malum pœnæ creat deus 20. §. 6
Malos quare deus creat 29. §.3
Dicunt malum bonum & bonum malum 15. §. 6
Malum unum trudit alterum 55. §. 5
Malũ pro malo non reddẽdum. 51. §. 9
Sed libera nos a malo 34. §. 5
Manus dei 21. §. 5
Manichæi 38. §. 6
Maria uirgo 6. §. 10. Mater Chriſti 10. §. 3. Ac noſtra 85. §. 10
Maria eſt collum eccleſiæ 27. §. 7. Concepta ſine originali 34. §. 4
Maria eſt magni meriti coram Deo 84. §. 6
Ideo honorãda & inuocãda 85. §. 10
Martyres Chriſti 1. §. 7
Materia ſacramentorum 59. §. 1
Matrimonium laicorum 99. per to.
Matrimonium clericorum 39. §. 16. & 40. §. 8
Medicus ſpiritualis eſt Chriſtus 58. §. 2
Eius uicem tenent curatores 58. §. 4 & §. 12
De Medicina ſpirituali 58. §. 2
Medium eſt Chriſtus inter deum & peccatorem ac omnem creaturam 10. §. 1
In medio ſuorum eſt Chriſtus 6. §. 4
Medium eſt eccleſia inter Chriſtum & pœnitentem 20. §. 3
Medij ſunt angeli inter deum & homines 23. §. 4
Medij ſunt ſacerdotes inter ſacramenta & laicos 94. §. 11
Medij ſunt homines inter Chriſtum & corporales creaturas 24. §. 4. & 17. §. 11
Medij ſunt docti inter ueritatem & indoctos 18. §. 8
In medio nationis prauæ 44. §. 5
Media uiã gradiendum eſt 3. §. 6
Melchiſedech ordo 65. §. 4
Membrum corporis 28. §. 1. & 49. §. 5
Mẽbra ſpiritualia Chriſti & eccleſiæ 60 §. 8. Commembra ſunt animæ in cœlo & purgatorio 83. §. 7. & 84. §. 6
Membrum diaboli 28. §. 6
Membrum abſciſum 90. §. 2
Memoria 27. §. 9. Defunctorũ 82. §. 9
Mendicantium ordines 97. §. 7
Mendicitatis caſa 87. §. 4
Menſuram unicuiq; diuiſit deus 14. §. 9
Qua menſura menſi fueritis 84. §. 1
Meritum Mariæ 79. §. 2
Meritum bonorum operum 79. per to.
In purgatorio non meretur ſed perſoluitur 80. §. 10
Meretrix 32. §. 7. Meſſias 9. §. 8
Metallum 26. §. 1
Metam apprehendi 4. §. 12
Michael noſter adiutor 23. 3
Microcoſmus 19. §. 6
Militia eſt uita hominis 35. §. 1
Mille anni 40. §. 4
Minuta 24. §. 7
Miniſtri dei 65. §. 8. Miracula 5. §. 5
Miſſa eſt a deo inſtituta 65. per to.
Miſſæ forma 63. per to.
Miſſæ fructus 62. §. 2
Miſſa eſt ſacrificium 65. per to. Et ſæpius celebranda 66. §. 4
An pro miſſarum celebratione præmiũ exigi poſſit 66. §. 5. & 6
Miſſæ ueſtimenta 64. §. 14
Miſericordia eſt exhibenda 4. §. 9
Opera miſericordiæ 87. §. 1. & 2
Myſtice 14. §. 1 Mitiras 44. §. 3
Moyſi credendum fuit 12. §. 5
Moyſes figurauit Chriſtum 91. §. 17
Molentes duæ in mola 4. §. 4
Monarchia 91. §. 5. Motus prim9 35. §. 1
Montes tranſferre 2. §. 3
Mors manat ex fomite 35. §. 7. & 67. §. 3
Item ſeparat ſpiritũ a corpore 21. §. 6
Ideo timenda 33. §. 9
mortem deus non fecit 31. §. 4
mors eſt quadruplex 13. §. 1
mors ſpiritualis 20. §. 8
A morte nemo ſe ſuſcitat 70. §. 2. in prin.
mors Chri eſt uiuida 56. §. 3
Mortale peccatum 36. §. 9
mundi princeps 24. §. 4
mundus eſt tranſitorius 21. §. 2. Et cũitãdus 97. § 2.
mundus, id eſt, purus eſt Chriſtus 54. §. 5
mundi debent eſſe ſacerdotes 64. §. 2

mundi & iuſti cœlum ingrediuntur 4.§.15.& 60.§.1.& 80.§.8
Muſica 88.§.3

N

NAbuchodonoſor 43.§.7
Natalis domini 10.§.7.
Nathan Propheta 14.§.4
Natura operatur 22.§.2
Natura humana 32.§.1
Natura peruerſa 25.§.8
Supra naturam 38.§.9
Naturalis lex 1.§.3
Nauicula retrolabitur 77.§.13
Nauicula Petri non ſubmergitur 91.§.10 & 92.§.3
Neceſſitate an omnia fiant 40.per to.
Neminem neceſſitat deus 43.§.11
Neglectus pœnitentię 3.§.4
Negligi ſalutem 11.§.7
Nicenum Concilium 6.§.2
Nicolaus hæreticus 13.§.13
Nihil factum eſt ſine deo 20.§.1.in fi.
Nihil eſt triplex 20.§.1
Niniue 53.§.3
Nomen eſt duplex 22.§.5
Nomen dei in confirmatis 61.§.4
Nomen tuũ ſanctificeť.6.§.8.& 22.§.4
Noe 4.§.14
Noſſe ſeipſum 30.§.1.& 44.§.2
Noua creatura 4.§.10
Noua doctrina 16.§.2.in fi.
Numerus primus eſt unum 7.§.1

O

OReuolauit ad A.21.§.8
Obedientia 51.§.7
Inobedientia 32.§.2
Obex 42.§.9.& 81.§.11
Obolus 51.§.7
Oblatio leproſorum 81.§.5
Oblatio eſt miſſa 65.per to.
Oblatio intrinſeca 96.§.3
Oblatio extrinſeca 63.§.8.& §.9
Occidere noli 51.§.3
Occulta ſapientiæ 5.§.1
Oculi lippi 25.§.2
Ocium eſt malum 77 §.4
Odiſſe malum 49.§.13
Officialis malicia 58.§.13. Non derogat eius officio, ſed perſonæ 58.§.13.
Olei ſacramentum 93.per to.
Oleum natat ſupra aquam 61.§.3.
Omnia in omnibus deus 39.§.5
Onager 24.§.9
Onias 84.§.7.in fi.
Opera bona 77.per to. Ad ea tenemur 78.per to. Sed ſoli deo ſunt aſcribẽda 42.§.4. Homini autem meritoria 79.§.2.cum ſequentibus
Operum bonorum fructus 56.§.8
Opera exteriora 53.§.5.in prin.
Opera ueteris legis 4.§.6
Opera carnis 25.§.10
Opus laudat opificem 29.§.6.& 78.§.4
Orare pro inuicem 40.§.10
Oratione comprehenditur omne opus contemplationis 83.§.4
Ordinis ſacramentum 94.per to.
Ordinatio diuina & naturalis 27.§.1.& 41.§.1
Deus malum bene ordinauit 20.§.6
Ordo peruerſus 20.§.6
Originale peccatum 34.per to.
Organum 88.§.3
Os domini 11.§.7
Orthodoxi 38.§.9
Ouile Chriſti 91.§.17
Oues meas cognoſco 45.§.3

P

PAnis materialis 28.§.3
Panis ſpiritualis eſt Chriſtus 62.§.1
Panis cœli 62.§.1.in prin.
Panis angelorũ 67.§.9.cũ ibi notatis.
Panis fractio 69.§.6
Papa prępoſitus eſt omnibus hominibus etiam infidelibus 92.§.5.Et habet cõcludere in Conciliis 6.§.7.
De Papæ ſtatu,poteſtate & ſuperioritate 92.per to.
Paradiſi ſtatus 30.§.1.& 31.per to.
Caſus a paradiſo 32.per to.
Paſſio Chriſti 55.& 56.per to. Eſt ſuperabundans 89.§.11
Patena altaris 63.§.3
Patientia 3.§.10
Pater noſter 47.§.3. Eſt deus plaſmator 50.§.8

patrē miſſę 6.§.2. Pater carnalis.47.§.3
Paupertas.51. §.7.& §10.
Pax bona.13.§.5. Pax mala 35. §.8.
Pharao.39 §.2. Phaſe domini.35.§.7
Peccatum in communi.36.§.2
Peccatū commune. 53.§.9 in prin.
Peccatū originale. 34. per to. & 36.§.4
Peccatum ueniale. 36. §.5. uſq; ad. §.8.
Peccatum mortale.36. §. 9. uſq; ad §.12
Peccatum induratum. 36.§.13
Peccatum matureſcit. 36.§.9
Peccatū offendit deū immenſū 53.§.10
Peccata ſūt inimica deo et hoib.36.§.1.
Peccatorū reliquię 81.§.6. Nam peccatū
post ſe relinqt reatū & debitū.68.§. 10
Peccati ſeruus. 53.§.11.
Peccata minuta euitari nequeūt36. §.5.
Peccatores cur deus creat.29. §.3
Pedes. 27.§.5 Pelagius.4.§.4
Pellit de9 hominē.39.§ 2. Pelliciū 74.§8
Pœna eſt contra culpā 33. § 4. cū ſeq.&
Pęnitentiæ ſacramentū 70 p to. (35.§ 2
Pœnitentiæ partes tres 71. per totum
Pœnitentia impoſita 74. per totum
Pœnitentia Euangelica 76. per totum
Pœnitentia infernalis 80. per totum.
Pęnitentia eſt feſtinanda 76.§. 8. & §.9.
Pœnitentiæ alleuiatio.58.§ 10. & 71.§.2
& 73.§.14. in fi.
Perfecti eſſe debemus.4.§ 12.
Perſeueratio.2. §.6.
Perſonæ deſcriptio.19.§ 7.
Perſonę diuinæ ſunt tres.7.§ 4.& §.5
Perſonarū acceptor non eſt deus 40. §.8.
perſona grata. 65.§.8. placet deo 79.§.6
Petra & Petrus.92.§.1.& per totum
Phineos.3.§. 6. Pictura i eccle. 85.p to.
Pilgrini ſumus in terra. 4.§.14.
Piſcator hominum. 60.§.7.
Plaga.39. §.6. ante fi.& 75. per to.
Plantare.19.§.11.& 32.§.8.
Plaſma ſpirituale. 23. per to.
Plaſma corporale.25.& 26. per to.
Plaſma ſpūale & corpale ſimul. 27. p to.
Plebanus.95.§.2. Pluere.27.§.3.
Plumbum.80.§.8. Poeſis.15.§.3. in fi.
Porcinę carnes 76.§.5. Portęiferi. 11.§.5
Porrigit nobis deus gratiam. 4.§.4.
Poſſibile, ſufficit agere inquantum quis
poteſt.50.§.5.& §.6. Quia ad impoſ
ſibile nemo tenet. 25. §. 6.& 51.§.14.
Poteſtas omnis a deo eſt. 91.§.11.
Prandium.69. §.7.
Præſcientia dei.4.§.7.& 19.§.1.
Superat noſtros actus. 39. §.3.
Prędeſtinatio. 40. §. 6.
Pręparare bō ſe poteſt ad bonū. 4. §.4.
Presbyteri infra ſacerdotes
Prædones. 60.§.9. in fi.
Principiū oim rerū eſt deus. 5 §.4.
Principiū iuſtificationis eſt fides. 4. §.8.
Principiū fidei eſt ueritas. 5.§.1. ante fi.
Principium hois. 27.§.1.
Principijs obſta. 36. §.5.
Pricipio peccati eſt reſiſtēdū. 24. §.4 &
42.§.8. promiſſio exigit obſtagiu. 65.§.1
Prophetæ ueteris teſta. 5.§.3 .& 10.§.3.
Iam non eſt propheta.17. §. 8.
Prophetādi gr̄a donant quādoq; ſuperio
(res. 42.§.9.
propoſitū bonū. 74. §.5.
Propria uoluntas.37.§.4.
Proprius amor. 48.§.1. in fi.
Propria gloria. 29.§.11.
Proprium commodum. 31.§.6.
Proprietatis abdicatio.51.§.7.
Proximi ſunt omnes homines. 47.§.4
Etiam ſancti in cœlo & animę in pur-
gatorio.83.§.4. & §.6.
Proximi charitas. 47. per to.
Pſallere.88.§.3. Pſalteriū.12.§.7.
Purgatoriū.80.§.7. uſq; ad §. 11. uocatur
dormiens aut pęnitens eccleſia. 82.§.2
(& §.8.
Purgatorium an exiſtat. 81. per to.
Purgatoriū pbatur in ſcriptura. 82.p to.
Ad purgatoriū extenduntur aliena ſuf-
fragia. 83. per to.
Ex purgatorio migrār aiæ i cęlū.80.§.11.
Publicani. 51.§.14. Publicanus.72.§.3.
& 77.§ 9. Pulſare.88.§.4.& §.5.
Puſillanimis 44. §.10.
Pupilli ſunt diſcrete educandi.37.§. 11.

Q

Quadragena.89.§.4. Quadrās.74.§.3
Quicunq; pſalmus.6.§.10.

R

RAdix hominis.30.§.2. & 34.§.1.
Radix amoris 45.§.7

Radix mali.34.§.1.
Radix peccati eſt liberũ arbitriũ.72.§.9
Raſura clericoꝝ.94.§.4.
Ratisbona.86.§.4.
Rationatiua.86.§.4.& 29.§.12.
Ratio hois.18.§.2.& §.4.& 26.§.6.&.29 (§.9.
Ratio eſt dña i hoie.27.§.8.
Ratio eſt conſultrix arbitrij.41.§.5 et §.6
Reatus ſupra 35.§.12.
Reconciliati ſumus deo.55.§.3.
Redimi hominem grauius fuit ꝙ̃ creari 20.§.9
Regalis ſtatus 19.§.11
Reges tres.3.§.5
Regimen liberi arbitrij 41.per to.
Regimen dei ſuper liberum arbitriũ.42 (per to.
Seruire deo eſt regere 94.§.4
Regnum cęloꝝ uim patitur.43.§.14
Adueniat regnum tuum 41.§.2
Religioſi.97.per to.
Remunerat deus omnia 55.§ 9
Requies æterna 100.§.1.
Reſurrectio Chriſti.57.§.1
Reſurrectio carnis.6.§.1
Reſtituere ablata.74.§.5
Retrocedere.60.§.9.
Roma eſt caput orbis.92.§.5
Romanum imperium.95.§.9.& §.10
Romę eſt eccleſia catholica 17.§.4
Quod Romę fieri debet, ſpectandum eſt.91.§.13
Romanæ eccleſiæ ruina.24.§.6.& 92. (§.5.in fi.
Rota 40.§.7
Rudbert9 patron9 Salisburgẽſiũ.23.§.8
Ruſticus aut nobilis 43.§.11

S

SAcerdotes & eorum officia 62.§.1 & §.4.& §.6
Sacerdotes ſunt miniſtri dei: Cuius loco negociant̃: 65.§.8.in fi.& 69.§.3.& 73.§.6.
Sacerdotes ſunt ſerui & locumtenentes Chriſti 94.§.2
Sacerdotes ſunt ſeruitores eccleſię cuius negocia expediunt.62.§.2.& 6
Sacerdotes ſunt æquales in officio miſſę: non aũt i poteſtate 95.§.1.uſq; ad §.5
Sacerdotum continentia requiritur.64.§.3.& §.5.
Sacerdotis peruerſitas non derogat ſuo officio 94.§.6
An q̃libet baptiſatus ſit ſacerdos 96.ꝑ to.
Sacramenta ſũt emplaſtra ſpũalia 58.§.2
De ſacramentis in communi 58. per to
Sacramentorum ſigna.59.per to.
Sacramentorum uirtus 69.§.1.
Verbũ dei eſt ſemẽ ſacramẽtoꝝ 59.§.7
Sacramentoꝝ cauſa non eſt perſcrutanda 68.§.5.
Sacramenta afferunt gratiam 4.§.2
Iuſtificant hominem.4.§.1.& §.13
Et reſtaurant defectus.54.§.10
Sacramentum euchariſtiæ 67.per to.
Sumptio eiuſdem euchariſtię 68.ꝑ to.
Ac præparatio ad eandem 64.per to.
Saluos omnes fieri deus uult 20.§.6
Sanctorum oratio & meritum ſuffragat̃ uiuis & defunctis 4.§.5. Ideo ſancti ſunt inuocandi, ceu membra eccleſiæ: Et ꝓ nobis intercedunt 84.§.5.&.§.6
Sanctificetur nomen tuum 22.§.4
Satiabitur ſpũs hois ſolo deo 28.§.1
Satisfactio 53.§.1
Satisfactor 54.ꝑ to.
Scabellum dei 29.§.11.
Subtus ſcamnum 13.§.4
Scandaliſatio 51.§.11.& 76.§.7.
Scientia bona 12.§.6.
Sciẽtia mala 18.§.5
Sceptici.21.§.1.
Securis 39.§.4
Seditio 1.§.5.in pri.
Sectę ꝑditiõis 13.§.8
Scripturæ expoſitio legitima 14.per to.
Scripturæ interꝑtatio calũnioſa 15.ꝑ to.
Scriptura torquetur 13.§.13
Scrutamini ſcripturas 5.§.4
Scriptura ſemper loquitur 54.§.11.& 11.§.2.in fine
Scriptura ſacra non eget ꝓbatione 12.§.3
Seipſum cognoſcere.29.§.11.
Semen Chriſti eſt ex maria & ſeminatũ in eccleſiam 54.§.1.& 79.§.6
Semen ſacramentorum eſt uerbum dei (59.§.7
Semen malũ 45.§.6
Senſus humani 18.§.7
Senſitiua.26.§.5.& 41.§.5
Septem candelebra.6.§.1
Septem diaconi.6.§.6
Sepultura 87.§.1.
Eſt catholica & bona 83.§.4
In ſepulchro Chri fuit eius deitas.10.§.8
Serpens triplex eſt 20.§.1
Seruus dei.39 §.4.

S eruus ſui domini 49.§.9
S eruus peccati 53.§.11
Seruilis timor 44.§.10
Signa ſacramentorum 59.§.4.& §.6
Signa, miracula, 5.§.5.
Signaculum uini propinandi 59.§.6
Simile quęrit ſuum ſimile 47.§.2
Similitudo dei 29.§.2 Simonia 77.§.8
Synagoga 17.§.7. Diaboli 98.§.1
Sinapis 58.§.11 Syndon 64.§.2.
Sine me nihil poteſtis 77.§.7
Sitis 4.§.12. in me
Societas diuina 7.§.5
Societas hominum, ſupra Fraternitas
Sodoma 23.§.7 Sodomitæ. 15.§.10
Sol oriens 21.§.8. Sol ſplendor 7.§.8
Solis dies 51.§.2. in fine Soldati. 24.§.8
Solatia 15.§.2.& 75.§.2
Solicitudo temporalium diſſuadetur 51 §.13. Speculum 7.§.3
Spes 2.§.2
Spernens eccleſiã deum ſpernit 59.§.10
Spirituſſanctus eſt deus 6.§.10.& 7.§.6
Eſt quoq; noſter Conſolator 6.§.4
Spirituſſanctus loquit̃ 5.§.4. Et ſpirat 5. §.3. Vbi uult 12.§.11.
Spirituſſan. eſt aĩa eccleſiæ 6.§.6. Itẽ iuuat 36.§.12. atq; docet nos 11.§.5.
Septẽ dona ſpirituſſancti 44. per to.
Peccatum in ſpiritum ſanctum 36.§.12
Spiritus hominis 28. p to. Eſt immortalis 28.§.7. uſq; ad §.14.
Spiritus eſt contra carnem 25.§.7
Quam ſaluare debet 60.§.3
Spirituale plaſma. 23. per to.
Spiritus uitales 28.§.5.& §.16
Spiritus maligni 13.§.10.& 24. per to.
Sponſus & ſponſa 45.§.11
Sponſa Chriſti eſt eccleſia 91.§.1
Pariter anima deuota 60.§.8
Spurius. 10.§.11 Sterilitas 49.§.11
Status humani generis ſũt ſex. 30. per to.
In quo ſtatu quis uocatus eſt, in eo permaneat 39.§.4
Stephanus prothomartyr 5.§.4
Stultus. 78.§.6. Eſt omnis homo. 18.§.5
Stultus laudat ſuum Contum 67.§.5
Subſtantia dei 7.§.3
Subſtantia ſacramenti 66.§.1
Subſtantia elemoſynę. 87.§.6
Suffragium alienum 83.§.4.& per to.
Sugere ſalutem ex Chriſto 68.§.2
Superbia, 36.§.10.& 48.§.5.& §.8
Contra ſuperbiã eſt timor 44.§.8
Superioritas oĩs eſt a deo 27.§.6
Supioritas eccleſiaſtica. 15.§.1.& 95.§.7
Superioritas ſæcularis 95.§.8
Surſum corda 28.§ 15.& 29.§.13. in fi.

T

TAbula Moyſi 60.§.14
Tacere eſt confiteri 8.§.3
Taxa iudicij diuini, 100.§.6
Tempus gratiæ 83.§.5
Temporis plenitudo 95.§.9
Tentatio ne inducatur 33.§.8
Terra eſt brutis præparata 26.§.3
Ex terra ẽ hõ & iterũ in terrã reuertet
Theſaurus eccleſiæ 56.§.6 (29.§.10
Teſtamentum dei 65.§.1
Teſtamentum hominis 8.3.§.3
Timor eſt ſextuplex 44.§.9. uſq; ad §.12
Timor domini 44.§.2.& §.12
Thimothe9 & Titus 96.§.5
Tyranni 95.§.8
Titulus Iheſu nazareni 54.§.8
Thobias 4.§.14 Tonſura 94.§.4
Totum uniuerſum 10. per to.
Tranſubſtãtiatio in & extra miſſam 63. §.8. uſq; ad finem capituli
Tranſubſtantiatio panis & uini conſecrati 66.§.1.& §.2.§.3
Trinitas diuina 7.§.2. uſq; ad §.10
Triumphus mundialis 88.§.12
Triſtitia eſt hominis mors 46.§.7. in fi.
Triſtandum eſt ſuper peccatis. 53.§.4
Tubalkain 85.§.5
Thurificatio 88.§.6
Thurci 91.§.14.

V

VAs uacuum 63.§.8.& 88.§.12
Vbiq; ẽ deus 21.§.4.& 58.§.4. ĩ fi.
Vegetatiua 28.§.4
Venenum 13.§.6. Sub melle propinatur 59.§.8. in fi.
Veniale peccatum 36.§.6
Non poteſt euitari 36.§.5.
Ideo uenia dignum. 36.§.8
Venus. 51.§.18.

Venter eſt deus epicureorum 74.§.2
Verbalis doctrina 17.§.6
Verbum dei quintuplex 5.§.3
Verbum dei extrinſecū 11.§.2.& per to.
Verbū ſacramentale 59.§.7.& 66.§.7
Verecundia confitendi 73.§.12
Veronica, 85.§.7
Veritas diuina eſt quintuplex 5.§.3
Videlicet intrinſeca 7.§.1
Incarnata 8.§.1. Extrinſeca 11.§.1.
Verbalis 17.§.1.& Creata.18. per to.
Veritas odium parit 15.§.8
Veſtis Chr̄i 67.§.2. Veſtis fidei 3.§.2
Veſtis hominis 30.§.4
Vexillum Chriſtianorum eſt crux Chriſti.85.§.8
Via eſt duplex 30.§.8
Via regia 81.§.9.
Via, ueritas & uita eſt Chriſtus 8.§.9
Viaticum 58.§.9
Vigilare, 76.§.3.& 94.§.13
Vim regnum cœlorum patitur 43.§.14 & c. 59.§.9
Vindicta dei 76.§.8.
Vindicta hominis 48.§.8
Vipera 20.§.1. in fi.& 72.§.2
Vires hois 88.§.1. Virgines 8.§.3
Virginitas Mariæ 6.§.10
Virtutes create 44.§.1.
Virtutes cardinales ſunt quatuor 44.§.1
Ibunt de uirtute in uirtutē 35.§.7
Vmbra ueteris teſtamenti 1.§.8
Vna fides 1.§.8 Vnus deus 7.§.1
Vna humanitas 27.§.1. Vnio 7.§.10
Vnum primus eſt numerus 29.§.3.
Vnum ex alio 18.§.2
Vniuerſum totum 19. per to.
Vnctio extrema 93. per to.
Vocales literæ 19.§.7
Vocat nos deus 43.§.6
Voluntas hominis non neceſſitatur 45.§.9.& §.10.& 29.§.12., Sed hic eſt mutabilis; In alio autem ſæculo ſtabilitur in bono uel in malo 24.§.1
Velle & uoluntatem exequi ſunt diuerſa.39.§.14.
Velle debes ꝓximo ſicut tibi ipſi. 50.§.7.
Voluntas tua fiat 37.§.5
Vomitus 60.§ 13. Votum.98. per to.
Vſura 77.§.12.
Vſura ſpiritualis 52.§.1.& 53.§.8
Vſus ſupra Conſuetudo.

Z

ZAcharias, 35.§.4. Zacheus, 87.§.11
Zelotypia, 36.§.10.
Zelotes fortis eſt deus, 50.§.3.

CORRECTORIVM ERRATORVM EX
incuria commiſſorum.

Capitulo. 12. §. 9 linea 19 lege. Quod quidem ſcripturæ.
c. 16. §. 6. li. 26. lege. ſubſtantia tamē panis pmanēte
c. 24. §. 5. li 28. lege ac in idem.
c. 27. §. 9. li. 15. lege ſuprema.
c. 28. §. 6. li. 16. pro reatu lege contritione
c. 31. §. 7. li. 17. pro Ad lege At.
c. 32. §. 1. li. 15. pro puſi lege pulſi. & §. 4. li. 6. pro ſuo. lege ſua. & §. 5. li. 33. leg. & à ſtatu.
c. 34. §. 6. li. 21. lege approperat & §. 9. li. 27. pro totum lege toto.
c. 36. §. 12. li. 31. lege capillis ad cœlum trabit.
c. 38. §. 1. li. 23. lege uult q̄ ab æterno, & §. 5. lin. 19 lege ut una gens.
c. 39. §. 12. li. 21. lege ſed ad iniuſtos.
c. 41. §. 1. li. 15. pro quomodo lege quem.
c. 42. §. 6. li. 8. pro gratia lege gratiam
c. 43. §. 5. li. 21. pro quod lege id, & §. 15. li. 15. pro peiora lege priora.
c. 44. §. 3. li. 6. pro patrem lege parem
c. 49. §. 2. li. 3. pro ceu lege cui.
c. 50. §. 9. li. 10. le. Tuteipſum & §. 12. li. 21. pro cuſtodiri lege cuſtodire, & §. 13. li. 28. pro debeat lege debebat.
c. 51. §. 3. li. 8. pro ſæuis lege ſenis, & li. 24. pro ſexta lege Sexto, & §. 8. li. 14. pro dimitte lege demitte, & §. 10. li. 25. lege tibi aut tuis
c. 52. §. 4. li. 62. pro hmī lege huiuſmodi, & §. 5. li. 6 pro num lege nam
c. 55. §. 4. li. 5. pro ſponſate lege ſponte, & §. 5. li. 7 p ſcientis le. ſententis, & §. 8. li. 18. pro acquirent lege acquireret.
c. 56. §. 6. li. 2. pro es lege eſt.
c. 57. §. 2. li. 18. lege ſpirituale corpus nõ utitur, tūc corruptibile corpus non poteſt &c. & §. 3. li. 7 pro adepturus lege adeptura.
c. 58. §. 5. li. 44. dele, quā, & li 46. pro agi leg. ei. & §. 6. li. 23. pro pœnitentis lege pœnitentiæ
c. 59. §. 1. li. 18. pro conſcientiam lege conſtantiam.
c. 60. §. 5. li. 51. lege idoneum ad recuperandum
c. 62. §. 1. li. 17. lege Itidem ſacrificium cœnæ & crucis eſt ibi inchoatū, & §. 2. li. 33. leg. pertractes
c. 65. §. 7. li. 6. pro Chriſti lege Chriſtus.
c. 66. §. 2. li. 7 pro acta lege tacta.
c. 69. §. 6. li. 11. pro eo lege eos & li. 19. pro doceat lege deceat
c. 73. §. 2. li. 15. lege peccatis non manifeſte & § 2. li. 7. pro exequenti lege exequendi, & § 9. li. 13 pro conceſſi lege conceſſæ, & §. 13. lin. 3. pro confeſſor lege confeßio, & §. 14. li. 18. pro tranſcendi lege tranſcendendi
c. 76. §. 3. li. 4. pro uigoroſe lege rigoroſe, & §. 4. li. 10. lege oīs mundi manans, & §. 8. li. 20. lege accelerandum eſt ad pœnitentiam
c. 77. §. 3. li. 34. lege ſede proprio, & §. 6. li. 34 p diſcedere lege deſcendere, & §. 10. li. 25. dele, niſi.
c. 78. §. 3. li. 2. dele, diu, & §. 1. li. 5. lege uacare
c. 79. §. 1. li. 26. lege impetratur, & §. 7. li. 13. lege pendente à charitate
c. 80. §. 4 li. 17. pro uoluntatis lege uoluntati
c. 81. §. 2. li. 20. lege eſt de ſalute
c. 83. §. 1. li. 59. lege, naturaliter obſequitur alteri, & §. 9. li. 21. pro leuitas lege lenitas
c. 87. §. 4. li. 18. lege operator
c. 88. §. 2. li. 31. pro ouium lege ouorum
c. 89. §. 2. li. 34. lege quia apud deum, & §. 4. li. 11. pro excuſator lege accuſator, & §. 6. li. 45 lege ſucceſſu
c. 92. §. 3. in fin. lege, & uicario, & §. 8. li. 34. lege una ſcriptura
c. 94. §. 4. li. 9. pro habitatio lege habilitatio
c. 95. §. 2. li. 23. pro egreſſa lege expreſſa, & §. 6. li. 9. lege ut ipſi ceu epiſcopis & §. 7. li. 17. le. non tantum bonis
c. 96. §. 4. li. 17. p cooperationibus le. cooperatorib.
c. 97. §. 4. li. 22. dele quæ, & §. 7. li. 26. pro eccleſia lege eccleſiis, & §. 8. li. 25. pro docet lege decet, & §. 9. li. 8. pro quidam lege quidem.
c. 98. §. 3. li. 13. pro uenit lege uouit
c. 99. §. 4. in fin. lege ſupernaturalem, & §. 9. li. 2 lege coniugū, & §. 10. li. 9. leg. concubinatu, & §. 13. li. 41. leg. parſimonios.

¶ *Cætera minuta errata ſedulus lector facile deprehendit.*

¶ Excuſum Auguſtæ Vindelicorum; per Alexandrum Vueyſſenhorn, Expenſis perdiligentis uiri Martini Silbereyſen, An. M.D.xxxi.

9-3-2.